This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX 5QHL X

G 82.

THE BEQUEST OF

CHARLES PICKERING, M.D.,

OF BOSTON, MASS.

(Class of 1823.)

Received Nov. 18th,

1879.

40-83

18

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ.

ISOCRATIS ORATIONES
ET EPISTOLÆ.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ.

ISOCRATIS ORATIONES

ET EPISTOLÆ.

RECOGNOVIT J. G. BAITER,

PROFESSOR TURICENSIS.

GRÆCE ET LATINE.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

M DCCC XLVI.

G. 82

HARVARD COLLEGE LIBRARY
1879, Nov. 18.
Pickering bequest.
I., II.

PRÆFATIO.

Non ullum fere scriptorem antiquum tanto opere juvit diligens exploratio codicum quanto Isocratem. Is ab rhetoribus incredibilem in modum interpolatus legebatur per longam sæculorum seriem, donec Urbinatem codicem ab se excussum edidit Bekkerus, cujus relatio docet quanta sibi permiserint veteres magistri mutando fingendoque, et exemplo demonstrat artem criticam non contineri in confusarum literarum notatione. Isocratem hoc modo ante hos tres et viginti annos vere renatum comitari non poterat Hieronymi Wolfii quamvis bona translatio: multa refingi, suppleri multa debebant. Quod præstitit professoris Coburgensis *E. A. I. Ahrens* docta diligentia. Græca autem post *Bekkerum* et *G. Dindorfium* maxima cura tractaverat *Baiterus*, qui quantum in hoc oratore studii posuerit editione Panegyrici et aliis scriptis abunde ostendit. Ejus igitur viri docti recensionem expressimus, appellato ipso si quid esset quod jam aliter scribi vellet. Neque nunc deesse Isocrati voluit suo, sed observata nova nobiscum communicavit. Quorum hæc commemoramus: *Ad Nicocl.* § 2, l. 29, ἔργων delendum significavit cum opt. codd. § 40, 45 θαυμάσῃς scripsit pro θαύμαζε ex usu loquendi. — *Nicocl.* § 22, 45 scripsit καὶ λαθεῖν καὶ φθῆναι, pro ὀφθῆναι, egregia emendatione. § 24, 8 et § 30, 51 delenda notavit τῶν Ἀθηναίων et τῶν ἰδεῶν cum optimis. § 55, 34 πραοτέρους pro πράους ex opt. § 61, 21 ἐν ante τοῖς λόγοις ejecit cum codd. — *Paneg.* § 28, 6 delet διττὰς cum opt. § 33, 4 ὁμολογουμένως cum H. Wolfio pro ὁμολογουμένους. § 83, 39 transponit quod erat τὴν σύμπασαν Ἑλλάδα. § 107, 27 delet οἱ ἄλλοι cum opt. — *Philipp.* § 1, 1 ἄγνοιαν pro ἄνοιαν cum opt. § 57, 41 sq. correxit quod legebatur ἀντιλέγουσιν ὡς. § 154, 14 κατίδῃς pro κατίδοις. — *Archid.* § 17, 52 correxit ex cod. E. ordinem ἀφίκοντο εἰς Δελφούς. § 74, 15 ἀφίεσθαι

pro ἀφεῖσθαι. § 84, 43 ὑπομείναιμεν pro ὑπομεῖναι. § 105, 32 ταὐτὰ pro ταὐτό. — *Areop.* § 39, 27 transp. quod legebatur τῆς εὐταξίας ἐπιμελεῖσθαι. — *De pace* § 115, 2 transp. πον. ἔχειν νομ. — *Hel. enc.* § 61, 35 καταπαλέσωνται pro ἐπικ. — *Busir.* § 35, 7 Ἕλλησιν restituit pro quo prius scripserat ἄλλοις. § 43, 9 ποιήσουσιν ex opt. pro ποιήσωσιν· — *Panath.* § 13, 2 μεσεγγυώματος restituit pro μεσεγγυήματος. § 37, 26 καταδεέστερον ex opt. pro -έρως. § 155, 37 uncos addidit. § 202, 24 ἐκείνου γε pro ἐκεῖνό γε, certa conjectura. — *Antid.* § 5, 6 ἤνεγκα μὲν pro ἠνέγκαμεν. § 23, 35 ἐμαυτοῦ ex libris pro αὐτοῦ. § 36, 23 οὐδὲ ταῦτ' ἔχων, pro οὐδ' εἰ, certa conjectura. § 115, 11 ἀλλὰ pro ἀλλ' ὁ. § 166, 21 καταβιῶναι pro ἐπιβ. § 178, 52 transp. ποιούμεθα ἡμεῖς. § 253, 45 scribendum τοιοῦτον. § 302, 13 scripsit τοὺς καὶ μικρὰ, addito καί de conj. — *Trapez.* § 42, 38 cum Dobreeo scribendum esse significat ὥστε τὸ μὲν πρῶτον παρὰ μικρὸν ἦλθον, ex vestigiis codicum. § 44, 48 μου pro μοι cum Sauppio. — *Ægin.* § 5, 32 et § 13, 37 delet γὰρ et ὄντα cum opt. § 44, 14 εἶχεν pro εἶχον, de conj. — *Adv. Euthyn.* § 13, 40 μηδὲν addidit de Bekkeri conj. § 15, 3 ἐλπίζειν pro ἤλπιζε cum H. Wolfio.

Scripsimus exeunte Decembri MDCCCXLV.

ΙΣΟΚΡΑΤΗΣ

1.

ΠΡΟΣ ΔΗΜΟΝΙΚΟΝ.

2 Ἐν πολλοῖς μέν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑ- a
ρήσομεν τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας καὶ τὰς τῶν
φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην διαφορὰν εἰλήφα-
σιν ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους συνηθείαις· οἱ μὲν γὰρ τοὺς
φίλους παρόντας μόνον τιμῶσιν, οἱ δὲ καὶ μακρὰν ἀπόν-
τας ἀγαπῶσι· καὶ τὰς μὲν τῶν φαύλων συνηθείας ὀλί-
γος χρόνος διέλυσε, τὰς δὲ τῶν σπουδαίων φιλίας οὐδ' b
ἂν ὁ πᾶς αἰὼν ἐξαλείψειεν. (2) Ἡγούμενος οὖν πρέπειν
τοὺς δόξης ὀρεγομένους καὶ παιδείας ἀντιποιουμένους
τῶν σπουδαίων ἀλλὰ μὴ τῶν φαύλων εἶναι μιμητάς,
ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον δῶρον, τεκμήριον μὲν
τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας, σημεῖον δὲ τῆς πρὸς Ἱππόνικον
συνηθείας· πρέπει γὰρ τοὺς παῖδας, ὥσπερ τῆς οὐσίας,
οὕτω καὶ τῆς φιλίας τῆς πατρικῆς κληρονομεῖν. (3)
Ὁρῶ δὲ καὶ τὴν τύχην ἡμῖν συλλαμβάνουσαν καὶ τὸν c
παρόντα καιρὸν συναγωνιζόμενον· σὺ μὲν γὰρ παιδείας
ἐπιθυμεῖς, ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ, καὶ σοὶ
μὲν ἀκμὴ φιλοσοφεῖν, ἐγὼ δὲ τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπα-
νορθῶ. Ὅσοι μὲν οὖν πρὸς τοὺς ἑαυτῶν φίλους τοὺς
προτρεπτικοὺς λόγους συγγράφουσι, καλὸν μὲν ἔργον
ἐπιχειροῦσιν, οὐ μὴν περί γε τὸ κράτιστον τῆς φιλο-
σοφίας διατρίβουσιν· (4) ὅσοι δὲ τοῖς νεωτέροις εἰση- d
γοῦνται μὴ δι' ὧν τὴν δεινότητα τὴν ἐν τοῖς λόγοις
ἀσκήσουσιν, ἀλλ' ὅπως τὰ τῶν τρόπων ἤθη σπουδαῖοι
πεφυκέναι δόξουσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων τοὺς ἀκού- a
3 οντας ὠφελοῦσιν, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ λόγον παρακαλοῦσιν,
οἱ δὲ τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπανορθοῦσι. (5) Διόπερ ἡμεῖς
οὐ παράκλησιν εὑρόντες, ἀλλὰ παραίνεσιν γράψαντες,
μέλλομέν σοι συμβουλεύειν ὧν χρὴ τοὺς νεωτέρους ὀρέ-
γεσθαι καὶ τίνων ἔργων ἀπέχεσθαι καὶ ποίοις τισὶν
ἀνθρώποις ὁμιλεῖν καὶ πῶς τὸν ἑαυτῶν βίον οἰκονομεῖν.
Ὅσοι γὰρ τοῦ βίου ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν, οὗ-
τοι μόνοι τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι γνησίως ἠδυνήθησαν, ἧς b
οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι. (6) Κάλ-
λος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνήλωσεν ἢ νόσος ἐμάρανε· πλοῦ-
τος δὲ κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ὑπηρέτης ἐστίν,
ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς
ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν· ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρο-
νήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας
ἐλυμήνατο, καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκό-
σμησε, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπεσκότησεν. c
(7) Ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, οἷς ἂν ἀκιβδήλως ταῖς
διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει, πλούτου
δὲ κρείττων, χρησιμωτέρα δὲ εὐγενείας ἐστί, τὰ μὲν
τοῖς ἄλλοις ἀδύνατα δυνατὰ καθιστᾶσα, τὰ δὲ τῷ πλή-
θει φοβερὰ θαρσαλέως ὑπομένουσα, καὶ τὸν μὲν ὄκνον
ψόγον, τὸν δὲ πόνον ἔπαινον ἡγουμένη. (8) Ῥᾴδιον δὲ
τοῦτο καταμαθεῖν ἐστιν ἔκ τε τῶν Ἡρακλέους ἄθλων

I.

AD DEMONICUM.

Quum multis, Demonice, in rebus multum interesse videas inter bonorum rationes et ignavorum opiniones, tum in familiaritatibus longe maximum discrimen apparet. Nam alteri amicos, dum adsunt tantum, colunt, quum alteri etiam longe remotos ament; atque ignavorum quidem necessitudines brevi momento pereunt, bonorum autem amicitias nulla temporis longinquitas deleverit. (2) Quum igitur iis qui gloriam expeterent et liberalibus artibus studerent, bonos, et non ignavos imitandos censerem, hanc orationem dono tibi misi, quæ et benevolentiæ erga vos pignus esset et meæ cum Hipponico familiaritatis signum. Ut enim rei familiaris, sic amicitiæ paternæ liberis capienda est hæreditas. (3) Ac nobis et fortunam suffragari et ipsum tempus opitulari video. Nam et tu erudiri cupis, et ego in aliis erudiendis elaboro; tibi ætas est philosophandi; ego philosophantibus viam commonstro. Etsi autem ii qui ad amicos suos exhortationes scribunt, rem certe præclaram suscipiunt, non in eo tamen versantur, quod est in sapientiæ studio præstantissimum: (4) qui vero adolescentibus tradunt ea, non quibus dicendi facultatem acuant, sed moribus bene instituti videantur, eo plus, quam illi, fructus afferunt auditoribus, quod, ut alteri ad eruditionem verborum hortantur, sic alteri indolem eorum corrigunt. (5) Nos igitur non arrepta hortatione, sed conscripta admonitione tibi consulturi sumus, quæ res adolescentibus expetendæ quæque facta fugienda sint, et quorum hominum consuetudine uti et quo pacto vitam instituere debeant. Nam qui hanc vivendi viam ingressi sunt, hi soli veræ virtutis compotes fieri potuerunt, qua nulla possessio neque venerabilior est neque constantior. (6) Nam forma quidem aut ætate consumitur, aut morbo deflorescit; divitiæ vero vitiorum magis quam virtutis ministræ sunt, quæ et ignaviæ facultatem offerunt, et adolescentes ad voluptates invitant: jam vires corporis cum prudentia conjunctæ sane prosunt, sed sine hac plus iis ipsis nocent, penes quos sunt, et ut corpora pugilum ornant, sic mentis exercitationi tenebras obducunt. (7) Virtutis autem possessio, in quorum animis sincere una cum ætate accreverit, sola nec in senectute deserit, et opibus præstantior et nobilitate utilior. Nam quæ alii efficere non possunt, ea facit ut obtineri possint: quæ multitudini horrenda videntur, magno animo subit; desidiam in vitio ponit, laborem laudi sibi ducit. (8) Quæ quidem facile tum ex Herculis certaminibus, tum

καὶ τῶν Θησέως ἔργων, οἷς ἡ τῶν τρόπων ἀρετὴ τηλι- d
κοῦτον εὐδοξίας χαρακτῆρα τοῖς ἔργοις ἐπέβαλεν, ὥστε
μηδὲ τὸν ἅπαντα χρόνον δύνασθαι λήθην ἐμποιῆσαι
τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. (9) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς
τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθεὶς οἰκεῖον καὶ καλὸν
ἕξεις παράδειγμα τῶν ὑπ' ἐμοῦ σοι λεγομένων. Οὐ γὰρ
ὀλιγωρῶν τῆς ἀρετῆς οὐδὲ ῥαθυμῶν διετέλεσε τὸν βίον,
ἀλλὰ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἐγύμναζε, τῇ δὲ ψυχῇ
τοὺς κινδύνους ὑφίστατο· οὐδὲ τὸν πλοῦτον παρακαί- e
ρως ἠγάπα, ἀλλ' ἀπέλαυε μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν
ὡς θνητός, ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἀθάνα-
τος. (10) Οὐδὲ ταπεινῶς διῴκει τὸν αὑτοῦ βίον, ἀλλὰ
4 φιλόκαλος ἦν καὶ μεγαλοπρεπὴς καὶ τοῖς φίλοις κοινός, a
καὶ μᾶλλον ἐθαύμαζε τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάζοντας ἢ
τοὺς γένει προσήκοντας· ἡγεῖτο γὰρ εἶναι πρὸς ἑταιρίαν
πολλῷ κρείττω φύσιν νόμου καὶ τρόπον γένους καὶ
προαίρεσιν ἀνάγκης. (11) Ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς
χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαί-
μεθα. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀκριβὲς αὐτῶν ἐν ἑτέροις καιροῖς
δηλώσομεν, δεῖγμα δὲ τῆς Ἱππονίκου φύσεως νῦν ἐξε-
νηνόχαμεν, πρὸς ὃν δεῖ ζῆν σε ὥσπερ πρὸς παράδει- b
γμα, νόμον μὲν τὸν ἐκείνου τρόπον ἡγησάμενον, μιμη-
τὴν δὲ καὶ ζηλωτὴν τῆς πατρῴας ἀρετῆς γιγνόμενον·
αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν γραφεῖς ἀπεικάζειν τὰ καλὰ τῶν
ζῴων, τοὺς δὲ παῖδας μὴ μιμεῖσθαι τοὺς σπουδαίους
τῶν γονέων. (12) Ἡγοῦ δὲ μηδενὶ τῶν ἀθλητῶν
οὕτω προσήκειν ἐπὶ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀσκεῖν, ὡς σοὶ
σκοπεῖν ὅπως ἐφάμιλλος γενήσει τοῖς τοῦ πατρὸς ἐπι- c
τηδεύμασιν. Οὕτω δὲ τὴν γνώμην οὐ δυνατὸν δια-
τεθῆναι τὸν μὴ πολλῶν καὶ καλῶν ἀκουσμάτων πεπλη-
ρωμένον· τὰ μὲν γὰρ σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις,
ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς σπουδαίοις λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε.
Διόπερ ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι, δι'
ὧν ἄν μοι δοκεῖς ἐπιτηδευμάτων πλεῖστον πρὸς ἀρετὴν
ἐπιδοῦναι καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις εὐδο-
κιμῆσαι.

13. Πρῶτον μὲν οὖν εὐσέβει τὰ πρὸς τοὺς θεούς, d
μὴ μόνον θύων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένων· ἐκεῖνο
μὲν γὰρ τῆς τῶν χρημάτων εὐπορίας σημεῖον, τοῦτο
δὲ τῆς τῶν τρόπων καλοκαγαθίας τεκμήριον. Τίμα
τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μέν, μάλιστα δὲ μετὰ τῆς πόλεως·
οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τε τοῖς θεοῖς θύειν καὶ τοῖς νόμοις
ἐμμένειν.

14. Τοιοῦτος γίγνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο e
περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σεαυτοῦ παῖδας.

Ἄσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων μὴ τὰ πρὸς
τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν· τούτου δ' ἂν
5 ἐπιτύχοις, εἰ λήγοις τῶν πόνων ἔτι πονεῖν δυνάμενος. a

15. Μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγον μετὰ
θράσους ἀποδέχου· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν.
Ἃ ποιεῖν αἰσχρόν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι κα-
λόν. Ἔθιζε σεαυτὸν εἶναι μὴ σκυθρωπόν, ἀλλὰ σύν-
νουν· δι' ἐκεῖνο μὲν γὰρ αὐθάδης, διὰ δὲ τοῦτο φρόνιμος
εἶναι δόξεις. Ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν κόσμον,

e Thesei operibus perspici possunt, quorum factis morum præstantia tantum gloriæ decus impressit, ut nulla secula res eorum gestas oblivione delere possint. (9) Atque adeo, si, quod vitæ institutum patris tui fuerit, recordere, domesticum et illustre habebis exemplum eorum, quæ a me dicuntur. Nec enim sic exegit ætatem, ut vel virtutem negligeret vel ignaviæ sese dederet, sed et corpus laboribus exercuit, et animum periculis subjecit; neque pecuniam supra modum amavit, sed et bonis suis usus est ut mortalis, et rem familiarem curavit ut immortalis. (10) Neque vero vitam abjecte instituit, sed et splendidus fuit et magnificus et benignus in amicos, ac sui studiosos pluris fecit, quam genere sibi propinquos. Ad amicitiam enim constituendam longe plus esse virium in natura quam in lege, in moribus quam in genere, in voluntate quam in necessitate judicabat. (11) Deficeret nos omne tempus, si omnes illius actiones enumeraremus. Sed illas accuratius alias explicabimus; nunc specimen Hipponici naturæ exhibuimus, quem tanquam exemplar in vita degenda propositum tibi habere debes, ut mores illius pro legibus habeas paternamque virtutem imiteris et admireris. Nam quum pictores pulchras animantes exprimant, liberis turpe fuerit parentes virtute præstantes non imitari. (12) Quare persuasum habeto nulli pugili tantam esse præparationem adhibendam contra suos adversarios, quam tibi curandum sit ut in his vitæ institutis sis patris tui æmulator. Nequaquam autem fieri potest ut quisquam hoc in animum inducat suum, nisi multis et bonis præceptis fuerit refertus. Nam ut moderatis laboribus corpora, sic honesta doctrina mentes augeri solent. Itaque ego te breviter monere conabor, quibus studiis maximos ad virtutem progressus facturus, et ab aliis omnibus laudem et gloriam consecuturus esse videaris.

13. In primis igitur deos immortales religiose colito, non sacrificia modo faciendo, sed jurejurando etiam conservando. Nam illud amplæ pecuniæ indicium est: hoc, morum integritatis argumentum. Venerare numen quum alias semper, tum maxime quum sacra publice fiunt. Sic enim apparebit te simul et diis immolare, et legibus obtemperare.

14. Talem erga parentes te præbe, quales in te liberos esse tuos optares.

Eas corporis exercitationes amplectere, non quæ viribus, sed quæ valetudini prosint. Quod ita consequere, si laborare desinas, dum adhuc laborare queas.

15. Neque petulantem risum ama, neque audacem orationem proba. Nam alterum stultitiæ est, alterum insaniæ. Quæ factu sunt turpia, ne dictu quidem decora esse puta. Assuefac te, ut sis vultu non tristi, sed cogitabundo. Nam illud insolentiæ, hoc prudentiæ tribuitur. Existima te maxime

αἰσχύνην, δικαιοσύνην, σωφροσύνην· τούτοις γὰρ ἅπασι b δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος.

16. Μηδέποτε μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσας ἔλπιζε λήσειν· καὶ γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, σεαυτῷ συνειδήσεις.

Τοὺς μὲν θεοὺς φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τίμα, τοὺς δὲ φίλους αἰσχύνου, τοῖς δὲ νόμοις πείθου.

Τὰς ἡδονὰς θήρευε τὰς μετὰ δόξης· τέρψις γὰρ σὺν τῷ καλῷ μὲν ἄριστον, ἄνευ δὲ τούτου κάκιστον. c

17. Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσιν. Ἅπαντα δόκει ποιεῖν ὡς μηδένα λήσων· καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσει. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράτ- d των, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης.

18. Ἐὰν ᾖς φιλομαθής, ἔσει πολυμαθής. Ἃ μὲν ἐπίστασαι, ταῦτα διαφύλαττε ταῖς μελέταις, ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας, προσλάμβανε ταῖς ἐπιστήμαις· ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν ἀκούσαντα χρήσιμον λόγον μὴ μαθεῖν καὶ διδόμενόν τι ἀγαθὸν παρὰ τῶν φίλων μὴ λαβεῖν. Καταναλίσκε τὴν ἐν τῷ βίῳ σχολὴν εἰς τὴν τῶν λόγων φιληκοΐαν· οὕτω γὰρ τὰ τοῖς ἄλλοις χαλεπῶς εὑρημένα συμ- e βήσεταί σοι ῥᾳδίως μανθάνειν. (19) Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω· τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει·
6 σοφία γὰρ μόνον τῶν κτημάτων ἀθάνατον. Μὴ κατόκνει a μακρὰν ὁδὸν πορεύεσθαι πρὸς τοὺς διδάσκειν τι χρήσιμον ἐπαγγελλομένους· αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν αὑτῶν διάνοιαν.

20. Τῷ μὲν τρόπῳ γίγνου φιλοπροσήγορος, τῷ δὲ λόγῳ εὐπροσήγορος. Ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ b προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας, εὐπροσηγορίας δὲ τὸ τοῖς λόγοις αὐτοῖς οἰκείως ἐντυγχάνειν. Ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας, χρῶ δὲ τοῖς βελτίστοις· οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσει, τοῖς δὲ φίλος γενήσει. Τὰς ἐντεύξεις μὴ ποιοῦ πυκνὰς τοῖς αὐτοῖς, μηδὲ μακρὰς περὶ τῶν αὐτῶν· πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων.

21. Γύμναζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύνῃ καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν. Ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι τὴν c ψυχὴν αἰσχρόν, τούτων ἐγκράτειαν ἄσκει πάντων, κέρδους, ὀργῆς, ἡδονῆς, λύπης. Ἔσει δὲ τοιοῦτος, ἐὰν κέρδη μὲν εἶναι νομίζῃς δι' ὧν εὐδοκιμήσεις, ἀλλὰ μὴ δι' ὧν εὐπορήσεις, τῇ δὲ ὀργῇ παραπλησίως ἔχῃς πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ὥσπερ ἂν πρὸς ἑαυτὸν ἁμαρτάνοντα καὶ τοὺς ἄλλους ἔχειν ἀξιώσειας, ἐν δὲ τοῖς τερπνοῖς, ἐὰν αἰσχρὸν ὑπολάβῃς τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν, ἐν δὲ τοῖς πονηροῖς, ἐὰν τὰς τῶν ἄλ- d λων ἀτυχίας ἐπιβλέπῃς καὶ αὑτὸν ὡς ἄνθρωπος ὢν ὑπομιμνήσκῃς.

22. Μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας· δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας

decere modestiam, verecundiam, justitiam, temperantiam. His enim omnibus juvenilis animus in officio continetur.

16. Si quid unquam turpe admiseris, ne sperato fore clam. Nam ut alios id celes, at ipse tibi eris conscius.

Deum time, parentes honora, amicos verere, legibus obtempera.

Eas sequere voluptates, quæ gloriam pariant. Nam oblectatio conjuncta cum honestate, res est optima : sine hac, pessima.

17. Cave criminationes etiam falsas. Vulgus enim, quum veritatem ignoret, ex opinione famaque judicat. Omnia te ita facere puta, quasi neminem sis celaturus. Etsi enim quippiam occultaris in præsentia, post tamen innotescet. Existimationi maxime servies, si ea te non facere appareat, quæ ab aliis facta reprehenderes.

18. Si cupide didiceris, multa disces. Quæ scis, hæc exercitationis diligentia tuere : quæ non didicisti, cognitione adjungito. Æque enim turpe est auditam utilem orationem non discere, ac boni quippiam datum ab amicis non accipere. Quicquid otii dabitur, id in audiendæ doctrinæ studio consumito. Sic enim fiet ut quæ magnis alii laboribus invenere, tu facile perdiscas. (19) Puta multa quæ audiri possint, magnæ præstare pecuniæ. Nam hæc facile amittitur, illa perpetuo durant : solius enim sapientiæ possessio est immortalis. Ne te pigeat longam ire viam ad eos, qui se aliquid utile docturos profitentur. Quum enim mercatores rei familiaris augendæ gratia tanta maria transmittant, turpe fuerit adolescentes excolendi ingenii causa ne terrestre quidem iter velle suscipere.

20. Moribus tuis adsit affabilitas, verbis urbanitas. Est autem affabilitatis obvios salutare, urbanitatis comiter eos appellare. Comis in omnes eris, sed optimorum familiaritate uteris. Sic aliorum inimicitias vitabis, aliorum tibi amicitiam conciliabis. Ne sæpius eosdem neque verbosius iisdem de rebus alloquare. Est enim rerum omnium satietas.

21. Exerce te voluntariis laboribus, ut etiam non voluntarios perferre possis. Dabis operam ut rebus omnibus imperes, quibus animum servire turpe est : cujusmodi sunt; lucrum, ira, voluptas, dolor. Hæc autem ita consequere; si ea in lucro deputes, quæ gloriam, non quæ opes augeant, in ira, si talem te præbeas delinquentibus, quales in te delinquentem alios esse velis; in oblectationibus, si turpe ducas servis imperare, voluptatibus servire; in rebus adversis, si aliorum calamitates inspicias, etiam te hominem esse recorderis.

22. Diligentius tuere deposita verborum quam nummorum. Nam bonorum virorum est ita se gerere, ut morum

τρόπον ὅρκου πιστότερον φαίνεσθαι παρεχομένους. Προσ-
ήκειν ἡγοῦ τοῖς πονηροῖς ἀπιστεῖν, ὥσπερ τοῖς χρηστοῖς
πιστεύειν. Περὶ τῶν ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἐὰν
ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶσθαι σοί τε τῷ λέ- e
γοντι κἀκείνοις τοῖς ἀκούουσιν. (23) Ὅρκον ἐπακτὸν
προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς
ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων.
Ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεῶν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν
7 εὐορκεῖν μέλλῃς· δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ a
φιλοχρηματῶς ἔχειν.

24. Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέ-
χρηται τοῖς πρότερον φίλοις· ἔλπιζε γὰρ αὐτὸν καὶ
περὶ σὲ γενέσθαι τοιοῦτον, οἷος καὶ περὶ ἐκείνους γέ-
γονε. Βραδέως μὲν φίλος γίγνου, γενόμενος δὲ πειρῶ
διαμένειν. Ὁμοίως γὰρ αἰσχρὸν μηδένα φίλον ἔχειν
καὶ πολλοὺς ἑταίρους μεταλλάττειν. Μήτε μετὰ βλά- b
βης πειρῶ τῶν φίλων, μήτε ἄπειρος εἶναι τῶν ἑταίρων
θέλε. Τοῦτο δὲ ποιήσεις, ἐὰν μὴ δεόμενος τὸ δεῖσθαι
προσποιῇ. (25) Περὶ τῶν ῥητῶν ὡς ἀπορρήτων ἀνα-
κοινοῦ· μὴ τυχὼν μὲν γὰρ οὐδὲν βλαβήσει, τυχὼν δὲ
μᾶλλον αὐτῶν τὸν τρόπον ἐπιστήσει. Δοκίμαζε τοὺς
φίλους ἔκ τε τῆς περὶ τὸν βίον ἀτυχίας καὶ τῆς ἐν τοῖς
κινδύνοις κοινωνίας· τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ
βασανίζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγι-
γνώσκομεν. Οὕτως ἄριστα χρήσει τοῖς φίλοις, ἐὰν c
μὴ προσμένῃς τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις, ἀλλ' αὐτεπάγ-
γελτος αὐτοῖς ἐν τοῖς καιροῖς βοηθῇς. (26) Ὁμοίως
αἰσχρὸν εἶναι νόμιζε τῶν ἐχθρῶν νικᾶσθαι ταῖς κακο-
ποιίαις καὶ τῶν φίλων ἡττᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις. Ἀπο-
δέχου τῶν ἑταίρων μὴ μόνον τοὺς ἐπὶ τοῖς κακοῖς δυσ-
χεραίνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς μὴ d
φθονοῦντας· πολλοὶ γὰρ ἀτυχοῦσι μὲν τοῖς φίλοις συνά-
χθονται, καλῶς δὲ πράττουσι φθονοῦσι. Τῶν ἀπόντων
φίλων μέμνησο πρὸς τοὺς παρόντας, ἵνα δοκῇς μηδὲ
τούτων ἀπόντων ὀλιγωρεῖν.

27. Εἶναι βούλου τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα φιλόκαλος,
ἀλλὰ μὴ καλλωπιστής. Ἔστι δὲ φιλοκάλου μὲν τὸ
μεγαλοπρεπές, καλλωπιστοῦ δὲ τὸ περίεργον.

Ἀγάπα τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν μὴ τὴν ὑπερβάλ- e
λουσαν κτῆσιν, ἀλλὰ τὴν μετρίαν ἀπόλαυσιν. Κατα-
φρόνει τῶν περὶ τὸν πλοῦτον σπουδαζόντων μέν, χρῆ-
σθαι δὲ τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυναμένων· παραπλήσιον
γὰρ οἱ τοιοῦτοι πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτή- a
8 σαιτο καλὸν κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος. (28) Πειρῶ
τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν.
Ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις,
κτήματα δὲ τοῖς κτᾶσθαι δυναμένοις. Τίμα τὴν ὑπάρ-
χουσαν οὐσίαν δυοῖν ἕνεκεν, τοῦ τε ζημίαν μεγάλην
ἐκτῖσαι δύνασθαι, καὶ τοῦ φίλῳ σπουδαίῳ δυστυχοῦντι
βοηθῆσαι· πρὸς δὲ τὸν ἄλλον βίον μηδὲν ὑπερβαλλόν- b
τως ἀλλὰ μετρίως αὐτὴν ἀγάπα.

29. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω.
Μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη καὶ
τὸ μέλλον ἀόρατον.

integritas fide dignior quam jusjurandum esse videatur. Quemadmodum improbis diffidendum, sic bonis habendam esse fidem ducito. Nemini arcana tua credito, nisi res illas taceri æque expediat illis qui audiunt, ac tibi dicenti. (23) Jusjurandum tibi oblatum duabus de causis dabis, vel ut temetipsum turpi crimine liberes, vel ut amicos e periculis eripias. Pecuniæ vero causa per nullum deum jurabis, ne si quidem sincere id facere possis, ne aliis perjurus, aliis avarus esse videaris.

24. Amicitiam cum nemine jungito, priusquam exploraveris quomodo prioribus amicis fuerit usus. Sperato enim eum in te quoque fore talem, qualem erga illos se præbuerit. Lente amicitiam contrahito, contractam perpetuo conservare studeto. Nam mutare familiaritates æque turpe est, atque amicum habere neminem. Neque cum damno mores amicorum periclitare neque sodalium animos velis ignorare. Quod ita facies, si egere te simularis, non egens. (25) Communicato cum eis res non arcanas, tanquam arcanas. Nam et deceptus, nihil detrimenti capies: et voti compos factus, mores eorum perspectiores habebis. Explora amicos quum in vitæ calamitate tum in periculorum societate. Nam ut aurum igni cognoscitur, sic amicorum fides rebus adversis declaratur. Sic rectissime tractabis amicos, si non exspectes dum te rogent, sed ultro, quum tempus postulat, eis opem feras. (26) Non minus turpe ducas superari beneficiis amicorum quam vinci maleficiis inimicorum. Eos amicos proba, quibus non tantum mala tua doleant, sed qui etiam bonis tuis non invideant. Multi enim, ut rebus amicorum adversis dolent, ita secundis invident. Absentium amicorum mentionem fac apud præsentes, ut hos quoque absentes neglecturus esse non videaris.

27. In vestitu fac ornatum probes, luxum repudies. Habet autem ornatus magnificentiam, luxus redundantiam.

Ama bonorum non nimium cumulum, sed moderatum fructum. Eos qui amplificandæ rei student, quum partis uti nesciant, contemnito. Istis enim idem fere accidit, quod ei qui bono equo comparato non satis sit equitandi peritus. (28) Divitias comparare stude et ad utendum et ad habendum. Sunt enim iis, qui frui norunt, usui, qui parare, possessio. Rem familiarem duabus de causis magni fac, tum ut magnam mulctam sufferre, tum ut bono amico ferre opem in calamitate possis. Quod autem ad ceteras vitæ rationes attinet, non supra modum eam, sed mediocriter amato.

29. Iis quæ adsunt contentus esto, quære tamen res meliores.
Nemini calamitatem exprobres. Nam fortuna communis est ac quæ futura provideri non possunt.

Τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει· καλὸς γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. Τοὺς κακοὺς εὖ ποιῶν ὅμοια πείσει τοῖς τὰς ἀλλοτρίας κύνας σιτίζουσιν· c ἐκεῖναί τε γὰρ τοὺς διδόντας ὥσπερ τοὺς τυχόντας ὑλακτοῦσιν, οἵ τε κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας ἀδικοῦσι. (30) Μίσει τοὺς κολακεύοντας ὥσπερ τοὺς ἐξαπατῶντας· ἀμφότεροι γὰρ πιστευθέντες τοὺς πιστεύσαντας ἀδικοῦσιν. Ἐὰν ἀποδέχῃ τῶν φίλων τοὺς πρὸς τὸ φαυλότατον χαριζομένους, οὐχ ἕξεις ἐν τῷ βίῳ τοὺς πρὸς τὸ βέλτιστον ἀπεχθανομένους. Γίγνου d πρὸς τοὺς πλησιάζοντας ὁμιλητικός, ἀλλὰ μὴ σεμνός· τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειαν, τὸν δὲ τῶν ὁμιλητικῶν τρόπον ἅπαντες ἡδέως ὑποφέρουσιν. (31) Ὁμιλητικὸς δ' ἔσει μὴ δύσερις ὢν μηδὲ δυσάρεστος μηδὲ πρὸς πάντας φιλόνικος, μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, μηδ' ἂν ἀδίκως ὀργιζόμενοι τυγχάνωσιν, ἀλλὰ θυμουμένοις e μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων· μηδὲ παρὰ τὰ γελοῖα σπουδάζων, μηδὲ παρὰ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων (τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρόν), μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος, ὅπερ πάσχουσιν οἱ πολλοί, ποιοῦντες
9 μέν, ἀηδῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑπουργοῦντες· μηδὲ φιλαί- a
τιος ὤν, βαρὺ γάρ, μηδὲ φιλεπιτιμητής, παροξυντικὸν γάρ.

32. Μάλιστα μὲν εὐλαβοῦ τὰς ἐν τοῖς πότοις συνουσίας· ἐὰν δέ ποτέ σοι συμπέσῃ καιρός, ἐξανίστασο πρὸ μέθης. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθαρῇ, ταὐτὰ πάσχει τοῖς ἅρμασι τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβαλοῦσιν· ἐκεῖνά τε γὰρ ἀτάκτως φέρεται διαμαρτόντα τῶν εὐθυνούντων, ἥ τε ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται διαφθαρείσης b τῆς διανοίας.

Ἀθάνατα μὲν φρόνει τῷ μεγαλόψυχος εἶναι, θνητὰ δὲ τῷ συμμέτρως τῶν ὑπαρχόντων ἀπολαύειν.

33. Ἡγοῦ τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν, αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας· πολλάκις γάρ, ὧν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτων τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδοσαν.

Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε c περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας· ἀρχὴ γὰρ φιλίας μὲν ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος.

34. Βουλευόμενος παραδείγματα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων· τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν. Βουλεύου μὲν βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Ἡγοῦ κράτιστον εἶναι παρὰ μὲν τῶν θεῶν εὐτυχίαν, παρὰ δὲ ἡμῶν αὐτῶν εὐβουλίαν. Περὶ ὧν ἂν αἰσχύνῃ παρρησιά- d σασθαι, βούλῃ δέ τισι τῶν φίλων ἀνακοινώσασθαι, χρῶ τοῖς λόγοις ὡς περὶ ἀλλοτρίου τοῦ πράγματος· οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε γνῶσιν αἰσθήσει, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. (35) Ὅταν ὑπὲρ σεαυτοῦ μέλλῃς τινὶ συμβούλῳ χρῆσθαι, σκόπει πρῶτον πῶς τὰ ἑαυτοῦ διῴκησεν· ὁ γὰρ κακῶς διανοηθεὶς περὶ τῶν οἰκείων

Bonis benefacito. Præclarus enim thesaurus est beneficium apud bonum virum collocatum. Si de malis bene mereberis, idem tibi usuveniet, quod iis qui alienos canes pascunt. Nam et hi æque allatrant eos qui dant, quam quoslibet; et improbi non minus eis qui bene de ipsis merentur, quam eis qui nocent, injuriam faciunt. (30) Assentatores non minus oderis, quam impostores. Nam utrique eos, qui fidem illis habuerunt, injuria afficiunt. Si eos amicos complecteris, qui nequissimis in rebus gratificantur, per omnem ætatem nullos habebis, qui odium tuum propter res optimas suscipiant. Comis erga eos esto, qui te conveniunt, non superbus. Nam fastidiosorum arrogantiam vel servi ægre ferunt, comitas vero grata et jucunda est omnibus. (31) Sunt autem comitatis officia non contentiosum esse, non morosum, non adversus omnes pertinacem suæ sententiæ defensorem, non aspere familiarium iracundiæ resistere, ne si quidem injuste irascantur, sed eis cedere, dum commoti sunt, atque ubi deferbuerit ira, eos objurgare; non in ridiculis serias res agere, neque seriis in rebus nugis gaudere (intempestiva enim ubique molesta sunt), non illiberaliter inire gratiam, quo vitio multi laborant, qui etsi amicis obsequuntur, gravate tamen id faciunt; non facile incusare, nam odiosum est; non ad reprehendendum esse proclivem, nam iratos facit.

32. Conviviorum vitare sodalitates consultissimum certe fuerit : sed si quando tempus postularit, surgito ante ebrietatem. Quum enim vino mens corrupta fuerit; idem ei quod curribus accidit, e quibus aurigæ sunt excussi; nam ut hi temere feruntur, carentes gubernatoribus, sic animus in multa delicta impellitur, mente subversa.

Immortalitatem specta, magnitudine animi : mortalitatem, moderato rerum usu.

33. Quantum eruditio inscitiæ præstet, ex eo perspicies, quod omnes e ceteris laboribus fructum aliquem capiunt, hæc vero sola detrimentum etiam ultro injungit. Nam sæpe isti, quem offendêre verbis, ei re ipsa pœnas dederunt.

Cum quibus amicitiam inire vis, de illis honorifice loquitor, iis audientibus qui renunciaturi sint. Principium enim amicitiæ est laudatio, vituperatio inimicitiarum.

34. Quum deliberas, e præteritis exempla pete rerum futurarum. Nam quæ obscura sunt, e manifestis facillime dijudicantur. In deliberando tardus esto, in exsequendis decretis celer. Existima nihil tribui melius, a diis quidem, prospera fortuna, a nobis ipsis autem, sapienti consilio. Quas res aperte dicere vereberis, et tamen cum amicis aliquibus communicare cupies, tanquam de re aliena orationem instituito. Sic enim et eorum mentem percipies nec te ipse aperies. (35) Si alterius consilium in tuis negotiis expetes, considerabis inprimis, quomodo res suas administrarit. Nam qui sua negotia male consultus gessit, nun-

οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Οὕτω e
δ' ἂν μάλιστα βουλεύεσθαι παροξυνθείης, εἰ τὰς συμ-
φορὰς τὰς ἐκ τῆς ἀβουλίας ἐπιβλέψειας· καὶ γὰρ τῆς
ὑγιείας πλείστην ἐπιμέλειαν ἔχομεν, ὅταν τὰς λύπας
τὰς ἐκ τῆς ἀρρωστίας ἀναμνησθῶμεν.
10 36. Μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη καὶ δίωκε τὰ ἐκεί- a
νων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ
ζηλοῦν, ὥστε σοι συμβήσεται παρά τε τῷ πλήθει μᾶλ-
λον εὐδοκιμεῖν καὶ τὴν παρ' ἐκείνων εὔνοιαν βεβαιοτέ-
ραν ἔχειν. Πείθου μὲν καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τῶν
βασιλέων κειμένοις, ἰσχυρότατον μέντοι νόμον ἡγοῦ
τὸν ἐκείνων τρόπον. Ὥσπερ γὰρ τὸν ἐν δημοκρατίᾳ
πολιτευόμενον τὸ πλῆθος δεῖ θεραπεύειν, οὕτω καὶ τὸν b
ἐν μοναρχίᾳ κατοικοῦντα τὸν βασιλέα προσήκει θαυ-
μάζειν.
37. Εἰς ἀρχὴν κατασταθεὶς μηδενὶ χρῶ πονηρῷ πρὸς
τὰς διοικήσεις· ὧν γὰρ ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς
αἰτίας ἀναθήσουσιν. Ἐκ τῶν κοινῶν ἐπιμελειῶν ἀπαλ-
λάττου μὴ πλουσιώτερος, ἀλλ' ἐνδοξότερος· πολλῶν
γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος. c
Μηδενὶ πονηρῷ πράγματι μήτε παρίστασο μήτε
συνηγόρει· δόξεις γὰρ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πράττειν, οἷά
περ ἂν τοῖς ἄλλοις πράττουσι βοηθῇς.
38. Παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι,
ἀνέχου δὲ τὸ ἴσον ἔχων, ἵνα δοκῇς ὀρέγεσθαι τῆς δι-
καιοσύνης μὴ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ δι' ἐπιείκειαν. Μᾶλ-
λον ἀποδέχου δικαίαν πενίαν ἢ πλοῦτον ἄδικον· το- d
σούτῳ γὰρ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ
μὲν ζῶντας μόνον ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν
παρασκευάζει, κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι,
τούτου δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν. (39)
Μηδένα ζήλου τῶν ἐξ ἀδικίας κερδαινόντων, ἀλλὰ μᾶλ-
λον ἀποδέχου τοὺς μετὰ δικαιοσύνης ζημιωθέντας· οἱ
γὰρ δίκαιοι τῶν ἀδίκων εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν,
ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσιν. e
40. Πάντων μὲν ἐπιμελοῦ τῶν περὶ τὸν βίον, μάλι-
στα δὲ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν ἄσκει· μέγιστον γὰρ ἐν
11 ἐλαχίστῳ νοῦς ἀγαθὸς ἐν ἀνθρώπου σώματι. Πειρῶ τῷ a
μὲν σώματι εἶναι φιλόπονος, τῇ δὲ ψυχῇ φιλόσοφος, ἵνα
τῷ μὲν ἐπιτελεῖν δύνῃ τὰ δόξαντα, τῇ δὲ προορᾶν
ἐπίστῃ τὰ συμφέροντα.
41. Πᾶν ὅ τι ἂν μέλλῃς ἐρεῖν, πρότερον ἐπισκόπει
τῇ γνώμῃ· πολλοῖς γὰρ ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς δια-
νοίας. Δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα b
σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ
μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις
ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν.
42. Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον·
οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσει περιχαρὴς οὔτε δυστυχῶν
περίλυπος. Χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγα-
θῶν, λυποῦ δὲ μετρίως ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν κακῶν,
γίγνου δὲ τοῖς ἄλλοις μηδ' ἐν ἑτέροις ὢν κατάδηλος·
ἄτοπον γὰρ τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν,
τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν. (43) Μᾶλλον

quam bene procurabit aliena. Sic autem ad capiendi consilii prudentiam maxime incitaberis, si, quæ damna temeritatem sequantur, cogitaris. Nam et valetudinem diligentissime curamus, quum ægrotationum molestias recordamur.

36. Regum mores imitare et ad eorum studia te confer; videberis enim eos probare et æmulari. Unde fiet ut et populus de te melius existimet, et tu illorum benevolentiam erga te confirmes. Legibus regiis quidem obtempera; voluntatem tamen eorum firmissimam esse legem ducito. Quemadmodum enim in populari degenti republica multitudo colenda est, sic eum quoque qui sub imperio regio est, regem suspicere oportet.

37. Magistratum adeptus, nullius improbi ministerio in obeundis negotiis utitor. Nam quicquid ille deliquerit, id tibi imputabitur. A publicis functionibus discede non locupletior, sed laudatior. Magnis enim opibus laus apud populum parta est præferenda.

Nullius improbi negotii vel adjutor, vel patronus esse velis. Nam et te ipsum eadem facere putabunt, in quibus faciendis alios adjuveris.

38. Sic te parato, ut aliis plus possis, et æquo tamen jure cum cæteris vivito, ut te justitiam colere appareat non ex imbecillitate, sed propter æquitatem. Paupertatem cum justitia conjunctam opibus male partis anteponito. Nam justitia pecuniis eo præstantior est, quod hæ viventibus tantum prosunt, illa etiam defunctis gloriam parit; hæ vel malis hominibus contingunt, illud improbi nullo consequi modo possunt. (39) Neminem eorum qui lucrum sibi injustis factis acquirunt, æmulare, sed eos potius magni facito, qui ob justitiæ studium detrimentis afficiuntur. Nam justi si nulla re alia injustis præstant, spe certe bona sunt superiores.

40. Quum omnium rerum quæ ad vitam degendam pertinent, curam suscipito, tum ingenio excolendo vel maxime intentus esto. Maxima enim res in re minima est bona mens in corpore humano. Da operam ut et corpore sis laborioso et animo studioso, ut altero quæ decreveris perficere queas, altero quæ profutura sint prospicere scias.

41. Quidquid dicturus es, prius cum animo tuo reputa. Multi enim sunt quorum lingua cogitationi præcurrat. Duas loquendi opportunitates constitue, alteram de rebus tibi plane cognitis, alteram de iis quæ necessario sunt dicenda. In his enim solis silentium antecellit oratio; in reliquis vero tacere satius est quam loqui.

42. Nihil rerum humanarum esse firmum existima. Sic fiet ut nec in rebus secundis lætitia exsultes, nec in adversis nimio dolore afficiaris. Et gaudere debes rebus secundis, et moderate ferre dolorem calamitatum, sed neutra aliis ostendito palam. Quum enim domi opes occultemus, absurdum fuerit aperto animo obambulare. (43) Magis cave

εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον· δεῖ γὰρ εἶναι φοβερὰν τοῖς c μὲν φαύλοις τὴν τοῦ βίου τελευτήν, τοῖς δὲ σπουδαίοις τὴν ἐν τῷ ζῆν ἀδοξίαν. Μάλιστα μὲν πειρῶ ζῆν κατὰ τὴν ἀσφάλειαν· ἐὰν δέ ποτέ σοι συμβῇ κινδυνεύειν, ζήτει τὴν ἐκ τοῦ πολέμου σωτηρίαν μετὰ καλῆς δόξης, ἀλλὰ μὴ μετ' αἰσχρᾶς φήμης· τὸ μὲν γὰρ τελευτῆσαι πάντων ἡ πεπρωμένη κατέκρινε, τὸ δὲ καλῶς ἀποθανεῖν ἴδιον τοῖς σπουδαίοις ἀπένειμεν. d

44. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πολλὰ τῶν εἰρημένων οὐ πρέπει σοι πρὸς τὴν νῦν παροῦσαν ἡλικίαν. Οὐδὲ γὰρ ἐμὲ τοῦτο διέλαθεν· ἀλλὰ προειλόμην διὰ τῆς αὐτῆς πραγματείας ἅμα τοῦ τε παρόντος βίου συμβουλίαν ἐξενεγκεῖν καὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου παράγγελμα καταλιπεῖν. Τὴν μὲν γὰρ τούτων χρείαν ῥᾳδίως εἰδήσεις, τὸν δὲ μετ' εὐνοίας συμβουλεύοντα χαλεπῶς εὑρήσεις. Ὅπως οὖν μὴ παρ' ἑτέρου τὰ λοιπὰ ζητῇς, ἀλλ' ἐντεῦ- e θεν ὥσπερ ἐκ ταμιείου προφέρῃς, ᾠήθην δεῖν μηδὲν παραλιπεῖν ὧν ἔχω σοι συμβουλεύειν. (45) Πολλὴν δ' ἂν τοῖς θεοῖς χάριν σχοίην, εἰ μὴ διαμάρτοιμι τῆς δόξης ἧς ἔχων περὶ σοῦ τυγχάνω. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων a τοὺς πλείστους εὑρήσομεν, ὥσπερ τῶν σιτίων τοῖς ἡδίστοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγιεινοτάτοις χαίροντας, οὕτω καὶ τῶν φίλων τοῖς συνεξαμαρτάνουσι πλησιάζοντας, ἀλλ' οὐ τοῖς νουθετοῦσι. Σὲ δὲ νομίζω τοὐναντίον τούτων ἐγνωκέναι, τεκμηρίῳ χρώμενος τῇ περὶ τὴν ἄλλην παιδείαν φιλοπονίᾳ· τὸν γὰρ αὑτῷ τὰ βέλτιστα πράττειν ἐπιτάττοντα, τοῦτον εἰκὸς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν παρακαλοῦντας ἀποδέχεσθαι. (46) Μάλιστα δ' b ἂν παροξυνθείης ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν ἔργων, εἰ καταμάθοις ὅτι καὶ τὰς ἡδονὰς ἐκ τούτων μάλιστα γνησίως ἔχομεν. Ἐν μὲν γὰρ τῷ ῥᾳθυμεῖν καὶ τὰς πλησμονὰς ἀγαπᾶν εὐθὺς αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι, τὸ δὲ περὶ τὴν ἀρετὴν φιλοπονεῖν καὶ σωφρόνως τὸν αὑτοῦ βίον οἰκονομεῖν ἀεὶ τὰς τέρψεις εἰλικρινεῖς καὶ βεβαιοτέρας ἀποδίδωσι· (47) κἀκεῖ μὲν πρότερον ἡσθέντες ὕστε- c ρον ἐλυπήθημεν, ἐνταῦθα δὲ μετὰ τὰς λύπας τὰς ἡδονὰς ἔχομεν. Ἐν πᾶσι δὲ τοῖς ἔργοις οὐχ οὕτω τῆς ἀρχῆς μνημονεύομεν, ὡς τῆς τελευτῆς αἴσθησιν λαμβάνομεν· τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν περὶ τὸν βίον οὐ δι' αὐτὰ τὰ πράγματα ποιοῦμεν, ἀλλὰ τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκεν διαπονοῦμεν. (48) Ἐνθυμοῦ δὲ ὅτι τοῖς μὲν φαύλοις ἐνδέχεται τὰ τυχόντα πράττειν· εὐθὺς γὰρ τοῦ βίου τοιαύτην πεποίηνται τὴν ὑπόθεσιν· τοῖς δὲ σπουδαίοις οὐχ οἷόν τε d τῆς ἀρετῆς ἀμελεῖν διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἐπιπλήττοντας. Πάντες γὰρ μισοῦσιν οὐχ οὕτω τοὺς ἐξαμαρτάνοντας ὡς τοὺς ἐπιεικεῖς μὲν φήσαντας εἶναι, μηδὲν δὲ τῶν τυχόντων διαφέροντας, εἰκότως· (49) ὅπου γὰρ τοὺς τῷ λόγῳ μόνον ψευδομένους ἀποδοκιμάζομεν, ἦ πού γε τοὺς τῷ βίῳ παντὶ ἐλαττουμένους [οὐ] φαύλους εἶναι φήσομεν; Δικαίως δ' ἂν τοὺς τοιούτους ὑπολάβοιμεν μὴ μόνον εἰς αὑτοὺς ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ τῆς e τύχης εἶναι προδότας· ἡ μὲν γὰρ αὐτοῖς χρήματα καὶ δόξαν καὶ φίλους ἐνεχείρισεν, οἱ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἀναξίους τῆς ὑπαρχούσης εὐδαιμονίας κατέστησαν. (50) Εἰ δὲ

reprehensionem, quam periculum. Nam ut vitæ finis improbis, sic bonis viris ignominiosa vita formidolosa esse debet. Operam inprimis dato ut in tuto vivere queas, sed si quando tempus inciderit, ut pericula sint adeunda, incolumis cum laude e bello evadere stude, non cum infamia. Nam fatum omnibus destinavit ut morerentur; mortem autem honeste oppetitam peculiare præstantium virorum munus esse voluit.

44. Neque vero mirari debes multa ex iis quæ diximus, isti ætati tuæ non convenire. Nam id me quoque non præteriit: sed propositum mihi fuit una eademque opera et de præsenti vitæ ratione consilium promere, et quid in posterum tibi faciendum esset præceptum relinquere. Nam usum quidem horum facile intelliges, benevolum monitorem autem ægre invenies. Ne igitur cetera ex aliis tibi quærenda essent, sed ut hinc omnia velut e penu depromeres, nihil, in quo tibi consulere possem, prætereundum esse duxi. (45) Magnas autem diis gratias agam, si me spes de te concepta non fefellerit. Nam ut plerosque alios cibis jucundissimis potius quam saluberrimis delectari, sic etiam ad eos sese amicos adjungere cernimus, qui una delinquunt, non ad eos qui vitia reprehendunt. Te vero contrarium statuisse existimo argumento industriæ tuæ in aliis disciplinis adductus. Nam qui ipse sibi optima quæque imperavit, eum consentaneum est etiam alios ad virtutem exhortantes amplecti. (46) Maxime autem ad studium honestarum rerum incitaberis, si animadvertes ex his verissimas nobis contingere voluptates. Nam in socordia quidem luxuriæque amore molestiæ statim voluptatibus adhærescunt: virtutis autem studium et sobrium vitæ institutum semper oblectationes sinceras atque etiam constantiores gignit. (47) Nam illic principio gavisi post dolemus, hic post molestias voluptates capimus. In omnibus autem rebus non tam principii solemus meminisse, quam sensu finis affici. Nam pleraque in vita non propter res ipsas agimus, sed propter ea quæ consequuntur elaboramus. (48) Illud item cogites velim: ignavis quidem hominibus quidvis licere agere, nam tale statim initio vitæ suæ fundamentum jecerunt; industriis vero negligere virtutem concessum non esse, quia, *si faciant*, a multis reprehendantur. Omnes enim non tam oderunt flagitiosos, quam eos qui virtutis professi studium re nulla a vulgo distinguantur, nec id injuria. (49) Nam quum eos improbemus, qui verbis tantum fallunt, quanto magis eos nequam homines dicemus, qui tota vita fallunt? Ac recte quidem ejus generis homines non in semetipsos tantum esse injurii, sed et fortunæ proditores existimantur, quæ quum eis et opes et gloriam et amicos tribuerit, ipsi parta felicitate indignos sese præbeant. (50) Quodsi fas est mortali voluntatem

δεῖ θνητὸν ὄντα τῆς τῶν θεῶν στοχάσασθαι διανοίας, 13 ἡγοῦμαι κἀκείνους ἐπὶ τοῖς οἰκειοτάτοις μάλιστα δηλῶσαι a πῶς ἔχουσι πρὸς τοὺς φαύλους καὶ τοὺς σπουδαίους τῶν ἀνθρώπων. Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας, ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι καὶ πάντες πιστεύουσι, τὸν μὲν διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον ἐποίησε, τὸν δὲ διὰ τὴν κακίαν ταῖς μεγίσταις τιμωρίαις ἐκόλασεν. (51) Οἷς δεῖ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, b καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγιγνώσκειν. (52) Ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ βέλτιστα λαμβάνουσαν, οὕτω δεῖ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν.

deorum conjecturis indagare, eos etiam in conjunctissimi potissimum demonstrasse arbitror, quomodo et adversus homines improbos et erga bonos viros sint animati. Nam quum Juppiter (ut in fabulis traditur omnesque credunt) Herculem Tantalumque genuisset, alterum ob virtutem immortalitate donavit, alterum propter improbitatem maximis suppliciis affecit. (51) Decet igitur in hæc exempla intuentes virtutem et honestatem expetere, nec ea servare tantum quæ nos diximus, sed etiam poetarum optima quæque discere, et ea legere, quæ alii viri sapientes utiliter præceperunt. (52) Nam ut apes omnibus quidem insidere floribus, de singulis autem utilia carpere videmus; sic eruditionis etiam comparandæ studiosos, nullius rei esse rudes, sed undique utilia quæque colligere decet. Vix enim vel hac diligentia adhibita naturæ nostræ pravitatem superabimus.

2.

ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΚΛΕΑ.

14 Οἱ μὲν εἰωθότες, ὦ Νικόκλεις, τοῖς βασιλεῦσιν ὑμῖν ἐσθῆτας ἄγειν ἢ χαλκὸν ἢ χρυσὸν εἰργασμένον ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων κτημάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς 15 εἰσίν, ὑμεῖς δὲ πλουτεῖτε, λίαν ἔδοξαν εἶναί μοι καταφανεῖς a οὐ δόσιν ἀλλ' ἐμπορίαν ποιούμενοι, καὶ πολὺ τεχνικώτερον αὐτὰ πωλοῦντες τῶν ὁμολογούντων καπηλεύειν· (2) ἡγησάμην δ' ἂν γενέσθαι ταύτην καλλίστην δωρεὰν καὶ χρησιμωτάτην καὶ μάλιστα πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθείην ὁρίσαι ποίων ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος καὶ τίνων[ἔργων]ἀπεχόμενος ἄριστ' ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὴν βασιλείαν διοικοίης. Τοὺς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολλὰ τὰ παιδεύοντα, μάλιστα b μὲν τὸ μὴ τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τοῦ βίου καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν βουλεύεσθαι, (3) ἔπειθ' οἱ νόμοι καθ' οὓς ἕκαστοι πολιτευόμενοι τυγχάνουσιν, ἔτι δ' ἡ παρρησία καὶ τὸ φανερῶς ἐξεῖναι τοῖς τε φίλοις ἐπιπλῆξαι καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἁμαρτίαις· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν ποιητῶν τινες τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν· ὥστ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς βελτίους c γίγνεσθαι. (4) Τοῖς δὲ τυράννοις οὐδὲν ὑπάρχει τοιοῦτον, ἀλλ' οὓς ἔδει παιδεύεσθαι μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσιν, ἀνουθέτητοι διατελοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς οὐ πλησιάζουσιν, οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι. Καὶ γάρ τοι κύριοι γιγνόμενοι καὶ χρημάτων πλείστων καὶ πραγμάτων μεγίστων, διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις d ταῖς ἀφορμαῖς πεποιήκασιν ὥστε πολλοὺς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἑλέσθαι τὸν βίον τὸν τῶν ἰδιωτευόντων μὲν ἐπιεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ τὸν τῶν τυραννευόντων. (5) Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς καὶ τοὺς πλούτους καὶ τὰς δυναστείας, ἰσο-

2.

AD NICOCLEM.

Qui vobis regibus, Nicocles, advehere vestes solent aut æs aut aurum factum aut aliquid aliud ejus generis, quo et ipsi egent, et vos abundatis: hos, ut mihi quidem videtur, plus satis apparet non largitionem facere, sed mercaturam, suasque res multo callidius vendere, quam eos qui ex professo cauponantur. (2) Existimavi vero hoc pulcherrimum fore munus et utilissimum, idemque et mihi danti et tibi accipienti aptissimum, si describere possem quibus studiis sequendis et quibus rebus fugiendis optime et civitatem et regnum administraturus esses. Nam privatos quidem homines permulta sunt quæ erudiant, atque inprimis vita expers deliciarum et quotidiana de parando victu deliberandi necessitas; (3) deinde leges, quibus in suis quique civitatibus reguntur, præterea liberior ille loquendi usus, quodque palam et amicis objurgare invicem, et inimicis exagitare delicta licet; denique poetæ quidam veteres præcepta de vivendi ratione reliquerunt. Quibus rebus omnibus consentaneum est eos fieri meliores. (4) Principibus autem nihil ejusmodi præsto est, sed quos omnium maxime institui conveniebat, hi suscepto principatu sine ullis monitoribus ætatem exigunt. Perpaucis enim ad eos patet aditus; qui vero familiariter cum eis vivunt, hi ad gratiam et dicunt et faciunt omnia. Itaque amplissima pecunia et potentia maxima potiti, facultatibus his abutendo effecerunt, ut multi dubitent, sitne privatorum quidem hominum, sed moderate se gerentium, potius expetenda vita, quam regum. (5) Nam quum honores eorum et divitias et imperia intuentur, omnes eos diis similes esse censent, qui

θέους ἅπαντες νομίζουσι τοὺς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας· ἐπειδὰν δ' ἐνθυμηθῶσι τοὺς φόβους καὶ τοὺς κινδύνους, καὶ διεξιόντες ὁρῶσι τοὺς μὲν ὑφ' ὧν ἥκιστα χρῆν διε- e φθαρμένους, τοὺς δ' εἰς τοὺς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους, τοῖς δ' ἀμφότερα ταῦτα συμβεβηκότα, πάλιν ὁπωσοῦν ζῆν ἡγοῦνται λυσιτελεῖν μᾶλλον ἢ μετὰ τοιούτων συμφορῶν ἁπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν.

16 (6) Ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας καὶ τῆς ταραχῆς αἴτιόν a ἐστιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ὥσπερ ἱερωσύνην παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι καὶ πλείστης προνοίας δεόμενον. Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν τὴν πρᾶξιν, ἐξ ὧν ἄν τις μάλιστα δύναιτο κατὰ τρόπον διοικεῖν καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τῶν ἀεὶ παρόντων ἔργον ἐστὶ συμβουλεύειν· καθ' ὅλων δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν χρὴ στοχάζεσθαι καὶ περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν, b ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν. (7) Εἰ μὲν οὖν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθὲν ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν μετὰ μέτρου ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων ἔτι μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων μεγάλας τὰς προσδοκίας παρέσχεν, ἐπιτελεσθέντα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδειχθέντα πολὺ καταδεεστέραν τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλαβεν· (8) οὐ μὴν ἀλλὰ τό γ' ἐπιχείρημα καλῶς ἔχει, c τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα καὶ νομοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἰδιώτας παιδεύοντες ἐκείνους μόνον ὠφελοῦσιν· εἰ δέ τις τοὺς κρατοῦντας τοῦ πλήθους ἐπ' ἀρετὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἂν ὀνήσειε, καὶ τοὺς τὰς δυναστείας ἔχοντας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῖς ὄντας· τοῖς μὲν γὰρ ἂν τὰς ἀρχὰς ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πρᾳοτέρας ποιήσειεν.

sepultos neque vetus institutum et patriam legem aboleri paterentur. (56) Herculis autem liberi Eurysthei sævitiam fugientes ceteris, ut quæ ab ipsis calamitatem prohibere non possent, despectis urbibus nostram civitatem solam eam esse putarunt, quæ justam gratiam referre valeret pro iis beneficiis, quæ pater in universum genus mortalium contulisset. (57) Hinc facile perspicitur nostram urbem tum etiam dignitate imperatoria fuisse præditam. Quis enim est, qui supplex esse velit vel inferioribus vel aliorum subjectis imperio, potentioribus neglectis, de rebus præsertim non privatis, sed publicis, et quarum curam suscepturos consentaneum sit non nisi eos qui primas inter Græcos sibi vindicent? (58) Deinde spe sua, qua freti ad majores nostros confugerant, non frustratos eos esse constat. Suscepto enim bello defunctorum causa contra Thebanos, et pro Herculis liberis adversus Eurysthei potentiam tum illos admoto ad urbem exercitu ad sepulturam cadavera cognatis reddere coegerunt, tum instructa acie Peloponnesios, qui cum Eurystheo in nostrum agrum impetum fecerant, obviam progressi prælio vicerunt ejusque ferociam compescuerunt. (59) Quum autem ob alias jam res gestas in admiratione essent, ob hæc facta magis etiam celebrati sunt. Nec enim parvum quiddam præstiterunt, sed utrorumque fortunas ita mutaverunt, ut et is qui nobis supplicandum esse censuerat, contra voluntatem hostium confectis omnibus quæ petierat, discesserit, et Eurystheus, qui vim nobis facturus advenerat, ipse captus supplex fieri sit coactus. (60) Atque eum quidem qui natura humana præstantior et Jove natus fuit et mortalis adhuc divinum robur habuit, iste et imperiis et injuriis per omnem ætatem divexavit; postquam autem in nos deliquit, res ejus ita mutatæ sunt, ut in potestatem liberorum illius redactus contumeliosa morte perierit.

61. Quum vero complura in civitatem Lacedæmoniorum beneficia contulerimus, de hoc uno dicere constitui. Namque occasione usi, qua per nos conservati erant, majores eorum, qui nunc Spartæ regnant, Herculis posteri, atque in Peloponnesum reversi, Argis et Lacedæmone et Messena occupatis, tum Spartæ conditores, tum bonorum, quibus nunc fruuntur omnium, principes eis auctoresque exstiterunt. (62) Decuit igitur illos horum memores nunquam in eam regionem incursum facere, ex qua progressi tantam felicitatem sibi comparaverunt, nec ei urbi creare periculum, quæ pro liberis Herculis caput periculis objecerat, neque ejus posteris tradere regnum, civitatem vero, quæ illius progeniem conservavit, in servitutem redigere. (63) Quodsi gratiæ referendæ et æquitatis officiis omissis ad institutum redeundum et justissima causa utendum est, non utique

που πάτριόν ἐστιν ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπήλυδας τῶν αὐτοχθόνων, οὐδὲ τοὺς εὖ παθόντας τῶν εὖ ποιησάντων, οὐδὲ τοὺς ἱκέτας γενομένους τῶν ὑποδεξαμένων. d

64. Ἔτι δὲ συντομώτερον ἔχω δηλῶσαι περὶ αὐτῶν. Τῶν μὲν γὰρ Ἑλληνίδων πόλεων, χωρὶς τῆς ἡμετέρας, Ἄργος καὶ Θῆβαι καὶ Λακεδαίμων καὶ τότ' ἦσαν μέγισται καὶ νῦν ἔτι διατελοῦσι· φαίνονται δ' ἡμῶν οἱ πρόγονοι τοσοῦτον ἁπάντων διενεγκόντες, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν Ἀργείων δυστυχησάντων Θηβαίοις, ὅτε μέγιστον ἐφρόνησαν, ἐπιτάττοντες, (65) ὑπὲρ δὲ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους Ἀργείους καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους μάχῃ e κρατήσαντες, ἐκ δὲ τῶν πρὸς Εὐρυσθέα κινδύνων τοὺς οἰκιστὰς καὶ τοὺς ἡγεμόνας τοὺς Λακεδαιμονίων διασώσαντες. Ὥστε περὶ μὲν τῆς ἐν τοῖς Ἕλλησι δυναστείας οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις σαφέστερον ἐπιδεῖξαι δυνηθείη.

54 66. Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους a τῇ πόλει πεπραγμένων προσήκειν εἰπεῖν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὸν λόγον κατεστησάμην περὶ τῆς ἡγεμονίας τῆς ἐπ' ἐκείνους. Ἅπαντας μὲν οὖν ἐξαριθμῶν τοὺς κινδύνους λίαν ἂν μακρολογοίην· ἐπὶ δὲ τῶν μεγίστων τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ὀλίγῳ πρότερον πειράσομαι καὶ περὶ τούτων διελθεῖν. (67) Ἔστι γὰρ ἀρχικώτατα μὲν τῶν γενῶν καὶ μεγίστας δυναστείας ἔχοντα Σκύθαι b καὶ Θρᾷκες καὶ Πέρσαι, τυγχάνουσι δ' οὗτοι μὲν ἅπαντες ἡμῖν ἐπιβουλεύσαντες, ἡ δὲ πόλις πρὸς ἅπαντας τούτους διακινδυνεύσασα. Καίτοι τί λοιπὸν ἔσται τοῖς ἀντιλέγουσιν, ἢν ἐπιδειχθῶσι τῶν μὲν Ἑλλήνων οἱ μὴ δυνάμενοι τυγχάνειν τῶν δικαίων ἡμᾶς ἱκετεύειν ἀξιοῦντες, τῶν δὲ βαρβάρων οἱ βουλόμενοι καταδουλώσασθαι τοὺς Ἕλληνας ἐφ' ἡμᾶς πρώτους ἰόντες; c

68. Ἐπιφανέστατος μὲν οὖν τῶν πολέμων ὁ Περσικὸς γέγονεν, οὐ μὴν ἐλάττω τεκμήρια τὰ παλαιὰ τῶν ἔργων ἐστὶ τοῖς περὶ τῶν πατρίων ἀμφισβητοῦσιν. Ἔτι γὰρ ταπεινῆς οὔσης τῆς Ἑλλάδος ἦλθον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν Θρᾷκες μὲν μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Σκύθαι δὲ μετ' Ἀμαζόνων τῶν Ἄρεως θυγατέρων, οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλὰ καθ' ὃν ἑκάτεροι τῆς Εὐρώπης ἐπῆρχον, μισοῦντες μὲν ἅπαν τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος, ἰδίᾳ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἐγκλήματα ποιησάμενοι, νο- d μίζοντες ἐκ τούτου τοῦ τρόπου πρὸς μίαν μὲν πόλιν κινδυνεύσειν, ἁπασῶν δ' ἅμα κρατήσειν. (69) Οὐ μὴν κατώρθωσαν, ἀλλὰ πρὸς μόνους τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους συμβαλόντες ὁμοίως διεφθάρησαν ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπολέμησαν. Δῆλον δὲ τὸ μέγεθος τῶν κακῶν τῶν γενομένων ἐκείνοις· οὐ γὰρ ἄν ποθ' οἱ λόγοι περὶ αὐτῶν τοσοῦτον χρόνον διέμειναν, εἰ μὴ καὶ τὰ πραχθέντα πολὺ τῶν ἄλλων διήνεγκεν. (70) Λέγεται δ' οὖν περὶ μὲν Ἀμαζόνων ὡς τῶν μὲν ἐλθου- e σῶν οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθεν, αἱ δ' ὑπολειφθεῖσαι διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξεβλήθησαν, περὶ δὲ Θρᾳκῶν ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον ὅμοροι προσοικοῦντες ἡμῖν τοσοῦτον διέλιπον, ὥστ' ἐν τῷ μεταξὺ τῆς χώρας a ἔθνη πολλὰ καὶ γένη παντοδαπὰ καὶ πόλεις μεγάλας κατοικισθῆναι.

patrium est duces esse advenas indigenarum, neque beneficiis affectos bene meritorum, neque supplices eorum a quibus sunt conservati.

64. Ac majore etiam compendio his de rebus possum dicere. Nam Græcarum urbium, nostra civitate excepta, Argos et Thebæ et Lacedæmon, ut tum fuerunt, sic etiam hodie sunt maximæ : majores autem nostros tantum præstitisse omnibus constat, ut propter Argivos adversa fortuna usos Thebanis, quum maxime elati animis essent, imperarint, (65) et ad liberos Herculis defendendos Argivos ceterosque Peloponnesios prælio superarint, et ex periculis, quæ ab Eurystheo imminebant, conditores et duces Lacedæmoniorum liberarint. Itaque haud scio quidnam de Græciæ principatu ab ullo demonstrari possit apertius.

66. Convenire autem videtur ut de rebus a nostra urbe etiam contra barbaros gestis dicam, præsertim quum de principatu in illis oppugnandis debito orationem instituerim. Verum si omnia prælia enumerarem, justo mihi longior nasceretur oratio : quare super maximis operam dabo, ut eadem ratione, qua supra sum usus, etiam de hisce disseram. (67) Sunt igitur imperiosissimæ gentes maximaque præditæ potentia Scythæ, Thraces et Persæ. Ita autem sors tulit, ut hi omnes insidiati nobis fuerint, nostraque urbs adversus hos omnes belli discrimen adierit. Enimvero quid reliqui erit adversariis, ubi demonstratum fuerit et Græcos, si qui jus suum adipisci non possent, nostræ urbi supplicare solitos, et barbaros servitute Græciam oppressuros impetum in nos primo fecisse?

68. Bellum quidem Persicum omnium illustrissimum fuit; at non minora tamen argumenta res olim gestæ suppeditant de jure et more majorum disputantibus. Nam humili adhuc Græcia in nostrum agrum irruperunt Thraces cum Eumolpo Neptuni filio, Scythæ cum Amazonibus Marte prognatis, non eodem tempore, sed quo utrique Europæ imperium appetebant, infensi quidem Græcis universis, sed privatim nos incusantes. Existimabant enim ea se ratione unam tantum urbem adversariam habituros, et universarum simul imperio potituros. (69) Non tamen votorum compotes facti, sed cum solis majoribus nostris congressi æque deleti sunt, ac si generi humano universo bellum intulissent. Cladis autem illius magnitudo ex eo perspicitur, quod fama illa tam diu durare non potuisset, nisi res gestæ multum aliis præstitissent. (70) Nam Amazonum quidem, quæ huc venerint, nullam domum rediisse, et ceteras quæ domi manserint, ob cladem hic acceptam regno pulsas esse ferunt; Thraces autem, quum superiori tempore in vicinia nostra habitassent, tam longe recesserunt, ut inter nostros et illorum fines multæ gentes variæque consederint et magnæ urbes sint conditæ.

71. Καλὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα, καὶ πρέποντα τοῖς περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀμφισβητοῦσιν· ἀδελφὰ δὲ τῶν εἰρημένων, καὶ τοιαῦθ' οἷά περ εἰκὸς τοὺς ἐκ τοιούτων γεγονότας, οἱ πρὸς Δαρεῖον καὶ Ξέρξην πολεμήσαντες ἔπραξαν. Μεγίστου γὰρ πολέμου συστάντος ἐκείνου, καὶ πλείστων κινδύνων εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον συμπεσόντων, b καὶ τῶν μὲν πολεμίων ἀνυποστάτων οἰομένων εἶναι διὰ τὸ πλῆθος, τῶν δὲ συμμάχων ἀνυπέρβλητον ἡγουμένων ἔχειν τὴν ἀρετήν, (72) ἀμφοτέρων κρατήσαντες ὡς ἑκατέρων προσῆκεν, καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς κινδύνους διενεγκόντες, εὐθὺς μὲν τῶν ἀριστείων ἠξιώθησαν, οὐ πολλῷ δ' ὕστερον τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης ἔλαβον, δόντων μὲν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι ζητούντων. c

73. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω μ' ἀγνοεῖν ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι περὶ τοὺς καιροὺς τούτους πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι τοῖς Ἕλλησι κατέστησαν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐπαινεῖν ἔχω τὴν πόλιν, ὅτι τοιούτων ἀνταγωνιστῶν τυχοῦσα τοσοῦτον αὐτῶν διήνεγκεν. Βούλομαι δ' ὀλίγῳ μακρότερα περὶ τοῖν πολέοιν εἰπεῖν καὶ μὴ ταχὺ λίαν παραδραμεῖν, ἵν' ἀμφοτέρων ἡμῖν ὑπομνήματα γένηται, τῆς τε τῶν προγόνων ἀρετῆς καὶ τῆς πρὸς τοὺς βαρβάρους d ἔχθρας. (74) Καίτοι μ' οὐ λέληθεν ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὕστατον ἐπελθόντα λέγειν περὶ πραγμάτων πάλαι προκατειλημμένων, καὶ περὶ ὧν οἱ μάλιστα δυνηθέντες τῶν πολιτῶν εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις πολλάκις εἰρήκασιν· ἀνάγκη γὰρ τὰ μὲν μέγιστ' αὐτῶν ἤδη καταχεχρῆσθαι, μικρὰ δέ τινα παραλελεῖφθαι. Ὅμως δ' ἐκ τῶν ὑπολοίπων, ἐπειδὴ συμφέρει τοῖς πράγμασιν, e οὐκ ὀκνητέον μνησθῆναι περὶ αὐτῶν.

75. Πλείστων μὲν οὖν ἀγαθῶν αἰτίους καὶ μεγίστων ἐπαίνων ἀξίους ἡγοῦμαι γεγενῆσθαι τοὺς τοῖς σώμασιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος προκινδυνεύσαντας· οὐ μὴν οὐδὲ 56 τῶν πρὸ τοῦ πολέμου τούτου γενομένων καὶ δυναστευσάντων a ἐν ἑκατέρᾳ τοῖν πολέοιν δίκαιον ἀμνημονεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ προασκήσαντες τοὺς ἐπιγιγνομένους καὶ τὰ πλήθη προτρέψαντες ἐπ' ἀρετὴν καὶ χαλεποὺς ἀνταγωνιστὰς τοῖς βαρβάροις ποιήσαντες. (76) Οὐ γὰρ ὠλιγώρουν τῶν κοινῶν, οὐδ' ἀπέλαυον μὲν ὡς ἰδίων, ἠμέλουν δ' ὡς ἀλλοτρίων, ἀλλ' ἐκήδοντο μὲν ὡς οἰκείων, ἀπείχοντο δ' ὥσπερ χρὴ τῶν μηδὲν προσηκόντων· οὐδὲ b πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον, ἀλλ' οὗτος ἐδόκει πλοῦτον ἀσφαλέστατον κεκτῆσθαι καὶ κάλλιστον, ὅστις τοιαῦτα τυγχάνοι πράττων ἐξ ὧν αὐτός τε μέλλοι μάλιστ' εὐδοκιμήσειν καὶ τοῖς παισὶ μεγίστην δόξαν καταλείψειν. (77) Οὐδὲ τὰς θρασύτητας τὰς ἀλλήλων ἐζήλουν, οὐδὲ τὰς τόλμας τὰς αὐτῶν ἤσκουν, ἀλλὰ δεινότερον μὲν ἐνόμιζον εἶναι κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν ἢ καλῶς ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀποθνήσκειν, μᾶλλον δ' c ᾐσχύνοντ' ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἁμαρτήμασιν ἢ νῦν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις τοῖς σφετέροις αὐτῶν. (78) Τούτων δ' ἦν αἴτιον ὅτι τοὺς νόμους ἐσκόπουν ὅπως ἀκριβῶς καὶ καλῶς ἕξουσιν, οὐχ οὕτω τοὺς περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων ὡς τοὺς περὶ τῶν καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων·

71. Præclara quidem et hæc sunt, ac digna iis qui de principatu contendunt; cognata vero his quæ diximus, et talia quidem qualia deceant a tantis viris ortos, illi gessere, qui Darii et Xerxis arma repulerunt. Quum enim maximum id bellum exstitisset et plurima pericula eodem tempore urgerent et hostes ob multitudinem se non sustineri posse et socii nostri virtute insuperabili eos præditos esse putarent: (72) utrisque victis sicut utrisque conveniebat, et omnibus præliis præstantia virtutis suæ probata insignem statim fortitudinis laudem et præmia meruerunt, neque multo post maris imperium sunt adepti, delatum a Græcis ceteris, istis qui nunc id nobis eripere student, minime adversantibus.

73. Neque vero me quisquam ignorare putet etiam Lacedæmonios sub illa tempora multa in Græcos beneficia contulisse. Sed propterea urbs majoribus laudibus extollenda est, quod talibus æmulis tantum excelluit. Dicam autem paulo prolixius de his duabus urbibus neque nimis celeriter prætervehar, ut utriusque rei monumenta exsistant, et virtutis, qua majores excelluerunt, et odii, quo barbaros debellarunt. (74) Neque me fugit quam difficile sit, post alios omnes de rebus dicere jam pridem occupatis, de quibus eloquentissimi cives in publicis sepulturis sæpe verba fecerunt. Necesse est enim maxima quæque jam ante in medium allata et parva quædam relicta esse. Neque tamen de eis quæ restant, quoniam instituto nostro serviunt, dicere verendum est.

75. Optime igitur meritos et maximis laudibus fuisse dignos eos existimo, qui sua corpora pro Græciæ defensione periculis objecerunt. Sed nec eorum nulla ratio habenda est, qui eo bello ætate superiores in utraque urbe summæ rerum præfuerunt. Illi enim fuere qui præpararunt posteros, et populum ad virtutem cohortati, eos barbaris acerrimos adversarios effecerunt. (76) Nec enim illi nullam reipublicæ curam habebant, neque publicis opibus fruebantur ut privatis, ut alienas negligebant; sed eas administrabant, ut privatas; ita iis abstinebant, ut abstinere decet prorsus alienis. Nec pecunia felicitatem metiebantur, sed is opes possidere tutissimas et pulcherrimas sibi videbatur, qui ita se gereret, ut et ipse maximam laudem mereretur et liberis suis honestissimam famam relicturus esset. (77) Neque vero insolentia inter se certabant, nec alii in alios audaciam ostendebant, sed gravius esse putabant male audire a civibus quam honeste pro republica occumbere, et magis erubescebant, si quid publice delictum esset, quam nunc privatim peccasse pudet. (78) In causa illud erat, quod operam dabant, ut leges accuratæ et præclaræ essent, non tam privatorum negotiorum, quam morum disciplinæ. Scie-

ἠπίσταντο γὰρ ὅτι τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων
οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συν-
θημάτων ῥᾳδίως καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοι- d
νῶν ὁμονοήσουσιν. (79) Οὕτω δὲ πολιτικῶς εἶχον,
ὥστε καὶ τὰς στάσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους οὐχ
ὁπότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπολέσαντες τῶν λοιπῶν ἄρξου-
σιν, ἀλλ' ὁπότεροι φθήσονται τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιή-
σαντες· καὶ τὰς ἑταιρείας συνῆγον οὐχ ὑπὲρ τῶν ἰδίᾳ
συμφερόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ πλήθους ὠφελείᾳ. (80)
Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ τῶν ἄλλων διῴκουν, θερα-
πεύοντες ἀλλ' οὐχ ὑβρίζοντες τοὺς Ἕλληνας, καὶ στρα-
τηγεῖν οἰόμενοι δεῖν ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν αὐτῶν, καὶ e
μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγο-
ρεύεσθαι, καὶ σωτῆρες ἀλλὰ μὴ λυμεῶνες ἀποκαλεῖσθαι,
τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἀλλ' οὐ βίᾳ
57 καταστρεφόμενοι, (81) πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις ἢ a
νῦν τοῖς ὅρκοις χρώμενοι, ταῖς δὲ συνθήκαις ὥσπερ
ἀνάγκαις ἐμμένειν ἀξιοῦντες, οὐχ οὕτως ἐπὶ ταῖς δυ-
ναστείαις μέγα φρονοῦντες, ὡς ἐπὶ τῷ σωφρόνως ζῆν
φιλοτιμούμενοι, τὴν αὐτὴν ἀξιοῦντες γνώμην ἔχειν πρὸς
τοὺς ἥττους ἥνπερ τοὺς κρείττους πρὸς σφᾶς αὐτούς,
ἴδια μὲν ἄστη τὰς αὑτῶν πόλεις ἡγούμενοι, κοινὴν δὲ
πατρίδα τὴν Ἑλλάδα νομίζοντες εἶναι.

82. Τοιαύταις διανοίαις χρώμενοι, καὶ τοὺς νεωτέ-
ρους ἐν τοῖς τοιούτοις ἤθεσι παιδεύοντες, οὕτως ἄνδρας b
ἀγαθοὺς ἀπέδειξαν τοὺς πολεμήσαντας πρὸς τοὺς ἐκ τῆς
Ἀσίας, ὥστε μηδένα πώποτε δυνηθῆναι περὶ αὐτῶν
μήτε τῶν ποιητῶν μήτε τῶν σοφιστῶν ἀξίως τῶν ἐκεί-
νοις πεπραγμένων εἰπεῖν. Καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω
συγγνώμην· ὁμοίως γάρ ἐστι χαλεπὸν ἐπαινεῖν τοὺς
ὑπερβεβληκότας τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς ὥσπερ τοὺς
μηδὲν ἀγαθὸν πεποιηκότας· τοῖς μὲν γὰρ οὐχ ὕπεισι
πράξεις, πρὸς δὲ τοὺς οὐκ εἰσὶν ἁρμόττοντες λόγοι. (83) c
Πῶς γὰρ ἂν γένοιντο σύμμετροι τοιούτοις ἀνδράσιν, οἳ
τοσοῦτον μὲν τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένων διήνεγ-
καν, ὅσον οἱ μὲν περὶ μίαν πόλιν ἔτη δέκα διέτριψαν,
οἱ δὲ τὴν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἀσίας δύναμιν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ
κατεπολέμησαν, οὐ μόνον δὲ τὰς αὑτῶν πατρίδας διέ-
σωσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα σύμπασαν ἠλευθέρωσαν;
ποίων δ' ἂν ἔργων ἢ πόνων ἢ κινδύνων ἀπέστησαν
ὥστε ζῶντες εὐδοκιμεῖν, οἵτινες ὑπὲρ τῆς δόξης ἧς d
ἔμελλον τελευτήσαντες ἕξειν οὕτως ἑτοίμως ἤθελον
ἀποθνήσκειν; (84) Οἶμαι δὲ καὶ τὸν πόλεμον θεῶν τινα
συναγαγεῖν ἀγασθέντα τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, ἵνα μὴ
τοιοῦτοι γενόμενοι τὴν φύσιν διαλάθοιεν μηδ' ἀκλεῶς
τὸν βίον τελευτήσαιεν, ἀλλὰ τῶν αὐτῶν τοῖς ἐκ τῶν
θεῶν γεγονόσι καὶ καλουμένοις ἡμιθέοις ἀξιωθεῖεν·
καὶ γὰρ ἐκείνων τὰ μὲν σώματα ταῖς τῆς φύσεως ἀνάγ-
καις ἀπέδοσαν, τῆς δ' ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην e
ἐποίησαν.

85. Ἀεὶ μὲν οὖν οἵ θ' ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακε-
δαιμόνιοι φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλους εἶχον, οὐ μὴν ἀλλὰ
περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονίκησαν,
58 οὐκ ἐχθροὺς ἀλλ' ἀνταγωνιστὰς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νο- a

bant enim bonis viris nihil opus esse multis scriptis sed paucis conventis, ut de re tum privata tum publica consentirent. (79) Jam tantum fuit eorum reipublicæ studium, ut inter eos factiones essent, non utri alteris e medio sublatis reliquis dominarentur, sed utri suam in civitatem beneficentiam ante ceteros declararent; ac societates coibant, non ob privata commoda, sed propter populi emolumenta. (80) Eodemque modo etiam aliorum res administrabant, ut colerent Græcos, non exagitarent. Existimabant enim non tyrannidem, sed imperium in eos esse exercendum, et duces potius quam dominos appellari, servatores et non vastatores nominari se cupiebant, eo quod beneficiis civitates alliciebant, non vi eversas ad se pertrahebant; (81) graviore quidem sermone quam nunc jurejurando utebantur, pacta et conventa ita servabant, quasi necessitate constricti tenerentur non tam ob potentiam superbiebant quam vitæ modestiam laudi sibi ducebant, erga imbecilliores ita affecti ut potentiores erga se affectos esse voluissent, civitates suas privatarum urbium loco habebant, Græciam vero communem patriam existimabant.

82. Quum igitur his animis essent, et his moribus adolescentiam imbuerent, eos qui cum gentibus Asiaticis pugnarunt, tam fortes viros reddiderunt, ut nemo unquam vel poetarum vel oratorum eos pro rerum gestarum dignitate potuerit celebrare. In quo ego illis facile ignosco. Æque enim difficile est eos laudare, qui aliorum omnium virtutes superarunt, atque illos qui nihil præclari gesserunt. Nam alteris res desunt, de alteris apta rebus verba reperiri non possunt. (83) Nam quæ talibus viris par queat esse oratio, qui Trojæ oppugnatores tanto intervallo superarunt, ut illi una urbe expugnanda decem annos contriverint, quum hi totius Asiæ vires exiguo tempore debellarint, neque patriam quisque suam tantum conservarint, sed totam quoque Græciam a servitute vindicarint? Quæ vero facta, quos labores, quæ pericula detrectassent, ut viventes gloria florerent, qui famæ gratia post obitum consequendæ tam alacriter mortem oppetere voluerunt? (84) Equidem deorum aliquem id bellum arbitror concitasse præ virtutis eorum admiratione, ne tam generosis animis præditi in obscuro delitescerent, aut vitam ingloriam exigerent, sed ut pari cum filiis deorum honore, quos semideos vocant, afficerentur. Nam ut corpora sua naturæ necessitati reddiderunt, sic virtutis suæ memoriam immortalem reliquerunt.

85. Atque inter majores quidem nostros et Lacedæmonios semper æmulatio quædam honorisque contentio fuit, de rebus autem pulcherrimis illis temporibus concertarunt non ut hostes, sed ut æmuli ejusdem gloriæ; nec ad op-

μίζοντες, οὐδ' ἐπὶ δουλείᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων τὸν βάρβαρον θεραπεύοντες, ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς κοινῆς σωτηρίας ὁμονοοῦντες, ὁπότεροι δὲ ταύτης αἴτιοι γενήσονται, περὶ τούτου ποιούμενοι τὴν ἅμιλλαν. Ἐπεδείξαντο δὲ τὰς αὐτῶν ἀρετὰς πρῶτον μὲν ἐν τοῖς ὑπὸ Δαρείου πεμφθεῖσιν. (86) Ἀποβάντων γὰρ αὐτῶν εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ μὲν οὐ περιέμειναν τοὺς συμμάχους, ἀλλὰ τὸν κοινὸν πόλεμον ἴδιον ποιησάμενοι πρὸς τοὺς ἁπάσης b τῆς Ἑλλάδος καταφρονήσαντας ἀπήντων τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔχοντες, ὀλίγοι πρὸς πολλὰς μυριάδας, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίαις ψυχαῖς μέλλοντες κινδυνεύειν, οἱ δ' οὐκ ἔφθησαν πυθόμενοι τὸν περὶ τὴν Ἀττικὴν πόλεμον, καὶ πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες ἧκον ἡμῖν ἀμυνοῦντες, τοσαύτην ποιησάμενοι σπουδὴν ὅσην περ ἂν τῆς αὐτῶν χώρας πορθουμένης. (87) Σημεῖον δὲ τοῦ τάχους c καὶ τῆς ἁμίλλης· τοὺς μὲν γὰρ ἡμετέρους προγόνους φασὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας πυθέσθαι τε τὴν ἀπόβασιν τὴν τῶν βαρβάρων καὶ βοηθήσαντας ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας μάχῃ νικήσαντας τρόπαιον στῆσαι τῶν πολεμίων, τοὺς δ' ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶ διακόσια καὶ χίλια στάδια διελθεῖν στρατοπέδῳ πορευομένους. Οὕτω σφόδρ' ἠπείχθησαν οἱ μὲν μετα- d σχεῖν τῶν κινδύνων, οἱ δὲ φθῆναι συμβαλόντες πρὶν ἐλθεῖν τοὺς βοηθήσοντας. (88) Μετὰ δὲ ταῦτα γενομένης τῆς ὕστερον στρατείας, ἣν αὐτὸς Ξέρξης ἤγαγεν, ἐκλιπὼν μὲν τὰ βασίλεια, στρατηγὸς δὲ καταστῆναι τολμήσας, ἅπαντας δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας συναγείρας· περὶ οὗ τίς οὐχ ὑπερβολὰς προθυμηθεὶς εἰπεῖν ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἴρηκεν; (89) ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ὑπερηφανίας, ὥστε μικρὸν μὲν ἡγησάμενος ἔργον εἶναι τὴν e Ἑλλάδα χειρώσασθαι, βουληθεὶς δὲ τοιοῦτον μνημεῖον καταλιπεῖν ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν, οὐ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν ὃ πάντες θρυλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν
59 μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας. (90) a Πρὸς δὴ τὸν οὕτω μέγα φρονήσαντα καὶ τηλικαῦτα διαπραξάμενον καὶ τοσούτων δεσπότην γενόμενον ἀπήντων διελόμενοι τὸν κίνδυνον, Λακεδαιμόνιοι μὲν εἰς Θερμοπύλας πρὸς τὸ πεζόν, χιλίους αὐτῶν ἐπιλέξαντες καὶ τῶν συμμάχων ὀλίγους παραλαβόντες, ὡς ἐν τοῖς στενοῖς κωλύσοντες αὐτοὺς περαιτέρω προελθεῖν, οἱ δ' ἡμέτεροι πατέρες ἐπ' Ἀρτεμίσιον, ἑξήκοντα τριήρεις πληρώσαντες πρὸς ἅπαν τὸ τῶν πολεμίων ναυτικόν. (91) Ταῦτα δὲ ποιεῖν ἐτόλμων οὐχ οὕτω τῶν πολεμίων b καταφρονοῦντες ὡς πρὸς ἀλλήλους ἀγωνιῶντες, Λακεδαιμόνιοι μὲν ζηλοῦντες τὴν πόλιν τῆς Μαραθῶνι μάχης, καὶ ζητοῦντες αὐτοὺς ἐξισῶσαι, καὶ δεδιότες μὴ δὶς ἐφεξῆς ἡ πόλις ἡμῶν αἰτία γένηται τοῖς Ἕλλησι τῆς σωτηρίας, οἱ δ' ἡμέτεροι μάλιστα μὲν βουλόμενοι διαφυλάξαι τὴν παροῦσαν δόξαν, καὶ πᾶσι ποιῆσαι φανερὸν ὅτι καὶ τὸ πρότερον δι' ἀρετὴν ἀλλ' οὐ διὰ τύ- c χην ἐνίκησαν, ἔπειτα καὶ προαγαγέσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὸ διαναυμαχεῖν, ἐπιδείξαντες αὐτοῖς ὁμοίως ἐν

primendam Græcorum libertatem barbarum coluerunt, sed simul et de communi salute consenserunt, utri autem eam palmam obtinerent, de eo certamen fuit. Primum quidem fortitudinem suam adversus copias a Dario missas declararunt: (86) quæ quum in Atticam exscensum fecissent, nostri, non exspectatis sociis, commune bellum sibi privatim depoposcerunt, et acie ex domestico milite instructa totius Græciæ contemptoribus occurrerunt, pauci infinitis tanquam alienæ vitæ periculo dimicaturi. Lacedæmonii vero quum primum de bello Attico audivissent relictis rebus omnibus nobis suppetias venerunt, non minore studio et festinatione, quam si hostes ipsorum agros vastarent. (87) Signum autem celeritatis eorum et contentionis illud est, quod ferunt majores nostros eodem die et barbarorum exscensionem audivisse et ad agri sui terminos defendendos procurrisse et superatis hostibus tropæum statuisse, illos vero tribus diebus totidemque noctibus mille et ducenta stadia cum exercitu confecisse. Usque adeo festinarunt alteri ut socii periculorum essent, alteri ut ante auxiliorum adventum confligerent. (88) Post hæc altera expeditio suscepta est, cujus ipse Xerxes dux fuit, relictaque regia imperator ausus fieri totius Asiæ vires contraxit. De quo quis unquam instituit immensa dicere, qui non dixerit minora veris? (89) Nam tanta superbia elatus, ut rem parvam existimaret subigere Græciam et id sui monumentum relinquere cupiens, quod humanam naturam excederet, non prius destitit, quam id excogitasset perque vim extorsisset, quod omnibus in ore est, ut cum exercitu continentem navigarit, pedibus mare ambularit, tum Hellesponto ponte juncto, tum Atho monte perfosso. (90) Illi igitur, cujus tanta fuit animi elatio, qui res tantas gesserat, qui tot populis imperabat, occurrerunt distributo periculo, Lacedæmonii ad Thermopylas, pedestrem exercitum prohibituri delectis mille de suis et sociorum paucis assumptis, ut eum in angustiis ulteriore progressu excluderent; nostri patres ad Artemisium, sexaginta triremibus contra universam hostium classem instructis. (91) Et hæc fecerunt non tam hostium contemptu, quam quadam inter se æmulatione: Lacedæmonii, quod gloriam urbis nostræ ob Marathoniam pugnam admirantes se nobiscum exæquare studebant, veriti ne Græcia bis deinceps a nobis conservaretur; nostri, ut partam gloriam tuerentur et omnibus declararent priorem etiam victoriam suæ virtuti non fortunæ esse tribuendam, et ut Græcos ad navalis prælii fortunam tentandam adducerent,

τοῖς ναυτικοῖς κινδύνοις ὥσπερ ἐν τοῖς πεζοῖς τὴν ἀρετὴν τοῦ πλήθους περιγιγνομένην. (92) Ἴσας δὲ τὰς τόλμας παρασχόντες οὐχ ὁμοίαις ἐχρήσαντο ταῖς τύχαις, ἀλλ' οἱ μὲν διεφθάρησαν καὶ ταῖς ψυχαῖς νικῶντες τοῖς σώμασιν ἀπεῖπον (οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε θέμις εἰπεῖν, ὡς ἡττήθησαν· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν φυγεῖν ἠξίω- d
σεν), οἱ δ' ἡμέτεροι τὰς μὲν πρόπλους ἐνίκησαν, ἐπειδὴ δ' ἤκουσαν τῆς παρόδου τοὺς πολεμίους κρατοῦντας, οἴκαδε καταπλεύσαντες οὕτως ἐβουλεύσαντο περὶ τῶν λοιπῶν, ὥστε πολλῶν καὶ καλῶν αὐτοῖς προειργασμένων ἐν τοῖς τελευταίοις τῶν κινδύνων ἔτι πλέον διήνεγκαν. (93) Ἀθύμως γὰρ ἁπάντων τῶν συμμάχων διακειμένων, καὶ Πελοποννησίων μὲν διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν καὶ ζητούντων ἰδίαν αὐτοῖς σωτηρίαν, τῶν e
δ' ἄλλων πόλεων ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γεγενημένων καὶ συστρατευομένων ἐκείνοις, πλὴν εἴ τις διὰ μικρότητα παρημελήθη, προσπλεουσῶν δὲ τριήρων διακοσίων καὶ χιλίων καὶ πεζῆς στρατιᾶς ἀναριθμήτου
60 μελλούσης εἰς τὴν Ἀττικὴν εἰσβάλλειν, οὐδεμιᾶς σω- a
τηρίας αὐτοῖς ὑποφαινομένης, ἀλλ' ἔρημοι συμμάχων γεγενημένοι καὶ τῶν ἐλπίδων ἁπασῶν διημαρτηκότες, (94) ἐξὸν αὐτοῖς μὴ μόνον τοὺς παρόντας κινδύνους διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ τιμὰς ἐξαιρέτους λαβεῖν, ἃς αὐτοῖς ἐδίδου βασιλεὺς ἡγούμενος, εἰ τὸ τῆς πόλεως προσλάβοι ναυτικόν, παραχρῆμα καὶ Πελοποννήσου κρατήσειν, οὐχ ὑπέμειναν τὰς παρ' ἐκείνου δωρεάς, οὐδ' ὀργισθέντες τοῖς Ἕλλησιν ὅτι προὐδόθησαν ἀσμένως ἐπὶ b
τὰς διαλλαγὰς τὰς πρὸς τοὺς βαρβάρους ὥρμησαν, (95) ἀλλ' αὐτοὶ μὲν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας πολεμεῖν παρεσκευάζοντο, τοῖς δ' ἄλλοις τὴν δουλείαν αἱρουμένοις συγγνώμην εἶχον. Ἡγοῦντο γὰρ ταῖς μὲν ταπειναῖς τῶν πόλεων προσήκειν ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν, ταῖς δὲ προεστάναι τῆς Ἑλλάδος ἀξιούσαις οὐχ οἷόν τ' εἶναι διαφεύγειν τοὺς κινδύνους, ἀλλ' ὥσπερ c
τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς αἱρετώτερόν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς, οὕτω καὶ τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μᾶλλον ἢ δούλαις ὀφθῆναι γενομέναις. (96) Δῆλον δ' ὅτι ταῦτα διενοήθησαν· ἐπειδὴ γὰρ οὐχ οἷοί τ' ἦσαν πρὸς ἀμφοτέρας ἅμα παρατάξασθαι τὰς δυνάμεις, παραλαβόντες ἅπαντα τὸν ὄχλον τὸν ἐκ τῆς πόλεως εἰς τὴν ἐχομένην νῆσον ἐξέπλευσαν, ἵν' ἐν μέρει πρὸς ἑκα- d
τέραν κινδυνεύσωσιν. Καίτοι πῶς ἂν ἐκείνων ἄνδρες ἀμείνους ἢ μᾶλλον φιλέλληνες ὄντες ἐπιδειχθεῖεν, οἵτινες ἔτλησαν ἐπιδεῖν, ὥστε μὴ τοῖς λοιποῖς αἴτιοι γενέσθαι τῆς δουλείας, ἐρήμην μὲν τὴν πόλιν γενομένην, τὴν δὲ χώραν πορθουμένην, ἱερὰ δὲ συλώμενα καὶ νεὼς ἐμπιπραμένους, ἅπαντα δὲ τὸν πόλεμον περὶ τὴν πατρίδα τὴν αὐτῶν γιγνόμενον; (97) Καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἀπέ- e
χρησεν αὐτοῖς, ἀλλὰ πρὸς χιλίας καὶ διακοσίας τριήρεις μόνοι διαναυμαχεῖν ἐμέλλησαν. Οὐ μὴν εἰάθησαν· καταισχυνθέντες γὰρ Πελοποννήσιοι τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ νομίσαντες προδιαφθαρέντων μὲν τῶν ἡμετέρων οὐδ' αὐτοὶ σωθήσεσθαι, κατορθωσάντων δ' εἰς

eisque declararent multitudinem non minus mari quam terra cedere virtuti. (92) Quum autem pares fuissent conatus, non parem fortunam sunt experti. Nam illi quidem occiderunt victores animis, corporibus amissis (nefas est enim dicere eos esse victos, quum nemo eorum fugere voluerit); nostri autem primas naves vicerunt, sed quum transitu potitos esse hostes audivissent, navibus domum revecti ea de ceteris consilia inierunt, ut post multas res præclare gestas in extremis periculis etiam magis excelluerint. (93) Nam quum omnes socii animos desponderent Peloponnesiique muro Isthmum intercluderent suæque salutis privatim rationem haberent; quum aliæ urbes a barbaris superatæ sub illis militarent (nisi forte aliqua ex minoribus per contemptum præterita esset), quum triremes mille ac ducentæ appellerent, terrestres vero copiæ innumerabiles in Atticam irrupturæ essent, nec ulla salutis spes ostenderetur; quum et destituti essent a sociis et spe omni frustrati, (94) quamvis non illa tantum pericula effugere, verum eximios etiam honores consequi liceret, quos eis rex offerebat, existimans se nostræ urbis classe adjuncta mox etiam Peloponnesum in suam potestatem redacturum: illius munera repudiarunt, nec ira concitati adversus Græcos, a quibus deserti essent, cupide pacificationem barbaricam quæsiverunt, (95) sed tum ultro ad bellum pro libertate gerendum sunt accincti, tum aliis qui servituti se tradiderant, ignoverunt. Humilibus enim oppidis quavis conditione salutem esse quærendam, urbibus autem, quæ Græciæ principatum sibi vindicarent, nullo modo pericula esse detrectanda putabant, sed ut viris fortibus optabilius est honeste mortem oppetere quam vivere turpiter, sic etiam primariis urbibus expedire magis ex hominum memoria prorsus deleri quam servitute oppressas conspici. (96) Atque his eos animis fuisse perspicuum est. Quum enim fieri non posset ut contra utrasque copias simul exercitum instruerent, assumpta omni urbana multitudine in vicinam insulam trajecerunt, ut per vices cum alteris copiis belli fortunam experirentur. Enimvero viri præstantiores illis aut Græcorum amantiores ostendi qui possint, qui, ne servitutis causa Græcis essent, et urbem desolatam et agros vastatos et sacra direpta et templa incensa, universi denique belli molem in patriam suam conversam intueri sustinuerunt? (97) Ac ne his quidem contenti contra naves mille et ducentas soli pugnare ausuri erant: non tamen siti sunt; Peloponnesii enim propter eorum virtutem pudore affecti, si nostri periissent, ne se quidem fore incolumes, sin vicissent, suas urbes in ignominia fore cogi-

61 ἀτιμίαν τὰς αὑτῶν πόλεις καταστήσειν, ἠναγκάσθησαν a μετασχεῖν τῶν κινδύνων. Καὶ τοὺς μὲν θορύβους τοὺς ἐν τῷ πράγματι γενομένους καὶ τὰς κραυγὰς καὶ τὰς παρακελεύσεις, ἃ κοινὰ πάντων ἐστὶ τῶν ναυμαχούντων, οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ λέγοντα διατρίβειν· (98) ἃ δ' ἐστὶν ἴδια καὶ τῆς ἡγεμονίας ἄξια καὶ τοῖς προειρημένοις ὁμολογούμενα, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν. Τοσοῦτον γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν διέφερεν, ὅτ' ἦν ἀκέραιος, ὥστ' ἀνάστατος γενομένη πλείους μὲν συνεβάλετο τριήρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἢ σύμπαντες b οἱ ναυμαχήσαντες, οὐδεὶς δὲ πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς, ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε διὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν ἡμᾶς τῷ πολέμῳ κρατῆσαι, ταύτης δὲ τὴν πόλιν αἰτίαν γενέσθαι. (99) Καίτοι μελλούσης στρατείας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἔσεσθαι τίνας χρὴ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν; οὐ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ μάλιστ' εὐδοκιμήσαντας, καὶ πολλάκις μὲν ἰδίᾳ προκινδυνεύσαντας, c ἐν δὲ τοῖς κοινοῖς τῶν ἀγώνων ἀριστείων ἀξιωθέντας; οὐ τοὺς τὴν αὑτῶν ἐκλιπόντας ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας, καὶ τό τε παλαιὸν οἰκιστὰς τῶν πλείστων πόλεων γενομένους, καὶ πάλιν αὐτὰς ἐκ τῶν μεγίστων συμφορῶν διασώσαντας; Πῶς δ' οὐκ ἂν δεινὰ πάθοιμεν, εἰ τῶν κακῶν πλεῖστον μέρος μετασχόντες ἐν ταῖς τιμαῖς ἔλαττον ἀξιωθεῖμεν, καὶ τότε προταχθέντες ὑπὲρ ἁπάντων νῦν ἑτέροις ἀκολουθεῖν ἀναγκασθεῖμεν; d

100. Μέχρι μὲν οὖν τούτων οἶδ' ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσειαν πλείστων ἀγαθῶν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν αἰτίαν γεγενῆσθαι, καὶ δικαίως ἂν αὐτῆς τὴν ἡγεμονίαν εἶναι· μετὰ δὲ ταῦτ' ἤδη τινὲς ἡμῶν κατηγοροῦσιν, ὡς ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης παρελάβομεν, πολλῶν κακῶν αἴτιοι τοῖς Ἕλλησι κατέστημεν, καὶ τόν τε Μηλίων ἀνδραποδισμὸν καὶ τὸν Σκιωναίων ὄλεθρον ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἡμῖν προφέρουσιν. (101) Ἐγὼ e δ' ἡγοῦμαι πρῶτον μὲν οὐδὲν εἶναι τοῦτο σημεῖον ὡς κακῶς ἤρχομεν, εἴ τινες τῶν πολεμησάντων ἡμῖν σφόδρα φαίνονται κολασθέντες, ἀλλὰ πολὺ τόδε μεῖζον τεκμήριον ὡς καλῶς διῳκοῦμεν τὰ τῶν συμμάχων, ὅτι
62 τῶν πόλεων τῶν ὑφ' ἡμῖν οὐσῶν οὐδεμία ταύταις ταῖς a συμφοραῖς περιέπεσεν. (102) Ἔπειτ' εἰ μὲν ἄλλοι τινὲς τῶν αὐτῶν πραγμάτων πρᾳότερον ἐπεμελήθησαν, εἰκότως ἂν ἡμῖν ἐπιτιμῷεν· εἰ δὲ μήτε τοῦτο γέγονε μήθ' οἷόν τ' ἐστὶ τοσούτων πόλεων τὸ πλῆθος κρατεῖν, ἢν μή τις κολάζῃ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, πῶς οὐκ ἤδη δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς ἐπαινεῖν, οἵτινες ἐλαχίστοις χαλεπήναντες πλεῖστον χρόνον τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν ἠδυνήθημεν; (103) Οἶμαι δὲ πᾶσι δοκεῖν τούτους κρατίστους b προστάτας γενήσεσθαι τῶν Ἑλλήνων, ἐφ' ὧν οἱ πειθαρχήσαντες ἄριστα τυγχάνουσι πράξαντες. Ἐπὶ τοίνυν τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας εὑρήσομεν καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους πρὸς εὐδαιμονίαν πλεῖστον ἐπιδόντας καὶ τὰς πόλεις μεγίστας γενομένας. (104) Οὐ γὰρ ἐφθονοῦμεν ταῖς αὐξανομέναις αὐτῶν, οὐδὲ ταραχὰς ἐνεποιοῦμεν πολιτείας ἐναντίας παρακαθιστάντες, ἵν' ἀλλήλοις μὲν στασιάζοιεν, ἡμᾶς δ' ἀμφότεροι θεραπεύοιεν, ἀλλὰ τὴν τῶν c

tantes, adire periculorum societatem sunt coacti. Ac tumultus qui in ea re inciderunt, et clamores et cohortationes, quæ communia sunt omnium bellorum navalium, non video quorsum attineat commemorare : (98) quæ autem propria sunt et digna principatu et supra dictis consentanea, ea demum est mei officii dicere. Tantum enim nostra urbs, dum incolumis erat, ceteris antecelluit, ut eversa etiam plures triremes ad id prælium, in quo Græciæ salus agebatur, contulerit, quam ceteri omnes qui pugnæ illi interfuerunt, nec quisquam animos adeo a nobis habeat alienos, quin fateatur id navale prælium victoriæ totius belli causam exstitisse atque id ipsum urbi acceptum esse referendum. (99) Enimvero quum bellum inferendum erit barbaris, quorum esse decet principatum? non eorum, qui bello superiore præclarissime se gesserunt? qui et privatim pericula pro aliis sæpe adierunt, et primas in communibus discriminibus meruerunt? non eorum, qui pro salute Græciæ patriam deseruerunt? non eorum, qui et olim plurimas urbes condiderunt et easdem ex maximis calamitatibus denuo eripuerunt? An vero non iniquissime nobiscum ageretur, qui maximam partem malorum exantlavimus, si in judicio dignitatis minus honoris consequeremur? si qui tum pro salute omnium propugnavimus, nunc alios sequi cogeremur?

100. Hactenus equidem scio constare inter omnes, nostram urbem et plurima in Græciam beneficia contulisse et deberi illi principatum. Post hæc autem sunt qui nos accusent, ut qui suscepto maris imperio multis malis Græcos affecerimus, et inter alia crimina Meliorum nobis excidium et Scionæorum interitum objiciant. (101) Ego vero nullum hoc male gesti principatus signum esse puto, si acerbius in aliquos eorum qui bello nos petierunt, animadverterimus, sed illud multo majus esse argumentum, nos sociorum saluti et commodis consuluisse, quod nulla urbs conjuncta nobiscum in has clades incidit. (102) Deinde si qui alii in iisdem negotiis majore clementia essent usi, iure non vituperarent : si vero nec unquam hoc factum est et fieri nequit, ut tanta urbium multitudo sine animadversionis severitate in officio contineatur, quomodo non jam jure laudandi sumus, qui male tractatis quam paucissimis, imperium quam diutissime retinere potuerimus? (103) Ego vero omnium judicio eos Græcorum patronos fore optimos existimo, quibus qui paruerunt, maxime floruerunt. At nobis principibus et privatarum familiarum felicitatem plurimum auctam, et urbes maximas esse factas inveniemus. (104) Nec enim earum incrementis invidebamus, neque turbas in iis excitabamus contrariis reipublicæ formis introductis, ut factionibus inter cives ortis utrique nos colerent, sed concordiam sociorum ex

συμμάχων ὁμόνοιαν κοινὴν ὠφέλειαν νομίζοντες τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἁπάσας τὰς πόλεις διῳκοῦμεν, συμμαχικῶς ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευόμενοι περὶ αὐτῶν, (105) ὅλων μὲν τῶν πραγμάτων ἐπιστατοῦντες, ἰδίᾳ δ' ἑκάστους ἐλευθέρους ἐῶντες εἶναι, καὶ τῷ μὲν πλήθει βοηθοῦντες, ταῖς δὲ δυναστείαις πολεμοῦντες, δεινὸν ἡγούμενοι τοὺς πολλοὺς ὑπὸ τοῖς ὀλίγοις εἶναι, καὶ τοὺς ταῖς οὐσίαις ἐνδεεστέρους, τὰ δ' ἄλλα μηδὲν χείρους ὄντας, d ἀπελαύνεσθαι τῶν ἀρχῶν, ἔτι δὲ κοινῆς τῆς πατρίδος οὔσης τοὺς μὲν τυραννεῖν, τοὺς δὲ μετοικεῖν, καὶ φύσει πολίτας ὄντας νόμῳ τῆς πολιτείας ἀποστερεῖσθαι. (106) Τοιαῦτ' ἔχοντες ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐπιτιμᾶν καὶ πλείω τούτων, τὴν αὐτὴν πολιτείαν ἥνπερ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις κατεστήσαμεν, ἣν οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν, ἄλλως τε καὶ συντόμως ἔχοντα δηλῶσαι περὶ αὐτῆς. Μετὰ γὰρ ταύτης οἰκοῦν- e τες ἑβδομήκοντ' ἔτη διετέλεσαν ἄπειροι μὲν τυραννίδων, ἐλεύθεροι δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἀστασίαστοι δὲ πρὸς σφᾶς αὐτούς, εἰρήνην δ' ἄγοντες πρὸς πάντας
63 ἀνθρώπους. (107) Ὑπὲρ ὧν προσήκει τοὺς εὖ φρονοῦν- a τας μεγάλην χάριν ἔχειν πολὺ μᾶλλον ἢ τὰς κληρουχίας ἡμῖν ὀνειδίζειν, ἃς ἡμεῖς εἰς τὰς ἐρημουμένας τῶν πόλεων φυλακῆς ἕνεκα τῶν χωρίων, ἀλλ' οὐ διὰ πλεονεξίαν ἐξεπέμπομεν. Σημεῖον δὲ τούτων· ἔχοντες γὰρ χώραν μὲν ὡς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν ἐλαχίστην, ἀρχὴν δὲ μεγίστην, καὶ κεκτημένοι τριήρεις διπλασίας μὲν ἢ σύμπαντες [οἱ ἄλλοι], δυναμένας δὲ πρὸς δὶς τοσαύτας κινδυνεύειν, ὑποκειμένης τῆς Εὐβοίας ὑπὸ τὴν b Ἀττικήν, (108) ἣ καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν τῆς θαλάττης εὐφυῶς εἶχε καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἁπασῶν τῶν νήσων διέφερε, κρατοῦντες αὐτῆς μᾶλλον ἢ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν, καὶ πρὸς τούτοις εἰδότες καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων τούτους μάλιστ' εὐδοκιμοῦντας, οἳ τοὺς ὁμόρους ἀναστάτους ποιήσαντες ἄφθονον καὶ ῥᾴθυμον αὑτοῖς κατεστήσαντο τὸν βίον, ὅμως οὐδὲν τούτων ἡμᾶς c ἐπῆρε περὶ τοὺς ἔχοντας τὴν νῆσον ἐξαμαρτεῖν, (109) ἀλλὰ μόνοι δὴ τῶν μεγάλην δύναμιν λαβόντων περιείδομεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀπορωτέρως ζῶντας τῶν δουλεύειν αἰτίαν ἐχόντων. Καίτοι βουλόμενοι πλεονεκτεῖν οὐκ ἂν δή που τῆς μὲν Σκιωναίων γῆς ἐπεθυμήσαμεν, ἣν Πλαταιέων τοῖς ὡς ἡμᾶς καταφυγοῦσι φαινόμεθα παραδόντες, τοσαύτην δὲ χώραν παρελίπομεν, ἣ πάντας d ἂν ἡμᾶς εὐπορωτέρους ἐποίησεν.

110. Τοιούτων τοίνυν ἡμῶν γεγενημένων, καὶ τοσαύτην πίστιν δεδωκότων ὑπὲρ τοῦ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, τολμῶσι κατηγορεῖν οἱ τῶν δεκαδαρχιῶν κοινωνήσαντες καὶ τὰς αὑτῶν πατρίδας διαλυμηνάμενοι καὶ μικρὰς μὲν ποιήσαντες δοκεῖν εἶναι τὰς τῶν προγεγενημένων ἀδικίας, οὐδεμίαν δὲ λιπόντες ὑπερβολὴν τοῖς αὖθις βουλομένοις γενέσθαι πονηροῖς, ἀλλὰ φάσκοντες μὲν λακωνίζειν, τἀναντία δ' ἐκείνοις ἐπιτηδεύοντες, e καὶ τὰς μὲν Μηλίων ὀδυρόμενοι συμφοράς, περὶ δὲ τοὺς αὑτῶν πολίτας ἀνήκεστα τολμήσαντες ἐξαμαρτεῖν. (111) Ποῖον γὰρ αὐτοὺς ἀδίκημα διέφυγεν; ἢ τί τῶν

æquo prodesse omnibus rati, iisdem legibus urbes omnes administrabamus, ea consilia secuti, non quæ dominationem, sed quæ societatem decerent. (105) Nam summam quidem rerum penes nos esse voluimus, seorsum vero libertatem singulis concessimus, et multitudinem tutati, dominationibus adversati sumus, quod iniquum nobis videbatur multos paucorum imperio regi, et eos qui re quidem tenuiore, cetera vero nihilo deteriores essent, magistratibus et honoribus excludi; præterea, quum patria sit communis, alios regnum obtinere, alios inquilinorum esse loco et, quum cives nati sint, civitatis jure lege privari. (106) Hæc quum in paucorum dominatu reprehendenda haberemus et plura his, eandem reipublicæ formam, qua nos utebamur, etiam apud alios constituimus; quæ cur prolixius laudanda sit, equidem non video, præsertim quum res paucis absolvi possit. Hac enim per annos septuaginta usi expertes tyrannorum, inviolati a barbaris, sine seditionibus inter ipsos, denique pacate cum hominibus universis vixerunt. (107) Pro quibus meritis æquius fuerit a prudentibus magnam gratiam haberi nobis, quam colonos sorte delectos atque in alias terras deductos objici, quos in urbes desertas præsidii causa, non ex avaritia misimus. Quarum rerum illud signum est, quod, quum agrum haberemus, si civium multitudo spectetur, angustissimum, imperium vero amplissimum, et triremes duplo plures quam reliqui universi possideremus, et eas quidem quæ cum bis totidem dimicare possent, atque Eubœa infra Atticam sita esset, (108) opportunitate loci ad maris imperium aptissima, et quæ ceteris commoditatibus omnes reliquas insulas superaret; quamvis ea in nostra potestate magis esset quam noster ager, atque etiam sciremus et a Græcis et barbaris eos inprimis magni fieri, qui pulsis finitimis copiosam et facilem sibi vivendi rationem constituerunt: nulla tamen harum rerum sumus ad insulæ incolas violandos impulsi, (109) sed soli ex iis qui magnam potentiam adepti sunt, tenuius vivere non recusavimus, quam hi qui servire scilicet dicebantur. Enimvero si nostri emolumenti rationem duxissemus, non utique Scionæorum agrum appetiissemus, quem nos profugis Platæensibus tradidisse constat; tantam autem regionem, quæ nos omnes ditasset, neglexissemus.

110. Et quum ita nos gesserimus tantaque abstinentiæ nostræ documenta dederimus, illi tamen accusare nos audent, qui in decurionum numero fuerunt, qui patriam suam afflixerunt, qui, ut veterum injuriæ parvæ viderentur, effecerunt, qui denique nihil iis reliqui fecerunt, qui in posterum studiosi erunt improbitatis; sed dum se studere Laconibus atque illorum instituta æmulari profitentur, diversam ab illis rationem sequuntur, et Meliorum calamitates deplorant, quum suos ipsi cives inexpiabili scelere violare non dubitarint. (111) Quam enim injuriam prætermiserunt?

64 αἰσχρῶν ἢ δεινῶν οὐ διεξῆλθον; οἳ τοὺς μὲν ἀνομωτά- a τους πιστοτάτους ἐνόμιζον, τοὺς δὲ προδότας ὥσπερ εὐεργέτας ἐθεράπευον, ᾑροῦντο δὲ τῶν Εἱλώτων ἐνίοις δουλεύειν ὥστ' εἰς τὰς αὑτῶν πατρίδας ὑβρίζειν, μᾶλλον δ' ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς γονέας τοὺς αὑτῶν, (112) εἰς τοῦτο δ' ὠμότητος ἅπαντας ἡμᾶς κατέστησαν, ὥστε πρὸ τοῦ μὲν διὰ τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν καὶ ταῖς μικραῖς ἀτυχίαις πολλοὺς ἕκαστον ἡμῶν ἔχειν τοὺς συμπενθήσοντας, ἐπὶ δὲ b τῆς τούτων ἀρχῆς διὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκείων κακῶν ἐπαυσάμεθ' ἀλλήλους ἐλεοῦντες. Οὐδενὶ γὰρ τοσαύτην σχολὴν παρέλιπον ὥσθ' ἑτέρῳ συναχθεσθῆναι. (113) Τίνος γὰρ οὐχ ἐφίκοντο; ἢ τίς οὕτω πόρρω τῶν πολιτικῶν ἦν πραγμάτων, ὅστις οὐκ ἐγγὺς ἠναγκάσθη γενέσθαι τῶν συμφορῶν, εἰς ἃς αἱ τοιαῦται φύσεις ἡμᾶς κατέστησαν; εἶτ' οὐκ αἰσχύνονται τὰς ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως c διαθέντες καὶ τῆς ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ περὶ τῶν δικῶν καὶ τῶν γραφῶν τῶν ποτε παρ' ἡμῖν γενομένων λέγειν τολμῶσιν, αὐτοὶ πλείους ἐν τρισὶ μησὶν ἀκρίτους ἀποκτείναντες ὧν ἡ πόλις ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἁπάσης ἔκρινεν. (114) Φυγὰς δὲ καὶ στάσεις καὶ νόμων συγχύσεις καὶ πολιτειῶν μεταβολάς, ἔτι δὲ παίδων ὕβρεις καὶ γυναικῶν αἰσχύνας d καὶ χρημάτων ἁρπαγάς, τίς ἂν δύναιτο διεξελθεῖν; πλὴν τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχω καθ' ἁπάντων, ὅτι τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν δεινὰ ῥᾳδίως ἄν τις ἑνὶ ψηφίσματι διέλυσε, τὰς δὲ σφαγὰς καὶ τὰς ἀνομίας τὰς ἐπὶ τούτων γενομένας οὐδεὶς ἂν ἰάσασθαι δύναιτο.

115. Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν παροῦσαν εἰρήνην, οὐδὲ τὴν αὐτονομίαν τὴν ἐν ταῖς πολιτείαις μὲν οὐκ ἐνοῦσαν, ἐν δὲ ταῖς συνθήκαις ἀναγεγραμμένην, ἄξιον ἑλέσθαι μᾶλ- e λον ἢ τὴν ἀρχὴν τὴν ἡμετέραν. Τίς γὰρ ἂν τοιαύτης καταστάσεως ἐπιθυμήσειεν, ἐν ᾗ καταποντισταὶ μὲν τὴν θάλατταν κατέχουσι, πελτασταὶ δὲ τὰς πόλεις καταλαμβάνουσιν, (116) ἀντὶ δὲ τοῦ πρὸς ἑτέρους περὶ τῆς χώρας πολεμεῖν ἐντὸς τείχους οἱ πολῖται πρὸς ἀλλή-
65 λους μάχονται, πλείους δὲ πόλεις αἰχμάλωτοι γεγόνα- a σιν ἢ πρὶν τὴν εἰρήνην ἡμᾶς ποιήσασθαι, διὰ δὲ τὴν πυκνότητα τῶν μεταβολῶν ἀθυμοτέρως διάγουσιν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες τῶν ταῖς φυγαῖς ἐζημιωμένων· οἱ μὲν γὰρ τὸ μέλλον δεδίασιν, οἱ δ' ἀεὶ κατιέναι προσδοκῶσιν. (117) Τοσοῦτον δ' ἀπέχουσι τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας, ὥσθ' αἱ μὲν ὑπὸ τυράννοις εἰσί, τὰς δ' ἁρμοσταὶ κατέχουσιν, ἔνιαι δ' ἀνάστατοι γεγόνασι, τῶν δ' οἱ βάρβαροι δεσπόται καθεστήκασιν· οὓς ἡμεῖς b διαβῆναι τολμήσαντας εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ μεῖζον ἢ προσῆκεν αὐτοῖς φρονήσαντας οὕτω διέθεμεν, (118) ὥστε μὴ μόνον παύσασθαι στρατείας ἐφ' ἡμᾶς ποιουμένους, ἀλλὰ καὶ τὴν αὑτῶν χώραν ἀνέχεσθαι πορθουμένην, καὶ διακοσίαις καὶ χιλίαις ναυσὶ περιπλέοντας εἰς τοσαύτην ταπεινότητα κατεστήσαμεν, ὥστε μακρὸν πλοῖον ἐπὶ τάδε Φασήλιδος μὴ καθέλκειν, ἀλλ' ἡσυχίαν ἄγειν καὶ τοὺς καιροὺς περιμένειν, ἀλλὰ μὴ τῇ παρούσῃ c δυνάμει πιστεύειν. (119) Καὶ ταῦθ' ὅτι διὰ τὴν τῶν

aut a quo turpitudinis vel sævitiæ genere sibi temperarunt? qui, quo quis maxime leges contemneret, ita eum pro fidelissimo habebant et proditores colebant ut beneficos; atque Helotibus quibusdam servire voluerunt, quo patriæ suæ liceret insultare, eosque qui se nefariis civium cædibus contaminarant, magis quam parentes suos honorarunt. (112) In tantam vero nos omnes crudelitatem impulerunt, ut, quum felici superiorum temporum statu, nostrûm unusquisque vel in parvis incommodis multos haberet qui vicem ipsius dolituri essent, istis imperantibus domesticorum malorum multitudine oppressi aliorum alii misereri destiterimus. Neque enim cuiquam tantum otii reliquerunt, ut alienis malis afficeretur. (113) Quod enim genus violentiæ ab iis prætermissum est? aut quis a publicis functionibus adeo remotus fuit, quin vicinus esse calamitatibus, in quas ista nos conjecerunt ingenia, cogeretur? Nec tamen pudet eos, quum suas urbes tam crudeliter tractarint, immerito nostram accusare; atque etiam et privata et publica judicia apud nos facta proferre audent quum ipsi tribus mensibus indicta causa plures interfecerint, quam nostra urbs totius imperii tempore in judicium adduxit. (114) Exilia porro et seditiones et legum eversiones et rerum publicarum mutationes, stupra præterea liberûm et probra uxorum et direptiones pecuniarum, quis possit enumerare? Illud certe quidem in universum habeo dicere, imperii nostri severitatem facile uno decreto populi averti, cædes autem et injurias sub istis perpetratas a nemine posse sanari.

115. Jam ne pax ista quidem et libertas, quæ quum in urbibus nulla sit, fœderibus inscripta habetur, amplectenda magis est quam noster principatus. Quis enim talem statum expetat, quo et piratæ mare tenent et cetrati mercenarii urbes occupant? (116) quo non modo pro imperii defensione cum exteris non confligitur, sed intra ipsa mœnia cives inter sese præliantur? quo plures urbes captæ sunt quam ante pacem a nobis constitutam? quo propter mutationum frequentiam ii qui urbes tenent, rebus suis diffidunt magis quam qui exiliis sunt mulctati? nam illi quidem impendentia mala formidant, hi restitutionem semper exspectant. (117) A libertate vero et suis legibus tantum absunt, ut aliæ tyrannis pareant, aliæ a Laconicis præfectis teneantur, aliæ funditus eversæ, aliæ a barbaris oppressæ jaceant : quos in Europam trajicere ausos et animis ultra quam par erat elatos ita nos compescuimus, (118) ut non tantum nullas contra nos expeditiones susciperent, sed suos etiam agros vastari paterentur, et eos qui mille ducentis navibus Græciam circumnavigarant, ad eam humilitatem redegimus, ut citra Phaselidem longa nave non appellerent, sed quiescerent et occasiones exspectarent neque potentiæ suæ confiderent. (119) Atque hæc ob majorum nostrorum

προγόνων τῶν ἡμετέρων ἀρετὴν οὕτως εἶχεν, αἱ τῆς πόλεως συμφοραὶ σαφῶς ἐπέδειξαν· ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τῆς ἀρχῆς ἀπεστερούμεθα καὶ τοῖς Ἕλλησιν ἀρχὴ τῶν κακῶν ἐγίγνετο. Μετὰ γὰρ τὴν ἐν Ἑλλησπόντῳ γενομένην ἀτυχίαν ἑτέρων ἡγεμόνων καταστάντων ἐνίκη- d σαν μὲν οἱ βάρβαροι ναυμαχοῦντες, ἦρξαν δὲ τῆς θαλάττης, κατέσχον δὲ τὰς πλείστας τῶν νήσων, ἀπέβησαν δ' εἰς τὴν Λακωνικήν, Κύθηρα δὲ κατὰ κράτος εἷλον, ἅπασαν δὲ τὴν Πελοπόννησον κακῶς ποιοῦντες περιέπλευσαν. (120) Μάλιστα δ' ἄν τις συνίδοι τὸ μέγεθος τῆς μεταβολῆς, εἰ παραναγνοίη τὰς συνθήκας τάς τ' ἐφ' ἡμῶν γενομένας καὶ τὰς νῦν ἀναγεγραμμένας. Τότε μὲν γὰρ ἡμεῖς φανησόμεθα τὴν ἀρχὴν τὴν βασι- e λέως ὁρίζοντες καὶ τῶν φόρων ἐνίους τάττοντες καὶ κωλύοντες αὐτὸν τῇ θαλάττῃ χρῆσθαι· νῦν δ' ἐκεῖνός ἐστιν ὁ διοικῶν τὰ τῶν Ἑλλήνων, καὶ προστάττων χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, καὶ μόνον οὐκ ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι καθιστάς. (121) Πλὴν γὰρ τούτου τί τῶν ἄλλων ὑπόλοιπόν ἐστιν; οὐ καὶ τοῦ πολέμου κύριος ἐγένετο, καὶ
66 τὴν εἰρήνην ἐπρυτάνευσε, καὶ τῶν παρόντων πραγμά- a των ἐπιστάτης καθέστηκεν; οὐχ ὡς ἐκεῖνον πλέομεν ὥσπερ πρὸς δεσπότην, ἀλλήλων κατηγορήσοντες; οὐ βασιλέα τὸν μέγαν αὐτὸν προσαγορεύομεν, ὥσπερ αἰχμάλωτοι γεγονότες; οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας, ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν;

122. Ὧν ἄξιον ἐνθυμηθέντας ἀγανακτῆσαι μὲν ἐπὶ b τοῖς παροῦσι, ποθέσαι δὲ τὴν ἡγεμονίαν τὴν ἡμετέραν, μέμψασθαι δὲ Λακεδαιμονίοις ὅτι τὴν μὲν ἀρχὴν εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν ὡς ἐλευθερώσοντες τοὺς Ἕλληνας, ἐπὶ δὲ τελευτῆς οὕτω πολλοὺς αὐτῶν ἐκδότους ἐποίησαν, καὶ τῆς μὲν ἡμετέρας πόλεως τοὺς Ἴωνας ἀπέστησαν, ἐξ ἧς ἀπῴκησαν καὶ δι' ἣν πολλάκις ἐσώθησαν, τοῖς δὲ βαρβάροις αὐτοὺς ἐξέδοσαν, ὧν ἀκόντων c τὴν χώραν ἔχουσι καὶ πρὸς οὓς οὐδὲ πώποτ' ἐπαύσαντο πολεμοῦντες. (123) Καὶ τότε μὲν ἠγανάκτουν, ὅθ' ἡμεῖς νομίμως ἐπάρχειν τινῶν ἠξιοῦμεν· νῦν δ' εἰς τοιαύτην δουλείαν καθεστώτων οὐδὲν φροντίζουσιν αὐτῶν, οἷς οὐκ ἐξαρκεῖ δασμολογεῖσθαι καὶ τὰς ἀκροπόλεις ὁρᾶν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν κατεχομένας, ἀλλὰ πρὸς ταῖς κοιναῖς συμφοραῖς καὶ τοῖς σώμασι δεινότερα πάσχουσι τῶν παρ' ἡμῖν ἀργυρωνήτων· οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν οὕτως d αἰκίζεται τοὺς οἰκέτας, ὡς ἐκεῖνοι τοὺς ἐλευθέρους κολάζουσιν. (124) Μέγιστον δὲ τῶν κακῶν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς δουλείας ἀναγκάζωνται συστρατεύεσθαι, καὶ πολεμεῖν τοῖς ἐλευθέροις ἀξιοῦσιν εἶναι, καὶ τοιούτους κινδύνους ὑπομένειν, ἐν οἷς ἡττηθέντες μὲν παραχρῆμα διαφθαρήσονται, κατορθώσαντες δὲ μᾶλλον εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον δουλεύσουσιν. (125) Ὧν τίνας ἄλλους αἰτίους χρὴ νομίζειν ἢ Λακεδαιμονίους, οἳ τοσαύτην ἰσχὺν ἔχοντες περιορῶσι τοὺς μὲν αὑτῶν συμμάχους e γενομένους οὕτω δεινὰ πάσχοντας, τὸν δὲ βάρβαρον τῇ τῶν Ἑλλήνων ῥώμῃ τὴν ἀρχὴν τὴν αὑτοῦ κατασκευαζόμενον; Καὶ πρότερον μὲν τοὺς τυράννους ἐξέβαλλον,

virtutem ita se habuisse, urbis nostræ calamitates perspicue docuerunt. Simul enim et nobis principatus est ereptus et calamitatum principium Græcis est exortum. Nam post cladem Hellespontiacam aliis imperium obtinentibus barbari et navali prælio vicerunt, et maris imperium tenuerunt, et plerasque insulas occuparunt, et exscensionem in Laconiam fecerunt, et Cythera vi expugnarunt, et universam Peloponnesum classe circumvecti afflixerunt. (120) Magnitudo autem mutationis illius ita maxime perspicietur, si fœdera tum ea quæ nobis imperantibus facta, tum quæ nunc in literas relata sunt, legantur. Nos enim tunc et fines designasse imperii regis et tributa quædam ordinasse et maris eum usu prohibuisse constabit. Nunc ille is est, qui Græciam gubernet, qui, quid singulis faciendum sit, imperet, et tantum non præfectos in urbibus constituat. (121) Quid enim reliqui est uno hoc excepto? non et bellum in potestate habuit, et pacis dispensator fuit, et rerum, quæ geruntur, omnium factus est moderator? non ad eum tanquam ad dominum navigamus alii alios accusaturi? non eum quasi bello capti regem magnum appellamus? an non in bellis inter nos intestinis spem salutis in eo, qui nos utrosque libenter internecione deleret, collocamus?

καὶ Λακεδαιμονίοις σφᾶς αὐτοὺς ἐνδιδόασιν, τῶν τε μετὰ
Τειριβάζου στρατευομένων καὶ τοῦ πεζοῦ τὸ χρησιμώ-
τατον ἐκ τῶνδε τῶν τόπων ἤθροισται, καὶ τοῦ ναυτικοῦ
τὸ πλεῖστον ἀπ' Ἰωνίας συμπέπλευκεν, οἳ πολὺ ἂν
ἥδιον κοινῇ τὴν Ἀσίαν ἐπόρθουν ἢ πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα d
μικρῶν ἐκινδύνευον. (136) Ὧν ἡμεῖς οὐδεμίαν ποιού-
μεθα πρόνοιαν, ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν Κυκλάδων νήσων
ἀμφισβητοῦμεν, τοσαύτας δὲ τὸ πλῆθος πόλεις καὶ τη-
λικαύτας τὸ μέγεθος δυνάμεις οὕτως εἰκῇ τῷ βαρβάρῳ
παραδεδώκαμεν. Τοιγαροῦν τὰ μὲν ἔχει, τὰ δὲ μέλ-
λει, τοῖς δ' ἐπιβουλεύει, δικαίως ἁπάντων ἡμῶν κα-
ταπεφρονηκώς. (137) Διαπέπρακται γὰρ ὃ τῶν ἐκείνου
προγόνων οὐδεὶς πώποτε· τήν τε γὰρ Ἀσίαν διωμολό- e
γηται καὶ παρ' ἡμῶν καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων βασιλέως
εἶναι, τάς τε πόλεις τὰς Ἑλληνίδας οὕτω κυρίως πα-
ρείληφεν, ὥστε τὰς μὲν αὐτῶν κατασκάπτειν, ἐν δὲ ταῖς
ἀκροπόλεις ἐντειχίζειν. Καὶ ταῦτα πάντα γέγονε διὰ
τὴν ἡμετέραν ἄνοιαν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐκείνου δύναμιν.

69 138. Καίτοι τινὲς θαυμάζουσι τὸ μέγεθος τῶν βασι- a
λέως πραγμάτων, καί φασιν αὐτὸν εἶναι δυσπολέμητον,
διεξιόντες ὡς πολλὰς τὰς μεταβολὰς τοῖς Ἕλλησι πε-
ποίηκεν. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν τοὺς ταῦτα λέγοντας
οὐκ ἀποτρέπειν ἀλλ' ἐπισπεύδειν τὴν στρατείαν· εἰ γὰρ
ἡμῶν ὁμονοησάντων αὐτὸς ἐν ταραχαῖς ὢν χαλεπὸς
ἔσται προσπολεμεῖν, ἦ που σφόδρα χρὴ δεδιέναι τὸν
καιρὸν ἐκεῖνον, ὅταν τὰ μὲν τῶν βαρβάρων καταστῇ
καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης, ἡμεῖς δὲ πρὸς ἀλλήλους b
ὥσπερ νῦν πολεμικῶς ἔχωμεν. (139) Οὐ μὴν οὐδ' εἰ
συναγορεύουσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὐδ' ὧς ὀρθῶς
περὶ τῆς ἐκείνου δυνάμεως γιγνώσκουσιν. Εἰ μὲν γὰρ
ἀπέφαινον αὐτὸν ἅμα τοῖν πολέοιν ἀμφοτέροιν πρότερόν
ποτε περιγεγενημένον, εἰκότως ἂν ἡμᾶς καὶ νῦν ἐκφο-
βεῖν ἐπεχείρουν· εἰ δὲ τοῦτο μὲν μὴ γέγονεν, ἀντιπάλων
δ' ὄντων ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων προσθέμενος τοῖς
ἑτέροις ἐπικυδέστερα τὰ πράγματα θάτερ' ἐποίησεν, c
οὐδέν ἐστι τοῦτο σημεῖον τῆς ἐκείνου ῥώμης. Ἐν γὰρ
τοῖς τοιούτοις καιροῖς πολλάκις μικραὶ δυνάμεις μεγά-
λας τὰς ῥοπὰς ἐποίησαν, ἐπεὶ καὶ περὶ Χίων ἔχοιμ' ἂν
τοῦτον τὸν λόγον εἰπεῖν, ὡς ὁποτέροις ἐκεῖνοι προσθέ-
σθαι βουληθεῖεν, οὗτοι κατὰ θάλατταν κρείττους ἦσαν.
(140) Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ τούτων δίκαιόν ἐστι σκοπεῖν τὴν
βασιλέως δύναμιν, ἐξ ὧν μεθ' ἑκατέρων γέγονεν, ἀλλ'
ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ πεπολέμηκεν. Καὶ πρῶτον d
μὲν ἀποστάσης Αἰγύπτου τί διαπέπρακται πρὸς τοὺς
ἔχοντας αὐτήν; οὐκ ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον
κατέπεμψε τοὺς εὐδοκιμωτάτους Περσῶν, Ἀβροκόμαν
καὶ Τιθραύστην καὶ Φαρνάβαζον, οὗτοι δὲ τρί' ἔτη μεί-
ναντες, καὶ πλείω κακὰ παθόντες ἢ ποιήσαντες, τελευ-
τῶντες οὕτως αἰσχρῶς ἀπηλλάγησαν, ὥστε τοὺς ἀφε-
στῶτας μηκέτι τὴν ἐλευθερίαν ἀγαπᾶν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν

mus, qui adeo exercituum Cypriorum altero eum uti, alterum obsidere sinamus, quum uterque sit e Græcia collectus. (135) Nam et qui defecerunt benigna erga nos sunt voluntate et fidei Lacedæmoniorum se committunt, et Tiribazi milites et præstantissimi quique peditum ex illis locis venerunt, et classis maxima pars ex Ionia secuta est : qui quidem conjunctis viribus Asiam multo libentius vastarent quam inter sese ob res exiguas conflictarentur. (136) Quorum nos nullam rationem habemus, sed dum de Cycladibus insulis rixamur, adeo temere barbaro tot numero urbes tradidimus et tam ingentes exercitus. Itaque ille alia tenet, aliis imminet, aliis insidiatur, nobis omnibus jure contemptis. (137) Id enim assecutus est, quod majorum ejus nemo unquam : nam et nos et Lacedæmonii Asiam regis esse confessi sumus, et Græcas quidem urbes sic in potestatem redegit, ut alias demoliatur, in aliis arces exstruat. Atque hæc omnia facta sunt nostra amentia, nequaquam ejus potentia.

138. Quanquam quidam regiarum opum magnitudinem admirantur, et bellum cum eo fore difficillimum dictitant, atque recensent quantas inter Græcos mutationes effecerit : ego tamen istos non tam impedire quam accelerare expeditionem arbitror. Nam si nobis consentientibus ipse turbis agitatus non facile oppugnari poterit, illud haud dubie tempus valde metuendum erit, quum res barbarorum pacatæ concordesque ipsi fuerint, nos vero, uti nunc, hostilibus inter nos animis fuerimus. (139) At vero, si meam illi sententiam confirmant, ne sic quidem recte illius potentiam æstimant. Nam si demonstrarent eum antehac aliquando urbem simul utramque superasse, non injuria nunc etiam terrere nos conarentur, si vero id factum non est, sed dum nos et Lacedæmonii digladiamur, cum alterutris conjunctus opes alterorum florentiores reddidit; nullum hoc signum est potentiæ illius. Sæpe enim hujusmodi temporibus exiguæ vires multum momenti habuerunt. Nam et de Chiis possim dicere, cum utris illi fecerint, eos in mari fuisse potentiores. (140) Verum non ex eo spectandæ regis opes sunt, quando cum alterutris se conjunxit, sed inde, quum ipse per se bellum gessit. Ac primum Ægyptus quum defecisset, quid contra illos effecit qui eam tenebant? an non bellum maximæ inter Persas autoritatis viris Abrocomæ et Tithraustæ et Pharnabazo mandavit? Hi vero bello in tertium annum ducto pluribus cladibus acceptis quam illatis adeo turpiter discesserunt, ut qui defecerant, non jam con-

ὁμόρων ζητεῖν ἐπάρχειν; (141) Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπ' Εὐαγό- e
ραν στρατεύσας, ὃς ἄρχει μὲν μιᾶς πόλεως, ἐν δὲ ταῖς
συνθήκαις ἔκδοτός ἐστιν, οἰκῶν δὲ νῆσον, κατὰ μὲν θάλατ-
ταν προδεδυστύχηκεν, ὑπὲρ δὲ τῆς χώρας τρισχιλίους ἔχει
70 μόνον πελταστάς, ἀλλ' ὅμως οὕτω ταπεινῆς δυνάμεως a
οὐ δύναται περιγενέσθαι βασιλεὺς πολεμῶν, ἀλλ' ἤδη
μὲν ἓξ ἔτη διατέτριφεν, εἰ δὲ δεῖ τὰ μέλλοντα τοῖς γε-
γενημένοις τεκμαίρεσθαι, πολὺ πλείων ἐλπίς ἐστιν ἕτε-
ρον ἀποστῆναι πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι· τοιαῦται
βραδυτῆτες ἐν ταῖς πράξεσι ταῖς βασιλέως ἔνεισιν. (142)
Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τῷ περὶ Ῥόδον ἔχων μὲν τοὺς Λα-
κεδαιμονίων συμμάχους εὔνους διὰ τὴν χαλεπότητα
τῶν πολιτειῶν, χρώμενος δὲ ταῖς ὑπηρεσίαις ταῖς παρ' b
ἡμῶν, στρατηγοῦντος δ' αὐτῷ Κόνωνος, ὃς ἦν ἐπιμε-
λέστατος μὲν τῶν στρατηγῶν, πιστότατος δὲ τοῖς Ἕλ-
λησιν, ἐμπειρότατος δὲ τῶν πρὸς τὸν πόλεμον κινδύνων,
τοιοῦτον λαβὼν συναγωνιστὴν τρία μὲν ἔτη περιεῖδε τὸ
ναυτικὸν τὸ προκινδυνεῦον ὑπὲρ τῆς Ἀσίας ὑπὸ τριήρων
ἑκατὸν μόνων πολιορκούμενον, πεντεκαίδεκα δὲ μηνῶν
τοὺς στρατιώτας τὸν μισθὸν ἀπεστέρησεν, ὥστε τὸ μὲν
ἐπ' ἐκείνῳ πολλάκις ἂν διελύθησαν, διὰ δὲ τὸν ἐφεστῶτα c
κίνδυνον καὶ τὴν συμμαχίαν τὴν περὶ Κόρινθον συστᾶ-
σαν μόλις ναυμαχοῦντες ἐνίκησαν. (143) Καὶ ταῦτ'
ἐστὶ τὰ βασιλικώτατα καὶ σεμνότατα τῶν ἐκείνῳ πε-
πραγμένων, καὶ περὶ ὧν οὐδέποτε παύονται λέγοντες οἱ
βουλόμενοι τὰ τῶν βαρβάρων μεγάλα ποιεῖν. Ὥστ'
οὐδεὶς ἂν ἔχοι τοῦτ' εἰπεῖν, ὡς οὐ δικαίως χρῶμαι τοῖς
παραδείγμασιν, οὐδ' ὡς ἐπὶ μικροῖς διατρίβω τὰς με-
γίστας τῶν πράξεων παραλείπων· (144) φεύγων γὰρ d
ταύτην τὴν αἰτίαν τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων διῆλθον,
οὐκ ἀμνημονῶν οὐδ' ἐκείνων, ὅτι Δερκυλίδας μὲν χι-
λίους ἔχων ὁπλίτας τῆς Αἰολίδος ἐπῆρχε, Δράκων δ'
Ἀταρνέα καταλαβὼν καὶ τρισχιλίους πελταστὰς συλ-
λέξας τὸ Μύσιον πεδίον ἀνάστατον ἐποίησε, Θίβρων
δ' ὀλίγῳ πλείους τούτων διαβιβάσας τὴν Λυδίαν ἅπα-
σαν ἐπόρθησεν, Ἀγησίλαος δὲ τῷ Κυρείῳ στρατεύματι
χρώμενος μικροῦ δεῖν τῆς ἐντὸς Ἅλυος χώρας ἐκράτη- e
σεν. (145) Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν στρατιὰν τὴν μετὰ τοῦ
βασιλέως περιπολοῦσαν, οὐδὲ τὴν Περσῶν ἀνδρείαν ἄξιον
φοβηθῆναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι φανερῶς ἐπεδείχθησαν ὑπὸ
τῶν Κύρῳ συναναβάντων οὐδὲν βελτίους ὄντες τῶν ἐπὶ
71 θαλάττῃ. Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας μάχας ὅσας ἡττήθησαν a
ἐῶ, καὶ τίθημι στασιάζειν αὐτοὺς καὶ μὴ βούλεσθαι
προθύμως πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν βασιλέως διακινδυνεύειν·
(146) ἀλλ' ἐπειδὴ Κύρου τελευτήσαντος συνῆλθον ἅπαν-
τες οἱ τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντες, ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς
οὕτως αἰσχρῶς ἐπολέμησαν, ὥστε μηδένα λόγον ὑπολι-
πεῖν τοῖς εἰθισμένοις τὴν Περσῶν ἀνδρείαν ἐπαινεῖν.
Λαβόντες γὰρ ἑξακισχιλίους τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἀριστίν- b
δην ἐπειλεγμένους, ἀλλ' οἳ διὰ φαυλότητα ἐν ταῖς αὑτῶν
οὐχ οἷοί τ' ἦσαν ζῆν, ἀπείρους μὲν τῆς χώρας ὄντας,
ἐρήμους δὲ συμμάχων γεγενημένους, προδεδομένους
δ' ὑπὸ τῶν συναναβάντων, ἀπεστερημένους δὲ τοῦ στρα-
τηγοῦ μεθ' οὗ συνηκολούθησαν, (147) τοσοῦτον αὐτῶν

tenti libertate finitimos etiam invaderent. (141) Post hæc bello contra Euagoram moto, unius urbis dominum et in fœdere deditum, qui quum insulam incolat et mari prius cladem acceperit et pro suæ regionis defensione tria millia cetratorum tantum habeat, tamen copias adeo tenues rex bello superare nequit, sed jam in eo sex annos contrivit et (si conjectura futurorum e præteritis capi debet) sperandum est fore ut alter prius deficiat, quam hic in deditionem redigatur : adeo lente ac segniter actiones regis procedere solent. (142) In bello autem ad Rhodum gesto quum Lacedæmoniorum socios ob gubernationum sævitiam bene cupientes haberet, nostrisque remigiis uteretur, Conone illi ducente exercitum, cui quum omnium imperatorum diligentissimus esset, Græci maximam fidem habebant, et peritissimus rei militaris erat; quamquam talem nactus adjutorem, tamen pro Asia classem propugnantem tantum a centum triremibus triennio passus est obsideri et quindecim mensium stipendio militem fraudavit. Itaque quod ad illum quidem attinebat, sæpe dilapsi fuissent, sed propter imminens periculum et societatem ad Corinthum constitutam vix navali prælio vicerunt. (143) Hæc sunt ejus maxime regia splendidissimaque facinora, quæ ii qui barbarorum opes quammaxime extollere cupiunt, jactare verbis nunquam desistunt. Itaque nemo dicere potest, me non recte iis exemplis uti, aut parvis commemorandis immorari maximis rebus prætermissis. (144) Nam quo crimen hoc declinarem, clarissima ejus facta recensui, non quin illa etiam meminissem, Dercylidam mille armatis Æolidem occupasse; Draconem Atarneo capto et tribus millibus cetratorum collectis Mysium campum vastasse; Thibronem paulo pluribus trajectis totam Lydiam esse populatum; Agesilaum Cyri usum exercitu non multum abfuisse quin provinciis quæ intra Halym amnem sitæ sunt potiretur. (145) Neque vero vel exercitus, qui regi perpetuo præsto est, vel fortitudo Persarum extimescenda est. Nam qui cum Cyro in Persidem ascenderunt, nihilo præstantiores eos esse quam maris accolas aperte ostenderunt. Cetera enim prælia, quibus victi sunt, prætereo, et eos in dissensione contra fratrem regis strenue pugnare noluisse concedo : (146) At Cyro mortuo, quum omnes qui Asiam incolunt convenissent, illis temporibus bellum adeo turpiter gesserunt, ut nihil quod dicant reliqui fecerint iis qui Persarum fortitudinem prædicare consueverunt. Quum enim in sex millia Græcorum incidissent, qui quidem non ex optimis delecti, sed homines ita perditi fuerunt, ut in suis civitatibus vivere non possent, ignari regionis, destituti a sociis, a comitibus proditi, duce quem secuti fuerant amisso, (147)

ἥττους ἦσαν, ὥσθ' ὁ βασιλεὺς ἀπορήσας τοῖς παροῦσι πράγμασι καὶ καταφρονήσας τῆς περὶ αὐτὸν δυνάμεως τοὺς ἄρχοντας τοὺς τῶν ἐπικούρων ὑποσπόνδους συλλα- c βεῖν ἐτόλμησεν, ὡς εἰ τοῦτο παρανομήσειε συνταράξων τὸ στρατόπεδον, καὶ μᾶλλον εἵλετο περὶ τοὺς θεοὺς ἐξαμαρτεῖν ἢ πρὸς ἐκείνους ἐκ τοῦ φανεροῦ διαγωνίσασθαι. (148) Διαμαρτὼν δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τῶν στρατιωτῶν συμμεινάντων καὶ καλῶς ἐνεγκόντων τὴν συμφοράν, ἀπιοῦσιν αὐτοῖς Τισσαφέρνην καὶ τοὺς ἱππέας συνέπεμψεν, ὑφ' ὧν ἐκεῖνοι παρὰ πᾶσαν ἐπιβουλευόμενοι τὴν ὁδὸν ὁμοίως διεπορεύθησαν ὥσπερανεὶ προπεμπόμενοι, μάλιστα μὲν φοβούμενοι τὴν ἀοίκητον d τῆς χώρας, μέγιστον δὲ τῶν ἀγαθῶν νομίζοντες εἰ τῶν πολεμίων ὡς πλείστοις ἐντύχοιεν. (149) Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων· ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐπὶ λείαν ἐλθόντες οὐδὲ κώμην καταλαβόντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν βασιλέα στρατεύσαντες, ἀσφαλέστερον κατέβησαν τῶν περὶ φιλίας ὡς αὐτὸν πρεσβευόντων. Ὥστε μοι δοκοῦσιν ἐν ἅπασι τοῖς τόποις σαφῶς ἐπιδεδεῖχθαι τὴν αὐτῶν μαλακίαν· e καὶ γὰρ ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Ἀσίας πολλὰς μάχας ἥττηνται, καὶ διαβάντες εἰς τὴν Εὐρώπην δίκην ἔδοσαν (οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κακῶς ἀπώλοντο, οἱ δ' αἰσχρῶς ἐσώθησαν), καὶ τελευτῶντες ὑπ' αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις καταγέλαστοι γεγόνασιν.

150. Καὶ τούτων οὐδὲν ἀλόγως γέγονεν, ἀλλὰ πάντ' a εἰκότως ἀποβέβηκεν· οὐ γὰρ οἷόντε τοὺς οὕτω τρεφομένους καὶ πολιτευομένους οὔτε τῆς ἄλλης ἀρετῆς μετέχειν οὔτ' ἐν ταῖς μάχαις τρόπαιον ἱστάναι τῶν πολεμίων. Πῶς γὰρ ἐν τοῖς ἐκείνων ἐπιτηδεύμασιν ἐγγενέσθαι δύναιτ' ἂν ἢ στρατηγὸς δεινὸς ἢ στρατιώτης ἀγαθός, ὧν τὸ μὲν πλεῖστόν ἐστιν ὄχλος ἄτακτος καὶ κινδύνων ἄπειρος, πρὸς μὲν τὸν πόλεμον ἐκλελυμένος, πρὸς δὲ τὴν δουλείαν ἄμεινον τῶν παρ' ἡμῖν οἰκετῶν b πεπαιδευμένος, (151) οἱ δ' ἐν ταῖς μεγίσταις δόξαις ὄντες αὐτῶν ὁμαλῶς μὲν οὐδὲ κοινῶς οὐδὲ πολιτικῶς οὐδεπώποτ' ἐβίωσαν, ἅπαντα δὲ τὸν χρόνον διάγουσιν εἰς μὲν τοὺς ὑβρίζοντες, τοῖς δὲ δουλεύοντες, ὡς ἂν ἄνθρωποι μάλιστα τὰς φύσεις διαφθαρεῖεν, καὶ τὰ μὲν σώματα διὰ τοὺς πλούτους τρυφῶντες, τὰς δὲ ψυχὰς διὰ τὰς μοναρχίας ταπεινὰς καὶ περιδεεῖς ἔχοντες, ἐξεταζόμενοι πρὸς αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις καὶ προκαλινδούμενοι c καὶ πάντα τρόπον μικρὸν φρονεῖν μελετῶντες, θνητὸν μὲν ἄνδρα προσκυνοῦντες καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες, τῶν δὲ θεῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνθρώπων ὀλιγωροῦντες. (152) Τοιγαροῦν οἱ καταβαίνοντες αὐτῶν ἐπὶ θάλατταν, οὓς καλοῦσι σατράπας, οὐ καταισχύνουσι τὴν ἐκεῖ παίδευσιν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἤθεσι τοῖς αὐτοῖς διαμένουσι, πρὸς μὲν τοὺς φίλους ἀπίστως, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀνάνδρως ἔχοντες, καὶ τὰ μὲν ταπεινῶς τὰ δ' d ὑπερηφάνως ζῶντες, τῶν μὲν συμμάχων καταφρονοῦντες, τοὺς δὲ πολεμίους θεραπεύοντες. (153) Τὴν μέν γε μετ' Ἀγησιλάου στρατιὰν ὀκτὼ μῆνας ταῖς αὐτῶν δαπάναις διέθρεψαν, τοὺς δ' ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύοντας ἑτέρου τοσούτου χρόνου τὸν μισθὸν ἀπεστέρησαν· καὶ

tanto tamen his inferiores fuerunt, ut rex animi dubius, quid agendum esset, suis copiis contemptis duces auxiliorum contra fidem datam comprehendere non dubitaret, tanquam violata jurisjurandi religione conturbaturus exercitum, et in deos impius esse mallet, quam aperto Marte cum eis dimicare. (148) Quum autem hæ insidiæ non processissent, militesque una mansissent calamitatemque egregie tulissent, in eos abeuntes Tissaphernem cum equitibus immisit, a quibus in toto itinere insidiis appetiti perinde perrexerunt, ac si officii causa deducerentur, nihil ita metuentes ut loca deserta, idque summum bonum existimantes, si in hostes quam plurimos incidissent. (149) Illud autem caput est eorum quæ diximus, quod quum neque prædas abegissent neque vicum occupassent, sed infestis armis ipsum regem petiissent, minore cum periculo descenderunt, quam qui ad eum expetendæ Persarum amicitiæ causa legationes obierunt. Itaque mihi videntur ubique terrarum perspicue mollitiem suam demonstrasse. Nam et in maritimis Asiæ locis multis præliis victi sunt, et in Europam transgressi pœnas dederunt (alii enim eorum male perierunt, alii turpiter evaserunt), deniquo sub ipsa regia se deridendos præbuerunt.

150. Neque horum quicquam temerè factum est, sed omnia recte evenerunt. Nec enim fieri potest ut qui sic educantur et ad hunc modum res suas administrant, vel ulla virtute præditi sint, vel de victis hostibus tropæum statuant. Quo enim pacto inter eos his moribus vel egregius imperator vel miles strenuus possit exsistere? quorum pars maxima est turba incomposita et militiæ rudis, ut ad bellum enervis, sic ad servitutem servis nostris melius educata. (151) Celeberrimi autem et honoratissimi quique eorum non unquam æquabiliter aut populariter civiliterve vixerunt, sed omnem ætatem ita degunt, ut aliis insultent, aliis inserviant, quo modo hominum ingenia maxime corrumpuntur. Ac corpora illi quidem propter divitias petulanter habent, animis autem propter regiam dominationem humilibus et consternatis præditi trepidant : ut qui ad ipsam regiam quotidie præsentes recenseantur, et procumbant et omnibus modis abjecto esse animo meditentur, quum quidem hominem mortalem adorent et deum appellent, deos autem magis quam homines contemnant. (152) Proinde isti qui ad mare descendunt, quos Satrapas vocant, non dedecori sunt Persicæ disciplinæ, sed eadem tenent instituta, amicis fidem non servantes, contra inimicos effeminati, partim abjecte, partim superbe viventes, quum socios despiciant, hostes colant. (153) Agesilai certe quidem exercitum suis sumptibus octo menses aluerunt; qui vero pro ipsis in acie steterant, eos bis totidem mensium sti-

τοῖς μὲν Κισθήνην καταλαβοῦσιν ἑκατὸν τάλαντα διένειμαν, τοὺς δὲ μεθ' αὐτῶν εἰς Κύπρον στρατευσαμένους e μᾶλλον ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ὕβριζον. (154) Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν καὶ μὴ καθ' ἓν ἕκαστον ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τίς ἢ τῶν πολεμησάντων αὐτοῖς οὐκ εὐδαιμονήσας ἀπῆλθεν, ἢ τῶν ὑπ' ἐκείνοις γενομένων οὐκ αἰκισθεὶς 73 τὸν βίον ἐτελεύτησεν; οὐ Κόνωνα μέν, ὃς ὑπὲρ τῆς a Ἀσίας στρατηγήσας τὴν ἀρχὴν τὴν Λακεδαιμονίων κατέλυσεν, ἐπὶ θανάτῳ συλλαβεῖν ἐτόλμησαν, Θεμιστοκλέα δ', ὃς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος αὐτοὺς κατεναυμάχησε, τῶν μεγίστων δωρεῶν ἠξίωσαν; (155) Καίτοι πῶς χρὴ τὴν τούτων φιλίαν ἀγαπᾶν, οἳ τοὺς μὲν εὐεργέτας τιμωροῦνται, τοὺς δὲ κακῶς ποιοῦντας οὕτως ἐπιφανῶς κολακεύουσιν; Περὶ τίνας δ' ἡμῶν οὐκ ἐξημαρτήκασιν; b ποῖον δὲ χρόνον διαλελοίπασιν ἐπιβουλεύοντες τοῖς Ἕλλησιν; τί δ' οὐκ ἐχθρὸν αὐτοῖς ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν, οἳ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλᾶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακάειν ἐτόλμησαν; (156) Διὸ καὶ τοὺς Ἴωνας ἄξιον ἐπαινεῖν, ὅτι τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο εἴ τινες κινήσειαν ἢ πάλιν εἰς τἀρχαῖα καταστῆσαι βουληθεῖεν, οὐκ ἀποροῦντες πόθεν ἐπισκευάσωσιν, ἀλλ' ἵν' ὑπόμνημα τοῖς ἐπιγιγνομένοις ᾖ τῆς c τῶν βαρβάρων ἀσεβείας, καὶ μηδεὶς πιστεύῃ τοῖς τοιαῦτ' εἰς τὰ τῶν θεῶν ἐξαμαρτεῖν τολμῶσιν, ἀλλὰ καὶ φυλάττωνται καὶ δεδίωσιν, ὁρῶντες αὐτοὺς οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀναθήμασι πολεμήσαντας.

157. Ἔχω δὲ καὶ περὶ τῶν πολιτῶν τῶν ἡμετέρων τοιαῦτα διελθεῖν. Καὶ γὰρ οὗτοι πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους, ὅσοις πεπολεμήκασιν, ἅμα διαλλάττονται καὶ τῆς ἔχθρας τῆς γεγενημένης ἐπιλανθάνονται, τοῖς δ' ἠπειρώταις οὐδ' d ὅταν εὖ πάσχωσι χάριν ἴσασιν· οὕτως ἀείμνηστον τὴν ὀργὴν πρὸς αὐτοὺς ἔχουσιν. Καὶ πολλῶν μὲν οἱ πατέρες ἡμῶν μηδισμοῦ θάνατον κατέγνωσαν, ἐν δὲ τοῖς συλλόγοις ἔτι καὶ νῦν ἀρὰς ποιοῦνται, πρὶν ἄλλο τι χρηματίζειν, εἴ τις ἐπικηρυκεύεται Πέρσαις τῶν πολιτῶν· Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων διὰ τὸ τούτων μῖσος καὶ τοῖς ἄλλοις βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις, προαγορεύουσιν. (158) Οὕτω δὲ φύσει πολεμικῶς πρὸς αὐτοὺς ἔχομεν, ὥστε e καὶ τῶν μύθων ἥδιστα συνδιατρίβομεν τοῖς Τρωικοῖς καὶ Περσικοῖς, δι' ὧν ἔστι πυνθάνεσθαι τὰς ἐκείνων συμφοράς. 74 Εὕροι δ' ἄν τις ἐκ μὲν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς a βαρβάρους ὕμνους πεποιημένους, ἐκ δὲ τοῦ πρὸς τοὺς Ἕλληνας θρήνους ἡμῖν γεγενημένους, καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾀδομένους, τῶν δ' ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς ἡμᾶς μεμνημένους. (159) Οἶμαι δὲ καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν μείζω λαβεῖν δόξαν, ὅτι καλῶς τοὺς πολεμήσαντας τοῖς βαρβάροις ἐνεκωμίασε, καὶ διὰ τοῦτο βουληθῆναι τοὺς προγόνους ἡμῶν ἔντιμον αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν τέχνην ἔν τε τοῖς τῆς μουσικῆς ἄθλοις καὶ τῇ παιδεύσει τῶν b νεωτέρων, ἵνα πολλάκις ἀκούοντες τῶν ἐπῶν ἐκμανθάνωμεν τὴν ἔχθραν τὴν ὑπάρχουσαν πρὸς αὐτούς, καὶ ζηλοῦντες τὰς ἀρετὰς τῶν στρατευσαμένων τῶν αὐτῶν ἔργων ἐκείνοις ἐπιθυμῶμεν.

pendio fraudarunt. Atque iis quidem qui Cisthenen occuparant, centum talenta sunt largiti; eos autem qui cum ipsis in Cypro militarant, contumeliosius quam captivos tractarunt. (154) Et ut in pauca rem conferam neque singula consecter, sed in genere dicam, quis aut bellum cum eis gessit, quin locupletatus recesserit? aut in eorum potestatem venit, quin per cruciatum interierit? Nonne Cononem, qui, quum pro Asia duceret exercitum, Lacedæmoniis imperium eripuerat, comprehensum interficere sunt ausi? Themistoclem vero, qui pro Græciæ defensione prælio navali eos vicerat, ingentibus præmiis affecerunt? (155) Quis igitur illorum amicitiam expetendam ducat, qui bene de se meritos suppliciis coercent, et hostibus tam insigniter adulantur? Quos vero nostrum non violabant? quo tempore insidiari Græcis desistebant? quid rerum omnium habemus, in quod isti non animo sint hotili? qui et simulacra deorum immortalium et templa spoliare priore bello et comburere non dubitarunt. (156) Quare laudandi sunt Iones, quod diris eos execrationibus devoverunt, qui templa cremata moverent, aut in iisdem fundamentis exædificarent, non quod deesset unde ea reficerent, sed ut monumenta posteris essent barbarorum impietatis, neque quisquam fidem iis haberet, qui ad eum modum in templa deorum immortalium grassari non dubitassent, sed eos et caverent et formidarent omnes, quos non tantum corporibus nostris cernerent, sed etiam religioni bellum intulisse.

157. Possum et de civibus nostris multa hujus generis referre. Nam cum ceteris, contra quos bella gesserunt, simul atque in gratiam reditum est, inimicitiarum veterum obliviscuntur; Asianis autem ne pro acceptis quidem beneficiis gratiam habent: adeo immortalem in eos iram gerunt. Nam et patres nostri multos capitis damnarunt, quod Medis studere viderentur: et in conciliis etiam hodie, antequam publice quicquam aliud decernatur, si quis civium Persarum pacem aut amicitiam expetat, eum devotionibus obstringunt. Eumolpidæ autem et Præcones in festo mysteriorum horum odio ceteris quoque barbaris tanquam homicidis sacris interdicunt. (158) Natura porro sic eos odimus, ut nullis fabulis perinde gaudeamus et immoremur ac Trojanis et Persicis, e quibus clades eorum cognoscere liceat. Illud etiam reperias, de bellis barbaricis hymnos, de Græcis nænias extitisse nobis; atque illos quidem in festis cani, harum autem in calamitatibus nos meminisse. (159) Atque etiam Homeri poesin propterea in majore esse pretio arbitror, quod eos qui barbaros oppugnarunt, præclaris laudibus extulit; nostrosque majores artem ejus propterea honoratam esse voluisse, tum in certaminibus musicis, tum in educatione puerorum, ut sæpe carmina illa audientes, inimicitias, quæ nobis cum barbaris intercederent, edisceremus, et virtutem nostrorum qui militarunt admirantes, eorundem facinorum gloriam adamaremus.

160. Ὥστε μοι δοκεῖ πολλὰ λίαν εἶναι τὰ παρακε-
λευόμενα πολεμεῖν αὐτοῖς, μάλιστα δ' ὁ παρὼν καιρός,
ὃν οὐκ ἀφετέον· καὶ γὰρ αἰσχρὸν παρόντι μὲν μὴ c
χρῆσθαι, παρελθόντος δ' αὐτοῦ μεμνῆσθαι. Τί γὰρ
ἂν καὶ βουληθεῖμεν ἡμῖν προσγενέσθαι, μέλλοντες
βασιλεῖ πολεμεῖν, ἔξω τῶν νῦν ὑπαρχόντων; (161) οὐκ
Αἴγυπτος μὲν αὐτοῦ καὶ Κύπρος ἀφέστηκε, Φοινίκη δὲ
καὶ Συρία διὰ τὸν πόλεμον ἀνάστατοι γεγόνασι, Τύρος
δ', ἐφ' ᾗ μέγ' ἐφρόνησεν, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου
κατείληπται; τῶν δ' ἐν Κιλικίᾳ πόλεων τὰς μὲν πλεί-
στας οἱ μεθ' ἡμῶν ὄντες ἔχουσι, τὰς δ' οὐ χαλεπόν ἐστι d
κτήσασθαι. Λυκίας δ' οὐδεὶς πώποτε Περσῶν ἐκρά-
τησεν. (162) Ἑκατόμνως δ' ὁ Καρίας ἐπίσταθμος τῇ
μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκεν, ὁμολογήσει
δ' ὅταν ἡμεῖς βουληθῶμεν. Ἀπὸ δὲ Κνίδου μέχρι
Σινώπης Ἕλληνες τὴν Ἀσίαν παροικοῦσιν, οὓς οὐ δεῖ
πείθειν ἀλλὰ μὴ κωλύειν πολεμεῖν. Καίτοι τοιούτων
ὁρμητηρίων ὑπαρξάντων, καὶ τοσούτου πολέμου τὴν
Ἀσίαν περιστάντος, τί δεῖ τὰ συμβησόμενα λίαν ἀκρι- e
βῶς ἐξετάζειν; ὅπου γὰρ μικρῶν μερῶν ἥττους εἰσίν,
οὐκ ἄδηλον ὡς ἂν διατεθεῖεν, εἰ πᾶσιν ἡμῖν πολεμεῖν
ἀναγκασθεῖεν. (163) Ἔχει δ' οὕτως. Ἐὰν μὲν ὁ
βάρβαρος ἐρρωμενεστέρως κατάσχῃ τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ
75 θαλάττῃ, φρουρὰς μείζους ἐν αὐταῖς ἢ νῦν ἐγκαταστή- a
σας, τάχ' ἂν καὶ τῶν νήσων αἱ περὶ τὴν ἤπειρον, οἷον
Ῥόδος καὶ Σάμος καὶ Χίος, ἐπὶ τὰς ἐκείνου τύχας
ἀποκλίναιεν· ἢν δ' ἡμεῖς αὐτὰς πρότεροι καταλάβωμεν,
εἰκὸς τοὺς τὴν Λυδίαν καὶ Φρυγίαν καὶ τὴν ἄλλην τὴν
ὑπερκειμένην χώραν οἰκοῦντας ἐπὶ τοῖς ἐντεῦθεν ὁρμω-
μένοις εἶναι. (164) Διὸ δεῖ σπεύδειν καὶ μηδεμίαν
ποιεῖσθαι διατριβήν, ἵνα μὴ πάθωμεν ὅπερ οἱ πατέρες
ἡμῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ ὑστερίσαντες τῶν βαρβάρων καὶ b
προέμενοί τινας τῶν συμμάχων ἠναγκάσθησαν ὀλίγοι
πρὸς πολλοὺς κινδυνεύειν, ἐξὸν αὐτοῖς προτέροις διαβᾶ-
σιν εἰς τὴν ἤπειρον μετὰ πάσης τῆς τῶν Ἑλλήνων δυ-
νάμεως ἐν μέρει τῶν ἐθνῶν ἕκαστον χειροῦσθαι. (165)
Δέδεικται γάρ, ὅταν τις πολεμῇ πρὸς ἀνθρώπους ἐκ
πολλῶν τόπων συλλεγομένους, ὅτι δεῖ μὴ περιμένειν
ἕως ἂν ἐπιστῶσιν, ἀλλ' ἔτι διεσπαρμένοις αὐτοῖς ἐπι- c
χειρεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν προεξαμαρτόντες ἅπαντα
ταῦτ' ἐπηνωρθώσαντο, καταστάντες εἰς τοὺς μεγίστους
ἀγῶνας· ἡμεῖς δ' ἂν σωφρονῶμεν, ἐξ ἀρχῆς φυλαξόμεθα,
καὶ πειρασόμεθα φθῆναι περὶ τὴν Λυδίαν καὶ τὴν
Ἰωνίαν στρατόπεδον ἐγκαταστήσαντες, (166) εἰδότες
ὅτι καὶ βασιλεὺς οὐχ ἑκόντων ἄρχει τῶν ἠπειρωτῶν,
ἀλλὰ μείζω δύναμιν περὶ αὑτὸν ἑκάστων αὐτῶν ποιη-
σάμενος· ἧς ἡμεῖς ὅταν κρείττω διαβιβάσωμεν, ὃ βου- d
ληθέντες ῥᾳδίως ἂν ποιήσαιμεν, ἀσφαλῶς ἅπασαν τὴν
Ἀσίαν καρπωσόμεθα. Πολὺ δὲ κάλλιον ἐκείνῳ περὶ
τῆς βασιλείας πολεμεῖν, ἢ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς
ἡγεμονίας ἀμφισβητεῖν.

167. Ἄξιον δ' ἐπὶ τῆς νῦν ἡλικίας ποιήσασθαι τὴν
στρατείαν, ἵν' οἱ τῶν συμφορῶν κοινωνήσαντες, οὗτοι
καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωσι καὶ μὴ πάντα τὸν χρόνον e

160. Itaque mihi quidem nimis esse multa videntur, quæ nos incitent ad bellum eis inferendum, inprimis autem præsens occasio non est amittenda. Etenim turpe fuerit, ea dum adest non uti, elapsam desiderare. Quid enim regi bellum illaturi optabimus amplius, quam ea quæ nunc suppetunt? (161) Non Ægyptus et Cyprus ab eo defecerunt? non Phœnice et Syria bello vastatæ sunt? non Tyrus, quæ animos illi fecit, ab hostibus ejus occupata est? non Ciliciæ civitates plerasque hi tenent qui nobiscum faciunt, reliquæ facile subigentur? Lycia vero Persarum nemo unquam potitus est. (162) Jam Hecatomnos Cariæ præses revera jam dudum defecit, sed id præ se feret, ubi nos voluerimus. A Cnido Sinopen usque Græci Asiam accolunt, quibus non persuadendum, sed obstandum non est, ut bellum gerant. Quum igitur tantas opportunitates habeamus, tantoque bello Asia circumdata sit, quorsum attinet, eventura quæ sint, exquirere accuratius? Ubi enim a parvis partibus vincuntur, non obscurum est quibus cladibus afficiantur, si totius Græciæ vires sustinere cogantur. (163) Res autem ita se habet. Si quidem barbarus maritimas civitates firmaret majoribus quam nunc præsidiis impositis, fortasse etiam insulæ Asiæ vicinæ, ut Rhodus, et Samus, et Chios, ad illius fortunas inclinarent: si vero nos priores eas occupaverimus, etiam Lydos et Phryges et ceteros qui supra illos incolunt, in eorum potestate fore probabile est, qui hinc bellum moverint. (164) Quare festinandum est et nulla mora interponenda, ne idem quod nostris patribus, nobis accidat: qui, ubi barbaris segniores non ita parvum numerum e sociis deseruerant, pauci cum multis pugnare sunt coacti, quum, si priores in Asiam trajecissent, totius Græciæ viribus singulas gentes per vices subigere licuisset. (165) Nam quum bello petendi sunt homines qui multis e locis colliguntur, res ipsa declarat, non exspectandum esse dum instent, sed dispersos adhuc esse invadendos. Illi igitur quum in hoc principio peccassent, omnia hæc correxere, periculosissimis præliis commissis. Nos autem, si sapimus, statim initio cavebimus, operamque dabimus, ut exercitu circa Lydiam et Ioniam collocato antevertamus, (166) quum non ignoremus etiam regem Asianis imperare non volentibus, sed quia semper majores copias secum habet, quam singuli illorum. Quibus si nos robustiorem exercitum trajecerimus (id quod, velimus modo, facile fiet), secure tota Asia fruemur. Multo autem præclarius est cum illo de regno pugnare quam inter nosmetipsos contendere de principatu.

167. Æquum vero est etiam expeditionem hac suscipi ætate, ut qui calamitatum socii fuerunt, iidem rerum secundarum etiam fructum capiant neque omnem ætatem in mi-

δυστυχοῦντες διαγάγωσιν. Ἱκανὸς γὰρ ὁ παρεληλυθώς, ἐν ᾧ τί τῶν δεινῶν οὐ γέγονεν; πολλῶν γὰρ κακῶν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπαρχόντων, αὐτοὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων προσεξευρήκαμεν, πολέμους καὶ στάσεις ἡμῖν αὐτοῖς ἐμποιήσαντες, (168) ὥστε τοὺς μὲν ἐν ταῖς
76 αὑτῶν ἀνόμως ἀπόλλυσθαι, τοὺς δ' ἐπὶ ξένης μετὰ παί- a
δων καὶ γυναικῶν ἀλᾶσθαι, πολλοὺς δὲ δι' ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν ἐπικουρεῖν ἀναγκαζομένους ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν τοῖς φίλοις μαχομένους ἀποθνήσκειν. Ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς πώποτ' ἠγανάκτησεν, ἀλλ' ἐπὶ μὲν ταῖς συμφοραῖς ταῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν συγκειμέναις δακρύειν ἀξιοῦσιν, ἀληθινὰ δὲ πάθη πολλὰ καὶ δεινὰ γιγνόμενα διὰ τὸν πόλεμον ἐφορῶντες τοσούτου δέουσιν ἐλεεῖν, ὥστε καὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἀλλήλων κακοῖς ἢ b
τοῖς αὑτῶν ἰδίοις ἀγαθοῖς. (169) Ἴσως δ' ἂν καὶ τῆς ἐμῆς εὐηθείας πολλοὶ καταγελάσειαν, εἰ δυστυχίας ἀνδρῶν ὀδυροίμην ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς Ἰταλία μὲν ἀνάστατος γέγονε, Σικελία δὲ καταδεδούλωται, τοσαῦται δὲ πόλεις τοῖς βαρβάροις ἐκδέδονται, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις ἐστίν.

170. Θαυμάζω δὲ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν, εἰ προσήκειν αὐτοῖς ἡγοῦνται μέγα φρονεῖν, c
μηδὲν πώποθ' ὑπὲρ τηλικούτων πραγμάτων μήτ' εἰπεῖν μήτ' ἐνθυμηθῆναι δυνηθέντες. Ἐχρῆν γὰρ αὐτούς, εἴπερ ἦσαν ἄξιοι τῆς παρούσης δόξης, ἁπάντων ἀφεμένους τῶν ἄλλων περὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰσηγεῖσθαι καὶ συμβουλεύειν. Τυχὸν μὲν γὰρ ἄν τι συνεπέραναν· (171) εἰ δὲ καὶ προαπεῖπον, ἀλλ' οὖν τούς γε λόγους ὥσπερ χρησμοὺς εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον ἂν κατέλιπον. Νῦν δ' οἱ μὲν ἐν ταῖς μεγίσταις d
δόξαις ὄντες ἐπὶ μικροῖς σπουδάζουσιν, ἡμῖν δὲ τοῖς τῶν πολιτικῶν ἐξεστηκόσι περὶ τηλικούτων πραγμάτων συμβουλεύειν παραλελοίπασιν.

172. Οὐ μὴν ἀλλ' ὅσῳ μικροψυχότεροι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ προεστῶτες ἡμῶν, τοσούτῳ τοὺς ἄλλους ἐρρωμενεστέρως δεῖ σκοπεῖν ὅπως ἀπαλλαγησόμεθα τῆς παρούσης ἔχθρας. Νῦν μὲν γὰρ μάτην ποιούμεθα τὰς περὶ τῆς εἰρήνης συνθήκας· οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοὺς e
πολέμους, ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα, καὶ περιμένομεν τοὺς καιροὺς ἐν οἷς ἀνήκεστόν τι κακὸν ἀλλήλους ἐργάσασθαι δυνησόμεθα. (173) Δεῖ δὲ ταύτας τὰς ἐπιβουλὰς ἐκποδὼν ποιησαμένους ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν, ἐξ ὧν τάς τε πόλεις ἀσφαλέστερον οἰκήσομεν καὶ πιστότερον διακεισόμεθα πρὸς ἡμᾶς αὐτούς. Ἔστι δ' ἁπλοῦς καὶ ῥᾴδιος ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων· οὔτε γὰρ εἰ-
77 ρήνην οἷόντε βεβαίαν ἀγαγεῖν, ἢν μὴ κοινῇ τοῖς βαρ- a
βάροις πολεμήσωμεν, οὔθ' ὁμονοῆσαι τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἂν καὶ τὰς ὠφελείας ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ τοὺς κινδύνους πρὸς τοὺς αὐτοὺς ποιησώμεθα. (174) Τούτων δὲ γενομένων, καὶ τῆς ἀπορίας τῆς περὶ τὸν βίον ἡμῶν ἀφαιρεθείσης, ἣ καὶ τὰς ἑταιρίας διαλύει καὶ τὰς συγγενείας εἰς ἔχθραν προάγει καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς πολέμους καὶ στάσεις καθίστησιν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχ

seriis exigant. Satis enim longum fuit superius tempus, quo quæ acerbitates non acciderunt? Quum enim natura humana per se multis malis obnoxia sit, nos ipsi plura etiam necessariis excogitavimus, bellis et seditionibus inter nos excitatis. (168) Unde alii in suis urbibus per injuriam occisi sunt, alii peregre cum uxoribus et liberis oberrant, multi apud hostes stipendia facere inopia quotidiani victus coacti, dum contra amicos pugnant, pro inimicis mortem oppetunt. Hæc nemini unquam indignationem moverunt, sed calamitatibus quidem a poetis confictis illacrimantur, vera autem mala multa et peracerba, quæ bellum peperit, intuentes adeo misericordia non commoventur, ut alii aliorum malis plus gaudeant, quam suis bonis. (169) Fortasse autem simplicitatem meam deridebunt multi, qui calamitates hominum his temporibus deplorem, quibus et Italia devastata est, et Sicilia servitute oppressa, et tot urbes concessæ barbaris, ceteræque Græciæ partes in maximis periculis versantur.

170. Ego vero miror, quomodo principes civitatum sibi superbiendum censeant, si nihil unquam tantis de rebus neque dicere neque cogitare potuerunt. Decuerat enim eos, si, qua florent auctoritate, ea digni essent, relictis rebus omnibus consilii de bello barbaris inferendo se duces auctoresque profiteri. Fortasse enim aliquid profecissent: (171) et ut prius diem suum obirent, at orationes suas posteris tanquam oracula relinquerent. Nunc isti, quorum summa est auctoritas, minuta quædam tractant; nobis autem, qui negotia reipublicæ non attingimus, rerum tantarum deliberationem reliquerunt.

172. Enimvero quanto pusillioribus animis sunt principes nostri, tanto accuratius aliis providendum est, qua ratione has inimicitias deponamus. Nam nunc quidem frustra pactiones de pace fiunt. Nec enim bella componimus, sed differimus, et illud tempus exspectamus, quo aliis alii gravissima mala infligere possimus. (173) Repudiatis vero prorsus hujusmodi insidiosis consiliis ea suscipienda sunt, per quæ et nostras urbes securius teneamus, et majore benevolentia conjungamur. Quibus de rebus simplex et facilis est oratio. Nec enim firma pace fruemur, nisi communiter bellum barbaris intulerimus; neque Græci consentient, priusquam et utilitates ex iisdem rationibus et bella contra eosdem paraverimus. (174) His autem perfectis et egestate propulsata, quæ et societates dirimit et necessitudines in inimicitias convertit et omnes homines bellis ac seditionibus involvit, fieri non poterit quin et in concordiam

ὁμονοήσομεν καὶ τὰς εὐνοίας ἀληθινὰς πρὸς ἡμᾶς αὐ- b τοὺς ἕξομεν. Ὧν ἕνεκα περὶ παντὸς ποιητέον ὅπως ὡς τάχιστα τὸν ἐνθένδε πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον διοριοῦμεν, ὡς μόνον ἂν τοῦτ' ἀγαθὸν ἀπολαύσαιμεν τῶν κινδύνων τῶν πρὸς ἡμᾶς αὐτούς, εἰ ταῖς ἐμπειρίαις ταῖς ἐκ τούτων γεγενημέναις πρὸς τὸν βάρβαρον καταχρήσασθαι δόξειεν ἡμῖν.

175. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως διὰ τὰς συνθήκας ἄξιον ἐπισχεῖν, ἀλλ' οὐχ ἐπειχθῆναι καὶ θᾶττον ποιήσασθαι τὴν στρατείαν; δι' ἃς αἱ μὲν ἠλευθερωμέναι τῶν πόλεων c βασιλεῖ χάριν ἴσασιν, ὡς δι' ἐκεῖνον τυχοῦσαι τῆς αὐτονομίας ταύτης, αἱ δ' ἐκδεδομέναι τοῖς βαρβάροις μάλιστα μὲν Λακεδαιμονίοις ἐπικαλοῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μετασχοῦσι τῆς εἰρήνης, ὡς ὑπὸ τούτων δουλεύειν ἠναγκασμέναι. Καίτοι πῶς οὐ χρὴ διαλύειν ταύτας τὰς ὁμολογίας, ἐξ ὧν τοιαύτη δόξα γέγονεν, ὡς ὁ μὲν βάρβαρος κήδεται τῆς Ἑλλάδος d καὶ φύλαξ τῆς εἰρήνης ἐστίν, ἡμῶν δέ τινές εἰσιν οἱ λυμαινόμενοι καὶ κακῶς ποιοῦντες αὐτήν; (176) Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι τῶν γεγραμμένων ἐν ταῖς ὁμολογίαις τὰ χείριστα τυγχάνομεν διαφυλάττοντες· ἃ μὲν γὰρ αὐτονόμους ἀφίησι τάς τε νήσους καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ τῆς Εὐρώπης, πάλαι λέλυται καὶ μάτην ἐν ταῖς στήλαις ἐστίν· ἃ δ' αἰσχύνην ἡμῖν φέρει καὶ πολλοὺς τῶν συμμάχων ἐκδέδωκε, ταῦτα δὲ κατὰ e χώραν μένει καὶ πάντες αὐτὰ κύρια ποιοῦμεν· ἃ χρῆν ἀναιρεῖν καὶ μηδὲ μίαν ἐᾶν ἡμέραν, νομίζοντας προστάγματα καὶ μὴ συνθήκας εἶναι. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι συνθῆκαι μέν εἰσιν, αἵτινες ἂν ἴσως καὶ κοινῶς
78 ἀμφοτέροις ἔχωσι, προστάγματα δὲ τὰ τοὺς ἑτέρους a ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον; (177) Διὸ καὶ τῶν πρεσβευσάντων ταύτην τὴν εἰρήνην δικαίως ἂν κατηγοροῖμεν, ὅτι πεμφθέντες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ὑπὲρ τῶν βαρβάρων ἐποιήσαντο τὰς συνθήκας. Ἐχρῆν γὰρ αὐτούς, εἴτ' ἐδόκει τὴν αὑτῶν ἔχειν ἑκάστους, εἴτε καὶ τῶν δοριαλώτων ἐπάρχειν, εἴτε τούτων κρατεῖν ὧν ὑπὸ τὴν εἰρήνην ἐτυγχάνομεν ἔχοντες, ἕν τι τούτων ὁρισαμένους καὶ κοινὸν τὸ δίκαιον ποιησαμένους, οὕτω συγγράφε- b σθαι περὶ αὐτῶν. (178) Νῦν δὲ τῇ μὲν ἡμετέρᾳ πόλει καὶ τῇ Λακεδαιμονίων οὐδεμίαν τιμὴν ἀπένειμαν, τὸν δὲ βάρβαρον ἁπάσης τῆς Ἀσίας δεσπότην κατέστησαν, ὥσπερ ὑπὲρ ἐκείνου πολεμησάντων ἡμῶν, ἢ τῆς μὲν Περσῶν ἀρχῆς πάλαι καθεστηκυίας, ἡμῶν δ' ἄρτι τὰς πόλεις κατοικούντων, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων μὲν νεωστὶ ταύτην τὴν τιμὴν ἐχόντων, ἡμῶν δὲ τὸν ἅπαντα χρό- c νον ἐν τοῖς Ἕλλησι δυναστευόντων. (179) Οἶμαι δ' ἐκείνως εἰπὼν μᾶλλον δηλώσειν τήν τε περὶ ἡμᾶς ἀτιμίαν γεγενημένην καὶ τὴν τοῦ βασιλέως πλεονεξίαν. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δ' Εὐρώπης καλουμένης, τὴν ἡμίσειαν ἐκ τῶν συνθηκῶν εἴληφεν, ὥσπερ πρὸς τὸν Δία τὴν χώραν νεμόμενος, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀνθρώπους τὰς συνθήκας ποιούμενος. (180) Καὶ ταύτας d ἡμᾶς ἠνάγκασεν ἐν στήλαις λιθίναις ἀναγράψαντας ἐν

redigamur et vera omnes benevolentia conjungamur. Quibus de causis occupati hac una re esse debemus, ut primo quoque tempore bello hinc in Asiam translato hoc saltem boni ex intestinis bellis consequamur, ut rei militaris peritia ex iis parta contra barbaros nobis utendum esse videatur.

175. At propter fœdus fortasse cunctandum est et non festinandum, neque properantius bellum suscipiendum? propter quod fœdus et civitates in libertatem assertæ regi gratiam habent tanquam eo libertatis beneficio ab illo affectæ, et deditæ barbaris potissimum quidem Lacedæmonios accusant, deinde ceteros etiam, qui pacis conditiones acceperunt, tanquam servire ab his coactæ. At enim vero quo modo fœdus illud ratum est habendum, quod talis opinio consecuta est, barbarum Græciæ gerere curam et pacis esse custodem, nostrûm vero quosdam exstitisse, qui eam vexarent et infestarent? (176) Jam illud maxime ridiculum est, quod in conditionibus fœderis illius eas religiosissime servamus, quæ deterrimæ sunt. Nam quæ tum insulis tum urbibus Europæis libertatem restituunt, jam olim abrogatæ sunt et frustra columnis inscriptæ: quæ vero et nobis dedecori sunt et multos ex sociis barbaro dediderunt, eæ demum immotæ manent; illa omnia comprobamus, quæ tollenda erant et ne unum quidem diem toleranda, quum putanda sint jussa, non pactiones. Quis enim nescit eas esse pactiones, quum par et æquum jus utrisque tribuitur; jussa vero, quum alteri præter jus et æquum deteriore sunt conditione? (177) Quare eos quoque, qui pro hac pace legationem obierunt, jure culpamus, quod missi a Græcis fœdus pro barbaris fecerunt. Eos enim decuit, seu visum fuisset singulis sua tenenda, sive etiam in bello captos jus habendum, sive ea retinenda esse, quæ pacis tempore habuissemus, unum aliquid ex aliis definisse, ac jure in medium proposito, sic in literas ea referre. (178) Nunc urbi nostræ ac Lacedæmoniorum nihil honoris tribuerunt; barbarum autem totius Asiæ dominum constituerunt, quasi nos pro eo bellum gessissemus aut Persarum imperium antiquum esset, nos recens has urbes obtineremus, et non illi nuper hoc honore potiti essent, nos autem ab omni ævo hunc principatum Græciæ teneremus. (179) Arbitror autem, quam contumeliose nobiscum actum et quanta rex superbia sit, sic dicendo fore dilucidius. Nam quum terra universa, quæ cœli circumflexu tegitur, in duas sit divisa partes, quarum hæc Europa, Asia illa dicitur: semissem accepit ex pacto, quasi non cum hominibus jungeret fœdus, sed cum Jove imperium partiretur. (180) Et hæc coegit nos lapideis inscripta columnis in publicis templis consecrare:

τοῖς κοινοῖς τῶν ἱερῶν καταθεῖναι, πολὺ κάλλιον τρό-
παιον τῶν ἐν ταῖς μάχαις γιγνομένων· τὰ μὲν γὰρ
ὑπὲρ μικρῶν ἔργων καὶ μιᾶς τύχης ἐστίν, αὗται δ'
ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ πολέμου καὶ καθ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος
ἑστήκασιν.

181. Ὑπὲρ ὧν ἄξιον ὀργίζεσθαι, καὶ σκοπεῖν ὅπως
τῶν τε γεγενημένων δίκην ληψόμεθα καὶ τὰ μέλλοντα
διορθωσόμεθα. Καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρ- e
βάροις οἰκέταις ἀξιοῦν χρῆσθαι, δημοσίᾳ δὲ τοσούτους
τῶν συμμάχων περιορᾶν αὐτοῖς δουλεύοντας, καὶ τοὺς
μὲν περὶ τὰ Τρωικὰ γενομένους μιᾶς γυναικὸς ἁρπα-
σθείσης οὕτως ἅπαντας συνοργισθῆναι τοῖς ἀδικηθεῖσιν,
79 ὥστε μὴ πρότερον παύσασθαι πολεμοῦντας πρὶν τὴν πό- a
λιν ἀνάστατον ἐποίησαν τοῦ τολμήσαντος ἐξαμαρτεῖν,
(182) ἡμᾶς δ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος ὑβριζομένης μηδεμίαν
ποιήσασθαι κοινὴν τιμωρίαν, ἐξὸν ἡμῖν εὐχῆς ἄξια
διαπράξασθαι. Μόνος γὰρ οὗτος ὁ πόλεμος εἰρήνης
κρείττων ἐστί, θεωρίᾳ μὲν μᾶλλον ἢ στρατείᾳ προσ-
εοικώς, ἀμφοτέροις δὲ συμφέρων, καὶ τοῖς ἡσυχίαν
ἄγειν καὶ τοῖς πολεμεῖν ἐπιθυμοῦσιν. Εἴη γὰρ ἂν b
τοῖς μὲν ἀδεῶς τὰ σφέτερ' αὐτῶν καρποῦσθαι, τοῖς δ'
ἐκ τῶν ἀλλοτρίων μεγάλους πλούτους κατακτήσασθαι.

183. Πολλαχῇ δ' ἄν τις λογιζόμενος εὕροι ταύτας
τὰς πράξεις μάλιστα λυσιτελούσας ἡμῖν. Φέρε γάρ,
πρὸς τίνας χρὴ πολεμεῖν τοὺς μηδεμιᾶς πλεονεξίας
ἐπιθυμοῦντας ἀλλ' αὐτὸ τὸ δίκαιον σκοποῦντας; οὐ
πρὸς τοὺς καὶ πρότερον κακῶς τὴν Ἑλλάδα ποιήσαντας
καὶ νῦν ἐπιβουλεύοντας καὶ πάντα τὸν χρόνον οὕτω c
πρὸς ἡμᾶς διακειμένους; (184) τίσι δὲ φθονεῖν εἰκός
ἐστι τοὺς μὴ παντάπασιν ἀνάνδρως διακειμένους ἀλλὰ
μετρίως τούτῳ τῷ πράγματι χρωμένους, οὐ τοῖς μεί-
ζους μὲν τὰς δυναστείας ἢ κατ' ἀνθρώπους περιβεβλη-
μένοις, ἐλάττονος δ' ἀξίοις τῶν παρ' ἡμῖν δυστυχούν-
των; ἐπὶ τίνας δὲ στρατεύειν προσήκει τοὺς ἅμα μὲν
εὐσεβεῖν βουλομένους ἅμα δὲ τοῦ συμφέροντος ἐνθυμου-
μένους; οὐκ ἐπὶ τοὺς καὶ φύσει πολεμίους καὶ πατρι-
κοὺς ἐχθρούς, καὶ πλεῖστα μὲν ἀγαθὰ κεκτημένους, d
ἥκιστα δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἀμύνεσθαι δυναμένους; Οὐκοῦν
ἐκεῖνοι πᾶσι τούτοις ἔνοχοι τυγχάνουσιν ὄντες. (185)
Καὶ μὴν οὐδὲ τὰς πόλεις λυπήσομεν στρατιώτας ἐξ αὐ-
τῶν καταλέγοντες, ὃ νῦν ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς ἀλ-
λήλους ὀχληρότατόν ἐστιν αὐταῖς· πολὺ γὰρ οἶμαι σπα-
νιωτέρους ἔσεσθαι τοὺς μένειν ἐθελήσοντας τῶν συνακο-
λουθεῖν ἐπιθυμησόντων. Τίς γὰρ οὕτως ἢ νέος ἢ παλαιὸς
ῥάθυμός ἐστιν, ὅστις οὐ μετασχεῖν βουλήσεται ταύτης e
τῆς στρατιᾶς, τῆς ὑπ' Ἀθηναίων μὲν καὶ Λακεδαιμονίων
στρατηγουμένης, ὑπὲρ δὲ τῆς τῶν συμμάχων ἐλευθερίας
ἀθροιζομένης, ὑπὸ δὲ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσης ἐκπεμπο-
μένης, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν βαρβάρων τιμωρίαν πορευο-
μένης; (186) Φήμην δὲ καὶ μνήμην καὶ δόξαν πόσην
80 τινὰ χρὴ νομίζειν ἢ ζῶντας ἕξειν ἢ τελευτήσαντας κα- a
ταλείψειν τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἀριστεύσαντας;
ὅπου γὰρ οἱ πρὸς Ἀλέξανδρον πολεμήσαντες καὶ μίαν
πόλιν ἑλόντες τοιούτων ἐπαίνων ἠξιώθησαν, ποίων

id quod multo pulchrius tropæum est, quam ea quæ in prælits statuuntur. Illa enim ob parva quædam opera et unum eventum, hæc vero de toto bello et contra totam Græciam ponuntur.

181. Quapropter irascendum est et ineunda ratio aliqua, ut et superioris temporis injurias ulciscamur et in posterum nobis rectius consulamus. Nam quum barbaris privatim servis utendum censeamus, tantam sociorum multitudinem illorum dominatu premi dedecori nobis fuerit publice negligere, et quum Trojani belli tempore majores nostri unius mulierculæ raptum ita vindicandum censuerint, ut finem belli ante non fecerint, quam urbs ejus, a quo orta fuerat injuria, everteretur: (182) nos, quum tota Græcia violetur, de ultione publica nihil suscipere, præsertim quum ea perficere liceat, quibus ne optari quidem meliora possint. Solum enim hoc bellum paci præstat, pompæ sacræ potius quam expeditioni simile, et utrisque utile, tam quietis quam belli appetentibus. Nam illis quidem secure frui suis opibus liceat, his magnas ex alienis opes sibi comparare.

183. Quodsi quis in omnes partes verset animum, has actiones maxime nobis expedire deprehendet. Age vero, si nihil iniqui petas, sed ipsam tantum æquitatem spectes, quibus tandem bellum est inferendum? an non iis qui et olim Græciam afflixerunt et nunc insidiantur et hoc in nos esse animo nunquam destiterunt? (184) Quibus vero invidere par est homines non prorsus effeminatos, sed modica saltem virtute præditos? nonne illis qui divina prope potentia præditi nequiores sunt hominibus apud nos calamitosis? Quibus vero bellum inferre debent viri et pietatis studiosi et suæ utilitatis haud negligentes? nonne et natura hostibus et paternis inimicis et iis qui maximas opes habent, quum ad eas defendendas minime sint parati? Atqui hæc in illos conveniunt omnia. (185) Præterea civitatibus deligendo ex eis milite non erimus molesti, quam rem in his intestinis bellis gravissime et iniquissimis animis patiuntur. Multo enim opinor pauciores erunt qui manere velint, quam qui expeditionis hujus comites esse cupiant. Quis enim sive juvenis sive senex ita ignavus est, ut ei militiæ interesse nolit, cujus duces sint Athenienses atque Lacedæmonii? quæ pro sociorum libertate suscipiatur? quæ consensu totius Græciæ mittatur? quæ ad ulciscendos barbaros proficiscatur? (186) Quantam vero famam, quantam memoriam et gloriam censendum est aut viventes habituros aut post obitum relicturos esse eos, qui in his tantis operibus præter ceteros præclare se gesserint? Quum enim ii qui adversus Alexandrum militarunt, una urbe expugnata tantis laudibus celebrantur, quid iis fore

τινῶν χρὴ προσδοκᾶν ἐγκωμίων τεύξεσθαι τοὺς ὅλης τῆς Ἀσίας κρατήσαντας; τίς γὰρ ἢ τῶν ποιεῖν δυναμένων ἢ τῶν λέγειν ἐπισταμένων οὐ πονήσει καὶ φιλοσοφήσει βουλόμενος ἅμα τῆς θ' αὑτοῦ διανοίας καὶ τῆς ἐκείνων b ἀρετῆς μνημεῖον εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον καταλιπεῖν;

187. Οὐ τὴν αὐτὴν δὲ τυγχάνω γνώμην ἔχων ἔν τε τῷ παρόντι καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ λόγου. Τότε μὲν γὰρ ᾤμην ἀξίως δυνήσεσθαι τῶν πραγμάτων εἰπεῖν· νῦν δ' οὐχ ἐφικνοῦμαι τοῦ μεγέθους αὐτῶν, ἀλλὰ πολλά με διαπέφευγεν ὧν διενοήθην. Αὐτοὺς οὖν χρὴ συνδιορᾶν ὅσης ἂν εὐδαιμονίας τύχοιμεν, εἰ τὸν μὲν πόλεμον τὸν νῦν ὄντα περὶ ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἠπειρώτας c ποιησαίμεθα, τὴν δ' εὐδαιμονίαν τὴν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διακομίσαιμεν, (188) καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς γενομένους ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πράττειν δυναμένους παρακαλοῦντας ἀλλήλους πειρᾶσθαι διαλλάττειν τήν τε πόλιν τὴν ἡμετέραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων, τοὺς δὲ τῶν λόγων ἀμφισβητοῦντας πρὸς μὲν τὴν Παρακαταθήκην καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὧν d νῦν φλυαροῦσι παύεσθαι γράφοντας, πρὸς δὲ τοῦτον τὸν λόγον ποιεῖσθαι τὴν ἅμιλλαν, καὶ σκοπεῖν ὅπως ἄμεινον ἐμοῦ περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἐροῦσιν, (189) ἐνθυμουμένους ὅτι τοῖς μεγάλ' ὑπισχνουμένοις οὐ πρέπει περὶ μικρὰ διατρίβειν, οὐδὲ τοιαῦτα λέγειν ἐξ ὧν ὁ βίος μηδὲν ἐπιδώσει τῶν πεισθέντων, ἀλλ' ὧν ἐπιτελεσθέντων αὐτοί τ' ἀπαλλαγήσονται τῆς παρούσης e ἀπορίας καὶ τοῖς ἄλλοις μεγάλων ἀγαθῶν αἴτιοι δόξουσιν εἶναι.

credendum est, qui tota Asia potientur? Quis enim, sive poeta sive orator, non laborabit et meditabitur, ut simul et sui ingenii et virtutis illorum æternum relinquat monumentum?

187. Ego certe quidem non ita nunc sentio, ut orationis initio. Tum enim me pro dignitate rerum posse dicere putabam; nunc vero magnitudinem earum non assequor, multaque mihi eorum quæ dicere institueram, exciderunt. Vobis igitur ipsis reputandum est cum animis vestris, quantam felicitatem adipisci liceat, si bellum, quod modo nos urget, in Asianos converterimus, et Asianorum opes in Europam transtulerimus. (188) Neque vero his auditis abeundum est; sed et qui in rebus gerendis versantur, alii alios cohortari debent ut operam dent, quo nostram et Lacedæmoniorum rempublicam reconcilient, et eloquentiæ studiosi oratione *adversus Euthynoum* de deposito ceterisque nugis, quibus nunc student, omissis omnibus, in hoc argumento inter sese certare et videre, quomodo his de rebus melius, quam ego, dicant, (189) quum reputent se non decere, ut magna professi parvis rebus occupentur, eave dicant, per quæ ii quibus persuaserint nihilo futuri sint feliciores. In illis potius est elaborandum, quibus perfectis et ipsi qua nunc premuntur, inopia liberentur, et de aliis præclare meriti esse videantur.

5.

ΦΙΛΙΠΠΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΝ ΛΟΓΟΥ.

81 Ἰστέον ὅτι τὸν λόγον τοῦτον ἔγραψε τῷ Φιλίππῳ ὁ Ἰσοκράτης μετὰ τὴν εἰρήνην τὴν γενομένην ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Αἰσχίνην καὶ Δημοσθένην· διὸ καὶ ἔσχε καιρὸν γράψαι αὐτῷ τῷ Φιλίππῳ, ὡς φίλῳ γενομένῳ τῆς Ἀθηναίων πόλεως. Ἐν σχήματι δὲ τοῦ ἐγκωμιάσαι αὐτὸν παραινεῖ αὐτῷ διαλλάξαντα τὰς Ἑλληνικὰς πόλεις τὰς μεγάλας, πρὸς ἑαυτὰς στασιαζούσας, στρατεῦσαι κατὰ Περσῶν. Πρέπει γάρ σοι, φησί, τοῦτο ποιῆσαι, Ἡρακλείδῃ ὄντι καὶ τοιούτῳ δυνατῷ. Καὶ ὁ μὲν Φίλιππος λαβὼν τὸν λόγον καὶ ἀναγνοὺς οὐκ ἐπείσθη τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀνεβάλετο τέως· ὕστερον δὲ ὁ παῖς ὁ τούτου Ἀλέξανδρος ἀναγνοὺς τὸν λόγον καὶ ἐρεθισθεὶς ἐστράτευσε κατὰ Δαρείου τοῦ ὑστέρου καὶ λεγομένου Ὤχου. Τὸ μὲν γὰρ κύριον ὄνομα Ὦχος ἐλέγετο, κολακεύοντες δ' αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἐπίκλην αὐτὸν ὠνόμαζον Δαρεῖον, ὡς πρὸς τοὺς πρώτους προγόνους.

Ἡ δὲ στάσις τοῦ λόγου πραγματική· συμβουλεύει γάρ. Ἔγραψε δὲ ὁ Ἰσοκράτης τὸν λόγον γέρων ὤν, μικρὸν πρὸ τῆς ἑαυτοῦ καὶ Φιλίππου τελευτῆς, ὥς φησιν ὁ Ἕρμιππος.

5.

PHILIPPUS.

ARGUMENTUM ORATIONIS AD PHILIPPUM.

Sciendum est orationem hanc ab Isocrate ad Philippum scriptam esse post pacem illam ab Æschine et Demosthene factam. Quare data ei est occasio ad Philippum, ut amicum Atheniensis populi, scribendi. Hortatur autem eum specie laudationis, ut reconciliatis præcipuis Græciæ civitatibus, quæ quasi civile bellum inter sese gerebant, expeditionem adversus Persas suscipiat. Hoc enim te facere decet, inquit, quum sis et ex Herculis familia oriundus et tanta potentia præditus. Ac Philippus quidem, accepta lectaque oratione, non paruit Isocratis consilio, sed rem distulit. Post autem filius ejus Alexander, eadem oratione lecta incitatus, bello Darium posteriorem, qui Ochus (*Codomannus*) dicebatur, petiit. Nam verum ejus nomen Ochus fuit : sed Darii cognomentum a Persis per assentationem ei tribuebatur, quasi a majoribus id accepisset.

Deliberativi generis est oratio, ab Isocrate jam sene scripta, paulo ante et ipsius et Philippi obitum, Hermippo auctore.

82 Μὴ θαυμάσῃς, ὦ Φίλιππε, διότι τοῦ λόγου ποιήσομαι a τὴν ἀρχὴν οὐ τοῦ πρὸς σὲ ῥηθησομένου καὶ νῦν δειχθήσεσθαι μέλλοντος, ἀλλὰ τοῦ περὶ Ἀμφιπόλεως γραφέντος. Περὶ οὗ μικρὰ βούλομαι προειπεῖν, ἵνα

Ne mireris, Philippe, cur non ab ea oratione, quæ tibi recitabitur et nunc ostendetur, sed ab ea quæ scripta est de Amphipoli, dicendi capiam exordium. Hac de re pauca præfabor, ut et tibi et aliis ostendam me neque per impe-

δηλώσω καὶ σοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ὡς οὐ δι' ἄγνοιαν οὐδὲ
διαψευσθεὶς τῆς ἀρρωστίας τῆς νῦν μοι παρούσης ἐπε-
θέμην γράφειν τὸν πρὸς σὲ λόγον, ἀλλ' εἰκότως καὶ b
κατὰ μικρὸν ὑπαχθείς.

2. Ὁρῶν γὰρ τὸν πόλεμον τὸν ἐνστάντα σοὶ καὶ τῇ
πόλει περὶ Ἀμφιπόλεως πολλῶν κακῶν αἴτιον γιγνόμε-
νον, ἐπεχείρησα λέγειν περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ
τῆς χώρας οὐδὲν τῶν αὐτῶν οὔτε τοῖς ὑπὸ τῶν σῶν
ἑταίρων λεγομένοις οὔτε τοῖς ὑπὸ τῶν ῥητόρων τῶν παρ'
ἡμῖν, ἀλλ' ὡς οἷόντε πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς τούτων
διανοίας. (3) Οὗτοι μὲν γὰρ παρώξυνον ἐπὶ τὸν πό- c
λεμον, συναγορεύοντες ταῖς ἐπιθυμίαις ὑμῶν· ἐγὼ δὲ
περὶ μὲν τῶν ἀμφισβητουμένων οὐδὲν ἀπεφαινόμην, ὃν
δ' ὑπελάμβανον τῶν λόγων εἰρηνικώτατον εἶναι, περὶ
83 τοῦτον διέτριβον, λέγων ὡς ἀμφότεροι διαμαρτάνετε a
τῶν πραγμάτων, καὶ σὺ μὲν πολεμεῖς ὑπὲρ τῶν ἡμῖν
συμφερόντων, ἡ δὲ πόλις ὑπὲρ τῆς σῆς δυναστείας· λυ-
σιτελεῖν γὰρ σοὶ μὲν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χώραν ταύτην, τῇ
δὲ πόλει μηδ' ἐξ ἑνὸς τρόπου λαβεῖν αὐτήν. (4) Καὶ
περὶ τούτων οὕτως ἐδόκουν διεξιέναι τοῖς ἀκούουσιν,
ὥστε μηδένα τὸν λόγον αὐτῶν μηδὲ τὴν λέξιν ἐπαι-
νεῖν ὡς ἀκριβῶς καὶ καθαρῶς ἔχουσαν, ὅπερ εἰώθασί
τινες ποιεῖν, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων θαυ-
μάζειν, καὶ νομίζειν οὐδαμῶς ἂν ἄλλως παύσασθαι τῆς b
φιλονικίας ὑμᾶς, (5) πλὴν εἰ σὺ μὲν πεισθείης πλείονος
ἀξίαν ἔσεσθαί σοι τὴν τῆς πόλεως φιλίαν ἢ τὰς προσ-
όδους τὰς ἐξ Ἀμφιπόλεως γιγνομένας, ἡ δὲ πόλις δυ-
νηθείη καταμαθεῖν ὡς χρὴ τὰς μὲν τοιαύτας φεύγειν
ἀποικίας, αἵτινες τετράκις ἢ πεντάκις ἀπολωλέκασι
τοὺς ἐμπολιτευθέντας, ζητεῖν δ' ἐκείνους τοὺς τόπους
τοὺς πόρρω μὲν κειμένους τῶν ἄρχειν δυναμένων, ἐγ-
γὺς δὲ τῶν δουλεύειν εἰθισμένων, εἰς οἷόν περ Λακε- c
δαιμόνιοι Κυρηναίους ἀπῴκισαν· (6) πρὸς δὲ τούτοις,
εἰ σὺ μὲν γνοίης ὅτι λόγῳ παραδοὺς τὴν χώραν ἡμῖν
ταύτην, αὐτὸς ἔργῳ κρατήσεις αὐτῆς, καὶ προσέτι τὴν
εὔνοιαν τὴν ἡμετέραν κτήσει (τοσούτους γὰρ ὁμήρους
λήψει παρ' ἡμῶν τῆς φιλίας, ὅσους περ ἂν ἐποίκους
εἰς τὴν σὴν δυναστείαν ἀποστείλωμεν), τὸ δὲ πλῆθος
ἡμῶν εἴ τις διδάξειεν, ὡς ἂν λάβωμεν Ἀμφίπολιν,
ἀναγκασθησόμεθα τὴν αὐτὴν εὔνοιαν ἔχειν τοῖς σοῖς d
πράγμασι διὰ τοὺς ἐνταῦθα κατοικοῦντας οἵαν περ εἴ-
χομεν Ἀμαδόκῳ τῷ παλαιῷ διὰ τοὺς ἐν Χερρονήσῳ
γεωργοῦντας. (7) Τοιούτων δὲ πολλῶν λεγομένων
ἤλπισαν ὅσοι περ ἤκουσαν, διαδοθέντος τοῦ λόγου δια-
149. Hæc igitur omnia perpendenda et seorsum tibi excutienda sunt et, si quid mollius aut minus accurate dictum fuerit, ætatem meam accusato, cui merito veniam dabunt omnes: sin iis similia, quæ superioribus temporibus a me edita sunt, videbuntur, existimandum erit ea non senectuti meæ accepta referenda, sed dei alicujus benevolentiæ, qui non de me sit sollicitus, sed Græciæ salutem cura sua complectatur, quique studeat tum urgentibus eam malis liberare, tum tibi parare gloriam ea quam nunc habes longe majorem. (150) Arbitror autem te non ignorare, quo pacto dii res humanas administrent. Non enim ipsi auctores vel bonorum vel malorum quæ hominibus accidant, sese præbent, sed eam mentem dant singulis, ut utrisque ultro citroque se ipsi afficiant. (151) Ad hunc modum fieri potuit ut nobis orationem tribuerint, te vero gerendis rebus præfecerint, existimantes et te pulcherrime ista obiturum et meam orationem audientibus minime gravem et molestam futuram. Ac ne superiorum quidem temporum res gestas tuas tantas fuisse futuras existimo, nisi deorum aliquem propitium et adjutorem habuisses, (152) non profecto, ut barbaros Europæos solum bellis perpetuis infestares, sed ut illis initiis exercitatus partaque peritia et nobilitata virtute tua, hæc quæ ego nunc tibi suadeo, expeteres, ad eaque capessenda animum extolleres. Turpe igitur fuerit fortunam recte

νης απολειφθῆναι, καὶ μὴ παρασχεῖν σαυτὸν εἰς ὃ βούλεταί σε προαγαγεῖν.

153. Νομίζω δὲ χρῆναί σε πάντας μὲν τιμᾶν τοὺς περὶ τῶν σοι πεπραγμένων ἀγαθόν τι λέγοντας, κάλλιστα μέντοι νομίζειν ἐκείνους ἐγκωμιάζειν, τοὺς μειζόνων ἔργων ἢ τηλικούτων τὴν σὴν φύσιν ἀξιοῦντας, καὶ b τοὺς μὴ μόνον ἐν τῷ παρόντι κεχαρισμένως διειλεγμένους, ἀλλ' οἵτινες ἂν τοὺς ἐπιγιγνομένους οὕτω ποιήσωσι τὰς σὰς πράξεις θαυμάζειν ὡς οὐδενὸς ἄλλου τῶν προγεγενημένων. Πολλὰ δὲ βουλόμενος τοιαῦτα λέγειν οὐ δύναμαι· τὴν δ' αἰτίαν δι' ἥν, πλεονάκις τοῦ δέοντος εἴρηκα.

154. Λοιπὸν οὖν ἐστι τὰ προειρημένα συναγαγεῖν, ἵν' ὡς ἐν ἐλαχίστοις κατίδῃς τὸ κεφάλαιον τῶν συμβεβου- c λευμένων. Φημὶ γὰρ χρῆναί σε τοὺς μὲν Ἕλληνας εὐεργετεῖν, Μακεδόνων δὲ βασιλεύειν, τῶν δὲ βαρβάρων ὡς πλείστων ἄρχειν. Ἢν γὰρ ταῦτα πράττῃς, ἅπαντές σοι χάριν ἕξουσιν, οἱ μὲν Ἕλληνες ὑπὲρ ὧν εὖ πάσχουσι, Μακεδόνες δ' ἢν βασιλικῶς ἀλλὰ μὴ τυραννικῶς αὐτῶν ἐπιστατῇς, τὸ δὲ τῶν ἄλλων γένος, ἢν διὰ σὲ βαρβαρικῆς δεσποτείας ἀπαλλαγέντες Ἑλληνικῆς d ἐπιμελείας τύχωσι. (155) Ταῦθ' ὅπως μὲν γέγραπται τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς ἀκριβείαις, παρ' ὑμῶν τῶν ἀκουόντων πυνθάνεσθαι δίκαιόν ἐστιν· ὅτι μέντοι βελτίω τούτων καὶ μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ὑπάρχουσιν οὐδεὶς ἄν σοι συμβουλεύσειεν, σαφῶς εἰδέναι νομίζω.

præeuntem non alacriter sequi, neque ultro ad majora te vocanti obtemperare.

153. Æquum autem esse censeo ut omnibus iis honorem habeas, qui res a te gestas prædicant; at eorum verissimis te celebrari laudibus existimes, qui naturam tuam majoribus negotiis quam his parem esse censent, neque auribus tantum in præsentia blandiuntur, sed qui efficient ut apud posteros ob res a te gestas in tanta sis admiratione, in quanta nemo unquam fuit. In hanc sententiam plura quidem cupio disserere, sed non possum: quam ob causam vero id facere nequeam, plus satis est dictum.

154. Restat igitur ut in summam omnia cogam, ut quam paucissimis perspicias totius consilii caput. Aio igitur et Græcos beneficiis tibi adjungendos esse, et imperium in Macedones exercendum, et barbaris quamplurimis imperandum. Quæ si facias, omnes tibi gratiam habebunt, Græci ob accepta beneficia; Macedones ob regiam, non tyrannicam sui gubernationem; reliquæ nationes, quod barbarico dominatu liberatæ Græcorum curæ ac fidei salutem suam commendatam viderint. (155) Hæc quam temporibus apte quave diligentia scripta sint, e vobis, qui audieritis, cognoscendum erit: sed meliora his et ad hunc rerum statum magis accommodata tibi suasurum esse neminem, satis mihi scire videor.

6.

ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

114 Μετὰ τὰ Λευκτρικὰ κατέτρεχον τὴν Λακεδαίμονα Θηβαῖοι, καὶ πολλάκις αὐτὴν ἐκάκωσαν, ὡς καὶ τὰς Λακεδαιμονίων γυναῖκας ἀπαντῆσαι Λακεδαιμονίοις συνεχῶς φεύγουσι, καὶ εἰπεῖν « ἦ καὶ δεύτερον ὑμᾶς ἔχομεν ἐν τῇ γαστρὶ δέξασθαι; » καὶ οὕτω συστραφέντες ἐν Μαντινείᾳ ἐνίκησαν, τῶν Ἀθηναίων ἱππέων καλῶς παραταξαμένων. Μετὰ τὰ ἐν Μαντινείᾳ οὖν ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς Θηβαίους, αἰτοῦντες αὐτοὺς τὴν εἰρήνην· οἱ δὲ ὑπέσχοντο αὐτοῖς ἡσυχάσειν, εἰ Μεσσήνην ἀνοικίσωσι καὶ αὐτόνομον ἐάσωσι. Τῶν οὖν ἄλλων συμβουλευόντων Λακεδαιμονίοις ἀνοικίσαι, Ἀρχίδαμος ὁ νεώτερος συμβουλεύει Λακεδαιμονίοις μὴ ἀνοικίσαι. Κατάγεται δ' οὕτως ὁ μικρὸς Ἀρχίδαμος· Ζευξίδαμος, οὗ Ἀρχίδαμος, οὗ Ἆγις, οὗ Ἀγησίλαος, οὗ Ἀρχίδαμος. Καὶ οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι πέμψας Ἀρχίδαμος ἐν Ἀθήναις τὸν λόγον παρὰ Ἰσοκράτους ἐδέξατο· ἄλλοι δέ φασι γυμνασίαν εἶναι τὸν λόγον Ἰσοκράτους, τίνας ἂν εἴποι λόγους Ἀρχίδαμος συμβουλεύων Λακεδαιμονίοις. Καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, στάσις δὲ τῷ λόγῳ πραγματική, κεφάλαιον δὲ τὸ ξυμφέρον.

16 Ἴσως τινὲς ὑμῶν θαυμάζουσιν ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον a ἐμμεμενηκὼς τοῖς τῆς πόλεως νομίμοις ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν ἡλικιωτῶν, τοσαύτην πεποίημαι τὴν μεταβολὴν ὥστε περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν, περὶ τούτων νεώτερος ὢν παρελήλυθα συμβουλεύσων. (2) Ἐγὼ δ', εἰ μέν τις τῶν εἰθισμένων ἐν ὑμῖν ἀγορεύειν ἀξίως ἦν τῆς πόλεως εἰρηκώς, πολλὴν ἂν ἡσυχίαν

6.

ARCHIDAMUS.

ARGUMENTUM.

Post pugnam Leuctricam Thebani Lacedæmonem incursabant et multis cladibus afficiebant: adeo ut Lacedæmoniis subinde fugientibus uxores occurrentes dicerent: « Numquid denuo vos in uteros recipere possumus? » Itaque in hostem conversi ad Mantineam vicerunt, ab equitatu Atheniensium strenue adjuti. Post res ad Mantineam gestas per legatos a Thebanis pacem petiere: qui se illam daturos ea conditione promiserunt, si Messenam instaurarent et liberam esse paterentur. Quod quum alii non recusandum censerent, Archidamus junior adversatur. Hoc autem minoris Archidami genus est: Zeuxidamus, Archidamus, Agis, Agesilaus, e quo natus est hic Archidamus. Sunt qui dicant Archidamum Athenis hanc orationem ab Isocrate accersivisse. Alii sentiunt scriptam esse ab Isocrate exercendi ingenii gratia: ut ostenderet, quidnam ab Archidamo in senatu Lacedæmoniorum dicendum fuisse videretur. Et argumentum quidem orationis hoc est. Pertinet autem ad genus deliberativum, et loco utilitatis præcipue nititur.

Vestrûm aliqui fortasse mirantur, cur ego, qui hactenus instituta nostræ urbis ut haud scio an quisquam alius meorum æqualium servavi, tantam mutationem fecerim, ut, quibus de rebus seniores verba facere verentur, de iis ego adolescens sententiam dicere aggrediar. (2) Ego vero, si quis eorum, qui apud vos concionari solent, pro dignitate reipublicæ dixisset, tacuissem: nunc quum videam alios

ἦγον· νῦν δ' ὁρῶν τοὺς μὲν συναγορεύοντας οἷς οἱ πο-
λέμιοι προστάττουσι, τοὺς δ' οὐκ ἐρρωμένως ἐναντιου- b
μένους, τοὺς δὲ παντάπασιν ἀποσεσιωπηκότας, ἀνέστην
ἀποφανούμενος ἃ γιγνώσκω περὶ τούτων, αἰσχρὸν νο-
μίσας, εἰ τὴν ἰδίαν τοῦ βίου τάξιν διαφυλάττων περιό-
ψομαι τὴν πόλιν ἀνάξια ψηφισαμένην ἑαυτῆς.

3. Ἡγοῦμαι δ', εἰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πρέπει τοὺς
τηλικούτους σιωπᾶν, περί γε τοῦ πολεμεῖν ἢ μὴ προσή-
κειν τούτους μάλιστα συμβουλεύειν, οἵπερ καὶ τῶν κιν-
δύνων πλεῖστον μέρος μεθέξουσιν, ἄλλως τε δὴ καὶ τοῦ c
γνῶναί τι τῶν δεόντων ἐν κοινῷ κατεστῶτος ἡμῖν. (4)
Εἰ μὲν γὰρ ἦν δεδειγμένον, ὥστε τοὺς μὲν πρεσβυτέ-
ρους περὶ ἁπάντων εἰδέναι τὸ βέλτιστον, τοὺς δὲ νεω-
τέρους μηδὲ περὶ ἑνὸς ὀρθῶς γιγνώσκειν, καλῶς ἂν εἶχεν
ἀπείργειν ἡμᾶς τοῦ συμβουλεύειν· ἐπειδὴ δ' οὐ τῷ
πλήθει τῶν ἐτῶν πρὸς τὸ φρονεῖν εὖ διαφέρομεν ἀλλή-
117 λων, ἀλλὰ τῇ φύσει καὶ ταῖς ἐπιμελείαις, πῶς οὐκ a
ἀμφοτέρων χρὴ τῶν ἡλικιῶν πεῖραν λαμβάνειν, ἵν' ἐξ
ἁπάντων ὑμῖν ἐξῇ τῶν ῥηθέντων ἑλέσθαι τὰ συμφορώ-
τατα; (5) Θαυμάζω δ' ὅσοι τριήρων μὲν ἡγεῖσθαι καὶ
στρατοπέδων ἄρχειν ἀξιοῦσιν ἡμᾶς, ὑπὲρ ὧν μὴ καλῶς
βουλευσάμενοι πολλαῖς ἂν συμφοραῖς καὶ μεγάλαις
τὴν πόλιν περιβάλοιμεν, εἰπεῖν δ' ἃ γιγνώσκομεν περὶ
ὧν ὑμεῖς μέλλετε κρίνειν οὐκ οἴονται δεῖν ἡμᾶς, ἐν οἷς
κατορθώσαντες μὲν ἅπαντας ὑμᾶς ὠφελήσομεν, δια- b
μαρτόντες δὲ τῆς ὑμετέρας γνώμης αὐτοὶ μὲν ἴσως φαυ-
λότεροι δόξομεν εἶναι, τὸ δὲ κοινὸν οὐδὲν ἂν ζημιώσαι-
μεν. (6) Οὐ μὴν ὡς ἐπιθυμῶν τοῦ λέγειν, οὐδ' ὡς
ἄλλως πως παρεσκευασμένος ζῆν ἢ τὸν παρελθόντα
χρόνον, οὕτως εἴρηκα περὶ τούτων, ἀλλὰ βουλόμενος
ὑμᾶς προτρέψαι μηδεμίαν ἀποδοκιμάζειν τῶν ἡλικιῶν,
ἀλλ' ἐν ἁπάσαις ζητεῖν εἴ τίς τι δύναται περὶ τῶν παρόν- c
των πραγμάτων εἰπεῖν ἀγαθόν· (7) ὡς ἐξ οὗ τὴν πόλιν
οἰκοῦμεν, οὐδεὶς οὔτε κίνδυνος οὔτε πόλεμος περὶ τοσού-
των τὸ μέγεθος ἡμῖν γέγονε, περὶ ὅσων νυνὶ βουλευσό-
μενοι συνεληλύθαμεν. Πρότερον μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ
τῶν ἄλλων ἄρχειν ἠγωνιζόμεθα, νῦν δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ
ποιεῖν αὐτοὶ τὸ προσταττόμενον· ὃ σημεῖον ἐλευθερίας
ἐστίν, ὑπὲρ ἧς οὐδὲν ὅ τι τῶν δεινῶν οὐχ ὑπομενετέον, d
οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς μὴ λίαν
ἀνάνδρως διακειμένοις ἀλλὰ καὶ κατὰ μικρὸν ἀρετῆς
ἀντιποιουμένοις. (8) Ἐγὼ μὲν οὖν, εἰ δεῖ τοὐμὸν ἴδιον
εἰπεῖν, ἑλοίμην ἂν ἀποθανεῖν ἤδη μὴ ποιήσας τὸ προσ-
ταττόμενον μᾶλλον ἢ πολλαπλάσιον χρόνον ζῆν τοῦ
τεταγμένου ψηφισάμενος ἃ Θηβαῖοι κελεύουσιν· αἰσχυ-
νοίμην γὰρ ἄν, εἰ γεγονὼς μὲν ἀφ' Ἡρακλέους, τοῦ δὲ
πατρὸς βασιλεύοντος, αὐτὸς δ' ἐπίδοξος ὢν τυχεῖν τῆς e
τιμῆς ταύτης, περιίδοιμι, καθ' ὅσον ἐστὶν ἐπ' ἐμοί,
τὴν χώραν ἣν ἡμῖν οἱ πατέρες κατέλιπον, ταύτην τοὺς
οἰκέτας τοὺς ἡμετέρους ἔχοντας. (9) Ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμᾶς
τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχειν, ἐνθυμηθέντας ὅτι μέχρι
μὲν ταυτησὶ τῆς ἡμέρας δεδυστυχηκέναι δοκοῦμεν ἐν
118 τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Θηβαίους, καὶ τοῖς μὲν σώμασι a
κρατηθῆναι διὰ τὸν οὐκ ὀρθῶς ἡγησάμενον, τὰς δὲ ψυ-

hostium imperatis patrocinari, alios non fortiter adversari, alios prorsus obmutuisse, surrexi, ut, quod his de rebus sentio, exponerem, turpe existimans, si ego vitæ meæ privatum ordinem tenerem, incuria committere ut respublica salutis rationem sine dignitate haberet.

3. Puto vero, etiamsi aliis de rebus deceat adolescentes tacere, bellum certe vel suadere vel dissuadere iis maxime convenire, ad quos periculorum pars maxima redundabit, quum præsertim, quid facto sit opus, videre atque intelligere in medio sit nobis omnibus positum. (4) Nam si exploratum esset seniores de omnibus rebus rectissime judicare, adolescentes autem ubique falli, non immerito nobis dicendæ sententiæ jus adimeretur. Sed quum non annorum spatium, sed ingenium et diligentia in causa sit, ut alios alii prudentia superemus, quomodo non utriusque ætatis periculum faciendum est, ut ex omnibus iis quæ dicta fuerint, vobis deligere liceat utilissima? (5) Perabsurdum autem esse judico, si qui sunt qui censeant nos quidem posse terra marique exercitibus cum imperio præesse, ubi per mala consilia multis et magnis cladibus rempublicam afficeremus; dicere autem quæ sentiamus, ubi totius rei judicium et potestas penes vos est, non posse, ubi quidem si rectum attigerimus, utilitas publice ad vos omnes; sin minus vestram sententiam simus assecuti, ipsi quidem fortasse imperitiores esse videbimur, ad rempublicam autem nullum detrimentum redundabit. (6) Neque vero vel ulla dicendi cupiditate vel pristinæ meæ vitæ mutandæ consilio impulsus hæc commemoravi: sed vos hortari volui, ne ullam ætatem improbaretis, sed in omnibus potius quæreretis, si quis forte exsisteret qui de præsenti statu rerum utiliter admoneret. (7) Nec enim ab urbe condita vel periculum oblatum vel bellum susceptum est, de quantis nunc deliberamus. Nam antehac quidem de imperio in alios exercendo dimicabamus; nunc autem hoc agitur, ne ipsi imperata faciamus: quod signum libertatis est, pro cujus defensione nullæ acerbitates, nulla pericula sunt recusanda, non nobis tantum, sed etiam aliis omnibus, qui se viros esse meminerunt, neque virtutis laudem prorsus aspernantur. (8) Ego certe, si quid de me privatim dicendum est, emori jam detracto imperio malim, quam ætatem longe ultra naturæ fines producere, si iis quæ Thebani jubent, suffragatus essem. Puderet enim me, et ex Herculis familia natum, et patris regis filium, cui dignitatis idem gradus propositus est, committere, quantum in me quidem fuerit, quem majores nostri agrum nobis reliquerunt, eum servi nostri ut obtinerent. (9) Sed etiam vos in eadem, qua ego sum, sententia esse velim, illud reputantes nos in hunc usque diem adversus Thebanos dimicantes iniqua fortuna usos, et corporibus quidem ducis culpa superatos,

χὰς ἔτι καὶ νῦν ἀηττήτους ἔχειν, (10) εἰ δὲ φοβηθέντες τοὺς ἐπιόντας κινδύνους προησόμεθά τι τῶν ἡμετέρων αὐτῶν, βεβαιώσομεν τὰς Θηβαίων ἀλαζονείας καὶ πολὺ σεμνότερον τρόπαιον τοῦ περὶ Λεῦκτρα καὶ φανερώτερον στήσομεν καθ' ἡμῶν αὐτῶν· τὸ μὲν γὰρ ἀτυχίας, τὸ δὲ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἔσται γεγενημένον. Μηδεὶς οὖν ὑμᾶς πείσῃ τοιαύταις αἰσχύναις τὴν πόλιν περιβαλεῖν.

11. Καίτοι λίαν προθύμως οἱ σύμμαχοι συμβεβου- b λεύκασιν ὑμῖν ὡς χρὴ Μεσσήνην ἀφέντας ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην. Οἷς ὑμεῖς δικαίως ἂν ὀργίζοισθε πολὺ μᾶλλον ἢ τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀποστᾶσιν ἡμῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἀφέμενοι τῆς ἡμετέρας φιλίας τὰς αὑτῶν πόλεις ἀπώλεσαν, εἰς στάσεις καὶ σφαγὰς καὶ πολιτείας πονηρὰς ἐμβαλόντες, οὗτοι δ' ἡμᾶς ἥκουσι κακῶς ποιήσοντες· (12) τὴν γὰρ δόξαν, ἣν ἡμῖν οἱ πρόγονοι μετὰ πολλῶν c κινδύνων ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσι κτησάμενοι κατέλιπον, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πείθουσιν ἡμᾶς ἀποβαλεῖν, ἧς οὔτ' ἀπρεπεστέραν τῇ Λακεδαίμονι συμφορὰν οὔτε δεινοτέραν οὐδέποτ' ἂν εὑρεῖν ἠδυνήθησαν. (13) Εἰς τοῦτο δ' ἥκουσι πλεονεξίας καὶ τοσαύτην ἡμῶν κατεγνώκασιν ἀνανδρίαν, ὥστε πολλάκις ἡμᾶς ἀξιώσαντες ὑπὲρ τῆς αὐτῶν πολεμεῖν, ὑπὲρ Μεσσήνης οὐκ οἴονται δεῖν κινδυνεύειν, ἀλλ' ἵν' αὐτοὶ τὴν σφετέραν αὐτῶν ἀσφαλῶς d καρπῶνται, πειρῶνται διδάσκειν ἡμᾶς ὡς χρὴ τοῖς ἐχθροῖς τῆς ἡμετέρας παραχωρῆσαι, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπαπειλοῦσιν ὡς εἰ μὴ ταῦτα συγχωρήσομεν ποιησόμενοι τὴν εἰρήνην κατὰ σφᾶς αὐτούς. (14) Ἐγὼ δ' οὐ τοσούτῳ χαλεπώτερον ἡγοῦμαι τὸν κίνδυνον ἡμῖν ἔσεσθαι τὸν ἄνευ τούτων, ὅσῳ καλλίω καὶ λαμπρότερον καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστότερον· τὸ γὰρ μὴ δι' ἑτέρων ἀλλὰ δι' ἡμῶν αὐτῶν πειρᾶσθαι σώζεσθαι e καὶ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν ὁμολογούμενον τοῖς ἄλλοις τοῖς τῆς πόλεως ἔργοις ἐστίν.

15. Οὐδὲ πώποτε δὲ λόγους ἀγαπήσας, ἀλλ' ἀεὶ νομίζων τοὺς περὶ τοῦτο διατρίβοντας ἀργοτέρους εἶναι 119 πρὸς τὰς πράξεις, νῦν οὐδὲν ἂν περὶ πλείονος ποιησαί- a μην ἢ δυνηθῆναι περὶ τῶν προκειμένων ὡς βούλομαι διελθεῖν· ἐν γὰρ τῷ παρόντι διὰ τούτων ἐλπίζω μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος ἂν γενέσθαι τῇ πόλει. (16) Πρῶτον μὲν οὖν οἶμαι δεῖν διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς ὃν τρόπον ἐκτησάμεθα Μεσσήνην καὶ δι' ἃς αἰτίας ἐν Πελοποννήσῳ κατῳκήσατε Δωριεῖς τὸ παλαιὸν ὄντες. Διὰ τοῦτο δὲ προλήψομαι πορρωτέρωθεν, ἵν' ἐπίστησθ' ὅτι ταύτην ὑμᾶς τὴν χώραν ἐπιχειροῦσιν ἀποστερεῖν, ἣν ὑμεῖς b οὐδὲν ἧττον ἢ τὴν ἄλλην Λακεδαίμονα κέκτησθε δικαίως.

17. Ἐπειδὴ γὰρ Ἡρακλῆς μετήλλαξε τὸν βίον θεὸς ἐκ θνητοῦ γενόμενος, κατὰ μὲν ἀρχὰς οἱ παῖδες αὐτοῦ διὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν δύναμιν ἐν πολλοῖς πλάνοις καὶ κινδύνοις ἦσαν, τελευτήσαντος δ' Εὐρυσθέως κατῴκησαν ἐν Δωριεῦσιν. Ἐπὶ δὲ τρίτης γενεᾶς εἰς Δελφοὺς ἀφίκοντο, χρήσασθαι τῷ μαντείῳ περί τινων βουληθέντες. Ὁ δὲ θεὸς περὶ μὲν ὧν ἐπηρώτησαν οὐκ ἀνεῖλεν, ἐκέ- c

animos autem adhuc invictos et erectos gerere videri. (10) Si vero metu imminentium periculorum quicquam de jure nostro concesserimus, insolentiam Thebanorum confirmabimus et tropæum Leuctrico illo multo gravius et illustrius contra nos ipsi erigemus. Nam illud quidem adversæ fortunæ, hoc autem nostræ ignaviæ tribuetur. Neminem igitur vos inducere patiamini, ut tantum dedecus publice suscipiatis.

11. At vero socii nimis propere quidem illi vobis consuluerunt omissa Messena pacem ut feceritis : quibus vos multo æquius et gravius irascamini, quam iis qui initio a nobis defecerunt. Illi enim quum ab amicitia nostra se removissent, suas ipsi urbes exagitatas seditionibus et cædibus mutatoque statu in deterius everterunt; hi vero nobis nocere instituunt, (12) qui auctores esse non dubitent, ut gloriam per septingentos annos magnis laboribus et periculis majorum partam nobisque per manus traditam exiguo momento temporis abjiciamus, quo Lacedæmoni neque contumeliosius nec acerbius quicquam excogitare potuissent. (13) Adeo porro sui compendii cnm nostro incommodo studiosi sunt, nosque ita ignavos esse censent, ut quos sæpe ad bellum pro suis agris gerendum impulerunt, eosdem nunc de Messena pugnare vetent; at quo ipsi suis opibus secure fruantur, persuadere studeant hostibus de nostro jure cedendum esse; neque his contenti minitentur etiam, nisi assentiamur, se pacem pro sese facturos. (14) Ego vero sic existimo, non tam fore nobis sine istis belli discrimen gravius, quam honestius et illustrius et apud omnes mortales gloriosius. Nam si non aliorum ope freti, sed nostris subnixi viribus esse incolumes victoresque hostium studeamus, id ceteris nostræ civitatis facinoribus est consentaneum.

15. Etsi vero eloquentiam nunquam suspexi, sed istos qui in eo studii genere versarentur, in rebus gerendis ignaviores esse existimavi, nunc tamen nihil mihi perinde in votis est, quam ut de propositis rebus ex animi mei sententia verba facere possim. Quod si essem assecutus, me reipublicæ plurimum hoc tempore sperarem profuturum. (16) Ac primum exponendum vobis est quo pacto Messena in vestram potestatem venerit et quas ob causas in Peloponneso, quum Dorienses a prima sitis origine, consederitis. Altius autem rem totám prcpterea repetam, ut intelligatis eam provinciam vobis eripi, quam non deteriore jure quam reliquam Lacedæmonem possidetis.

17. Quum enim Hercules e rebus humanis sublatus immortale cum diis ævum agere cœpisset, initio liberi ejus ob inimicorum potentiam variis erroribus agebantur; post obitum autem Eurysthei apud Dorienses consederunt. Tertia demum ætate certis de rebus oraculum petituri Delphos sunt profecti. Verum Apollo ad quæstiones propositas nihil respondit, sed in patriam terram eos abire

λευσε δ' αὐτοὺς ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἰέναι χώραν. (18) Σκοπούμενοι δὲ τὴν μαντείαν, εὕρισκον Ἄργος μὲν κατ' ἀγχιστείαν αὐτῶν γιγνόμενον (Εὐρυσθέως γὰρ ἀποθανόντος μόνοι Περσειδῶν ἦσαν καταλελειμμένοι), Λακεδαίμονα δὲ κατὰ δόσιν (ἐκβληθεὶς γὰρ Τυνδάρεως ἐκ τῆς ἀρχῆς, ἐπειδὴ Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης ἐξ ἀνθρώ- d πων ἠφανίσθησαν, καταγαγόντος αὐτὸν Ἡρακλέους δίδωσιν αὐτῷ τὴν χώραν διά τε τὴν εὐεργεσίαν ταύτην καὶ διὰ τὴν συγγένειαν τὴν πρὸς τοὺς παῖδας), (19) Μεσσήνην δὲ δοριάλωτον ληφθεῖσαν (συληθεὶς γὰρ Ἡρακλῆς τὰς βοῦς τὰς ἐκ τῆς Ἐρυθείας ὑπὸ Νηλέως καὶ τῶν παίδων, πλὴν ὑπὸ Νέστορος, λαβὼν αὐτὴν αἰχμάλωτον τοὺς μὲν ἀδικήσαντας ἀπέκτεινεν, Νέστορι δὲ παρακατατίθεται τὴν πόλιν, νομίσας αὐτὸν εὖ φρονεῖν ὅτι νεώ- e τατος ὢν οὐ συνεξήμαρτε τοῖς ἀδελφοῖς). (20) Ὑπολαβόντες δ' οὕτως ἔχειν τὴν μαντείαν, καὶ τοὺς προγόνους τοὺς ὑμετέρους παραλαβόντες καὶ στρατόπεδον συστησάμενοι, τὴν μὲν ἰδίαν χώραν εἰς τὸ κοινὸν τοῖς συνα-
120 κολουθήσασιν ἔδοσαν, τὴν δὲ βασιλείαν ἐξαίρετον αὐτοὶ a παρ' ἐκείνων ἔλαβον, ἐπὶ δὲ τούτοις πίστεις ἀλλήλοις δόντες ἐποιοῦντο τὴν στρατείαν. (21) Τοὺς μὲν οὖν κινδύνους τοὺς ἐν τῇ πορείᾳ γενομένους καὶ τὰς ἄλλας πράξεις τὰς οὐδὲν πρὸς τὸ παρὸν φερούσας τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν; πολέμῳ δὲ κρατήσαντες τοὺς ἐν τοῖς τόποις τοῖς εἰρημένοις κατοικοῦντας τριχῇ διείλοντο τὰς βασιλείας. Ὑμεῖς μὲν οὖν μέχρι ταυτησὶ τῆς ἡμέρας ἐμμένετε ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις, οὓς ἐποιήσασθε b πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους· (22) διὸ καὶ τὸν παρελθόντα χρόνον ἄμεινον τῶν ἄλλων ἐφέρεσθε, καὶ τὸν ἐπιόντα προσδοκᾶν χρὴ τοιούτους ὄντας βέλτιον ἢ νῦν πράξειν. Μεσσήνιοι δ' εἰς τοῦτ' ἀσεβείας ἦλθον, ὥστ' ἐπιβουλεύσαντες ἀπέκτειναν Κρεσφόντην, τὸν οἰκιστὴν μὲν τῆς πόλεως, κύριον δὲ τῆς χώρας, ἔκγονον δ' Ἡρακλέους, αὐτῶν δ' ἡγεμόνα γεγενημένον. (23) Διαφυγόντες δ' οἱ παῖδες αὐτοῦ τοὺς κινδύνους ἱκέται κατέ- c στησαν ταυτησὶ τῆς πόλεως, ἀξιοῦντες βοηθεῖν τῷ τεθνεῶτι καὶ τὴν χώραν διδόντες ἡμῖν, ἐπερόμενοι δὲ τὸν θεόν, κἀκείνου προστάξαντος δέχεσθαι ταῦτα καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἠδικημένοις, ἐκπολιορκήσαντες Μεσσηνίους οὕτως ἐκτήσασθε τὴν χώραν.

24. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρξάντων ἡμῖν ἀκριβῶς μὲν οὐ διῆλθον (ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς οὐκ ἐᾷ μυθολογεῖν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον ἢ σαφέ- d στερον διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν), οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων οἶμαι πᾶσι φανερὸν εἶναι διότι τὴν ὁμολογουμένην ἡμετέραν εἶναι χώραν οὐδὲν διαφερόντως κεκτημένοι τυγχάνομεν ἢ τὴν ἀμφισβητουμένην. Ταύτην τε γὰρ οἰκοῦμεν δόντων μὲν Ἡρακλειδῶν, ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ, πολέμῳ δὲ κρατήσαντες τοὺς ἔχοντας· ἐκείνην τ' ἐλάβομεν παρὰ τῶν αὐτῶν καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ταῖς μαντείαις χρησάμενοι ταῖς αὐταῖς. (25) e Εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχομεν ὥστε μηδὲ περὶ ἑνὸς ἀντιλέγειν, μηδ' ἐὰν αὐτὴν τὴν Σπάρτην ἐκλιπεῖν προστάττωσιν ἡμῖν, περίεργόν ἐστιν ὑπὲρ Μεσσήνης σπουδάζειν· εἰ

jussit. (18) Considerato igitur oraculo Argos propinquitatis jure ad se rediisse (nam exstincto Eurystheo soli de Persei progenie supererant), Lacedæmonem vero dono suam (nam Tyndareus Castore et Polluce exstinctis regno pulsus et ab Hercule restitutus, illi regionem tradiderat quum ob beneficium hoc, tum ob cognationem liberorum suorum), (19) Messenam autem vi expugnatam in potestatemque suam redactam repererunt: Hercules enim bobus ex Erythea abactis a Neleo et ejus filiis, Nestore excepto, spoliatus quum urbe potitus esset, eos quidem a quibus erat affectus injuria, interfecit; Nestoris autem fidei oppidum commisit, cordatum hominem esse ratus, quod etsi natu minimus fraterni delicti socius esse noluisset. (20) Quum igitur oraculi sententia hæc esse videretur, adhibitis vestris majoribus exercituque comparato regionem suam inter commilitones distribuerunt, et regni prærogativam ab illis receperunt, atque his conditionibus fide data et accepta expeditionem susceperunt. (21) Atque itineris discrimina et ceteras res gestas, quæ ad institutum non pertinent, quid necesse est prolixius commemorare? Bello autem victis eorum locorum, quæ diximus, incolis regna tripartito diviserunt. Et vos quidem in hunc usque diem pacta et jusjurandum majoribus nostris datum servatis. (22) Quapropter et superiori tempore feliciores aliis fuistis, et in posterum, quum tales sitis, bona spes est melius quam nunc actum iri vobiscum. Messeniorum autem tanta fuit impietas, ut Cresphontem, et conditorem urbis et provinciæ dominum et ex Herculis posteritate ortum et ducem suum, per insidias occiderint. (23) Cujus liberi vitato periculo supplices ad hanc urbem venerunt, traditaque regione petierunt ut patris necem ulcisceremini. Vos igitur consulto oraculo jussi et accipere quæ offerrentur et opem ferre affectis injuria, victis bello Messeniis, sic eorum agrum in vestram potestatem redegistis.

24. Ac de primo quidem nostro jure etsi non accurate disserui (nec enim hoc tempus patitur antiqua persequi, sed necesse est brevitatis potius quam perspicuitatis rationem habere), ex his ipsis tamen omnibus perspicuum esse arbitror, non aliam fuisse rationem ejus regionis acquirendæ, quam nostram esse confitentur omnes, quam ejus de cujus possessione controversia orta est. Et hanc enim colimus ab Herculis posteritate datam et Delphico oraculo confirmatam et incolis ejus bello superatis, et illam ab iisdem eodemque modo accepimus et iisdem usi vaticinationibus. (25) Quodsi hoc animo sumus, ut nulla in re eis repugnemus, etiamsi Spartam deserere nos jusserint, supervacaneum est de Messena magnopere laborare: sin nemo vestrûm est qui

δὲ μηδεὶς ἂν ὑμῶν ἀξιώσειε ζῆν ἀποστερούμενος τῆς πατρίδος, προσήκει καὶ περὶ ἐκείνης τὴν αὐτὴν ὑμᾶς
121 γνώμην ἔχειν· τὰ γὰρ αὐτὰ δικαιώματα καὶ τοὺς a
αὐτοὺς λόγους περὶ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἔχομεν εἰπεῖν.

26. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖν' ὑμᾶς λέληθεν, ὅτι τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινάς, ἂν ἐπιγένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσιν. Ἡμεῖς τοίνυν Μεσσήνην εἵλομεν πρὶν Πέρσας λαβεῖν τὴν βασιλείαν καὶ κρατῆσαι τῆς ἠπείρου, καὶ πρὶν οἰκισθῆναί τινας τῶν πόλεων τῶν Ἑλληνίδων. (27) Καὶ b
τούτων ἡμῖν ὑπαρχόντων τῷ μὲν βαρβάρῳ τὴν Ἀσίαν ὡς πατρῴαν οὖσαν ἀποδιδόασιν, ὃς οὔπω διακόσι' ἔτη κατέσχηκε τὴν ἀρχήν, ἡμᾶς δὲ Μεσσήνην ἀποστεροῦσιν, οἳ πλέον διπλάσιον χρόνον ἢ τοσοῦτον τυγχάνομεν ἔχοντες αὐτήν· καὶ Θεσπιὰς μὲν καὶ Πλαταιὰς ἐχθὲς καὶ πρῴην ἀναστάτους πεποιήκασι, ταύτην δὲ διὰ τετρακοσίων ἐτῶν μέλλουσι κατοικίζειν, ἀμφότερα παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας πράττοντες. (28) Καὶ c
εἰ μὲν τοὺς ὡς ἀληθῶς Μεσσηνίους κατῆγον, ἠδίκουν μὲν ἄν, ὅμως δ' εὐλογωτέρως ἂν εἰς ἡμᾶς ἐξημάρτανον· νῦν δὲ τοὺς Εἵλωτας ὁμόρους ἡμῖν παρακατοικίζουσιν, ὥστε μὴ τοῦτ' εἶναι χαλεπώτατον, εἰ τῆς χώρας στερησόμεθα παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλ' εἰ τοὺς δούλους τοὺς ἡμετέρους ἐποψόμεθα κυρίους αὐτῆς ὄντας.

29. Ἔτι τοίνυν ἐκ τῶν ἐχομένων γνώσεσθε σαφέστε- d
ρον ὅτι καὶ νῦν δεινὰ πάσχομεν καὶ τότε Μεσσήνην εἴχομεν δικαίως. Πολλῶν γὰρ κινδύνων ἡμῖν γεγενημένων ἤδη ποτὲ ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην ἠναγκάσθημεν πολὺ χεῖρον πράττοντες τῶν πολεμίων· ἀλλ' ὅμως ἐν τοιούτοις καιροῖς γιγνομένων τῶν συνθηκῶν, ἐν οἷς οὐχ οἷόν τ' ἦν πλεονεκτεῖν, (30) περὶ μὲν ἄλλων τινῶν ἀμφισβητήσεις ἐγίγνοντο, περὶ δὲ Μεσσήνης οὔτε βασιλεὺς οὔθ' ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐδὲ e
πώποθ' ἡμῖν ἐνεκάλεσεν ὡς ἀδίκως κεκτημένοις αὐτήν. Καίτοι πῶς ἂν περὶ τοῦ δικαίου κρίσιν ἀκριβεστέραν ταύτης εὕροιμεν τῆς ὑπὸ μὲν τῶν ἐχθρῶν ἐγνωσμένης, ἐν δὲ ταῖς ἡμετέραις δυσπραξίαις γεγενημένης;

122 31. Τὸ τοίνυν μαντεῖον, ὃ πάντες ἂν ὁμολογήσειαν a
ἀρχαιότατον εἶναι καὶ κοινότατον καὶ πιστότατον, οὐ μόνον ἔγνω τόθ' ἡμετέραν εἶναι Μεσσήνην, ὅτε διδόντων ἡμῖν αὐτὴν τῶν Κρεσφόντου παίδων προσέταξε δέχεσθαι τὴν δωρεὰν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις, ἀλλὰ καὶ τοῦ πολέμου μακροῦ γιγνομένου πεμψάντων ἀμφοτέρων εἰς Δελφούς, κἀκείνων μὲν σωτηρίαν αἰτούντων, ἡμῶν δ' ἐπερωτώντων ὅτῳ τρόπῳ τάχιστ' ἂν κρατήσαιμεν τῆς πόλεως, τοῖς μὲν οὐδὲν ἀνεῖλεν ὡς οὐ δικαίαν b
ποιουμένοις τὴν αἴτησιν, ἡμῖν δ' ἐδήλωσε καὶ τὰς θυσίας ἃς ἔδει ποιήσασθαι καὶ βοήθειαν παρ' ὧν μεταπέμψασθαι.

32. Καίτοι πῶς ἄν τις μαρτυρίαν μείζω καὶ σαφεστέραν τούτων παράσχοιτο; φαινόμεθα γὰρ πρῶτον μὲν παρὰ τῶν κυρίων τὴν χώραν λαβόντες (οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν διὰ βραχέων περὶ αὐτῶν διελθεῖν), ἔπειτα

patria spoliatus vivere sustineat, non aliter etiam de illa debetis esse animati: idem enim utrimque jus, eadem defensio nobis est.

26. Præterea ne illud quidem vos præterit possessiones, sive privatas sive publicas præscriptione longi temporis et confirmari et patrimonii loco habendas persuasum esse omnibus. Nos autem Messenam cepimus, priusquam Persæ regno potirentur Asiamque subigerent et priusquam pleræque Græcæ urbes conderentur. (27) Et quum tanta nostræ causæ sit æquitas, Thebani Barbaro Asiam tanquam patrimonium adjudicant, qui nondum ducentos annos rerum potitur; nobis autem Messenam, quam duplo longius tenuimus, ereptum eunt; ac Thespias quidem et Platæas nuper admodum everterunt, hanc autem post trecentos annos instaurare volunt, horum utroque jusjurandum et fœdera violantes. (28) Quodsi germanos Messenios restituerent, injuste quidem facerent, sed minus queri tamen de eorum injuria possemus: nunc Helotas in vicinia nostra collocant. Quare non hoc gravissimum est, si præter jus et æquum nostra possessio nobis adimetur, sed si dominos illius esse videbimus nostros servos.

29. Jam ex his quæ sequuntur, magis etiam perspicietis et nunc inique tractari nos et tunc Messenam jure tenuisse. Nam post multa prælia commissa tandem pacem facere coacti sumus, quum quidem multo pejore fortuna conflictaremur quam hostes: attamen quum iis temporibus conditiones ferrentur, quibus fieri non poterat ut nos meliore conditione essemus, (30) de aliis quibusdam rebus contentiones inciderunt, sed Messenam injuste nos tenere neque rex Persarum neque civitas Atheniensium nobis unquam objecerunt. Quod autem evidentius de jure judicium eo queat esse, quod et ab ipsis hostibus et adversis nostris rebus est editum?

31. Præterea oraculum, quod omnes et antiquissimum et æquissimum et fide maxime dignum esse fatebuntur, non eo solum tempore nostram esse Messenam statuit, quum Cresphontæ liberis dantibus accipere nos donum et oppressis injuria opem ferre jussit, sed tunc etiam, quum bellum longius traheretur et utrique Delphos misissemus (nam illi quidem de salute sua consulebant, nos vero de expeditissima urbis capiendæ ratione), illis ut iniqua petentibus nihil respondit, nobis vero significavit et quæ sacra facienda et auxilia unde accersenda essent.

32. Quod igitur testimonium majus et evidentius his afferri potest? quum declaratum sit nos primum ab iis quorum erat, hunc agrum accepisse, (quid enim vetat eadem denuo paucis perstringere?) deinde bello cepisse, quomodo

κατὰ πόλεμον αὐτὴν ἑλόντες, ὅνπερ τρόπον αἱ πλεῖσται c τῶν πόλεων περὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους ᾠκίσθησαν, ἔτι δὲ τοὺς ἠσεβηκότας εἰς τοὺς παῖδας τοὺς Ἡρακλέους ἐκβεβληκότες, οἳ δικαίως ἂν ἐξ ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὑπερωρίσθησαν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῷ πλήθει τοῦ χρόνου καὶ τῇ τῶν ἐχθρῶν κρίσει καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ μαντείαις προσηκόντως ἔχοντες αὐτήν. (33) Ὧν ἓν ἕκαστον ἱκανόν ἐστι διαλῦσαι τοὺς λόγους τῶν τολμώντων κατηγορεῖν ὡς ἢ νῦν διὰ πλεονεξίαν d οὐ ποιούμεθα τὴν εἰρήνην, ἢ τότε τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμοῦντες ἐπολεμήσαμεν πρὸς Μεσσηνίους. Περὶ μὲν οὖν τῆς κτήσεως ἔνεστι μὲν ἴσως πλείω τούτων εἰπεῖν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῦθ' ἱκανῶς εἰρῆσθαι νομίζω.

34. Λέγουσι δ' οἱ συμβουλεύοντες ἡμῖν ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην, ὡς χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων εὐτυχοῦντας καὶ e δυστυχοῦντας, ἀλλὰ πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ βουλεύεσθαι καὶ ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν καὶ μὴ μεῖζον φρονεῖν τῆς δυνάμεως, μηδὲ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀλλὰ τὸ συμφέρον ζητεῖν. (35) Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὁμολογῶ τούτοις, ὅπως δὲ χρὴ τοῦ δικαίου ποιεῖσθαί τι προὐργιαίτερον οὐδεὶς ἄν με λέγων
123 πείσειεν. Ὁρῶ γὰρ καὶ τοὺς νόμους ἕνεκα τούτου a κειμένους, καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς ἐπὶ τούτῳ φιλοτιμουμένους, καὶ τὰς εὖ πολιτευομένας πόλεις περὶ τούτου μάλιστα σπουδαζούσας, (36) ἔτι δὲ τοὺς πολέμους τοὺς προγεγενημένους οὐ κατὰ τὰς δυνάμεις ἀλλὰ κατὰ τὸ δίκαιον τὸ τέλος ἅπαντας εἰληφότας, ὅλως δὲ τὸν βίον τὸν τῶν ἀνθρώπων διὰ μὲν κακίαν ἀπολλύμενον, δι' ἀρετὴν δὲ σῳζόμενον. Ὥστ' οὐκ ἀθυμεῖν δεῖ τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων κινδυνεύειν b μέλλοντας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοὺς ὑβρίζοντας καὶ τοὺς τὰς εὐτυχίας μὴ μετρίως φέρειν ἐπισταμένους. (37) Ἔπειτα κἀκεῖνο χρὴ σκοπεῖν· νυνὶ γὰρ περὶ μὲν τοῦ δικαίου πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, περὶ δὲ τοῦ συμφέροντος ἀντιλέγομεν. Δυοῖν δὲ προτεινομένοιν ἀγαθοῖν, καὶ τοῦ μὲν ὄντος προδήλου, τοῦ δ' ἀγνοουμένου, πῶς οὐκ ἂν ποιήσαιτε καταγέλαστον, εἰ τὸ μὲν ὁμολογούμενον ἀποδοκιμάσαιτε, τὸ δ' ἀμφισβητούμενον c ἑλέσθαι δόξειεν ὑμῖν, ἄλλως τε καὶ τῆς αἱρέσεως τοσοῦτον διαφερούσης; (38) ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐμοῖς λόγοις ἔνεστι μηδὲν μὲν προέσθαι τῶν ὑμετέρων αὐτῶν μηδ' αἰσχύνῃ μηδεμιᾷ τὴν πόλιν περιβαλεῖν, ὑπὲρ δὲ τῶν δικαίων κινδυνεύοντας ἐλπίζειν ἄμεινον ἀγωνιεῖσθαι τῶν ἐχθρῶν, ἐν δὲ τοῖς τούτων ἀφεστάναι μὲν ἤδη Μεσσήνης, προεξαμαρτόντας δὲ τοῦτ' εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς τυχὸν καὶ τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ δικαίου καὶ τῶν d ἄλλων ἁπάντων ὧν προσδοκᾶτε διαμαρτεῖν. (39) Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτό πω φανερόν ἐστιν, ὡς ἂν ποιήσωμεν τὰ κελευόμενα, βεβαίως ἤδη τὴν εἰρήνην ἄξομεν. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν ὅτι πάντες εἰώθασι πρὸς μὲν τοὺς ἀμυνομένους περὶ τῶν δικαίων διαλέγεσθαι, τοῖς δὲ λίαν ἑτοίμως ποιοῦσι τὸ προσταττόμενον ἀεὶ πλείω

pleræque urbes illis temporibus constitutæ sunt; postea eos qui Herculis liberos nefario scelere violarant, ejecisse, quos quidem æquum fuerat ex universo terrarum orbe exterminari; denique et longitudine temporis et hostium judicio et dei oraculis jure eam obtinere: (33) quorum singula calumnias eorum satis refutant, qui crimini dare audent nos aut nunc pacem ex avaritia repudiaret aut olim alienarum rerum cupiditate inflammatos bellum cum Messeniis gessisse. Ac de Messenæ quidem possessione plura his dici fortasse queant, sed et hæc sufficere arbitror.

34. Qui autem faciendæ pacis nobis auctores sunt, negant viris sapientibus idem sentiendum in rebus secundis et adversis, sed e re nata semper consilium capiendum et fortunam sequendam esse, neque plus animorum esse oportere quam virium, neque talibus temporibus quid justum sit, sed quid expediat, quærendum. (35) Ego vero quod ad cetera quidem attinet, non repugno; sed justiciæ præferendam ulla ex parte esse utilitatem, nemo mihi dicendo persuadebit. Nam et leges ideo latas esse video, et probos honestosque viros hoc sibi laudi ducere et urbes, quæ bene administrantur, in hoc maxime studere; (36) quin etiam superiorum temporum omnia bella eos exitus habuisse, non qui a viribus solum, sed etiam a justitia penderent, denique vitam humanam interire flagitiis, virtute conservari. Quare non abjectis animis eos esse decet, qui juris sui defendendi causa pericula sunt adituri; illos potius timere sibi decet, qui elati superbia, res secundas moderate ferre non possunt. (37) Deinde nec illud negligendum est, quod de jure omnes consentimus, de utilitate litigamus. Propositis autem duabus rebus bonis, quarum altera evidens est, altera obscura: nonne ridiculum fuerit vos certam repudiare, quæ autem in controversia sit, eam velle amplecti, præsertim quum in ipsa optione tantum intersit? (38) Mea enim oratio huc pertinet, ut ne quid vestri amittatis neque dedecus aliquod publice suscipiatis; in spe bona vos, etiamsi justitiæ causa pugnandum sit, hostibus fore superiores: illi autem quid tandem dicunt nisi jam Messena cedendum esse? quum hoc delicto in vosmetipsos admisso illud etiam fieri possit, ut et utilitate et justitia et ceteris quæ exspectatis omnibus frustremini. (39) Nam ne hoc quidem ullo modo exploratum est, si ea quæ jubent hostes, fecerimus, nos firmam pacem habituros. Arbitror enim non ignorare vos, cum iis qui ad vim propulsandam parati sint, omnes de jure disputare; illis autem qui nimis expedite imperata

προσεπιβάλλειν οἷς ἂν ἐξ ἀρχῆς διανοηθῶσιν, ὥστε συμβαίνειν βελτίονος εἰρήνης τυγχάνειν τοὺς πολε- e
μικῶς διακειμένους τῶν ῥᾳδίως τὰς ὁμολογίας ποιουμένων.

40. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ περὶ ταῦτα πολὺν χρόνον διατρίβειν, ἁπάντων τῶν τοιούτων ἀφέμενος ἐπὶ τὸν ἁπλούστατον ἤδη τρέψομαι τῶν λόγων. Εἰ μὲν γὰρ
124 μηδένες πώποτε τῶν δυστυχησάντων ἀνέλαβον αὑτοὺς a
μηδ' ἐπεκράτησαν τῶν ἐχθρῶν, οὐδ' ἡμᾶς εἰκὸς ἐλπίζειν περιγενήσεσθαι πολεμοῦντας· εἰ δὲ πολλάκις γέγονεν ὥστε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι καὶ τοὺς πολιορκοῦντας ὑπὸ τῶν κατακεκλειμένων διαφθαρῆναι, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ τὰ νῦν καθεστῶτα λήψεταί τινα μετάστασιν; (41)
Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἡμετέρας πόλεως οὐδὲν ἔχω τοιοῦτον b
εἰπεῖν· ἐν γὰρ τοῖς ἐπέκεινα χρόνοις οὐδένες πώποτε κρείττους ἡμῶν εἰς ταύτην τὴν χώραν εἰσέβαλον· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων πολλοῖς ἄν τις παραδείγμασι χρήσαιτο, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων. (42) Τούτους γὰρ εὑρήσομεν, ἐξ ὧν μὲν τοῖς ἄλλοις προσέταττον, πρὸς τοὺς Ἕλληνας διαβληθέντας, ἐξ ὧν δὲ τοὺς ὑβρίζοντας ἠμύναντο, παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐδοκιμήσαντας. Τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς κινδύνους εἰ διεξιοίην, c
οὓς ἐποιήσαντο πρὸς Ἀμαζόνας ἢ Θρᾷκας ἢ Πελοποννησίους τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν αὐτῶν εἰσβαλόντας, ἴσως ἀρχαῖα καὶ πόρρω τῶν νῦν παρόντων λέγειν ἂν δοκοίην· ἐν δὲ τῷ Περσικῷ πολέμῳ τίς οὐκ οἶδεν ἐξ οἵων συμφορῶν εἰς ὅσην εὐδαιμονίαν κατέστησαν; (43) μόνοι γὰρ τῶν ἔξω Πελοποννήσου κατοικούντων, ὁρῶντες τὴν τῶν βαρβάρων δύναμιν ἀνυπόστατον οὖσαν, οὐχ ἠξίωσαν βουλεύσασθαι περὶ d
τῶν προσταττομένων αὐτοῖς, ἀλλ' εὐθὺς εἵλοντο περιιδεῖν ἀνάστατον τὴν πόλιν γεγενημένην μᾶλλον ἢ δουλεύουσαν. Ἐκλιπόντες δὲ τὴν χώραν, καὶ πατρίδα μὲν τὴν ἐλευθερίαν νομίσαντες, κοινωνήσαντες δὲ τῶν κινδύνων ἡμῖν, τοσαύτης μεταβολῆς ἔτυχον, ὥστ' ὀλίγας ἡμέρας στερηθέντες τῶν αὑτῶν πολὺν χρόνον τῶν ἄλ- e
λων δεσπόται κατέστησαν.

44. Οὐ μόνον δ' ἐπὶ ταύτης ἄν τις τῆς πόλεως ἐπιδείξειε τὸ τολμᾶν ἀμύνεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ὡς πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος καταστὰς εἰς πολιορκίαν ὑπὸ Καρχηδονίων, οὐδεμιᾶς αὑτῷ σωτηρίας ὑποφαινομένης, ἀλλὰ καὶ τῷ πολέμῳ
125 κατεχόμενος καὶ τῶν πολιτῶν δυσκόλως πρὸς αὐτὸν a
διακειμένων, αὐτὸς μὲν ἐμέλλησεν ἐκπλεῖν, τῶν δὲ χρωμένων τινὸς τολμήσαντος εἰπεῖν ὡς καλόν ἐστιν ἐντάφιον ἡ τυραννίς, (45) αἰσχυνθεὶς ἐφ' οἷς διενοήθη καὶ πάλιν ἐπιχειρήσας πολεμεῖν πολλὰς μὲν μυριάδας Καρχηδονίων διέφθειρεν, ἐγκρατεστέραν δὲ τὴν ἀρχὴν τὴν τῶν πολιτῶν κατεστήσατο, πολὺ δὲ μείζω τὴν δύναμιν τὴν αὑτοῦ τῆς πρότερον ὑπαρχούσης ἐκτήσατο, τυραννῶν δὲ τὸν βίον διετέλεσε, καὶ τὸν υἱὸν ἐν ταῖς b
αὐταῖς τιμαῖς καὶ δυναστείαις, ἐν αἷσπερ αὐτὸς ἦν, κατέλιπεν.

faciunt, semper plura ad ea, quæ ab initio cogitarint, onera imponere solere. Unde fit ut ad gerendum bellum parati qui sunt, æquiorem pacem impetrent, quam ii qui leviter et prompte pactiones faciunt.

40. Ne vero in his diutius immorari videar, ejusmodi omni disputatione omissa, id jam dicam, quod est omnium simplicissimum : si nulli unquam post clades acceptas vires renovassent neque superavissent tandem hostes : ne nobis quidem bellum gerentibus victoriæ spes proposita esse deberet : sin autem sæpe usu venit ut et qui majores copias haberent, ab imbecillioribus vincerentur, et qui urbem circumsederant, ab obsessis perderentur : quid miri erit, si etiam harum rerum mutatio aliqua eveniet? (41) Ac de nostra quidem republica nihil tale habeo dicere : nam superioribus temporibus nulli, qui nobis essent fortiores, in nostros agros invaserunt; alii vero populi permulta nobis exempla suppeditant, ac vel maxime quidem Athenienses, (42) quos apud Græcos in crimen ex eo venisse constat, quod aliis imperarent; quum autem iidem injurios ulciscerentur, a mortalibus omnibus gloriam consecutos. Quodsi vetera pericula, quæ in bellis adversus Amazones aut Thraces aut Peloponnesios gestis adierunt, quum Eurystheus in eorum agrum duxisset exercitum, recenseam, obsoleta fortassis et nimium a præsentibus rebus remota commemorare videbor : in Persico autem bello, quis nescit post quæ mala quam sint felicitatem adepti? (43) Nam soli eorum qui extra Peloponnesum habitant, quum barbarorum copias sustineri non posse cernerent, de imperatis faciendis sibi deliberandum esse non censuerunt, sed urbem eversam quam servitute oppressam videre statim maluerunt. Relicta igitur natali terra (nam patriam illi quidem libertatem esse censebant) et periculorum societate nobiscum inita, tantam mutationem effecerunt, ut, quum paucos dies suis rebus caruissent, per multos annos aliis imperarint.

44. Neque vero quanta bona pariat ulciscendi hostes audacia, hujus urbis tantum, sed etiam Dionysii tyranni exemplo demonstratur. Qui obsidione clausus a Carthaginiensibus, quum nulla spes salutis esset reliqua (nam et ab hostibus premebatur et civibus invisus erat) fuga, salutem quærere decreverat : quum autem quidam e familiaribus ausus fuisset dicere, honestissimum sepulcrum esse imperium, (45) improbato turpi fugæ consilio belloque repetito non modo ingentem hostium numerum cecidit, sed etiam dominationem in cives suam confirmavit et potentiam pristinam plurimum auxit et vitam in imperio exegit et eosdem honores eandemque potestatem, quibus ipse fuerat usus, filio reliquit.

46. Παραπλήσια δὲ τούτοις Ἀμύντας ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς ἔπραξεν. Ἡττηθεὶς γὰρ ὑπὸ τῶν βαρβάρων τῶν προσοικούντων μάχῃ καὶ πάσης Μακεδονίας ἀποστερηθεὶς τὸ μὲν πρῶτον ἐκλιπεῖν τὴν χώραν διενοήθη καὶ τὸ σῶμα διασώζειν, ἀκούσας δέ τινος ἐπαινοῦντος τὸ πρὸς Διονύσιον ῥηθέν, καὶ μεταγνοὺς ὥσπερ ἐκεῖνος, χωρίον μικρὸν καταλαβὼν καὶ βοήθειαν ἐνθένδε μετα- c πεμψάμενος ἐντὸς μὲν τριῶν μηνῶν κατέσχεν ἅπασαν Μακεδονίαν, τὸν δ' ἐπίλοιπον χρόνον βασιλεύων γήρᾳ τὸν βίον ἐτελεύτησεν.

47. Ἀπείποιμεν δ' ἂν ἀκούοντές τε καὶ λέγοντες, εἰ πάσας τὰς τοιαύτας πράξεις ἐξετάζοιμεν, ἐπεὶ καὶ τῶν περὶ Θήβας πραχθέντων εἰ μνησθείημεν, ἐπὶ μὲν τοῖς γεγενημένοις ἂν λυπηθεῖμεν, περὶ δὲ τῶν μελλόντων βελτίους ἐλπίδας ἂν λάβοιμεν. Τολμησάντων γὰρ d αὐτῶν ὑπομεῖναι τὰς εἰσβολὰς καὶ τὰς ἀπειλὰς τὰς ἡμετέρας, εἰς τοῦθ' ἡ τύχη τὰ πράγματ' αὐτῶν περιέστησεν, ὥστε τὸν ἄλλον χρόνον ὑφ' ἡμῖν ὄντες νῦν ἡμῖν προστάττειν ἀξιοῦσιν.

48. Ὅστις οὖν ὁρῶν τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας ἐφ' ἡμῶν οἴεται παύσεσθαι, λίαν ἀνόητός ἐστιν· ἀλλὰ δεῖ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι καὶ θαρρεῖν περὶ τῶν μελλόντων, ἐπισταμένους ὅτι τὰς τοιαύτας συμφορὰς αἱ πόλεις ἐπανορθοῦνται πολιτείᾳ χρηστῇ καὶ ταῖς e περὶ τὸν πόλεμον ἐμπειρίαις. Περὶ ὧν οὐδεὶς ἂν τολμήσειεν ἀντειπεῖν, ὡς οὐ τὴν μὲν ἐμπειρίαν μᾶλλον τῶν ἄλλων ἔχομεν, πολιτείαν δ' οἵαν εἶναι χρή, παρὰ 126 μόνοις ἡμῖν ἐστιν. Ὧν ὑπαρχόντων οὐκ ἔστιν ὅπως a οὐκ ἄμεινον πράξομεν τῶν μηδετέρου τούτων πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένων.

49. Κατηγοροῦσι δέ τινες τοῦ πολέμου, καὶ διεξέρχονται τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ, τεκμηρίοις ἄλλοις τε πολλοῖς χρώμενοι καὶ μάλιστα τοῖς περὶ ἡμᾶς γεγενημένοις, καὶ θαυμάζουσιν εἴ τινες οὕτω χαλεπῷ καὶ παραβόλῳ πράγματι πιστεύειν ἀξιοῦσιν. Ἐγὼ δὲ πολλοὺς μὲν οἶδα διὰ τὸν πόλεμον μεγάλην εὐδαιμονίαν κτησαμένους, πολλοὺς δὲ τῆς ὑπαρχούσης ἀπο- b στερηθέντας διὰ τὴν εἰρήνην· (50) οὐδὲν γὰρ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀποτόμως οὔτε κακὸν οὔτ' ἀγαθόν, ἀλλ' ὡς ἂν χρήσηταί τις τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς, οὕτως ἀνάγκη καὶ τὸ τέλος ἐκβαίνειν ἐξ αὐτῶν. Χρὴ δὲ τοὺς μὲν εὖ πράττοντας τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖν· ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ καταστάσει πλεῖστον ἂν τις χρόνον τὰ παρόντα διαφυλάξειεν· τοὺς δὲ δυστυχοῦντας τῷ πολέμῳ προσέχειν τὸν νοῦν· ἐκ γὰρ τῆς c ταραχῆς καὶ τῆς καινουργίας θᾶττον ἂν μεταβολῆς τύχοιεν. (51) Ὧν ἡμεῖς δέδοικα μὴ τἀναντία πράττοντες φανῶμεν· ὅτε μὲν γὰρ ἐξῆν ἡμῖν τρυφᾶν, πλείους τοὺς πολέμους ἐποιούμεθα τοῦ δέοντος, ἐπειδὴ δ' εἰς ἀνάγκην καθέσταμεν ὥστε κινδυνεύειν, ἡσυχίας ἐπιθυμοῦμεν καὶ περὶ ἀσφαλείας βουλευόμεθα. Καίτοι χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι τὰς μὲν ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν ὡς ἐγγὺς δουλείας d οὔσας, ποιεῖσθαι δὲ τὰς διαλλαγάς, ὅταν ἢ περιγέ-

46. Similia his Amyntas Macedonum rex fecit. Victus enim prælio a vicinis barbaris amissaque tota Macedonia primum de regno deserendo cogitavit, ut vitam conservaret; deinde quum audisset a quodam illud laudari, quod Dionysio dictum fuerat, mutata, ut ille, sententia parvum quoddam castellum occupavit, et hinc accersitis auxiliis trimestri spatio Macedoniam universam recepit, et in regia dignitate senio confectus decessit.

47. Quodsi omnia talia facta conquirenda sint, et ego dicendo, et audiendo vos defatigaremini. Nam si vel ea quæ Thebano bello acciderunt recordemur, fieri quidem non poterit quin calamitate nostra doleamus; sed iidem etiam de cetero spem concipiemus meliorem. Quum enim ausi essent illi nostras irruptiones et minas sustinere, ita fortuna res eorum mutavit, ut qui ante nobis paruissent, jam nobis imperandi potestatem sibi arrogent.

48. Qui igitur tantas mutationes accidisse quidem, at nostro tempore nullas fore putat, non satis est consideratus: sed et præsentia æquis animis ferenda sunt, et de futuris bene sperandum. Constat enim a civitatibus tales casus, si domi consilium et disciplina, foris arma et peritia rei militaris vigeant, emendari. Neque vero quisquam refragabitur quin et scientia rei militaris præstemus et apud nos solos talis respublica sit, qualem esse decet. Quæ quum ita sint, fieri omnino nequit quin feliciores futuri simus iis quibus neutrum horum magnæ curæ fuit.

49. At quidam in bellum invehuntur ejusque perfidiam accusant, argumentis utentes quum aliis, tum iis ipsis quæ nobis acciderunt, seque mirari dictitant, quenquam esse qui rei tam sævæ ac temerariæ fidem habendam censeat. Ego vero novi multos qui sibi magnam bello felicitatem pepererunt, multos item qui eandem pace amiserunt. (50) Nihil enim harum rerum per se omnino vel malum est vel bonum, sed ut quisque rebus atque occasionibus utitur, ita necesse est eventus consimiles inde consequi. Est autem felicibus expetenda pax (nam eo statu parta bona diutissime conservantur), calamitosis ad gerendum bellum animus adjiciendus: nam tumultu bellico novisque rebus movendis afflictæ res celerius eriguntur. (51) Quorum ego vereor ne contrarium facere videamur. Nam quum in abundantia rerum omnium vivere nobis liceret, plura quam oportebat bella gerebamus: nunc necessitate periculi subeundi urgente, otium expetimus et de securitate consultamus. Atqui iis qui libertatem cupiant, fœdera cum imperato conjuncta fugienda sunt; non multum enim differunt a servitute: tum vero demum de conditionibus agendum,

νωνται τῶν ἐχθρῶν ἢ τὴν δύναμιν τὴν αὐτῶν ἐξισώσωσιν τῇ τῶν πολεμίων· ὡς τοιαύτην ἕκαστοι τὴν εἰρήνην ἕξουσιν, οἵαν περ ἂν τοῦ πολέμου ποιήσωνται τὴν κατάλυσιν.

52. Ὧν ἐνθυμουμένους χρὴ μὴ προπετῶς ὑμᾶς αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς αἰσχρὰς ὁμολογίας, μηδὲ ῥᾳθυμότερον ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἢ τῶν ἄλλων φανῆναι βουλευομένους. Ἀναμνήσθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὅτι τὸν e
παρελθόντα χρόνον, εἰ πολιορκουμένῃ τινὶ τῶν πόλεων τῶν συμμαχίδων εἷς μόνος Λακεδαιμονίων βοηθήσειεν, ὑπὸ πάντων ἂν ὡμολογεῖτο παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς. Καὶ τοὺς μὲν πλείστους τῶν τοιού-
127 των ἀνδρῶν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἄν τις ἀκούσειεν, a
τοὺς δ' ὀνομαστοτάτους ἔχω κἀγὼ διελθεῖν. (53) Πεδάριτος μὲν γὰρ εἰς Χίον εἰσπλεύσας τὴν πόλιν αὐτῶν διέσωσε· Βρασίδας δ' εἰς Ἀμφίπολιν εἰσελθών, ὀλίγους περὶ αὑτὸν τῶν πολιορκουμένων συνταξάμενος, πολλοὺς ὄντας τοὺς πολιορκοῦντας ἐνίκησε μαχόμενος· Γύλιππος δὲ Συρακοσίοις βοηθήσας οὐ μόνον ἐκείνους διέσωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν τὴν κρατοῦσαν αὐτῶν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἅπασαν αἰχμάλωτον b
ἔλαβεν. (54) Καίτοι πῶς οὐκ αἰσχρὸν τότε μὲν ἕκαστον ἡμῶν ἱκανὸν εἶναι τὰς ἀλλοτρίας πόλεις διαφυλάττειν, νυνὶ δὲ πάντας μηδὲ πειρᾶσθαι τὴν ἡμετέραν αὐτῶν διασώζειν; καὶ τὴν μὲν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν μεστὴν πεποιηκέναι τροπαίων ὑπὲρ τῶν ἄλλων πολεμοῦντας, ὑπὲρ δὲ τῆς πατρίδος οὕτω φανερῶς ὑβριζομένης μηδὲ μίαν μάχην ἀξίαν λόγου φαίνεσθαι μεμαχημένους; (55) ἀλλ' ἑτέρας μὲν πόλεις ὑπὲρ τῆς c
ἡμετέρας ἀρχῆς τὰς ἐσχάτας ὑπομεῖναι πολιορκίας, αὐτοὺς δ' ἡμᾶς, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀναγκασθῆναι παρὰ τὸ δίκαιον ποιεῖν, μηδὲ μικρὰν οἴεσθαι δεῖν ὑπενεγκεῖν κακοπάθειαν, ἀλλὰ ζεύγη μὲν ἵππων ἀδηφαγούντων ἔτι καὶ νῦν ὁρᾶσθαι τρέφοντας, ὥσπερ δὲ τοὺς εἰς τὰς δεινοτάτας ἀνάγκας ἀφιγμένους καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐνδεεῖς ὄντας, οὕτω ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην;

56. Ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον, εἰ φιλοπονώτατοι d
δοκοῦντες εἶναι τῶν Ἑλλήνων ῥᾳθυμότερον τῶν ἄλλων βουλευσόμεθα περὶ τούτων. Τίνας γὰρ ἴσμεν, ὧν καὶ ποιήσασθαι μνείαν ἄξιόν ἐστιν, οἵτινες ἅπαξ ἡττηθέντες καὶ μιᾶς εἰσβολῆς γενομένης οὕτως ἀνάνδρως ὡμολόγησαν πάντα τὰ προσταττόμενα ποιήσειν; πῶς δ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πολὺν χρόνον δυστυχοῦντες ἀνταρκέσειαν; (57) τίς δ' οὐκ ἂν ἐπιτιμήσειεν ἡμῖν, εἰ Μεσσηνίων e
ὑπὲρ ταύτης τῆς χώρας εἴκοσιν ἔτη πολιορκηθέντων ἡμεῖς οὕτω ταχέως κατὰ συνθήκας αὐτῆς ἀποσταίημεν, καὶ μηδὲ τῶν προγόνων μνησθείημεν, ἀλλ' ἣν ἐκεῖνοι μετὰ πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἐκτήσαντο, ταύτην
128 ἡμεῖς ὑπὸ λόγων πεισθέντες ἀποβάλοιμεν; a

58. Ὧν οὐδὲν ἔνιοι φροντίσαντες, ἀλλὰ πάσας τὰς αἰσχύνας ὑπεριδόντες, τοιαῦτα συμβουλεύουσιν ὑμῖν, ἐξ ὧν εἰς ὀνείδη τὴν πόλιν καταστήσουσιν. Οὕτω δὲ προθύμως ἐπάγουσιν ὑμᾶς πρὸς τὸ παραδοῦναι Μεσσήνην, ὥστε καὶ διεξελθεῖν ἐτόλμησαν τήν τε τῆς πό-

quum aut hostium copias vicerint, aut suum robur illorum viribus æquarint. Nam talem quidem omnes pacem habituri sunt, qualem belli finem fecerint.

52. Hæc cogitanda vobis sunt, neque committendum ut temere vos in turpes pactiones conjiciatis, aut pejus de patria, quam de aliis soletis, mereamini; sed illud recordandum, superiori tempore, quum e sociis civitatibus alicui circumsessæ vel unus Lacedæmoniorum opem tulisset, fuisse neminem qui dubitaret quin ea per illum conservata esset. Ac talium virorum permulti a senioribus commemorantur; celeberrimos autem ego quoque referre possum. (53) Pedaritus enim Chium profectus urbem conservavit. Brasidas Amphipolim ingressus et instructa ex paucis eorum qui obsidebantur acie, multos, qui obsidebant, prælio vicit. Gylippus Syracusanis auxiliatus non illos solum conservavit, sed hostium etiam copias, terra marique superiores, in potestatem suam redegit universas. (54) Quid vero dictu fœdius est quam, quum olim singuli nostrûm alienas civitates tueri potuerint, nunc universos de nostra patria defendenda dubitare ac ne conari quidem? Quum bellis pro aliorum salute gestis et Europam et Asiam tropæis repleverimus, pro patria, quæ tam insigni non injuria, sed contumelia afficitur, ne unum quidem prælium aliquo nomine dignum commisisse? (55) Quum aliæ civitates nostri tuendi imperii causa extremas obsidiones tolerarint, nos ipsos, ne quid præter jus et æquum facere cogamur, eo esse animo, ut ne parvum quidem incommodum ferendum nobis arbitremur, sed quum insignes equos etiam nunc alamus, pacem ita faciamus, ut qui extrema necessitate conflictantur omniumque rerum inopia laborant?

56. Illud autem omnium indignissimum est, quod qui tolerantissimi laborum inter omnes Græcos habiti sumus, his de rebus segnius quam ceteri deliberamus. Quos enim scimus, qui quidem aliquo in numero habendi sunt, qui semel victi unaque irruptione facta adeo effeminate imperata se facturos esse polliciti sint? Quo pacto tales diuturnam calamitatem tolerarent? (57) quum Messenii viginti annos pro hac regione obsessi fuerint, qui nos non reprehenderent, si tam celeriter per pactiones ea urbe cederemus, ne majorum quidem memores sed quam illi multis laboribus et periculis paraverunt, eam nos adducti verbis dimitteremus?

58. Quibus omnibus nonnulli neglectis nullaque multiplicis dedecoris habita ratione vobis consulunt ea quæ reipublicæ nostræ contumeliosa futura sunt. Ac tam cupide vos ad Messenam tradendam hortantur, ut et nostræ urbis im-

λεως ἀσθένειαν καὶ τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν, καὶ κελεύουσιν ἀποκρίνασθαι τοὺς ἐναντιουμένους αὐτοῖς, b πόθεν βοήθειαν προσδοκῶντες ἥξειν διακελευόμεθα πολεμεῖν. (59) Ἐγὼ δὲ μεγίστην ἡγοῦμαι συμμαχίαν εἶναι καὶ βεβαιοτάτην τὸ τὰ δίκαια πράττειν (εἰκὸς γὰρ καὶ τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν γενέσθαι μετὰ τούτων, εἴπερ χρὴ περὶ τῶν μελλόντων τεκμαίρεσθαι τοῖς ἤδη γεγενημένοις), πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ καλῶς πολιτεύεσθαι καὶ c σωφρόνως ζῆν καὶ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐθέλειν καὶ μηδὲν οὕτω δεινὸν νομίζειν ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν· ἃ μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὑπάρχει. (60) Μεθ' ὧν ἐγὼ πολὺ ἂν ἥδιον πολεμοίην ἢ μετὰ πολλῶν μυριάδων· οἶδα γὰρ καὶ τοὺς πρώτους ἡμῶν εἰς ταύτην τὴν χώραν ἀφικομένους οὐ τῷ πλήθει τῶν ἄλλων περιγενομένους, ἀλλὰ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς ὑπ' ἐμοῦ προειρημέναις. Ὥστ' οὐχ ἄξιον διὰ τοῦτο φοβεῖσθαι τοὺς πολεμίους, ὅτι πολλοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπ' ἐκείνοις θαρρεῖν, ὅταν ὁρῶμεν ἡμᾶς d μὲν αὐτοὺς οὕτως ἐνηνοχότας τὰς συμφορὰς ὡς οὐδένες ἄλλοι πώποτε, (61) καὶ τοῖς τε νόμοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐμμένοντας οἷς ἐξ ἀρχῆς κατεστησάμεθα, τοὺς δὲ μηδὲ τὰς εὐτυχίας φέρειν δυναμένους, ἀλλὰ διατεταραγμένους, καὶ τοὺς μὲν τὰς συμμαχίδας πόλεις καταλαμβάνοντας, τοὺς δὲ τἀναντία τούτοις πράττοντας, ἄλλους δὲ περὶ χώρας τοῖς ὁμόροις ἀμφισβητοῦντας, e τοὺς δὲ μᾶλλον ἀλλήλοις φθονοῦντας ἢ πρὸς ἡμᾶς πολεμοῦντας. Ὥστε θαυμάζω τῶν μείζω συμμαχίαν ζητούντων, ὧν οἱ πολέμιοι τυγχάνουσιν ἐξαμαρτάνοντες.

62. Εἰ δὲ δεῖ καὶ περὶ τῶν ἔξωθεν βοηθειῶν εἰπεῖν, 129 ἡγοῦμαι πολλοὺς ἔσεσθαι τοὺς βουλομένους ἐπαμύνειν a ἡμῖν. Ἐπίσταμαι γὰρ πρῶτον μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ πάντα μεθ' ἡμῶν εἰσιν, ἀλλ' ὑπέρ γε τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ὁτιοῦν ἂν ποιήσοντας· ἔπειτα τῶν ἄλλων πόλεων ἔστιν ἃς ὁμοίως ἂν ὑπὲρ τῶν ἡμῖν συμφερόντων ὥσπερ τῶν αὑταῖς βουλευσομένας· (63) ἔτι δὲ Διονύσιον τὸν τύραννον καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάστας, καθ' ὅσον ἕκαστοι δύνανται, προθύμως ἂν ἡμῖν ἐπικουρήσοντας· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν Ἑλλήνων τοὺς ταῖς οὐσίαις b προέχοντας καὶ ταῖς δόξαις πρωτεύοντας καὶ βελτίστων πραγμάτων ἐπιθυμοῦντας, εἰ καὶ μήπω συνεστήκασιν, ἀλλὰ ταῖς γ' εὐνοίαις μεθ' ἡμῶν ὄντας, ἐν οἷς περὶ τῶν μελλόντων εἰκότως ἂν μεγάλας ἐλπίδας ἔχοιμεν. (64) Οἶμαι δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον τὸν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ τὸν δῆμον, ὃν οἰόμεθα μάλιστα πολεμεῖν ἡμῖν, ποθεῖν ἤδη τὴν ἡμετέραν ἐπιμέλειαν. Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀποστᾶσι γέγονεν ὧν προσεδόκησαν, ἀλλ' ἀντὶ c μὲν τῆς ἐλευθερίας τοὐναντίον ἀποβέβηκεν (ἀπολέσαντες γὰρ αὑτῶν τοὺς βελτίστους ἐπὶ τοῖς χειρίστοις τῶν πολιτῶν γεγόνασιν), ἀντὶ δὲ τῆς αὐτονομίας εἰς πολλὰς καὶ δεινὰς ἀνομίας ἐμπεπτώκασιν, (65) εἰθισμένοι δὲ τὸν ἄλλον χρόνον μεθ' ἡμῶν ἐφ' ἑτέρους ἰέναι, νῦν τοὺς ἄλλους ὁρῶσιν ἐφ' αὑτοὺς στρατευομένους, καὶ τὰς

becillitatem et hostium potentiam commemorare non dubitarint, et adversarios respondere sibi jubeant, unde auxilia ventura exspectantes vobis belli suscipiendi auctores simus. (59) Ego vero in nullis sociis plus esse præsidii et constantiæ puto quam in justis actionibus. Consentaneum est enim etiam deorum immortalium benevolentiam his non defuturam, siquidem e præteritis conjectura futurorum capienda est. Præter hanc plurimi æstimanda est reipublicæ bona administratio recteque instituta vita, et animus bello paratus quique nihil horrendum magis esse ducat quam male audire a suis: quæ omnia nostri moris sunt magis quam ullorum mortalium. (60) Quales ego multo malim belli socios habere quam infinitam turbam aliorum. Nam eos quoque qui primi nostrûm hanc regionem occuparunt, scio non multitudine fretos, sed iis quas recensui virtutibus. Quare non eo hostes formidare, quod multi sunt, sed multo magis ea re freti esse debemus, quum nos ita videmus tulisse calamitates, ut nulli alii tulerunt unquam, (61) et leges et instituta majorum intemerata conservasse, dum isti prosperam fortunam ferre non possint et in maxima perturbatione versentur: atque alii sociorum urbes occupent, alii illis adversentur, alii de finibus cum vicinis ambigant, alii mutua potius inter ipsos invidia flagrent quam nobiscum bellum gerant. Unde mirari subit eos, qui majora præsidia requirunt iis quæ delicta hostium suppeditant.

62. Quodsi de externis etiam auxiliis dicendum est, multos futuros puto qui nos salvos atque incolumes esse velint. Primum enim Athenienses, etiamsi non omnino nobiscum faciant, salutis tamen nostræ causa omnia facturos esse novi: deinde ceterarum urbium nonnullas non minus hoc tempore nostris commodis quam suis consulturas. (63) Præterea neque Dionysius tyrannus neque Ægyptiorum rex neque alii Asiæ principes suis opibus et auxiliis nobis defuturi sunt; Græcorum denique locupletissimi et celeberrimi et optimarum rerum studiosissimi quique, etsi nobiscum se nondum conjunxerunt, at benevolentia sunt nobiscum, in quibus de cetero magna spes nobis debet esse. (64) Existimo etiam turbam Peloponnesiorum et populum, quem opinamur maxime bellum nobis illaturum, nostram jam curam desiderare. Nihil enim e defectione tale sunt consecuti, quale exspectarant. Nam dum libertatem petunt, servitute sunt oppressi. Amissis enim suorum optimis in potestatem pessimorum civium ceciderunt; dum suis legibus uti student, in multa et acerba quæ contraria legibus essent, inciderunt; (65) quum hactenus nobiscum aliis inferre bella consueverint, nunc ab aliis oppugnantur; et

στάσεις, ἃς ἐπυνθάνοντο πρότερον παρ' ἑτέροις οὔσας, d νῦν παρ' αὐτοῖς ὀλίγου δεῖν καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν γιγνομένας, οὕτω δ' ὡμαλισμένοι ταῖς συμφοραῖς εἰσιν, ὥστε μηδένα διαγνῶναι δύνασθαι τοὺς κάκιστα πράττοντας αὐτῶν· οὐδεμία γάρ ἐστι τῶν πόλεων ἀκέραιος, οὐδ' ἥτις οὐχ ὁμόρους ἔχει τοὺς κακῶς ποιήσοντας, ὥστε τετμῆσθαι μὲν τὰς χώρας, πεπορθῆσθαι δὲ τὰς πόλεις, ἀναστάτους δὲ γεγενῆσθαι τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους, ἀνεστράφθαι δὲ τὰς πολιτείας καὶ καταλελύσθαι e τοὺς νόμους, μεθ' ὧν οἰκοῦντες εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν. (67) Οὕτω δ' ἀπίστως τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς καὶ δυσμενῶς ἔχουσιν, ὥστε μᾶλλον τοὺς πολίτας ἢ τοὺς πολεμίους δεδίασιν· ἀντὶ δὲ τῆς ἐφ' ἡμῶν ὁμονοίας καὶ τῆς παρ' ἀλλήλων εὐπορίας εἰς τοσαύτην
130 ἀμιξίαν ἐληλύθασιν, ὥσθ' οἱ μὲν κεκτημένοι τὰς οὐσίας a ἥδιον ἂν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐκβάλοιεν ἢ τοῖς δεομένοις ἐπαρκέσειαν, οἱ δὲ καταδεέστερον πράττοντες οὐδ' ἂν εὑρεῖν δέξαιντο μᾶλλον ἢ τὰ τῶν ἐχόντων ἀφελέσθαι· (68) καταλύσαντες δὲ τὰς θυσίας ἐπὶ τῶν βωμῶν σφάττουσιν ἀλλήλους· πλείους δὲ φεύγουσι νῦν ἐκ μιᾶς πόλεως ἢ πρότερον ἐξ ἁπάσης τῆς Πελοποννήσου. Καὶ τοσούτων ἀπηριθμημένων κακῶν, πολὺ πλείω τὰ παραλελειμμένα τῶν εἰρημένων ἐστίν· οὐδὲν γὰρ ὅ τι b τῶν δεινῶν ἢ χαλεπῶν οὐκ ἐνταῦθα συνδεδράμηκεν. (69) Ὧν οἱ μὲν ἤδη μεστοὶ τυγχάνουσιν ὄντες, οἱ δὲ διὰ ταχέων ἐμπλησθήσονται, καὶ ζητήσουσί τινα τῶν παρόντων πραγμάτων εὑρεῖν ἀπαλλαγήν. Μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτοὺς μενεῖν ἐπὶ τούτοις· οἵτινες γὰρ εὖ πράττοντες ἀπεῖπον, πῶς ἂν οὗτοι κακοπαθοῦντες πολὺν χρόνον καρτερήσειαν; ὥστ' οὐ μόνον ἢν μαχόμενοι νικήσωμεν, ἀλλ' ἐὰν ἡσυχίαν ἔχοντες περιμείνωμεν, ὄψεσθ' αὐτοὺς c μεταβαλλομένους καὶ τὴν ἡμετέραν συμμαχίαν σωτηρίαν αὐτῶν εἶναι νομίζοντας. Τὰς μὲν οὖν ἐλπίδας ἔχω τοιαύτας.

70. Τοσοῦτον δ' ἀπέχω τοῦ ποιῆσαί τι τῶν προσταττομένων, ὥστ' εἰ μηδὲν γίγνοιτο τούτων μηδὲ βοηθείας μηδαμόθεν τυγχάνοιμεν, ἀλλὰ τῶν Ἑλλήνων οἱ μὲν ἀδικοῖεν ἡμᾶς, οἱ δὲ περιορῷεν, οὐδ' ἂν οὕτω μεταγνοίην, ἀλλὰ πάντας ἂν τοὺς ἐκ τοῦ πολέμου κινδύνους d ὑπομείναιμι πρὶν ποιήσασθαι τὰς ὁμολογίας ταύτας. Αἰσχυνθείην γὰρ ἂν ὑπὲρ ἀμφοτέρων, εἴτε καταγνοίημεν τῶν προγόνων ὡς ἀδίκως Μεσσηνίους ἀφείλοντο τὴν χώραν, εἴτ' ἐκείνων ὀρθῶς κτησαμένων καὶ προσηκόντως ἡμεῖς παρὰ τὸ δίκαιον συγχωρήσαιμέν τι περὶ αὐτῆς. (71) Τούτων μὲν οὖν οὐδέτερον ποιητέον, σκεπτέον δ' ὅπως ἀξίως ἡμῶν αὐτῶν πολεμήσομεν, καὶ μὴ τοὺς εἰθισμένους ἐγκωμιάζειν τὴν πόλιν ἐλέγξομεν e ψευδεῖς ὄντας, ἀλλὰ τοιούτους ἡμᾶς αὐτοὺς παρασχήσομεν, ὥστε δοκεῖν ἐκείνους ἐλάττω τῶν ὑπαρχόντων εἰρηκέναι περὶ ἡμῶν. (72) Οἶμαι μὲν οὖν οὐδὲν συμβήσεσθαι δεινότερον τῶν νῦν παρόντων, ἀλλὰ τοὺς
131 ἐχθροὺς τοιαῦτα βουλεύσεσθαι καὶ πράξειν, ἐξ ὧν ἐπα- a νορθώσουσιν ἡμᾶς· ἂν δ' ἄρα ψευσθῶμεν τῶν ἐλπίδων καὶ πανταχόθεν ἐξειργώμεθα καὶ μηδὲ τὴν πόλιν ἔτι

seditiones, quas prius apud alios esse audiebant, nunc apud semetipsos singulis fere diebus cooriri vident : sic denique malis exæquati sunt, ut nec dijudicare possint, quinam sint inter ipsos calamitosissimi. (66) Nulla enim urbs non afflicta est, nulla cui a vicinis pericula non immineant, ut et agri vastati sint et civitates, eversæ, et privatæ ædes desolatæ, et inversæ respublicæ, et leges abrogatæ, quibus dum utebantur, felicissimi Græcorum fuerunt. (67) Tantopere autem aliis alii diffidunt adeoque sunt odiis exacerbati, ut cives suos magis quam hostes metuant et pro concordia, qua nobis imperantibus florebant, ac facilitate commercii, qua inter ipsos utebantur, sic a congressibus omnique humanitate abhorrent, ut et ii qui rem habent, pecuniam in mare demergere malint quam indigentibus impertiri, et tenuiores a locupletioribus eripere quam comparare magis optent. (68) Sacris abrogatis in aris sese mactant, et nunc plures unius civitatis exules sunt, quam antehac totius Peloponnesi. Et quum tot mala enumerata sint, plura prætermisimus quam recensuimus. Nihil enim duri aut acerbi dici potest, quod non ibi concurrerit : (69) quorum quia jam alios cepit, alios brevi satietas capiet et aliquod iis malis remedium invenire studebunt. Neque enim putare debetis fore ut in istis rebus acquiescant. Nam quos secundæ res fatigarunt, adversas longo tempore qui tolerabunt? Quare non tantum si pugnando vicerimus, sed etiam si quieti exspectaverimus, eos mutata sententia videbitis suam salutem in nostra societate collocaturos. Et quæ sperem, hæc sunt.

70. Tantum autem abest ut aliquid eorum quæ imperantur facere velim, ut si nihil horum fieret, neque ulla nobis auxilia præsto essent, Græcorumque alii nos læderent, alii contemnerent, ne sic quidem de sententia decederem, sed omnia pericula belli potius exspectarem, quam ad tam turpes pactiones descenderem. Nam utriusque rei me puderet, sive majores damnaremus, quasi per injuriam Messeniis agros ademissent, sive nos, si illi recte et ut decuit tenuissent, præter jus et æquum quicquam de illis concederemus. (71) Quorum neutrum faciendum est, sed id spectandum, ut pro dignitate nostra bellum administremus, neque eos qui urbem nostram celebrant, mendacii arguamus. Ita vero gerere nos debemus, ut illi magnitudinem laudum nostrarum non videantur assecuti. (72) Equidem existimo graviora his malis non esse metuenda, sed hostes ea et deliberaturos et acturos esse, quibus nos erigent. Quodsi spe frustrati et ab omni parte circumventi fuerimus, ac ne urbem quidem amplius tueri potuerimus : gravia

δυνώμεθα διαφυλάττειν, χαλεπὰ μέν ἐστιν ἃ μέλλω λέγειν, ὅμως δ' οὐκ ὀκνήσω παρρησιάσασθαι περὶ αὐτῶν. Καὶ γὰρ ἐξαγγελθῆναι τοῖς Ἕλλησι καλλίω ταῦτ' ἐστί, καὶ μᾶλλον ἁρμόττοντα τοῖς ἡμετέροις φρονήμασιν, ὧν ἔνιοί τινες ἡμῖν συμβουλεύουσιν.

73. Φημὶ γὰρ χρῆναι τοὺς μὲν γονέας τοὺς ἡμετέρους b αὐτῶν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὸν ὄχλον τὸν ἄλλον ἐκ τῆς πόλεως ἐκπέμψαι, τοὺς μὲν εἰς Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν, τοὺς δ' εἰς Κυρήνην, τοὺς δ' εἰς τὴν ἤπειρον (ἄσμενοι δ' αὐτοὺς ἅπαντες οὗτοι δέξονται καὶ χώρᾳ πολλῇ καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς περὶ τὸν βίον εὐπορίαις, οἱ μὲν χάριν ἀποδιδόντες ὧν εὖ πεπόνθασιν, οἱ δὲ κομιεῖσθαι προσδοκῶντες ὧν ἂν προϋπάρξωσιν), c (74) ὑπολειφθέντας δὲ τοὺς βουλομένους καὶ δυναμένους κινδυνεύειν τῆς μὲν πόλεως ἀφέσθαι καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων, πλὴν ὅσ' ἂν οἷοί τ' ὦμεν ἀπενέγκασθαι μεθ' ἡμῶν αὐτῶν, καταλαβόντας δὲ χωρίον, ὅ τι ἂν ἐχυρώτατον ᾖ καὶ πρὸς τὸν πόλεμον συμφορώτατον, ἄγειν καὶ φέρειν τοὺς πολεμίους καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἕως ἂν παύσωνται τῶν ἡμετέρων ἀμφισβητοῦντες. (75) Καὶ ταῦτ' ἐὰν τολμήσωμεν καὶ μὴ κατοκνήσωμεν, ὄψεσθε τοὺς νῦν ἐπιτάττοντας ἱκετεύοντας καὶ δεομένους ἡμῶν Μεσσήνην ἀπολαβεῖν καὶ ποιή- d σασθαι τὴν εἰρήνην. Ποία γὰρ ἂν τῶν πόλεων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τοιοῦτον πόλεμον ὑπομείνειεν, οἷον εἰκὸς γενέσθαι βουληθέντων ἡμων; τίνες δ' οὐκ ἂν ἐκπλαγεῖεν καὶ δείσαιεν στρατόπεδον συνιστάμενον τοιαῦτα μὲν διαπεπραγμένον, δικαίως δὲ τοῖς αἰτίοις τούτων ὠργισμένον, ἀπονενοημένως δὲ πρὸς τὸ ζῆν διακείμενον, (76) καὶ τῷ μὲν σχολὴν ἄγειν καὶ μηδὲ περὶ ἓν ἄλλο δια- e τρίβειν ἢ περὶ τὸν πόλεμον τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασιν ὡμοιωμένον, ταῖς δ' ἀρεταῖς καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοιοῦτον οἷον ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων οὐδεὶς ἂν συντάξειεν, ἔτι δὲ μηδεμιᾷ πολιτείᾳ τεταγμένῃ χρώμενον, 132 ἀλλὰ θυραυλεῖν καὶ πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν δυνά- a μενον καὶ ῥᾳδίως μὲν ὅμορον οἷς ἂν βούληται γιγνόμενον, τοὺς δὲ τόπους ἅπαντας τοὺς πρὸς τὸν πόλεμον συμφέροντας πατρίδας εἶναι νομίζον; (77) Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τῶν λόγων μόνον ῥηθέντων τούτων καὶ διασπαρέντων εἰς τοὺς Ἕλληνας εἰς πολλὴν ταραχὴν καταστήσεσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ἔτι δὲ μᾶλλον, ἢν καὶ τέλος ἐπιθεῖναι τούτοις ἀναγκασθῶμεν. Τίνα γὰρ οἰηθῶμεν αὐτοὺς γνώμην ἕξειν, ὅταν αὐτοὶ μὲν κακῶς πάσχωσιν, ἡμᾶς δὲ μηδὲν δύνωνται ποιεῖν; (78) καὶ b τὰς μὲν αὑτῶν πόλεις ἴδωσιν εἰς πολιορκίαν καθεστηκυίας, τὴν δ' ἡμετέραν οὕτω διεσκευασμένην ὥστε μηκέτι τῇ συμφορᾷ ταύτῃ περιπεσεῖν; ἔτι δὲ τὴν τῶν σωμάτων τροφὴν ἡμῖν μὲν ῥᾳδίαν οὖσαν ἔκ τε τῶν ὑπαρχόντων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολέμου γιγνομένων, αὐτοῖς δὲ χαλεπὴν διὰ τὸ μὴ ταὐτὸν εἶναι στρατόπεδόν τε τοιοῦτον διοικεῖν καὶ τοὺς ὄχλους τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι διατρέφειν; (79) ὃ δὲ πάντων ἄλγιστον ἐκείνοις, ὅταν c τοὺς μὲν ἡμετέρους οἰκείους ἐν πολλαῖς εὐπορίαις πυνθάνωνται γεγενημένους, τοὺς δ' αὑτῶν ὁρῶσιν καθ'

quidem sunt quæ dicam, sed dicam tamen et libere aperteque dicam. Etenim honestius est ea prædicari apud exteros Græcos nostraque virtute dignius, quam ea quæ nobis quidam suadent.

73. Sic enim censeo: parentes nostros cum uxoribus et liberis, et reliquam bello inutilem turbam e civitate mittendam esse, et ex his alios in Siciliam, alios in Italiam, alios Cyrenen, alios in Asiam. Quos hi omnes libenter suscipient et agro amplo assignando et ceteris ad victum necessariis rebus suppeditandis, alii ut gratiam pro acceptis beneficiis referant, alii spe gratias se accepturos, si qua in nos beneficia collocarint. (74) Ceteris autem qui pugnare et volent et poterunt, deserenda erit et urbs et aliæ possessiones, iis tantum exceptis quæ ipsi nobiscum auferre poterimus. Occupandum deinde castellum aliquod quam firmissimum erit et ad gerendum bellum maxime opportunum, ut terra marique hostes spoliemus et infestemus, usquedum eos pœniteat nostra sibi vindicasse. (75) Quæ si abjecta omni cunctatione ausi fuerimus, eos qui nunc superbe imperant, ultro nobis supplicantes videbitis, ut Messenam recipiamus et pacis conditiones accipiamus. Quæ enim Peloponnesi civitas tale sustinebit bellum, quale, si nos voluerimus, futurum esse consentaneum est? qui non exhorrescent et expavescent tales copias constitutas, quæ et talem animum induerint, et harum rerum auctoribus non injuria irascantur, neque vitæ suæ parcant, (76) et, quod ad aliarum rerum vacationem attinet soliusque bellicæ rei occupationem, conductitiis militibus similes sint, ceterum si fortitudo et instituta vetera spectentur, tales, quales ex universo humano genere colligi nequeant, prætereaque nullam certam vivendi rationem teneant, sed et sub dio agere et passim oberrare et arma circumferre possint, facileque vicini fieri quibus voluerint et omnia loca bello opportuna patriam judicent? (77) Equidem puto, si sermones hi tantum dicantur et in Græcia spargantur, hostes nostros in maxima perturbatione futuros, multoque in majore, si ea quæ decreta fuerint re ipsa præstare cogemur. Nam quo animo eos fore putatibus, si a nobis cladibus affici poterunt, nocere nobis vicissim non poterunt? (78) si suas quidem urbes obsideri, nostræ vero eam esse rationem videbunt, ut ab omni oppugnationis periculo sit immunis? præterea nobis quum ex nostris rebus, tum ex manubiis victum fore facilem et expeditum, ipsis vero difficilem et impeditum, quod alia res est talem exercitum alere atque oppidanam turbam sustentare? (79) Jam quid acerbius illis accidere poterit, quam si nostros domesticos audierint opibus florere, suos autem quo-

ἑκάστην τὴν ἡμέραν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ὄντας, καὶ μηδ' ἐπικουρῆσαι δύνωνται τοῖς κακοῖς τούτοις, ἀλλ' ἐργαζόμενοι μὲν τὴν χώραν τὰ σπέρματα προσαπολλύωσιν, ἀργὸν δὲ περιορῶντες μηδένα χρόνον ἀνταρκεῖν οἷοί τ' ὦσιν;

80. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἀθροισθέντες καὶ κοινὸν ποιησά- d μενοι στρατόπεδον παρακολουθήσουσι, καὶ κωλύσουσιν ἡμᾶς κακῶς ποιεῖν αὐτούς. Καὶ τί ἂν εὐξαίμεθα μᾶλλον ἢ λαβεῖν πλησιάζοντας καὶ παρατεταγμένους καὶ περὶ τὰς αὐτὰς δυσχωρίας ἡμῖν ἀντιστρατοπεδεύοντας ἀνθρώπους ἀτάκτους καὶ μιγάδας καὶ πολλοῖς ἄρχουσι χρωμένους; οὐδὲν γὰρ ἂν πολλῆς πραγματείας δεήσειεν, ἀλλὰ ταχέως ἂν αὐτοὺς ἐξαναγκάσαιμεν e ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς ἀλλὰ μὴ τοῖς αὐτῶν ποιήσασθαι τοὺς κινδύνους.

81. Ἐπιλίποι δ' ἂν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ τὰς πλεονεξίας τὰς ἐσομένας λέγειν ἐπιχειρήσαιμεν. Ἐκεῖνο δ' οὖν πᾶσι φανερόν, ὅτι τῶν Ἑλλήνων διενηνόχαμεν οὐ τῷ μεγέθει τῆς πόλεως οὐδὲ τῷ πλήθει
133 τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὅτι τὴν πολιτείαν ὁμοίαν κατε- a στησάμεθα στρατοπέδῳ καλῶς διοικουμένῳ καὶ πειθαρχεῖν ἐθέλοντι τοῖς ἄρχουσιν. Ἣν οὖν εἰλικρινὲς τοῦτο ποιήσωμεν, ὃ μιμησαμένοις ἡμῖν συνήνεγκεν, οὐκ ἄδηλον ὅτι ῥᾳδίως τῶν πολεμίων ἐπικρατήσομεν. (82) Ἴσμεν δὲ καὶ τοὺς οἰκιστὰς ταυτησὶ τῆς πόλεως γενομένους, ὅτι μικρὸν μὲν στρατόπεδον εἰς τὴν Πελοπόννησον εἰσῆλθον ἔχοντες, πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων πόλεων ἐκράτησαν. Καλὸν οὖν μιμήσασθαι τοὺς προγό- b νους, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπανελθόντας, ἐπειδὴ προσεπταίκαμεν, πειραθῆναι τὰς τιμὰς καὶ τὰς δυναστείας ἀναλαβεῖν, ἃς πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες. (83) Πάντων δ' ἂν δεινότατον ποιήσαιμεν, εἰ συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν αὐτῶν χώραν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, ἡμεῖς μηδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν σωτηρίας ἀφέσθαι τῆς πόλεως τολμήσαι- c μεν, ἀλλὰ δέον ἡμᾶς παράδειγμα τῶν τοιούτων ἔργων τοῖς ἄλλοις παρέχειν, μηδὲ μιμήσασθαι τὰς ἐκείνων πράξεις ἐθελήσαιμεν. (84) Ἔτι δὲ τούτου καταγελαστότερον, εἰ Φωκαεῖς μὲν φεύγοντες τὴν βασιλέως τοῦ μεγάλου δεσποτείαν, ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν, ἡμεῖς δ' εἰς τοσοῦτον μικροψυχίας ἔλθοιμεν, ὥστε τὰ προστάγματα τούτων ὑπομείναιμεν, ὧν ἄρχοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετελέσαμεν.

85. Χρὴ δὲ μὴ περὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ταῖς ψυχαῖς d διατρίβειν, ἐν ᾗ δεήσει χωρίζειν τοὺς οἰκειοτάτους ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἀφορᾶν, ἐν οἷς περιγενόμενοι τῶν ἐχθρῶν ἀνορθώσομεν μὲν τὴν πόλιν, κομιούμεθα δὲ τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν, ἐπιδειξόμεθα δὲ πᾶσιν ὅτι νῦν μὲν ἀδίκως δεδυστυχήκαμεν, τὸν δὲ παρελθόντα χρόνον δικαίως τῶν ἄλλων πλέον ἔχειν ἠξιοῦμεν. (86) Ἔχει δ' οὕτως. Ἐγὼ τούτους εἴρηκα τοὺς λόγους οὐχ ὡς δέον ἡμᾶς ἤδη ταῦτα e πράττειν, οὐδ' ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης ἐνούσης ἐν τοῖς πρά-

tidie viderint fame laborare, ac ne opem quidem eis ferre poterunt, sed sive agros colere instituerint, etiam sementis jacturam facient, sive terram jacere incultam patientur, statim unde vivant, non habebunt?

80. At enim fortasse coactis in unum copiis et communi expeditione suscepta insequentur nosque nocere sibi prohibebunt. Et quid optabilius nobis esse queat, quam ut congressi cominus in aciem descendant et iisdem locorum difficultatibus circumventi quibus nos castra locent homines illi incompositi et ex colluvione quadam conflati et multis utentes imperatoribus? Nullo modo enim multo labore opus erit, sed quamprimum eos cogemus in nostris locis non quæ illis sint opportuna, dimicare.

81. Dies me defecerit, si quæ commoda nobis futura sint explicare aggrediar. Illud certe quidem omnibus constat, nos reliquis Græcis antecellere non magnitudine urbis nec multitudine virorum, sed eo quod nostra respublica exercitui similis est bene constituto et parere ducibus volenti. Quodsi id repræsentabimus, cujus simulacrum quoddam ita nobis profuit, quis dubitet quin hostibus facile superiores futuri simus? (82) Nec enim ignoramus eos etiam qui hanc urbem condiderunt, exiguo in Peloponnesum ducto exercitu multa et magna oppida in potestatem suam redegisse. Præclarum igitur fuerit, nos majores nostros imitari et ad principium regressos, quoniam impegimus, dare operam ut pristinam dignitatem et potestatem recuperemus. (83) Omnium profecto indignissimum nobis fuerit, quum sciamus Athenienses pro libertate Græciæ patriam deseruisse, nos pro nostra salute urbem relinquere non audere, et quum aliis exemplum præbere debeamus hujusmodi facinorum, ne imitari quidem velle res illorum gestas. (84) Quo etiam illud magis deridendum est, quum Phocæenses magni regis dominationem fugientes relicta Asia Massiliam se contulerint, nos tam abjectis esse animis, ut illis parere velimus, quibus perpetuo imperavimus?

85. Neque vero animis nostris illa dies obversari usque adeo debet, qua carissimi quique statim a nobis segregandi erunt; sed illuc respicere debemus, fore tempus quo victis hostibus atque urbe in integrum restituta et domesticos nostros recipiamus et omnibus probemus nos et nunc nullo nostro merito fuisse calamitosos, et superiori tempore non immerito principatum nobis vindicasse. (86) Sic autem se res habet. Hæc quæ dixi, non sic accipienda sunt, quasi ea mox fieri velim aut rebus aliter consuli nequeat, sed ut

γμασι σωτηρίας, ἀλλὰ βουλόμενος ὑμῶν προτρέψασθαι τὰς γνώμας, ὡς καὶ ταύτας τὰς συμφορὰς καὶ πολὺ δεινοτέρας τούτων ὑπομενετέον ἡμῖν, πρὶν ὑπὲρ Μεσσήνης ποιήσασθαι συνθήκας οἵας κελεύουσιν ἡμᾶς.

134 87. Οὐχ οὕτω δ' ἂν προθύμως ἐπὶ τὸν πόλεμον ὑμᾶς a παρεκάλουν, εἰ μὴ τὴν εἰρήνην ἑώρων ἐξ ὧν μὲν ἐγὼ λέγω καλὴν καὶ βεβαίαν γενησομένην, ἐξ ὧν δ' ἔνιοί τινες συμβουλεύουσιν, οὐ μόνον αἰσχρὰν ἐσομένην, ἀλλ' οὐδὲ χρόνον οὐδένα παραμενοῦσαν. Ἢν γὰρ παρακατοικισώμεθα τοὺς Εἵλωτας καὶ τὴν πόλιν ταύτην περιίδωμεν αὐξηθεῖσαν, τίς οὐκ οἶδεν ὅτι πάντα τὸν βίον ἐν ταραχαῖς καὶ κινδύνοις διατελοῦμεν ὄντες; ὥσθ' οἱ περὶ ἀσφαλείας διαλεγόμενοι λελήθασιν αὑτοὺς b τὴν μὲν εἰρήνην ὀλίγας ἡμέρας ἡμῖν ποιοῦντες, τὸν δὲ πόλεμον εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον κατασκευάζοντες.

88. Ἡδέως δ' ἂν αὐτῶν πυθοίμην, ὑπὲρ τίνων οἴονται χρῆναι μαχομένους ἡμᾶς ἀποθνήσκειν· οὐχ ὅταν οἱ πολέμιοι προστάττωσί τι παρὰ τὸ δίκαιον καὶ τῆς χώρας ἀποτέμνωνται καὶ τοὺς οἰκέτας ἐλευθερῶσι; καὶ τούτους μὲν κατοικίζωσιν εἰς ταύτην ἣν ἡμῖν οἱ πα- c τέρες κατέλιπον, ἡμᾶς δὲ μὴ μόνον τῶν ὄντων ἀποστερῶσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς εἰς ὀνείδη καθιστῶσιν; (89) Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπὲρ τούτων οὐ μόνον πόλεμον ἀλλὰ καὶ φυγὰς καὶ θανάτους οἴομαι προσήκειν ἡμῖν ὑπομένειν· πολὺ γὰρ κρεῖττον ἐν ταῖς δόξαις αἷς ἔχομεν τελευτῆσαι τὸν βίον μᾶλλον ἢ ζῆν ἐν ταῖς ἀτιμίαις, ἃς ληψόμεθα ποιήσαντες ἃ προστάττουσιν ἡμῖν. Ὅμως δ' εἰ δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον εἰπεῖν, αἱρετώ- d τερον ἡμῖν ἐστιν ἀναστάτοις γενέσθαι μᾶλλον ἢ καταγελάστοις ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. Τοὺς γὰρ ἐν ἀξιώμασι καὶ φρονήμασι τηλικούτοις βεβιωκότας δυοῖν δεῖ θάτερον, ἢ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἢ παντάπασιν ἀνῃρῆσθαι, μηδὲν ταπεινὸν διαπραξαμένους, ἀλλὰ καλὴν τὴν τελευτὴν τοῦ βίου ποιησαμένους.

90. Ἃ χρὴ διαλογισαμένους μὴ φιλοψυχεῖν, μηδ' ἐπακολουθεῖν ταῖς τῶν συμμάχων γνώμαις, ὧν ἡγεῖσθαι πρότερον ἠξιοῦμεν, ἀλλ' αὐτοὺς σκεψαμένους ἑλέ- e σθαι μὴ τὸ τούτοις ῥᾷστον, ἀλλ' ὃ πρέπον ἔσται τῇ Λακεδαίμονι καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἡμῖν. Περὶ γὰρ τῶν αὐτῶν οὐχ ὁμοίως ἅπασι βουλευτέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐξ ἀρχῆς ἕκαστοι τοῦ βίου ποιήσωνται τὴν ὑπόθεσιν.

135 (91) Ἐπιδαυρίοις μὲν γὰρ καὶ Κορινθίοις καὶ Φλια- a σίοις οὐδεὶς ἂν ἐπιπλήξειεν, εἰ μηδενὸς ἄλλου φροντίζοιεν ἢ τοῦ διαγενέσθαι καὶ περιποιῆσαι σφᾶς αὐτούς· Λακεδαιμονίους δ' οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἂν μὴ προσῇ τὸ καλῶς τῷ σώζεσθαι, τὸν θάνατον ἡμῖν μετ' εὐδοξίας αἱρετέον ἐστί. Τοῖς γὰρ ἀρετῆς ἀμφισβητοῦσιν ὑπὲρ οὐδενὸς οὕτω σπουδαστέον, ὡς ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αἰσχρὸν φανῆναι πράττοντας. (92) Εἰσὶ δ' αἱ τῶν πόλεων κακίαι καταφανεῖς οὐχ ἧττον ἐν τοῖς τοιούτοις βουλεύμασιν ἢ b τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνοις. Τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖ γιγνομένων τὸ πλεῖστον μέρος τῇ τύχῃ μέτεστι, τὸ δ' ἐνθάδε γνωσθὲν αὐτῆς τῆς διανοίας σημεῖόν ἐστιν.

animos vestros quasi præpararem, ut sentiretis et has et longe acerbiores calamitates vobis potius sustinendas esse, quam ad talem de Messena conditionem, qualem illi præscribunt, descendendum.

87. Neque vero ad bellum tanto studio vos hortarer, nisi prospicerem, ex his quæ ego dico pacem firmiorem fore; ex illis vero quæ alii suadent, non modo cum turpitudine conjunctam, sed ne diuturna quidem. Etenim si Helotas in vicinia nostra collocamus et hujus urbis incrementum negligimus, quis non videt nos in perpetuis tumultibus et periculis futuros esse? Qui igitur de securitate disputant, illi non animadvertunt se paucorum dierum pacem bello perpetuo redempturos.

88. Ego vero ex eis audire cupio, pro quibus rebus in acie putent mortem nobis oppetendam: non quum nobis hostes injusta imperant? non quum agrum eripiunt servosque nostros manumittunt? quum in ea terra collocant illos, quam nobis patres reliquerunt? quum nos non tantum opibus nostris spoliant, sed etiam contumeliis afficiunt? (89) Ego vero harum rerum causa non bellum tantum, sed etiam exilia et mortes nobis esse perpetiendas arbitror. Longe enim præstat in ea laude et gloria, qua floremus, potius emori, quam cum omni vivere dedecore, quo afficiemur faciendo quod nobis imperant. Quodsi nihil dissimulandum est, planeque dicendum quod sentio: præstiterit nos deleri, quam ab hostibus derideri. Quos enim tantis ornatos fuisse honoribus animorumque magnitudine tanta constat, eos aut principes esse Græciæ oportet, aut prorsus exstingui, modo incolumi dignitate et glorioso vitæ exitu.

90. Hæc igitur animis versanda sunt abjecta nimia vitæ cupiditate, neque sociorum sententiis temere assentiendum, quorum nos duces antehac fuimus. Quin ipsi potius re considerata non quod illis erit expeditissimum, sed quod et Lacedæmone et egregiis nostris facinoribus dignum erit, eligamus. Nam iisdem de rebus non eodem modo est deliberandum omnibus, sed pro eo, ut suæ quique vitæ fundamenta jecerunt. (91) Epidauriis quidem, et Corinthiis, et Phliasiis nemo vitio verterit, si nulla alia re sollicitentur, nisi de vita quocunque modo conservanda et propaganda: Lacedæmoniis vero non licet quavis ratione saluti consulere, cui nisi dignitas adjuncta est, mors cum laude potius nobis oppetenda est. Nam qui virtutis studio ducuntur, iis nihil æque providendum est atque illud, ne quid turpe admisisse videantur. (92) Civitatum porro ignavia e talibus consiliis non minus elucet quam e periculis bellicis, in quibus eorum quæ fiunt maximam fortuna sibi partem vindicat; quæ vero hic deliberantur, signa

Ὥσθ' ὁμοίως ἡμῖν φιλονικητέον ἐστὶν ὑπὲρ τῶν ἐνθάδε ψηφισθησομένων, ὥσπερ ὑπὲρ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀγώνων.

93. Θαυμάζω δὲ τῶν ὑπὲρ μὲν τῆς ἰδίας δόξης ἀποθνήσκειν ἐθελόντων, ὑπὲρ δὲ τῆς κοινῆς μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἐχόντων· ὑπὲρ ἧς ὁτιοῦν πάσχειν ἄξιον, ὥστε c μὴ καταισχῦναι τὴν πόλιν, μηδὲ περιιδεῖν τὴν τάξιν λιποῦσαν, εἰς ἣν οἱ πατέρες κατέστησαν αὐτήν. Πολλῶν δὲ πραγμάτων ἡμῖν καὶ δεινῶν ἐφεστώτων, ἃ δεῖ διαφυγεῖν, ἐκεῖνο μάλιστα φυλακτέον, ὅπως μηδὲν ἀνάνδρως φανησόμεθα διαπραττόμενοι μηδὲ συγχωροῦντες τοῖς πολεμίοις παρὰ τὸ δίκαιον. (94) Αἰσχρὸν γὰρ τοὺς ἄρξαι τῶν Ἑλλήνων ἀξιωθέντας ὀφθῆναι τὸ προσταττόμενον ποιοῦντας, καὶ τοσοῦτον ἀπολειφθῆναι d τῶν προγόνων, ὥστε τοὺς μὲν ὑπὲρ τοῦ τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττειν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἡμᾶς δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ κελευόμενον μὴ τολμᾶν διακινδυνεύειν.

95. Ἄξιον δὲ καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα καὶ τὰς ἄλλας αἰσχυνθῆναι πανηγύρεις, ἐν αἷς ἕκαστος ἡμῶν ζηλωτότερος ἦν καὶ θαυμαστότερος τῶν ἀθλητῶν τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι τὰς νίκας ἀναιρουμένων. Εἰς ἃς τίς ἂν ἐλθεῖν e τολμήσειεν, ἀντὶ μὲν τοῦ τιμᾶσθαι καταφρονηθησόμενος, ἀντὶ δὲ τοῦ περίστατος ὑπὸ πάντων δι' ἀρετὴν εἶναι περίβλεπτος ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπὶ κακίᾳ γενησόμενος,
136 (96) ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ὀψόμενος μὲν τοὺς οἰκέτας ἀπὸ a τῆς χώρας ἧς οἱ πατέρες ἡμῖν κατέλιπον ἀπαρχὰς καὶ θυσίας μείζους ἡμῶν ποιουμένους, ἀκουσόμενος δ' αὐτῶν τοιαύταις βλασφημίαις χρωμένων, οἵαις περ εἰκὸς τοὺς χαλεπώτερον μὲν τῶν ἄλλων δεδουλευκότας, ἐξ ἴσου δὲ νῦν τὰς συνθήκας τοῖς δεσπόταις πεποιημένους· ἐφ' αἷς ἕκαστος ἡμῶν οὕτως ἂν ἀλγήσειεν, ὡς οὐδεὶς ἂν τῶν ζώντων διὰ λόγου δηλώσειεν. (97) Ὑπὲρ ὧν χρὴ βουλεύεσθαι, καὶ μὴ τότ' ἀγανακτεῖν ὅτ' οὐδὲν b ἡμῖν ἔσται πλέον, ἀλλὰ νῦν σκοπεῖν ὅπως μηδὲν συμβήσεται τοιοῦτον. Ὡς ἔστιν ἓν τῶν αἰσχρῶν πρότερον μὲν μηδὲ τὰς τῶν ἐλευθέρων ἰσηγορίας ἀνέχεσθαι, νῦν δὲ καὶ τὴν τῶν δούλων παρρησίαν ὑπομένοντας φαίνεσθαι. (98) Δόξομεν γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ἀλαζονεύεσθαι, καὶ τὴν μὲν φύσιν ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις εἶναι, ταῖς δ' αὐθαδείαις καὶ ταῖς σεμνότησιν οὐκ ἀληθιναῖς ἀλλὰ πεπλασμέναις κεχρῆσθαι. Μηδὲν οὖν ἐνδῶμεν c τοιοῦτον τοῖς εἰθισμένοις ἡμᾶς κακολογεῖν, ἀλλὰ τοὺς λόγους αὐτῶν ἐξελέγξαι πειραθῶμεν, ὅμοιοι γενόμενοι τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις.

99. Ἀναμνήσθητε δὲ τῶν ἐν Διπαίᾳ πρὸς Ἀρκάδας ἀγωνισαμένων, οὕς φασιν ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξαμένους τρόπαιον στῆσαι πολλῶν μυριάδων, καὶ τῶν τριακοσίων τῶν ἐν Θυρέαις ἅπαντας Ἀργείους d μάχῃ νικησάντων, καὶ τῶν χιλίων τῶν εἰς Θερμοπύλας ἀπαντησάντων, (100) οἳ πρὸς ἑβδομήκοντα μυριάδας τῶν βαρβάρων συμβαλόντες οὐκ ἔφυγον οὐδ' ἡττήθησαν, ἀλλ' ἐνταῦθα τὸν βίον ἐτελεύτησαν οὗπερ ἐτάχθησαν, τοιούτους αὐτοὺς παρασχόντες ὥστε τοὺς

sunt ipsorum animorum. Quare nihilo minore in æmulatione laudis posita esse debent ea quæ hic decernuntur, quam prælia quæ armis fiunt.

93. Equidem miror esse qui, quum ad privatam sententiam tuendam mori non dubitent, de patria non eodem modo sentiant, pro qua nihil periculi recusandum est, ne quod respublica dedecus suscipiat, aut locum, in quo a parentibus posita sit, deserat. Quum autem multæ res sint multaque pericula, quæ nos urgeant atque effugienda sint, illud maxime cavendum est, ne quid molliter et effeminate facere aut hostibus de jure nostro cedere videamur. (94) Turpe profecto fuerit eos imperata facientes conspici, qui principatum Græciæ tenuerunt, tantumque a virtute majorum degenerasse, ut quum illi, quo aliis imperarent, mortem oppetere non recusarint, nos ne imperata faciamus adire pericula non audere.

95. Pudere nos etiam debet et Olympicæ festivitatis et aliorum celebrium conventuum, in quibus unusquisque nostrûm præclarior et admirabilior est habitus, quam pugiles qui in certaminibus victores fuerunt. Quis enim nostrûm audeat ad eas celebritates accedere, quum potius contemnatur quam honore afficiatur ab omnibus, quum antea ob virtutem suspiceretur, jam ob ignaviam propalam derisui sit; (96) præterea si servos nostros majores offerre primitias et victimas ex ea regione viderit, quam parentes nobis reliquerunt, quam nos, taliaque convicia illos facere audierit, qualia iis in promptu fore credibile est, qui, quum duriorem quam alii servierint servitutem, nunc æquo jure cum dominis pacta fecerint: quibus unus quisque nostrûm ita dolore afficiatur, ut dicendo id mortalium consequi nemo queat. (97) Hisce de rebus nunc consultandum est, et non tum graviter ferendum, quum quiritari nihil proderit: nunc potius advigilare decet, ne querela dignum aliquid eveniat. Est enim una ex rebus turpissimis, quum antehac ne ingenuos quidem exæquari nobiscum passi fuerimus, nunc servorum etiam in loquendo licentiam tolerare. (98) Nam superiorum temporum acta ostentationi nostræ tribuentur, qui quum ingeniis nihil alios excelleremus, pertinacia et fastu, non vera gravitate simus usi. Ne quam igitur materiem præbeamus nostris obtrectatoribus, sed eorum maledicentiam factis refutemus, ut nos majorum vestigiis religiose appareat institisse.

99. Recordamini ut majores nostri ad Dipæam adversus Arcades dimicarint, quos aiunt ita instructa acie, ut phalanx uno viro densior non esset, in fugam multa millia vertisse. Recordamini trecentos illos, qui ad Thyreas Argivos universos superarunt et mille virorum, qui in Thermopylis (100) cum septies centenis barbarorum millibus congressi neque terga verterunt neque victi sunt; sed quo in gradu collocati fuerant, in eo oppetierunt, itaque se gesse-

μετὰ τέχνης ἐγκωμιάζοντας μὴ δύνασθαι τοὺς ἐπαίνους ἐξισῶσαι ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς. (101) Ἁπάντων οὖν τούτων ἀναμνησθέντες ἐρρωμενέστερον ἀντιλαβώμεθα e
τοῦ πολέμου, καὶ μὴ περιμένωμεν ὡς ἄλλων τινῶν τὰς παρούσας ἀτυχίας ἰασομένων, ἀλλ' ἐπειδή περ ἐφ' ἡμῶν γεγόνασιν, ἡμεῖς αὐτὰς καὶ διαλῦσαι πειραθῶ-
137 μεν. Χρὴ δὲ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐν τοῖς τοι- a
ούτοις καιροῖς φαίνεσθαι διαφέροντας· (102) αἱ μὲν γὰρ εὐτυχίαι καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας συγκρύπτουσιν, αἱ δὲ δυσπραξίαι ταχέως καταφανεῖς ποιοῦσιν, ὁποῖοί τινες ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες· ἐν αἷς ἡμῖν ἐπιδεικτέον ἐστίν, εἴ τι τῶν ἄλλων ἄμεινον τεθράμμεθα καὶ πεπαιδεύμεθα πρὸς ἀρετήν.

103. Ἔστι δ' οὐδὲν ἀνέλπιστον ἐκ τῶν νῦν παρόντων συμβῆναί τι τῶν δεόντων ἡμῖν. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐχ b
ἀγνοεῖν ὅτι πολλαὶ πράξεις ἤδη τοιαῦται γεγόνασιν, ἃς ἐν ἀρχῇ μὲν ἅπαντες ὑπέλαβον εἶναι συμφοράς, καὶ τοῖς παθοῦσι συνηχθέσθησαν, ὕστερον δὲ τὰς αὐτὰς ταύτας ἔγνωσαν μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίας γεγενημένας. (104) Καὶ τί δεῖ τὰ πόρρω λέγειν; ἀλλὰ καὶ νῦν τὰς πόλεις τάς γε πρωτευούσας, λέγω δὲ τὴν Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων, εὕροιμεν ἂν οὐκ ἐκ τῆς εἰρήνης μεγάλην c
ἐπίδοσιν λαβούσας, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐν τῷ πολέμῳ προδυστυχήσασαι πάλιν αὐτὰς ἀνέλαβον, ἐκ δὲ τούτων τὴν μὲν ἡγεμόνα τῶν Ἑλλήνων καταστᾶσαν, τὴν δ' ἐν τῷ παρόντι τηλικαύτην γεγενημένην ὅσην οὐδεὶς πώποτ' ἔσεσθαι προσεδόκησεν· αἱ γὰρ ἐπιφάνειαι καὶ λαμπρότητες οὐκ ἐκ τῆς ἡσυχίας ἀλλ' ἐκ τῶν ἀγώνων γίγνεσθαι φιλοῦσιν. (105) Ὧν ἡμᾶς ὀρέγεσθαι προσήκει, μήτε τῶν σωμάτων μήτε τῆς ψυχῆς μήτε τῶν ἄλλων ὧν d
ἔχομεν μηδενὸς φειδομένους. Ἢν γὰρ κατορθώσωμεν καὶ τὴν πόλιν εἰς ταὐτὰ καταστῆσαι δυνηθῶμεν, ἐξ ὧνπερ ἐκπέπτωκε, καὶ τῶν προγεγενημένων μᾶλλον θαυμασθησόμεθα, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις οὐδεμίαν ὑπερβολὴν ἀνδραγαθίας καταλείψομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους εὐλογεῖν ἡμᾶς ἀπορεῖν ποιήσομεν, ὅ τι τῶν πεπραγμένων ἡμῖν ἄξιον ἐροῦσιν. (106) Δεῖ δὲ μηδὲ e
τοῦτο λανθάνειν ὑμᾶς, ὅτι πάντες τῷ συλλόγῳ τούτῳ καὶ τοῖς γνωσθησομένοις ὑφ' ἡμῶν προσέχουσι τὸν νοῦν. Ὥσπερ οὖν ἐν κοινῷ θεάτρῳ τῶν Ἑλλήνων διδοὺς ἔλεγχον ἕκαστος ὑμῶν τῆς αὑτοῦ φύσεως, οὕτω διακείσθω τὴν γνώμην.

138 107. Ἔστι δ' ἁπλοῦν τὸ καλῶς βουλεύσασθαι περὶ a
τούτων. Ἢν μὲν γὰρ ἐθέλωμεν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῶν δικαίων, οὐ μόνον εὐδοκιμήσομεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπίλοιπον χρόνον ἀσφαλῶς ἡμῖν ἐξέσται ζῆν· εἰ δὲ φοβησόμεθα τοὺς κινδύνους, εἰς πολλὰς ταραχὰς καταστήσομεν ἡμᾶς αὐτούς. (108) Παρακαλέσαντες οὖν ἀλλήλους ἀποδῶμεν τὰ τροφεῖα τῇ πατρίδι, καὶ μὴ περιίδωμεν ὑβρισθεῖσαν τὴν Λακεδαίμονα καὶ καταφρονηθεῖσαν, μηδὲ ψευσθῆναι ποιήσωμεν τῶν ἐλπίδων τοὺς εὔνους b
ἡμῖν ὄντας, μηδὲ περὶ πλείονος φανῶμεν ποιούμενοι τὸ ζῆν τοῦ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐδοκιμεῖν, (109) ἐνθυμηθέντες ὅτι κάλλιόν ἐστιν ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον

runt, ut qui arte res gestas ornare solent, nullas illorum virtutibus laudes æquare possint. (101) Hæc igitur omnia cogitatione complexi bellum fortius administremus, neque exspectemus dum alii malis nostris medicinam adhibeant, sed quando nostra ætate evenere, ea ipsi etiam propulsare studeamus. Præstantes enim viros talibus temporibus excellere decet. (102) Nam secundæ quidem res etiam ignavorum hominum vitia contegunt; adversæ autem, quales quique sint, statim ostendunt. In his igitur demonstrandum est, si quid nos aliis rectius et educati et instructi simus ad virtutem.

103. Neque vero desperandum est ex iis quæ nunc adsunt, fore ut aliqua contingant quæ nobis conveniant. Neque enim ignoratis, opinor, multa jam talia accidisse, quæ initio quidem in malis omnes numerarent, et eorum quibus illa usu venerant, vicem dolerent, quum ea post maximorum bonorum causas fuisse intelligerent. (104) Et quid opus est exemplis longe accersitis? quum etiam nunc principes urbes, Atheniensium inquam et Thebanorum, non pace ad tantam magnitudinem pervenisse, sed ex belli calamitatibus pristinam dignitatem recuperasse videamus: unde altera principatum Græcorum obtinuit, altera tanta in præsentia facta est, quantam eam fore nemo unquam crediderat. Neque enim ex ignavo otio, sed ex magnis periculis magna gloria splendorque nasci solet. (105) Quas quidem res dum appetimus neque corporibus nostris neque vitæ neque ceteris omnibus, quæ habemus, parcendum est. Nam si virtuti nostræ fortuna faverit, remque publicam in pristinum amissæ dignitatis gradum restituemus et veterum admirationem superabimus, neque posteris quidquam, quo gloria nobis fortitudinis antecellant, reliqui faciemus, atque eis etiam qui res gestas nostras laudare voluerint, magnam dubitationem relinquemus, quidnam pro dignitate factorum nostrorum dicant. (106) Sed neque illud ignorare debetis, multos erectos atque alacres exspectare quid in hoc concilio statuatur. Proinde sibi quisque apud animum suum proponat, se quasi in communi Græciæ theatro specimen ingenii animique sui præbiturum.

107. Neque vero multiplex est his de rebus deliberandi ratio. Nam si ob jus nostrum tuendum oppetere mortem voluerimus, non tantum laude et gloria, sed etiam securitate in posterum fruemur: sin pericula metuerimus, multis turbis ipsi nos implicabimus. (108) Itaque alios alii cohortati patriæ nutricationis mercedem persolvamus, nec Lacedæmonem contumeliose tractari et contemni patiamur, neque spem et exspectationem eorum qui nobis bene cupiunt, frustremur, neque vitam pluris quam gloriam apud omnes homines faciamus, (109) quum reputemus præclarius esse mortale et fragile corpus cum immortali gloria commu-

δόξαν ἀντικαταλλάξασθαι, καὶ ψυχῆς ἣν οὐχ ἕξομεν
ὀλίγων ἐτῶν πρίασθαι τοιαύτην εὔκλειαν, ἣ πάντα τὸν
αἰῶνα τοῖς ἐξ ἡμῶν γενομένοις παραμενεῖ, πολὺ μᾶλλον
ἢ μικροῦ χρόνου γλιχομένους μεγάλαις αἰσχύναις ἡμᾶς
αὐτοὺς περιβαλεῖν. (110) Ἡγοῦμαι δ' οὕτως ἂν ὑμᾶς c
μάλιστα παροξυνθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον, εἰ ταῖς δια-
νοίαις ὥσπερ παρεστῶτας ἴδοιτε τοὺς γονέας καὶ τοὺς
παῖδας τοὺς ὑμετέρους αὐτῶν, τοὺς μὲν παρακελευομέ-
νους μὴ καταισχῦναι τὸ τῆς Σπάρτης ὄνομα, μηδὲ τοὺς
νόμους ἐν οἷς ἐπαιδεύθημεν, μηδὲ τὰς μάχας τὰς ἐφ'
αὐτῶν γενομένας, τοὺς δ' ἀπαιτοῦντας τὴν χώραν ἣν d
οἱ πρόγονοι κατέλιπον, καὶ τὴν δυναστείαν τὴν ἐν τοῖς
Ἕλλησι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἥνπερ αὐτοὶ παρὰ τῶν
πατέρων παρελάβομεν· πρὸς οὓς οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν
εἰπεῖν ὡς οὐχ ἀμφότεροι δίκαια τυγχάνουσι λέγοντες.

111. Οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ μακρολογεῖν, πλὴν τοσοῦτον,
ὡς πλείστων τῇ πόλει ταύτῃ πολέμων καὶ κινδύνων
γεγενημένων οὐδεπώποθ' οἱ πολέμιοι τρόπαιον ἡμῶν
ἔστησαν ἡγουμένου βασιλέως ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἡμετέ-
ρας. Ἔστι δὲ νοῦν ἐχόντων ἀνδρῶν, οἷσπερ ἂν ἐν ταῖς e
μάχαις ἡγεμόσι χρώμενοι κατορθῶσι, τούτοις καὶ περὶ
τῶν μελλόντων κινδύνων συμβουλεύουσι μᾶλλον ἢ τοῖς
ἄλλοις πείθεσθαι.

tare : et vitæ quam non habebimus paucis annis pretio talem laudem multo potius comparare, qua omnis nostra posteritas perfruatur perpetuo, quam exigui temporis cupiditate ductos magno nos involvere dedecore. (110) Arbitror autem vos non alia ratione ad bellum suscipiendum incendi magis et inflammari posse, quam si animis intueamini tanquam astantes parentes liberosque vestros, quorum illi hortentur, ne turpem nomini Spartano aut legibus in quibus educati sumus, aut pugnis sua ætate commissis, notam inuratis; hi autem agrum quem majores reliquerunt, reposcant et potentiam ac principatum Græciæ quem ipsi a patribus acceperimus. Quibus dicere non poterimus vel hos vel illos iniqua postulare.

111. Quid multis opus est? Hoc unum dicam : quum nostra civitas plurimis bellis et periculis sit conflictata, nunquam hostes tropæum de nobis erexerunt duce rege e nostra familia. Prudentium autem virorum est, quibus ducibus in bellis victoria potiuntur, iis etiam, quum bella suscipienda suadent, potius quam aliis obtemperare.

7.

ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΙΚΟΣ.

140 Πολλοὺς ὑμῶν οἶμαι θαυμάζειν ἥντινά ποτε γνώμην a
ἔχων περὶ σωτηρίας τὴν πρόσοδον ἐποιησάμην, ὥσπερ
τῆς πόλεως ἐν κινδύνοις οὔσης ἢ σφαλερῶς αὐτῇ τῶν
πραγμάτων καθεστηκότων, ἀλλ' οὐ πλείους μὲν τριήρεις
ἢ διακοσίας κεκτημένης, εἰρήνην δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν
χώραν ἀγούσης, καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀρχούσης,
(2) ἔτι δὲ συμμάχους ἐχούσης πολλοὺς μὲν τοὺς ἑτοίμως b
ἡμῖν, ἤν τι δέῃ, βοηθήσοντας, πολὺ δὲ πλείους τοὺς
τὰς συντάξεις ὑποτελοῦντας καὶ τὸ προσταττόμενον
ποιοῦντας· ὧν ὑπαρχόντων ἡμᾶς μὲν ἄν τις φήσειεν
εἰκὸς εἶναι θαρρεῖν ὡς πόρρω τῶν κινδύνων ὄντας, τοῖς
δ' ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσήκειν δεδιέναι καὶ βου-
λεύεσθαι περὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας. (3) Ὑμεῖς μὲν οὖν
οἶδ' ὅτι τούτῳ χρώμενοι τῷ λογισμῷ καὶ τῆς ἐμῆς προσ-
όδου καταφρονεῖτε, καὶ πᾶσαν ἐλπίζετε τὴν Ἑλλάδα c
ταύτῃ τῇ δυνάμει κατασχήσειν· ἐγὼ δὲ δι' αὐτὰ ταῦτα
τυγχάνω δεδιώς. Ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα
πράττειν οἰομένας κάκιστα βουλευομένας καὶ τὰς μά-
λιστα θαρρούσας εἰς πλείστους κινδύνους καθισταμένας.
(4) Αἴτιον δὲ τούτων ἐστίν, ὅτι τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν
κακῶν οὐδὲν αὐτὸ καθ' αὑτὸ παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώ- d
ποις, ἀλλὰ συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλού-
τοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκο-
λασία, ταῖς δ' ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη a
141 καὶ πολλὴ μετριότης. (5) Ὥστε χαλεπὸν εἶναι διαγνῶναι
ποτέραν ἄν τις δέξαιτο τῶν μερίδων τούτων τοῖς παισὶ
τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν. Ἴδοιμεν γὰρ ἂν ἐκ μὲν τῆς φαυ-

7.

AREOPAGITICUS.

Multos ego vestrûm mirari puto, quidnam in mentem mihi veniat, ut de salute providendum esse moneam, quasi res publica vel bellis urgeatur vel rebus dubiis conflictetur, quum et triremes amplius ducentas possideat et agrum pacatum habeat et maris imperium teneat, (2) et societate munita sit quum multorum, qui, si res postulet, alacriter nos adjuvent, tum longe plurium, qui et tributa pendant et imperata exsequantur. Quæ quum ita sint, nos quidem dixerit aliquis non immerito magnis esse animis, ut qui longe a periculis absimus; hostes autem nostros causas habere timoris ac saluti suæ consulere oportere. (3) Tametsi autem non ignoro, vos ista cogitantes et orationem meam contemnere et sperare his copiis totius Græciæ potituros; mihi tamen hæc ipsa metum incutiunt, quippe qui videam florentissimas (ut sibi persuaserunt) civitates pessimis uti consiliis, et eas quæ securissimæ sunt, plurimis periculis circumveniri. (4) In causa illud est, quod neque secundæ nec adversæ res ullæ mortalibus solæ contingunt, sed ita comparatum est, ut opes et potentiam dementia et cum hac insolentia comitetur; inopiam autem et humilitatem prudentia et multa moderatio. (5) Quare difficile judicatu est, utram istarum partium liberis quispiam suis relinquere post mortem velit. Siquidem ex ea quæ deterior habetur

λοτέρας εἶναι δοκούσης ἐπὶ τὸ βέλτιον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰς πράξεις ἐπιδιδούσας, ἐκ δὲ τῆς κρείττονος φαινομένης ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰθισμένας μεταπίπτειν. (6) Καὶ τούτων ἐνεγκεῖν ἔχω παραδείγματα πλεῖστα μὲν ἐκ τῶν ἰδιωτικῶν πραγμάτων (πυκνοτάτας γὰρ ταῦτα λαμβάνει τὰς μεταβολάς), οὐ μὴν ἀλλὰ μείζω γε καὶ φανερώτερα b τοῖς ἀκούουσιν ἐκ τῶν ἡμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις συμβάντων. Ἡμεῖς τε γὰρ ἀναστάτου μὲν τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν βαρβάρων γεγενημένης διὰ τὸ δεδιέναι καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς πράγμασιν ἐπρωτεύσαμεν τῶν Ἑλλήνων, ἐπειδὴ δ' ἀνυπέρβλητον ᾠήθημεν τὴν δύναμιν ἔχειν, παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι· (7) Λακεδαιμόνιοί τε τὸ μὲν παλαιὸν ἐκ φαύλων καὶ ταπεινῶν πόλεων ὁρμηθέντες διὰ τὸ σωφρόνως ζῆν καὶ στρατιω- c τικῶς κατέσχον Πελοπόννησον, μετὰ δὲ ταῦτα μεῖζον φρονήσαντες τοῦ δέοντος, καὶ λαβόντες καὶ τὴν κατὰ γῆν καὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν, εἰς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους κατέστησαν ἡμῖν. (8) Ὅστις οὖν εἰδὼς τοσαύτας μεταβολὰς γεγενημένας καὶ τηλικαύτας δυνάμεις οὕτω ταχέως ἀναιρεθείσας πιστεύει τοῖς παροῦσι, λίαν ἀνόητός ἐστιν, ἄλλως τε καὶ τῆς μὲν πόλεως ἡμῶν πολὺ καταδεέστερον νῦν πραττούσης ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν d χρόνον, τοῦ δὲ μίσους τοῦ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῆς ἔχθρας τῆς πρὸς βασιλέα πάλιν ἀνακεκαινισμένης, ἃ τότε κατεπολέμησεν ἡμᾶς.

9. Ἀπορῶ δὲ πότερον ὑπολάβω μηδὲν μέλειν ὑμῖν τῶν κοινῶν πραγμάτων ἢ φροντίζειν μὲν αὐτῶν, εἰς τοῦτο δ' ἀναισθησίας ἥκειν, ὥστε λανθάνειν ὑμᾶς εἰς ὅσην ταραχὴν ἡ πόλις καθέστηκεν. Ἐοίκατε γὰρ οὕτω e διακειμένοις ἀνθρώποις, οἵτινες ἁπάσας μὲν τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ Θρᾴκης ἀπολωλεκότες, πλείω δ' ἢ χίλια τάλαντα μάτην εἰς τοὺς ξένους ἀνηλωκότες, (10) πρὸς δὲ τοὺς Ἕλληνας διαβεβλημένοι καὶ τῷ βαρβάρῳ πολέμιοι γεγονότες, ἔτι δὲ τοὺς μὲν Θηβαίων φίλους σώζειν ἠναγκασμένοι, τοὺς δ' ἡμετέρους αὐτῶν συμμάχους
142 ἀπολωλεκότες, ἐπὶ τοιαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν a δὶς ἤδη τεθύκαμεν, ῥᾳθυμότερον δὲ περὶ αὐτῶν ἐκκλησιάζομεν τῶν πάντα τὰ δέοντα πραττόντων. (11) Καὶ ταῦτ' εἰκότως καὶ ποιοῦμεν καὶ πάσχομεν· οὐδὲν γὰρ οἷόντε γίγνεσθαι κατὰ τρόπον τοῖς μὴ καλῶς περὶ ὅλης τῆς διοικήσεως βεβουλευμένοις, ἀλλ' ἐὰν καὶ κατορθώσωσι περί τινας τῶν πράξεων ἢ διὰ τύχην ἢ δι' ἀνδρὸς ἀρετήν, b μικρὸν διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς ἀπορίας κατέστησαν. Καὶ ταῦτα γνοίη τις ἂν ἐκ τῶν περὶ ἡμᾶς γεγενημένων· (12) ἁπάσης γὰρ τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὴν πόλιν ἡμῶν ὑποπεσούσης καὶ μετὰ τὴν Κόνωνος ναυμαχίαν καὶ μετὰ τὴν Τιμοθέου στρατηγίαν, οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς. Πολιτείαν γὰρ τὴν ὀρθῶς ἂν τοῖς πράγμασι χρησαμένην οὔτ' ἔχομεν c οὔτε καλῶς ζητοῦμεν. (13) Καίτοι τὰς εὐπραγίας ἅπαντες ἴσμεν καὶ παραγιγνομένας καὶ παραμενούσας οὐ τοῖς τὰ τείχη κάλλιστα καὶ μέγιστα περιβεβλημένοις, οὐδὲ τοῖς μετὰ πλείστων ἀνθρώπων εἰς τὸν αὐτὸν

res plerumque videmus incrementa sumere felicitatis; ex altera vero quæ præstantior putatur, recidere solere in deterius. (6) Quarum rerum plurima exempla suppeditant quum privatæ res, quæ frequentissimis obnoxiæ sunt mutationibus, tum vero majora et auditoribus evidentiora casus nostri et Lacedæmoniorum. Nam et nos eversa urbe a barbaris quia metuebamus et negotiis recte administrandis mentem applicabamus, principes Græcorum evasimus; Quum autem nos potentia esse præditos insuperabili putaremus, non multum abfuit quin sub hasta venderemur: (7) et Lacedæmonii ex obscuris olim et parvis oppidulis progressi vitæ modestia et disciplina militari Peloponnesum subegerunt; post autem fastu et superbia elati, quum terræ marisque imperium adepti essent, eadem quæ nos discrimina subierunt. (8) Quisquis igitur hujusmodi mutationes non ignorat, et quum tantas opes tam subito eversas videat, præsenti statui tamen fidit, nimis incogitans est, præsertim quum nostræ urbis res deteriore loco sint, quam illo tempore, renovatis Græcorum odiis regisque Persarum inimicitiis, quæ tum nos debellarunt.

9. Sum equidem animi dubius, utrum existimem nulla vos affici reipublicæ cura, an, quum eam curetis, non tamen animadvertere, in quantis turbis civitas nostra versetur. Nam vos hominibus hac mente præditis comparandi estis, qui et urbibus Thraciis omnibus amissis, et pecunia ultra mille talentûm in stipendia militum profusa, (10) Græcis suspecti et hostes facti Barbaro, et Thebanorum amicos servare coacti, et sociis nostris privati, ob talia facta bis jam, quasi re bene gesta, supplicationes decrevimus; ac negligentius pro concione deliberamus, quam hi quibus omnia secundissima acciderunt. (11) Neque vero mirum est nos his actionibus casibusque implicari. Nihil enim rite ab ullis perfici potest, nisi de summa republica recte deliberarint. Etsi enim nonnulla prospere processere, seu fortuito seu virtute viri alicujus, paulo post tamen in easdem difficultates incurrunt. Id quod e nostris eventibus cernitur. (12) Quum enim universa Græcia post navale Cononis prælium et Timothei imperium in nostræ civitatis potestatem cecidisset, res secundas diutius retinere non potuimus, sed celeriter destruximus eas et dissipavimus. Rempublicam enim qua quicquam recte administretur, nec habemus nec consequi recte studemus. (13) Atqui scimus omnes felicitatem potissimum et parare et retinere non eos qui maxima et pulcherrima sibi mœnia circumdederunt aut qui maximam hominum turbam in locum eundem conduxerunt, sed eos,

τόπον συνηθροισμένοις, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα καὶ σωφρονέστατα τὴν αὑτῶν πόλιν διοικοῦσιν. (14) Ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἕτερον ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ βουλευομένη περὶ ἁπάντων, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ d διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα· ταύτῃ καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς ἰδιώτας ἀναγκαῖόν ἐστιν ὁμοιοῦσθαι, καὶ πράττειν οὕτως ἑκάστους οἵαν περ ἂν ταύτην ἔχωσιν. (15) Ἧς ἡμεῖς διεφθαρμένης οὐδὲν φροντίζομεν, οὐδὲ σκοποῦμεν ὅπως ἐπανορθώσομεν αὐτήν· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἐργαστηρίων καθίζοντες κατηγοροῦμεν τῶν καθεστώτων, καὶ λέγομεν ὡς οὐδέποτ' ἐν δημοκρατίᾳ κάκιον ἐπολιτεύθημεν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι καὶ ταῖς διανοίαις αἷς ἔχομεν μᾶλλον e αὐτὴν ἀγαπῶμεν τῆς ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης. Ὑπὲρ ἧς ἐγὼ καὶ τοὺς λόγους μέλλω ποιεῖσθαι 143 καὶ τὴν πρόσοδον ἀπεγραψάμην. (16) Εὑρίσκω γὰρ a ταύτην μόνην ἂν γενομένην καὶ τῶν μελλόντων κινδύνων ἀποτροπὴν καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν, ἢν ἐθελήσωμεν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν ἀναλαβεῖν, ἣν Σόλων μὲν ὁ δημοτικώτατος γενόμενος ἐνομοθέτησε, Κλεισθένης δ' ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγαγὼν πάλιν ἐξ ἀρχῆς κατέστησεν· (17) ἧς οὐκ ἂν εὕροιμεν οὔτε δημοτικωτέραν οὔτε τῇ πόλει μᾶλλον συμφέρουσαν. Τεκμήριον δὲ μέγιστον· οἱ μὲν b γὰρ ἐκείνῃ χρώμενοι, πολλὰ καὶ καλὰ διαπραξάμενοι καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐδοκιμήσαντες, παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγεμονίαν ἔλαβον, οἱ δὲ τῆς νῦν παρούσης ἐπιθυμήσαντες, ὑπὸ πάντων μισηθέντες καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντες, μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. (18) Καίτοι πῶς χρὴ ταύτην τὴν πολιτείαν ἐπαινεῖν ἢ στέργειν τὴν τοσούτων μὲν κακῶν αἰτίαν πρότερον γενομένην, νῦν c δὲ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον φερομένην; πῶς δ' οὐ χρὴ δεδιέναι μὴ τοιαύτης ἐπιδόσεως γιγνομένης τελευτῶντες εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐξοκείλωμεν;

19. Ἵνα δὲ μὴ συλλήβδην μόνον ἀκηκοότες, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδότες ποιῆσθε καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν κρίσιν αὐτῶν, ὑμέτερον μὲν ἔργον ἐστὶ παρασχεῖν ὑμᾶς αὐτοὺς προσέχοντας τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, d ἐγὼ δ' ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα περὶ ἀμφοτέρων τούτων πειράσομαι διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς.

20. Οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὴν πόλιν διοικοῦντες κατεστήσαντο πολιτείαν οὐκ ὀνόματι μὲν τῷ κοινοτάτῳ καὶ πρᾳοτάτῳ προσαγορευομένην, ἐπὶ δὲ τῶν πράξεων οὐ τοιαύτην τοῖς ἐντυγχάνουσι φαινομένην, οὐδ' ἣ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπαίδευε τοὺς πολίτας ὥσθ' ἡγεῖσθαι τὴν μὲν ἀκολασίαν δημοκρατίαν, τὴν δὲ παρανομίαν ἐλευθερίαν, τὴν δὲ παρρησίαν ἰσονομίαν, e τὴν δ' ἐξουσίαν τοῦ ταῦτα ποιεῖν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ μισοῦσα καὶ κολάζουσα τοὺς τοιούτους, βελτίους καὶ σωφρονεστέρους ἅπαντας τοὺς πολίτας ἐποίησεν. (21) Μέγιστον δ' αὐτοῖς συνεβάλετο πρὸς τὸ καλῶς οἰκεῖν

ferebat, quod, quum duo æqualitatis putentur esse genera, quorum alterum idem omnibus, alterum singulis pro dignitate tribuit: non ignorarunt, utra esset utilior, sed hac æqualitate, quæ nullum discrimen inter bonos et improbos facit, ut iniqua repudiata, (22) illam quæ pro suo quemque merito et honorat et punit, amplexi et in gerenda republica secuti, non promiscue omnes ad societatem magistratuum admiserunt, sed optimum quemque et singulis muneribus obeundis aptissimum adhibito judicio prætulerunt. Nam ad eorum exemplum, penes quos summa rerum esset, etiam ceteros se comparaturos sperabant. (23) Deinde populariorem putarunt hanc rationem ea quæ sorte magistratus creat. Nam sortitionis gubernatrix fortuna futura est et sæpe magistratus contingent paucorum potentiæ studiosis. Quum autem integerrimi quique delectu habito potiores habeantur, in populi potestate futurum est eos eligere, qui præsentem statum maxime conservatum volent. (24) Ut autem hæc multitudini placerent, nullæque de magistratibus contentiones orirentur, in causa illud erat, quod laboribus et frugalitati assueverant, neque sua negligebant, alienis inhiabant, nec e publico rem privatam stabiliebant, sed de suo quisque, si forte res postulabat, rempublicam juvabat, nec melius sciebant quos e curia quam quos e suo reditus haberent. (25) Quin etiam a vectigalibus civitatis tantopere abstinebant, ut illis temporibus difficilius esset invenire qui rempublicam capessere vellent, quam nunc qui ejus administratione carere possint. Nec enim reipublicæ curam negotiationem, sed munus existimabant, nec a primo die, quum adepti essent honorem, computabant an priores magistratus sordidi aliquid lucelli reliquissent, sed multo magis, an aliquid neglexissent, quod primo quoque tempore conficiendum esset. (26) Denique ut paucis absolvam, ita statuebant, oportere populum, tanquam dominum, constituere magistratus et punire delinquentes et judicare de controversiis; iis autem qui otium agere possent, quique haberent unde viverent, ita curandam esse rempublicam, ut qui ejus servi essent. (27) Qui si munus suum recte administrassent, laudandos esse eoque honore contentos esse debere; sin male rem gessissent, nullam eis veniam tribuendam, sed mulctas maximas irrogandas. Enimvero quænam aut firmior aut justior democratia invenietur ea, quæ potentissimos quosque summæ rerum præficit et eorum ipsorum populum dominum constituit?

28. Ac respublica eorum hoc modo fuit ordinata: unde facile intelligitur, eos etiam in quotidianæ vitæ ratione honestatis ac legum perpetuo fuisse studiosos. Aliter enim fieri non potest, quin qui summæ rerum fundamenta rite jecerunt, etiam singulas partes eodem modo exstruant.

29. Ac primum quod ad deos immortales attinet (hinc enim jure ordiendum est), non inæqualiter, non perturbate

ἐθεράπευον οὔτ' ὠργίαζον· οὐδ' ὁπότε μὲν δόξειεν αὐτοῖς, τριακοσίους βοῦς ἔπεμπον, ὁπότε δὲ τύχοιεν, τὰς πατρίους θυσίας ἐξέλειπον· οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτάς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον· (30) ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσουσι μήτ' ἔξω τῶν νομιζομένων προσ- d θήσουσιν· οὐ γὰρ ἐν ταῖς πολυτελείαις ἐνόμιζον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ' ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν. Καὶ γάρ τοι καὶ τὰ παρὰ τῶν θεῶν οὐκ ἐμπλήκτως οὐδὲ ταραχωδῶς αὐτοῖς συνέβαινεν, ἀλλ' εὐκαίρως καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς χώρας καὶ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν.

31. Παραπλησίως δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς διῴκουν. Οὐ γὰρ μόνον περὶ τῶν κοινῶν e ὡμονόουν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν ἴδιον βίον τοσαύτην ἐποιοῦντο πρόνοιαν ἀλλήλων, ὅσην περ χρὴ τοὺς εὖ
146 φρονοῦντας καὶ πατρίδος κοινωνοῦντας. Οἵ τε γὰρ a πενέστεροι τῶν πολιτῶν τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ φθονεῖν τοῖς πλείω κεκτημένοις, (32) ὥσθ' ὁμοίως ἐκήδοντο τῶν οἴκων τῶν μεγάλων ὥσπερ τῶν σφετέρων αὐτῶν, ἡγούμενοι τὴν ἐκείνων εὐδαιμονίαν αὑτοῖς εὐπορίαν ὑπάρχειν· οἵ τε τὰς οὐσίας ἔχοντες οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες αἰσχύνην αὑτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, τοῖς μὲν γεωργίας ἐπὶ μετρίαις b μισθώσεσι παραδιδόντες, τοὺς δὲ κατ' ἐμπορίαν ἐκπέμποντες, τοῖς δ' εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας ἀφορμὴν παρέχοντες. (33) Οὐ γὰρ ἐδεδίεσαν μὴ δυοῖν θάτερον πάθοιεν, ἢ πάντων στερηθεῖεν, ἢ πολλὰ πράγματα σχόντες μέρος τι κομίσαιντο τῶν προεθέντων· ἀλλ' ὁμοίως ἐθάρρουν περὶ τῶν ἔξω δεδομένων ὥσπερ περὶ τῶν ἔνδον κειμένων. Ἑώρων γὰρ τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων κρίνοντας οὐ ταῖς ἐπιεικείαις χρωμένους, ἀλλὰ τοῖς νόμοις πειθομένους, (34) οὐδ' ἐν τοῖς τῶν ἄλλων c ἀγῶσιν αὑτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρασκευάζοντας, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιζομένους τοῖς ἀποστεροῦσιν αὐτῶν τῶν ἀδικουμένων, καὶ νομίζοντας διὰ τοὺς ἄπιστα τὰ συμβόλαια ποιοῦντας μείζω βλάπτεσθαι τοὺς πένητας τῶν πολλὰ κεκτημένων· τοὺς μὲν γάρ, ἢν παύσωνται προϊέμενοι, μικρῶν προσόδων ἀποστερηθήσεσθαι, τοὺς δ', ἢν ἀπορήσωσι τῶν ἐπαρκούντων, εἰς τὴν ἐσχάτην ἔνδειαν καταστήσεσθαι. (35) Καὶ γάρ τοι διὰ τὴν d γνώμην ταύτην οὐδεὶς οὔτ' ἀπεκρύπτετο τὴν οὐσίαν οὔτ' ὤκνει συμβάλλειν, ἀλλ' ἥδιον ἑώρων τοὺς δανειζομένους ἢ τοὺς ἀποδιδόντας. Ἀμφότερα γὰρ αὐτοῖς συνέβαινεν, ἅπερ ἂν βουληθεῖεν ἄνθρωποι νοῦν ἔχοντες· ἅμα γὰρ τούς τε πολίτας ὠφέλουν καὶ τὰ σφέτερ' αὑτῶν ἐνεργὰ καθίστασαν. Κεφάλαιον δὲ τοῦ καλῶς ἀλλήλοις ὁμιλεῖν· αἱ μὲν γὰρ κτήσεις ἀσφαλεῖς ἦσαν, e οἷσπερ κατὰ τὸ δίκαιον ὑπῆρχον, αἱ δὲ χρήσεις κοιναὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν.

36. Ἴσως ἂν οὖν τις ἐπιτιμήσειε τοῖς εἰρημένοις, ὅτι τὰς μὲν πράξεις ἐπαινῶ τὰς ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις

vel ipsos colebant vel eorum festa celebrabant, nec, si quando visum eis esset, taurorum trecentorum pompam instituebant, alias levi quapiam de causa patria sacra omittebant, neque peregrinas ferias, quibus epulæ adhibentur, splendide agitabant, in religiosissimis autem sacris locatione sumptuum facta sacrificabant: (30) sed illud accurate observabant, ne a patribus acceptum quicquam vel abrogarent vel ultra consueta adjicerent. Nec enim magnitudine sumptuum religionem metiebantur, sed eorum rituum accurata observatione, quos eis majores tradidissent. Quapropter etiam quæ a diis dantur, iis non temere neque sine ordine contigerunt, sed suo tempore, ut et ad agros colendos et ad fruges percipiendas accommodata essent.

31. Consimilem ad modum etiam inter sese agebant. Nec enim de republica tantum consentiebant: sed in privata quoque vita sic alios alii curabant, ut cordatos viros decet et communitate patriæ devinctos. Nam et tenuiores cives adeo non invidebant ditioribus, (32) ut æque solliciti essent de magnis familiis ac de suis, existimantes illorum divitias suas esse copias, et locupletes tantum aberat ut despicerent eos qui re minus lauta essent, ut civium inopiam dedecori sibi esse putantes, illorum necessitatibus subvenirent, aliis agros colendos mediocri pecunia locando, alios ad negotiationem ablegando, aliis sortem ad alios quæstus suppeditando. (33) Nec enim metuebant ne alterutrum sibi usu veniret, ut vel totius summæ jacturam facerent vel magnis molestiis partem aliquam datæ pecuniæ recuperarent: sed non minus tutam putabant pecuniam aliis mutuo datam, quam domi repositam. Videbant enim eos qui de rebus privatis judicarent non abuti lenitate, sed legibus obtemperare, (34) neque sibi in aliorum periculis delinquendi securitatem præparare, sed magis irasci fraudantibus, quam eos ipsos quibus fiebat injuria. Nam qui fidem contractuum violarent, eos pauperibus censebant plus nocere quam opulentis: hos enim, si a negotiis sese abstinerent, parvis reditibus spoliatum iri; illos, si deessent qui opem ferrent, extrema inopia laboraturos. (35) Itaque quum his animis essent, neque opes suas celabat quisquam, neque contrahere cum aliis recusabat; imo libentius videbant eos qui mutuum petebant, quam qui reddebant. Utraque enim illis usu veniebant, quæ prudentes homines expetenda censeant, ut simul et civibus prodessent et sua re familiari quæstum facerent; et quod summum est et ad civilem consuetudinem aptissimum, ut et possessiones in tuto essent iis qui eas jure tenebant, et usus earum ex æquo communis civibus omnibus qui indigerent.

36. Fortasse autem erunt qui hæc quæ diximus reprehendant, quod actiones illorum temporum laudem, causas

147 γεγενημένας, τὰς δ' αἰτίας οὐ φράζω, δι' ἃς οὕτω κα- a
λῶς καὶ τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς εἶχον καὶ τὴν πόλιν διῴ-
κουν. Ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν εἰρηκέναι τι καὶ τοιοῦτον, οὐ
μὴν ἀλλ' ἔτι πλείω καὶ σαφέστερον πειράσομαι διαλε-
χθῆναι περὶ αὐτῶν.

37. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐχ ἐν μὲν ταῖς παιδείαις πολλοὺς
τοὺς ἐπιστατοῦντας εἶχον, ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας δοκιμα-
σθεῖεν, ἐξῆν αὐτοῖς ποιεῖν ὅ τι βουληθεῖεν, ἀλλ' ἐν αὐταῖς
ταῖς ἀκμαῖς πλέονος ἐπιμελείας ἐτύγχανον ἢ παῖδες b
ὄντες. Οὕτω γὰρ ἡμῶν οἱ πρόγονοι σφόδρα περὶ τὴν
σωφροσύνην ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου
βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας, ἧς οὐχ
οἷόν τ' ἦν μετασχεῖν πλὴν τοῖς καλῶς γεγονόσι καὶ πολ-
λὴν ἀρετὴν ἐν τῷ βίῳ καὶ σωφροσύνην ἐνδεδειγμέ-
νοις, ὥστ' εἰκότως αὐτὴν διενεγκεῖν τῶν ἐν τοῖς Ἕλ-
λησι συνεδρίων. (38) Σημείοις δ' ἄν τις χρήσαιτο περὶ c
τῶν τότε καθεστώτων καὶ τοῖς ἐν τῷ παρόντι γιγνομέ-
νοις· ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἁπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν
καὶ τὴν δοκιμασίαν κατημελημένων ἴδοιμεν ἂν τοὺς ἐν
τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οὐκ ἀνεκτοὺς ὄντας, ἐπειδὰν εἰς
Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, ὀκνοῦντας τῇ φύσει χρῆσθαι
καὶ μᾶλλον τοῖς ἐκεῖ νομίμοις ἢ ταῖς αὑτῶν κακίαις
ἐμμένοντας. Τοσοῦτον φόβον ἐκεῖνοι τοῖς πονηροῖς
ἐνειργάσαντο, καὶ τοιοῦτον μνημεῖον ἐν τῷ τόπῳ τῆς
αὑτῶν ἀρετῆς καὶ σωφροσύνης ἐγκατέλιπον. d

39. Τὴν δὴ τοιαύτην, ὥσπερ εἶπον, κυρίαν ἐποίησαν
ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐταξίας. ἢ τοὺς μὲν οἰομένους ἐν-
ταῦθα βελτίστους ἄνδρας γίγνεσθαι, παρ' οἷς οἱ νόμοι
μετὰ πλείστης ἀκριβείας κείμενοι τυγχάνουσιν, ἀγνοεῖν
ἐνόμιζεν· οὐδὲν γὰρ ἂν κωλύειν ὁμοίους ἅπαντας εἶναι
τοὺς Ἕλληνας ἕνεκά γε τοῦ ῥᾴδιον εἶναι τὰ γράμματα
λαβεῖν παρ' ἀλλήλων. (40) Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκ τούτων e
τὴν ἐπίδοσιν εἶναι τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ τῶν καθ' ἑκά-
στην τὴν ἡμέραν ἐπιτηδευμάτων· τοὺς γὰρ πολλοὺς
ὁμοίους τοῖς ἤθεσιν ἀποβαίνειν, ἐν οἷς ἂν ἕκαστοι παι-
δευθῶσιν. Ἐπεὶ τά γε πλήθη καὶ τὰς ἀκριβείας τῶν
νόμων σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν
148 ταύτην· ἐμφράγματα γὰρ αὐτοὺς ποιουμένους τῶν a
ἁμαρτημάτων πολλοὺς τίθεσθαι τοὺς νόμους ἀναγκά-
ζεσθαι. (41) Δεῖν δὲ τοὺς ὀρθῶς πολιτευομένους οὐ τὰς
στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς
ἔχειν τὸ δίκαιον· οὐ γὰρ τοῖς ψηφίσμασιν ἀλλὰ τοῖς
ἤθεσι καλῶς οἰκεῖσθαι τὰς πόλεις, καὶ τοὺς μὲν κακῶς
τεθραμμένους καὶ τοὺς ἀκριβῶς τῶν νόμων ἀναγε-
γραμμένους τολμήσειν παραβαίνειν, τοὺς δὲ καλῶς
πεπαιδευμένους καὶ τοῖς ἁπλῶς κειμένοις ἐθελήσειν b
ἐμμένειν. (42) Ταῦτα διανοηθέντες οὐ τοῦτο πρῶτον
ἐσκόπουν, δι' ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, ἀλλ' ἐξ
ὧν παρασκευάσουσι μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας ἐξα-
μαρτάνειν· ἡγοῦντο γὰρ τοῦτο μὲν αὑτῶν ἔργον εἶναι,
τὸ δὲ περὶ τὰς τιμωρίας σπουδάζειν τοῖς ἐχθροῖς προσ-
ήκειν.

43. Ἁπάντων μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν πολιτῶν, μά-
λιστα δὲ τῶν νεωτέρων. Ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικού-

autem, propter quas et inter sese tam pacate vixerint et urbem tam præclare gubernarint, non explicem. Ego vero etsi nonnihil ejus quoque generis me dixisse puto, plura tamen et dilucidius his de rebus disserere conabor.

37. Nam illi quidem non, ut puerilis institutionis magnam curam suscipiebant, sic adultis omnem quidvis agendi licentiam dabant; sed qui jam integra ætate erant, diligentius observabantur quam in pueritia. Adeo enim majores nostri modestiæ diligenter rationem habuerunt, ut senatum Areopagiticum censuræ morum præfecerint, in quem ordinem admitti non poterant nisi et honesto loco nati et virtute ac vitæ integritate spectatissimi. Quare non mirum est eum senatum totius Græciæ conciliis antecelluisse. (38) Quæ autem olim ejus loci ratio fuerit, ex his quæ etiam hodie fiunt, intelligitur, quum nunc etiam, quamquam omnis diligentia in eligendo explorandoque omittitur, videamus eos qui ceteris in rebus intolerabiles sint, ubi in Areopagum ascenderint, non audere naturæ suæ indulgere, sed illius institutis potius uti quam pravitati suæ immorari. Tantum illi metum improbis injecerunt ac tam illustre suæ virtutis et prudentiæ monumentum in eo loco reliquerunt.

39. Hunc igitur talem, ut dixi, senatum censuræ morum præfecerunt qui eos, qui ibi præstantissimos viros fore putarent, ubi leges exquisitissimæ haberentur, prorsus a vero aberrare judicabat; nihil enim impedire quominus omnes Græci æquales essent, quum proclive sit leges alios ab aliis exscriptas mutuari. (40) Verum non has virtutis afferre incrementa, sed quotidianæ vitæ consuetudinem. Nam plerosque iis moribus similes evadere quibus singuli educati fuerint; multitudinem autem et accuratiorem legum constitutionem signum esse mali status reipublicæ. Nam dum delicta quasi aggeribus objectis coercere conentur, necessario cumulari leges. (41) Decere autem prudentes magistratus non porticus implere legibus, sed efficere ut cives animis insitum habeant justitiæ studium. Non enim senatusconsulta aut plebiscita, sed præclara instituta felicem efficere civitatem. Nam homines male institutos leges etiam exquisitissimas negligere audere; qui autem recte educati sint, vel simplicissimis legibus ac mori majorum velle obtemperare. (42) Hæc illi cogitantes non hoc primum spectabant, quibus modis insolentiam punirent; sed qua ratione cives adduci possent, ut ne quid pœna dignum admitterent. Hoc enim ad se pertinere existimabant; suppliciis infligendis invigilare, hostium esse.

43. Curabant igitur quum omnes cives, tum vero adolescentes in primis. Videbant enim eam ætatem turbulen-

τους ταραχωδέστατα διακειμένους καὶ πλείστων γέ- c μοντας ἐπιθυμιῶν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν μάλιστα δαμησθῆναι δεομένας ἐπιμελείαις καλῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ πόνοις ἡδονὰς ἔχουσιν· ἐν μόνοις γὰρ ἂν τούτοις ἐμμεῖναι τοὺς ἐλευθέρως τεθραμμένους καὶ μεγαλοφρονεῖν εἰθισμένους. (44) Ἅπαντας μὲν οὖν ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἄγειν διατριβὰς οὐχ οἷόν τ' ἦν, ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον ἔχοντας· ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, d οὕτως ἑκάστοις προσέταττον. Τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας ἐπὶ τὰς γεωργίας καὶ τὰς ἐμπορίας ἔτρεπον, εἰδότες τὰς ἀπορίας μὲν διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας· (45) ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν ἀπαλλάξειν ᾤοντο καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων τῶν μετ' ἐκείνην γιγνομένων. Τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους περὶ τὴν ἱππικὴν καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰ κυνηγέσια καὶ τὴν e φιλοσοφίαν ἠνάγκασαν διατρίβειν, ὁρῶντες ἐκ τούτων τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τοὺς δὲ τῶν πλείστων κακῶν ἀπεχομένους. (46) Καὶ ταῦτα νομοθετήσαντες οὐδὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ὠλιγώρουν, ἀλλὰ διε-
149 λόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν δὲ χώραν κατὰ a δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἑκάστου, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἀνῆγον εἰς τὴν βουλήν. Ἡ δὲ τοὺς μὲν ἐνουθέτει, τοῖς δ' ἠπείλει, τοὺς δ' ὡς προσῆκεν ἐκόλαζεν. Ἠπίσταντο γὰρ ὅτι δύο τρόποι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ καὶ προτρέποντες ἐπὶ τὰς ἀδικίας καὶ παύοντες τῶν πονηριῶν· (47) παρ' οἷς μὲν γὰρ μήτε φυλακὴ μηδεμία τῶν τοιούτων καθέστηκε μήθ' αἱ κρίσεις ἀκριβεῖς εἰσι, παρὰ τούτοις μὲν διαφθείρεσθαι καὶ τὰς b ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων· ὅπου δὲ μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥᾴδιόν ἐστι μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐνταῦθα δ' ἐξιτήλους γίγνεσθαι τὰς κακοηθείας. Ἅπερ ἐκεῖνοι γιγνώσκοντες ἀμφοτέροις κατεῖχον τοὺς πολίτας, καὶ ταῖς τιμωρίαις καὶ ταῖς ἐπιμελείαις· τοσούτου γὰρ ἔδεον αὐτοὺς λανθάνειν οἱ κακόν τι δεδρακότες, ὥστε καὶ τοὺς ἐπιδόξους ἁμαρτήσεσθαί τι προησθάνοντο. (48) Τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς σκιραφείοις οἱ c νεώτεροι διέτριβον, οὐδ' ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, οὐδ' ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις ἐν οἷς νῦν διημερεύουσιν· ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυμάζοντες τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. Οὕτω δ' ἔφευγον τὴν ἀγοράν, ὥστ' εἰ καί ποτε διελθεῖν ἀναγκασθεῖεν, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης ἐφαίνοντο τοῦτο ποιοῦντες. (49) Ἀντειπεῖν δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἢ λοιδορήσασθαι δεινότερον ἐνόμιζον ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας d ἐξαμαρτεῖν. Ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν ἢ πιεῖν οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησεν· σεμνύνεσθαι γὰρ ἐμελέτων, ἀλλ' οὐ βωμολοχεύεσθαι. Καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ καὶ τοὺς σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον.

50. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με δυσκόλως διακεῖσθαι πρὸς e τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν ἡλικίαν. Οὔτε γὰρ ἡγοῦμαι τούτους αἰτίους εἶναι τῶν γιγνομένων, σύνοιδά τε τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι ταύτῃ τῇ καταστάσει,

tissimis affectibus agitari et plurimis redundare cupiditatibus, maximeque necessarium esse illorum animos honestis studiis et temperatis voluptate laboribus subigi. Eos enim qui liberaliter educati et magnitudini animorum assuefacti essent, in solis illis rebus perseveraturos. (44) Universis porro easdem exercitationes præscribere in tanta rei familiaris inæqualitate non potuerunt, sed ut singulorum facultates ferebant, ita singulis præcipiebant. Nam tenuiores ad agriculturam et negotiationes deducebant, non ignari et inopiæ causam esse pigritiam et ad mala facinora per inopiam plerosque impelli. (45) Quare fonte malorum sublato, etiam cetera delicta, quæ inde velut ebullirent, censebant posse præcaveri. Locupletes autem animum ad rem equestrem, ad gymnasia, ad venationes et philosophiam adjungere cogebant. Hoc enim eam vim habere perspiciebant, ut alii virtutibus excellerent, alii flagitiis plurimis abstinerent. (46) Neque, quum hæc legibus sanxissent, reliquo tempore negligentes erant, sed civitate in vicos, agro in municipia distributo, uniuscujusque vitam spectabant et insolentes in senatum ducebant. Is vero alios monebat, aliis minitabatur, alios ut par erat puniebat. Duas enim sciebant esse rationes, quæ et ad injurias incitarent et a sceleribus revocarent. (47) Nam apud quos nemo studium habeat flagitia cavendi, ubi severa judicia nulla exerceantur, ibi etiam bona ingenia corrumpi. Ubi autem delinquentes neque facile delitescant, neque convicti veniæ spem habeant, ibi demum naturæ morumque pravitatem paulatim aboleri. Illi igitur, his cognitis, utraque re cives in officio continebant, et pœna, et diligentia. Tantum enim aberat ut laterent hi qui deliquissent, ut ante animadverterent, quosnam verisimile esset peccaturos esse. (48) Quare non in lustris adolescentes aleam ludebant, nec versabantur apud tibicinas aut in hujusmodi conventiculis, in quibus nunc totos dies conterunt; sed iis studiis immorabantur, quibus erant destinati; et qui principem in illis locum tenebant, eos admirabantur et sectabantur. Forum autem ita fugiebant, ut, si quando transire cogerentur, id magna cum verecundia et modestia facere viderentur. (49) Senioribus vero contradicere aut maledicere gravius esse putabant, quam nunc parentes violare. Jam in caupona edere aut bibere nemo ne servus quidem frugi audebat. Gravitati, non scurrilitati studebant, et homines dicaces et ad irridendum paratos, quos nunc facetos vocant, illi calamitosos judicabant.

50. Neque vero me quisquam existimet iratum esse isti ætati. Neque enim quicquam harum rerum adolescentibus est imputandum, et plurimos eorum scio ista ratione minime

δι' ἣν ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀκολασίαις ταύταις διατρίβειν· ὥστ' οὐκ ἂν εἰκότως τούτοις ἐπιτιμῴην, ἀλλὰ πολὺ
150 δικαιότερον τοῖς ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν τὴν πόλιν διοικήσασιν. a
(51) Ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν οἱ προτρέψαντες ἐπὶ ταύτας τὰς ὀλιγωρίας καὶ καταλύσαντες τὴν τῆς βουλῆς δύναμιν· ἧς ἐπιστατούσης οὐ δικῶν οὐδ' ἐγκλημάτων οὐδ' εἰσφορῶν οὐδὲ πενίας οὐδὲ πολέμων ἡ πόλις ἔγεμεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην ἦγον. Παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστούς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς· (52) b
τοὺς μὲν γὰρ σεσωκότες ἦσαν, παρὰ δὲ τῶν δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥστ' ἀγαπᾶν ἐκείνους εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν. Τοιγάρτοι διὰ ταῦτα μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον, ὥστε καλλίους εἶναι καὶ πολυτελεστέρας τὰς οἰκήσεις καὶ τὰς κατασκευὰς τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ἢ τὰς ἐντὸς τείχους, καὶ πολλοὺς τῶν πολιτῶν μηδ' εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ καταβαίνειν, ἀλλ' αἱρεῖσθαι μένειν c
ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς μᾶλλον ἢ τῶν κοινῶν ἀπολαύειν. (53) Οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας, ὧν ἕνεκ' ἄν τις ἦλθεν, ἀσελγῶς οὐδ' ὑπερηφάνως ἀλλὰ νοῦν ἐχόντως ἐποίουν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν οὐδ' ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονικιῶν οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως οἰκεῖν καὶ τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν καὶ τοῦ μηδένα d
τῶν πολιτῶν ἀπορεῖν τῶν ἐπιτηδείων. Ἐξ ὧνπερ χρὴ κρίνειν τοὺς ὡς ἀληθῶς εὖ πράττοντας καὶ μὴ φορτικῶς πολιτευομένους· (54) ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ φρονούντων ἀλγήσειεν, ὅταν ἴδῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν αὐτοὺς μὲν περὶ τῶν ἀναγκαίων, εἴθ' ἕξουσιν εἴτε μή, πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους, τῶν δ' Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους τρέφειν ἀξιοῦντας, καὶ χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱμα- e
τίοις, χειμάζοντας δ' ἐν τοιούτοις ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν, καὶ τοιαύτας ἄλλας ἐναντιώσεις περὶ τὴν διοίκησιν γιγνομένας, αἳ μεγάλην αἰσχύνην τῇ πόλει ποιοῦσιν; (55) Ὧν οὐδὲν ἦν ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς· ἀπήλλαξε γὰρ τοὺς μὲν πένητας τῶν ἀποριῶν ταῖς ἐργασίαις
151 καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις, τοὺς δὲ νεωτέ- a
ρους τῶν ἀκολασιῶν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις, τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν ταῖς τιμωρίαις καὶ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῶν ἀθυμιῶν ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. Καίτοι πῶς ἂν γένοιτο ταύτης πλείονος ἀξία πολιτεία, τῆς οὕτω καλῶς ἁπάντων τῶν πραγμάτων ἐπιμεληθείσης;

56. Περὶ μὲν οὖν τῶν ποτε καθεστώτων τὰ μὲν πλεῖ- b
στα διεληλύθαμεν· ὅσα δὲ παραλελοίπαμεν, ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι κἀκεῖνα τὸν αὐτὸν τρόπον εἶχε τούτοις, ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν. Ἤδη δέ τινες ἀκούσαντές μου ταῦτα διεξιόντος ἐπῄνεσαν μὲν ὡς οἷόντε μάλιστα, καὶ τοὺς προγόνους ἐμακάρισαν ὅτι τὸν τρόπον τοῦτον τὴν πόλιν διῴκουν, (57) οὐ μὴν ὑμᾶς γ' ᾤοντο πεισθήσεσθαι χρῆσθαι τούτοις, ἀλλ' αἱρήσεσθαι διὰ τὴν συν- c
ήθειαν ἐν τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι κακοπαθεῖν

delectari, qua impune licet tam petulanter agitare. Quare iniquum fuerit eis succensere; illi potius accusandi sunt, qui paulo ante nos rempublicam gesserunt. (51) Isti sunt qui huic licentiæ locum fracta senatus auctoritate dederunt, penes quem dum summa rerum esset, non accusationibus, non criminationibus, non exactionibus, non paupertate, neque bellis civitas redundabat, sed cives et inter se concordes et tranquilli erant, et cum aliis universis pacate vivebant. Præbebant enim se et Græcis fideles et barbaris formidabiles. (52) Nam illos quidem conservarant, hos autem sic ulti erant, ut bene secum agi putarent, si nullis praeterea malis afficerentur. Unde etiam factum est ut in magna securitate degerent, et pulchriora ac sumptuosiora essent ædificia et apparatus in agris quam intra mœnia, multique civium nec in solemnibus festis in urbem descenderent, sed sua re familiari quam publicis spectaculis frui mallent. (53) Nec enim solemnes sacrificiorum pompas, quarum gratia venisset aliquis, luxuriose aut superbe, sed sapienter instruebant; nam felicitatem non pomparum splendore aut choragiorum contentionibus aut simili quapiam insolentia metiebantur, sed quotidianæ vitæ modestia, et tali rerum necessariarum copia, ut ne qui cives egerent. Quibus e rebus æstimandi sunt vere felices et non importune gerentes rempublicam. (54) Nam quis quæso vir prudens est, quem hic qui nunc obtinet status non magno dolore afficiat, quum viderit multos cives, utrum ipsi habituri sint ad victum necessaria necne, ante tribunalia sortem ducere, et ex Græcis eos qui remos agere voluerint, ali jubere? in aureis vestimentis saltare, in iis hibernare, quæ ego dicere nolo, sicut et alia multa prætereo, quæ inter sese minime consentiunt in gerenda republica magnumque ei dedecus imprimunt? (55) Quarum rerum illo senatu vigente nihil erat. Levabat enim is inopia tenuiores publicis operibus et locupletum adjumentis; juventutis intemperantiam honestis institutis et acri animadversione coercebat; magistratuum avaritiæ frenos injiciebat suppliciis et indagatione sollerti injuriarum; senibus diffidentiam excutiebat honoribus gerendorum magistratuum et adolescentum observantia. Quæ igitur respublica melius constitui queat ea quæ rerum omnium curam tam diligentem suscepit?

56. Atque instituta quidem illius ætatis pleraque recensuimus; si qua vero prætermisimus, illorum quoque consimilem fuisse rationem, de hisce facile intelligitur. Non defuerunt autem qui audita hac oratione tum me maximis laudibus extulerint, tum majorum nostrorum felicitatem prædicarint, qui hanc gerendæ reipublicæ rationem secuti essent, (57) non tamen existimarint vos eam æmulaturos, sed fore, ut vi consuetudinis impulsi malitis isto rerum statu acerba complura perpeti, quam emendatione

μᾶλλον ἢ μετὰ πολιτείας ἀκριβεστέρας ἄμεινον τὸν βίον διάγειν. Εἶναι δ' ἔφασαν ἐμοὶ καὶ κίνδυνον, μὴ τὰ βέλτιστα συμβουλεύων μισόδημος εἶναι δόξω καὶ τὴν πόλιν ζητεῖν εἰς ὀλιγαρχίαν ἐμβαλεῖν. (58) Ἐγὼ δ' εἰ μὲν περὶ πραγμάτων ἀγνοουμένων καὶ μὴ κοινῶν τοὺς λόγους ἐποιούμην, καὶ περὶ τούτων ἐκέλευον ὑμᾶς ἑλέσθαι συνέδρους ἢ συγγραφέας, δι' ὧν ὁ δῆμος κατελύθη d τὸ πρότερον, εἰκότως ἂν εἶχον ταύτην τὴν αἰτίαν· νῦν δ' οὐδὲν εἴρηκα τοιοῦτον, ἀλλὰ διείλεγμαι περὶ διοικήσεως οὐκ ἀποκεκρυμμένης, ἀλλὰ πᾶσι φανερᾶς, (59) ἣν πάντες ἴστε καὶ πατρίαν ἡμῖν οὖσαν καὶ πλείστων ἀγαθῶν καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν αἰτίαν γεγενημένην, πρὸς δὲ τούτοις ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν νομοθετηθεῖσαν καὶ κατασταθεῖσαν, οὓς οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε δημοτικωτάτους γεγενῆσθαι τῶν πολιτῶν. e Ὥστε πάντων ἄν μοι συμβαίη δεινότατον, εἰ τοιαύτην πολιτείαν εἰσηγούμενος νεωτέρων δόξαιμι πραγμάτων ἐπιθυμεῖν. (60) Ἔπειτα κἀκεῖθεν ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἐμὴν διάνοιαν· ἐν γὰρ τοῖς πλείστοις τῶν λόγων τῶν 152 εἰρημένων ὑπ' ἐμοῦ φανήσομαι ταῖς μὲν ὀλιγαρχίαις a καὶ ταῖς πλεονεξίαις ἐπιτιμῶν, τὰς δ' ἰσότητας καὶ τὰς δημοκρατίας ἐπαινῶν, οὐ πάσας, ἀλλὰ τὰς καλῶς καθεστηκυίας, οὐδ' ὡς ἔτυχον, ἀλλὰ δικαίως καὶ λόγον ἐχόντως. (61) Οἶδα γὰρ τούς τε προγόνους τοὺς ἡμετέρους ἐν ταύτῃ τῇ καταστάσει πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκόντας, καὶ Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν· ἐν γὰρ b τῇ τῶν ἀρχῶν αἱρέσει καὶ τῷ βίῳ τῷ καθ' ἡμέραν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν ἴδοιμεν ἂν παρ' αὐτοῖς τὰς ἰσότητας καὶ τὰς ὁμοιότητας μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἰσχυούσας· οἷς αἱ μὲν ὀλιγαρχίαι πολεμοῦσιν, οἱ δὲ καλῶς δημοκρατούμενοι διατελοῦσιν. (62) Τῶν τοίνυν ἄλλων πόλεων ταῖς ἐπιφανεστάταις καὶ μεγίσταις, ἢν ἐξετάζειν βουληθῶμεν, εὑρήσομεν τὰς δημοκρατίας c μᾶλλον ἢ τὰς ὀλιγαρχίας συμφερούσας· ἐπεὶ καὶ τὴν ἡμετέραν πολιτείαν, ᾗ πάντες ἐπιτιμῶσιν, ἢν παραβάλωμεν αὐτὴν μὴ πρὸς τὴν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθεῖσαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπὸ τῶν τριάκοντα κατασταθεῖσαν, οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν θεοποίητον εἶναι νομίσειεν.

63. Βούλομαι δ', εἰ καί τινές με φήσουσιν ἔξω τῆς ὑποθέσεως λέγειν, δηλῶσαι καὶ διελθεῖν ὅσον αὕτη τῆς τότε διήνεγκεν, ἵνα μηδεὶς οἴηταί με τὰ μὲν ἁμαρτήματα d τοῦ δήμου λίαν ἀκριβῶς ἐξετάζειν, εἰ δέ τι καλὸν ἢ σεμνὸν διαπέπρακται, ταῦτα δὲ παραλείπειν. Ἔσται δ' ὁ λόγος οὔτε μακρὸς οὔτ' ἀνωφελὴς τοῖς ἀκούουσιν.

64. Ἐπειδὴ γὰρ τὰς ναῦς τὰς περὶ Ἑλλήσποντον ἀπωλέσαμεν καὶ ταῖς συμφοραῖς ἐκείναις ἡ πόλις περιέπεσε, τίς οὐκ οἶδε τῶν πρεσβυτέρων τοὺς μὲν δημοτικοὺς καλουμένους ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν πάσχειν ὑπὲρ τοῦ μὴ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, καὶ δεινὸν ἡγουμένους e εἴ τις ὄψεται τὴν πόλιν τὴν τῶν Ἑλλήνων ἄρξασαν, ταύτην ὑφ' ἑτέροις οὖσαν, τοὺς δὲ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντας ἑτοίμως καὶ τὰ τείχη καθαιροῦντας καὶ τὴν δουλείαν ὑπομένοντας; (65) καὶ τότε μέν, ὅτε τὸ

reipublicæ vitam degere feliciorem. Addebant etiam esse mihi periculum ne, dum optima consulerem, infensus plebi et oligarchiæ instituendæ cupidus viderer. (58) Ego vero, si de rebus ignotis et non communibus verba facerem et ad illas constituendas vos creare consessores aut scribas deligere juberem, per quos antehac popularis status abrogatus est, jure hoc nomine accusarer : nunc tale nihil dixi, sed de gubernatione disserui non occulta, sed omnibus manifesta, (59) quam scitis omnes et patriam nobis esse et quum reipublicæ nostræ, tum ceteris Græcis plurimas peperisse utilitates, atque etiam ab iis viris sancitam et constitutam, quos nemo est quin civium maxime fuisse populares fateatur. Quare mecum iniquissime ageretur, si talis reipublicæ suasor novarum rerum cupidus existimarer. (60) Deinde vel ex eo mea mens facile perspicitur, quod e plerisque meis orationibus apparet oligarchias et injustas prærogativas a me vituperatas, æqualitatem vero et democratias laudatas esse, non quidem omnes, sed recte ordinatas, neque id a me factum esse temere aut fortuito, sed jure atque prudenter. (61) Nam et majores nostros ea ratione longe aliis præstitisse, et Lacedæmoniorum ob hoc maxime rempublicam scio florere, quod populari statu maxime utuntur. Nam et in magistratuum creatione et in quotidianæ vitæ consuetudine ceterisque studiis apud eos æquitatem et æqualitatem plus valere videmus quam apud ceteros : quæ quidem instituta uti sunt oligarchiis contraria, sic in bonis democratiis usitata. (62) Quodsi rem accurate perpenderimus, clarissimis et maximis civitatibus democratias utiliores oligarchiis esse inveniemus. Etenim vel nostram rempublicam, quæ ab omnibus reprehendi solet, si conferatur non cum ea quam modo recensui, sed cum illa quæ sub triginta tyrrannis exstitit, nemo erit quin divinitus esse factam arbitretur.

63. Lubet autem (licet ab instituto alienum videri queat) significare et commemorare, quantum inter hanc nostram, et illam intersit, ne me quis existimet in populi delicta quidem nimis severe inquirere, si quid autem præclare magnificeque ab eo gestum sit, præterire. Erit autem hæc commemoratio neque longa nec inutilis audientibus.

64. Nam quum navibus ad Hellespontum amissis illas respublica clades accepisset, quis e natu majoribus ignorat eos qui populares vocabantur quidvis perpeti pro tenenda libertate fuisse paratos, atque indignissimum judicasse eam civitatem, quæ Græcis imperasset, aliorum imperio parere, paucorum autem potentiæ studiosos non recusasse, quominus et mœnia diruerent et in servitutem se traderent? (65)

153 πλῆθος ἦν κύριον τῶν πραγμάτων, ἡμᾶς τὰς τῶν ἄλλων a ἀκροπόλεις φρουροῦντας, ἐπειδὴ δ' οἱ τριάκοντα παρέλαβον τὴν πολιτείαν, τοὺς πολεμίους τὴν ἡμετέραν ἔχοντας; καὶ κατὰ μὲν ἐκεῖνον τὸν χρόνον δεσπότας ἡμῶν ὄντας Λακεδαιμονίους, ἐπειδὴ δ' οἱ φεύγοντες κατελθόντες πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐτόλμησαν καὶ Κόνων ναυμαχῶν ἐνίκησε, πρέσβεις ἐλθόντας παρ' αὐτῶν καὶ διδόντας τῇ πόλει τὴν ἀρχὴν τὴν τῆς θαλάττης; (66) Καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε τίς οὐ μνημονεύει τῶν ἡλικιωτῶν τῶν ἐμῶν, τὴν μὲν δημοκρατίαν οὕτω κοσμήσασαν b τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀφικνουμένους νομίζειν αὐτὴν ἀξίαν εἶναι μὴ μόνον τῶν Ἑλλήνων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, τοὺς δὲ τριάκοντα τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τὰ δὲ συλήσαντας, τοὺς δὲ νεωσοίκους ἐπὶ καθαιρέσει τριῶν ταλάντων ἀποδομένους, εἰς οὓς ἡ πόλις ἀνήλωσεν οὐκ ἐλάττω χιλίων ταλάντων; (67) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν c πρᾳότητα δικαίως ἄν τις ἐπαινέσειε τὴν ἐκείνων μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ δήμου. Οἱ μὲν γὰρ ψηφίσματι παραλαβόντες τὴν πόλιν πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν, εἰς δὲ τὸν Πειραιᾶ φυγεῖν πλείους ἢ πεντακισχιλίους ἠνάγκασαν· οἱ δὲ κρατήσαντες καὶ μεθ' ὅπλων κατιόντες, αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους d τῶν κακῶν ἀνελόντες, οὕτω τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν, ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. (68) Ὃ δὲ πάντων κάλλιστον καὶ μέγιστον τεκμήριον τῆς ἐπιεικείας τοῦ δήμου· δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα παρὰ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ κατασχόντων, ἐκκλησίας γενομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους e μὴ τοὺς πολιορκουμένους, ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. (69) Καὶ γάρ τοι διὰ ταύτην τὴν γνώμην εἰς τοιαύτην ἡμᾶς ὁμόνοιαν κατέστησαν καὶ τοσοῦτον ἐπιδοῦναι τὴν πόλιν ἐποίησαν, ὥστε Λακεδαιμονίους, τοὺς ἐπὶ τῆς
154 ὀλιγαρχίας ὀλίγου δεῖν καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν προστάττοντας a ἡμῖν, ἐλθεῖν ἐπὶ τῆς δημοκρατίας ἱκετεύσοντας καὶ δεησομένους μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς ἀναστάτους γενομένους. Τὸ δ' οὖν κεφάλαιον τῆς ἑκατέρων διανοίας τοιοῦτον ἦν· οἱ μὲν γὰρ ἠξίουν τῶν μὲν πολιτῶν ἄρχειν, τοῖς δὲ πολεμίοις δουλεύειν, οἱ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἄρχειν, τοῖς δὲ πολίταις ἴσον ἔχειν.

70. Ταῦτα δὲ διῆλθον δυοῖν ἕνεκα, πρῶτον μὲν ἐμαυτὸν b ἐπιδεῖξαι βουλόμενος οὐχ ὀλιγαρχιῶν οὐδὲ πλεονεξιῶν ἀλλὰ δικαίας καὶ κοσμίας ἐπιθυμοῦντα πολιτείας, ἔπειτα τὰς δημοκρατίας τάς τε κακῶς καθεστηκυίας ἐλαττόνων συμφορῶν αἰτίας γιγνομένας, τάς τε καλῶς πολιτευομένας προεχούσας τῷ δικαιοτέρας εἶναι καὶ κοινοτέρας καὶ ταῖς χρωμένοις ἡδίους.

71. Τάχ' οὖν ἄν τις θαυμάσειε, τί βουλόμενος ἀντὶ τῆς πολιτείας τῆς οὕτω πολλὰ καὶ καλὰ διαπεπραγμένης c ἑτέραν ὑμᾶς πείθω μεταλαβεῖν, καὶ τίνος ἕνεκα νῦν

ac tum quidem, quum summa rerum penes multitudinem esset, nos aliorum arcibus imposuisse præsidia; quum autem triginta illi rempublicam gererent, ab hostibus nostram arcem occupatam? illo tempore Lacedæmonios fuisse nostros dominos; postquam vero exules reversi pro libertate pugnare ausi fuerunt et Conon prælio navali vicit, legatos ab eis venisse, qui nostræ civitati maris darent imperium? (66) Jam quis meorum æqualium non meminit in illa democratia urbem sic exornatam fuisse et templis et aliis ædificiis, ut, qui etiamnum huc adveniant, eam esse dignam censeant non Græciæ tantum, sed totius etiam orbis imperio? triginta vero tyrannos et profana neglexisse et fana expilasse, et navalia tribus talentis destruenda vendidisse, quæ reipublicæ non minus mille talentis constiterunt? (67) Ac ne clementiam quidem illorum quisquam laudarit magis, quam popularium. Nam illi quidem ex senatusconsulto summa rerum potiti mille et quingentos cives indicta causa occiderunt, in Piræeum amplius quinque millia fugere coegerunt: hi autem consecuti victoriam et armis recuperata patria non nisi nocentissimis e medio sublatis suas controversias ea moderatione animorum et æquitate composuerunt, ut qui ceteros ejecerant, æquali jure cum iis viverent, qui sese ipsi restituissent. (68) Illud certe maximum est et pulcherrimum æquitatis et mansuetudinis populi argumentum: nam iis qui in urbe remanserant, talenta centum a Lacedæmoniis ad eos obsidendos, qui Piræeum occuparant, mutuatis, indicta de reddenda pecunia concione, quum multi æquum esse dicerent, ut Lacedæmoniis satisfacerent, non ii qui obsidionem tolerassent, sed qui mutuo sumpsissent: populus, ut communiter ab omnibus solutio fieret, decrevit. (69) Enimvero quum his animis essent, in tantam nos concordiam redegerunt et sic rempublicam auxerunt, ut Lacedæmonii, qui in oligarchia singulis fere diebus nobis aliquid imperabant, in democratia supplices orarent, ne se a Thebanis funditus exscindi pateremur. Summa autem hæc utriusque propositi fuit, ut alteri civibus imperare, hostibus servire vellent; alteri aliis imperare, cum civibus pari et æquo jure vivere studerent.

70. Hæc duabus de causis recensui, primum ut ostenderem me nec oligarchiæ nec ullius injustæ prærogativæ suasorem esse, sed rempublicam justam et bene temperatam desiderare: deinde ut perspiceretur, etiam male constitutas democratias pauciores gignere calamitates, et eas quæ bene administrentur, hoc ipso excellere, quod et justiores sint et humaniores, et civibus jucundiores.

71. Sed aliquis fortasse mirabitur, quid in mentem mihi venerit, qui vobis auctor esse non dubitem ejus reipublicæ, quæ tanta et tam præclara fecerit, mutandæ, alias tantopere

μὲν οὕτω καλῶς ἐγκεκωμίακα τὴν δημοκρατίαν, ὅταν δὲ τύχω, πάλιν μεταβαλὼν ἐπιτιμῶ καὶ κατηγορῶ τῶν καθεστώτων; (72) Ἐγὼ δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοὺς ὀλίγα μὲν κατορθοῦντας πολλὰ δ' ἐξαμαρτάνοντας μέμφομαι καὶ νομίζω φαυλοτέρους εἶναι τοῦ δέοντος, καὶ πρός γε τούτοις τοὺς γεγονότας ἐκ καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ μικρῷ μὲν ὄντας ἐπιεικεστέρους τῶν ὑπερβαλλόν- d
των ταῖς πονηρίαις, πολὺ δὲ χείρους τῶν πατέρων, λοιδορῶ, καὶ συμβουλεύσαιμ' ἂν αὐτοῖς παύσασθαι τοιούτοις οὖσιν. (73) Τὴν αὐτὴν οὖν γνώμην ἔχω καὶ περὶ τῶν κοινῶν· ἡγοῦμαι γὰρ δεῖν ἡμᾶς οὐ μέγα φρονεῖν οὐδ' ἀγαπᾶν εἰ κακοδαιμονησάντων καὶ μανέντων ἀνθρώπων νομιμώτεροι γεγόναμεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἀγανακτεῖν καὶ βαρέως φέρειν εἰ χείρους τῶν προγόνων τυγχάνοιμεν ὄντες· πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνων ἀρετήν, e
ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν ἁμιλλητέον ἡμῖν ἐστιν, ἄλλως τε καὶ προσῆκον ἡμῖν βελτίστοις ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι. (74) Καὶ τοῦτον εἴρηκα τὸν
155 λόγον οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη καὶ πρὸς πολ- a
λούς. Ἐπίσταμαι γὰρ ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τόποις φύσεις ἐγγιγνομένας καρπῶν καὶ δένδρων καὶ ζῴων ἰδίας ἐν ἑκάστοις καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διαφερούσας, τὴν δ' ἡμετέραν χώραν ἄνδρας φέρειν καὶ τρέφειν δυναμένην οὐ μόνον πρὸς τὰς τέχνας καὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς λόγους εὐφυεστάτους, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ πρὸς ἀρετὴν πολὺ διαφέροντας. (75) Τεκμαίρεσθαι δὲ δίκαιόν ἐστι τοῖς τε παλαιοῖς ἀγῶσιν, οὓς ἐποιήσαντο πρὸς Ἀμαζόνας καὶ b
Θρᾷκας καὶ Πελοποννησίους ἅπαντας, καὶ τοῖς κινδύνοις τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἐν οἷς καὶ μόνοι καὶ μετὰ Πελοποννησίων, καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες, νικήσαντες τοὺς βαρβάρους ἀριστείων ἠξιώθησαν· ὧν οὐδὲν ἂν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν.

76. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταύτην τὴν εὐλογίαν ἡμῖν προσήκειν τοῖς νῦν πολιτευομένοις, ἀλλὰ πολὺ τοὐναν- c
τίον. Εἰσὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ἔπαινος μὲν τῶν ἀξίους σφᾶς αὐτοὺς τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς παρεχόντων, κατηγορία δὲ τῶν τὰς εὐγενείας ταῖς αὑτῶν ῥᾳθυμίαις καὶ κακίαις καταισχυνόντων. Ὅπερ ἡμεῖς ποιοῦμεν· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές. Τοιαύτης γὰρ ἡμῖν τῆς φύσεως ὑπαρχούσης, οὐ διεφυλάξαμεν αὐτήν, ἀλλ' ἐμπεπτώκαμεν εἰς ἄνοιαν καὶ ταραχὴν καὶ πονηρῶν πραγμάτων ἐπιθυμίαν. (77) Ἀλλὰ γὰρ ἢν ἐπακολουθῶ d
τοῖς ἐνοῦσιν ἐπιτιμῆσαι καὶ κατηγορῆσαι τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων, δέδοικα μὴ πόρρω λίαν τῆς ὑποθέσεως ἀποπλανηθῶ. Περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, καὶ πάλιν ἐροῦμεν, ἢν μὴ πείσωμεν ὑμᾶς παύσασθαι τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνοντας· περὶ δ' ὧν ἐξ ἀρχῆς τὸν λόγον κατεστησάμην, βραχέα διαλεχθεὶς παραχω- e
ρῶ τοῖς βουλομένοις ἔτι συμβουλεύειν περὶ τούτων.

78. Ἡμεῖς γὰρ ἢν μὲν οὕτως οἰκῶμεν τὴν πόλιν ὥσπερ νῦν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ βουλευσόμεθα καὶ πολεμήσομεν καὶ βιωσόμεθα καὶ σχεδὸν ἅπαντα καὶ
156 πεισόμεθα καὶ πράξομεν, ἅπερ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ a
καὶ τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις· ἢν δὲ μεταβάλωμεν τὴν

democratiam laudem, alias temere mutata rursum sententia præsentem statum increpem et reprehendam? (72) Ego vero etiam privatos homines, qui pauca recte agunt, in multis delinquunt, accuso et deteriores existimo quam deceat, eos item qui ex integerrimis viris nati hominibus nequissimis et improbissimis paulo quidem probiores sunt, sed a virtute parentum longe degenerarunt, vitupero, eosque monitos velim, ut tales præbere se desistant. (73) Idem et de statu publico sentio : ac nullam nobis causam esse cur superbiamus et præclare nobiscum agi putemus, si paulo major sit apud nos legum reverentia, quam apud homines illos nefarios et insanos; imo indignari potius atque ægre ferre debemus nos majoribus nostris esse deteriores. Nec enim cum triginta tyrannorum improbitate, sed cum horum virtute certandum nobis est, præsertim quum bonitate universis mortalibus nos deceat antecellere. (74) Ad hunc modum non nunc primum, sed sæpe jam et apud multos disserui. Nam in singulis aliis locis peculiari quodam genio fructus et arbores et animantium innasci sua genera scio, quæ longe aliis præstent : nostram autem tellurem viros et gignere et educare posse tum ad artes tractandas et res gerendas et dicendas ingeniosissimos, tum fortitudine et virtute longe præstantissimos. (75) Idque et ex vetustis præliis judicandum est, quæ cum Amazonibus et Thracibus et Peloponnesiis universis commiserunt, et ex periculis, quæ bellis Persicis adierunt, in quibus et soli et Peloponnesiis sociis tam pedestribus quam navalibus pugnis, barbaris superatis, præter ceteros fortitudinis laudem clarissimis facinoribus editis meruerunt. Neque vero quicquam ejusmodi fecissent, nisi natura longe aliis præstitissent.

76. Ceterum nemo putet ad nos, qui nunc urbem tenemus, laudationem hanc pertinere. Longe aliter se res habet. Nam tales orationes ut iis laudi sunt, qui se dignos virtute majorum præbuerunt : sic ad eos accusandos valent, qui nobilitati suæ ignavia et flagitiis labem aliquam asperserunt; id quos nos facimus. Nec enim dissimulanda veritas est. Quum enim talis nostra natura esset, eam non conservavimus, sed in ignorationem incidimus et tumultum et malarum rerum cupiditatem. (77) Verum si dicendo persequor, quæ in præsenti statu reipublicæ reprehendi et accusari possint, vereor ne longius ab instituto aberrem. Ac de illis quidem rebus et ante diximus, et iterum dicemus, nisi vobis persuasero, ut talibus delictis modum faciatis : de his autem, quæ ab initio institui, ubi pauca disseruero, locum dabo aliis qui præterea dare consilium volent.

78. Nos si rempublicam ita geremus ut nunc fit, aliter fieri non poterit, quin consimilem ad modum et consultemus et belligeremus et vivamus et fere omnia tum feramus tum faciamus, quæ et in præsentia et olim acciderunt : sin rempublicam mutaverimus, eadem ratione consenta-

πολιτείαν, δῆλον ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, οἷά περ ἦν τοῖς προγόνοις τὰ πράγματα, τοιαῦτ' ἔσται καὶ περὶ ἡμᾶς· ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν αὐτῶν πολιτευμάτων καὶ τὰς πράξεις ὁμοίας ἀεὶ καὶ παραπλησίας ἀποβαίνειν. (79) Δεῖ δὲ τὰς μεγίστας αὐτῶν παρ' ἀλλήλας θέντας βουλεύσασθαι, ποτέρας ἡμῖν αἱρετέον ἐστίν. Καὶ πρῶτον μὲν σκεψώμεθα τοὺς Ἕλληνας καὶ τοὺς βαρβάρους, πῶς πρὸς ἐκείνην τὴν πολιτείαν διέκειντο καὶ b πῶς νῦν ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἐλάχιστον μέρος τὰ γένη ταῦτα συμβάλλεται πρὸς εὐδαιμονίαν, ὅταν ἔχῃ κατὰ τρόπον ἡμῖν.

80. Οἱ μὲν τοίνυν Ἕλληνες οὕτως ἐπίστευον τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πολιτευομένοις, ὥστε τοὺς πλείστους αὐτῶν ἑκόντας ἐγχειρίσαι τῇ πόλει σφᾶς αὐτούς· οἱ δὲ βάρβαροι τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ πολυπραγμονεῖν περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων, ὥστ' οὔτε μακροῖς c πλοίοις ἐπὶ τάδε Φασήλιδος ἔπλεον οὔτε στρατοπέδοις ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ κατέβαινον, ἀλλὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἦγον. (81) Νῦν δ' εἰς τοῦτο τὰ πράγματα περιέστηκεν, ὥσθ' οἱ μὲν μισοῦσι τὴν πόλιν, οἱ δὲ καταφρονοῦσιν ἡμῶν. Καὶ περὶ μὲν τοῦ μίσους τῶν Ἑλλήνων αὐτῶν ἀκηκόατε τῶν στρατηγῶν· ὡς δὲ βασιλεὺς ἔχει πρὸς ἡμᾶς, ἐκ τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἔπεμψεν ἐδήλωσεν.

82. Ἔτι πρὸς τούτοις ὑπὸ μὲν ἐκείνης τῆς εὐταξίας d οὕτως ἐπαιδεύθησαν οἱ πολῖται πρὸς ἀρετήν, ὥστε σφᾶς μὲν αὐτοὺς μὴ λυπεῖν, τοὺς δ' εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας ἅπαντας μαχόμενοι νικᾶν. Ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον· ἀλλήλοις μὲν γὰρ κακὰ παρέχοντες οὐδεμίαν ἡμέραν διαλείπομεν, τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον οὕτω κατημελήκαμεν, ὥστ' οὐδ' εἰς ἐξετάσεις ἰέναι τολμῶμεν, ἢν μὴ λαμβάνωμεν ἀργύριον. (83) Τὸ δὲ μέγιστον· τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, οὐδὲ προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν πόλιν e κατῄσχυνε, νῦν δὲ πλείους εἰσὶν οἱ σπανίζοντες τῶν ἐχόντων· οἷς ἄξιόν ἐστι πολλὴν συγγνώμην ἔχειν, εἰ μηδὲν τῶν κοινῶν φροντίζουσιν, ἀλλὰ τοῦτο σκοποῦσιν
157 ὁπόθεν τὴν ἀεὶ παροῦσαν ἡμέραν διάξουσιν. a

84. Ἐγὼ μὲν οὖν ἡγούμενος, ἢν μιμησώμεθα τοὺς προγόνους, καὶ τῶν κακῶν ἡμᾶς τούτων ἀπαλλαγήσεσθαι καὶ σωτῆρας οὐ μόνον τῆς πόλεως ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων γενήσεσθαι, τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους· ὑμεῖς δὲ πάντα λογισάμενοι ταῦτα χειροτονεῖθ' ὅ τι ἂν ὑμῖν δοκῇ μάλιστα συμφέρειν τῇ πόλει.

neum est tales nostras quoque res fore, quales majorum nostrorum fuerunt. Ex eadem enim gubernandi ratione actiones etiam semper æquales et consimiles exsistere necesse est. (79) Deliberandum est igitur maximarum rerum contentione facta, utræ nobis sint eligendæ. Ac primum videndum quomodo tum Græci tum barbari erga illum reipublicæ statum affecti fuerint, et qui nunc illorum animi sint erga nos. Nec enim hæc genera minimam partem conferunt ad felicitatem, quando, ut oportet, erga nos se habeant.

80. Græci igitur sic illo tempore nostris magistratibus fidebant, ut eorum plurimi ultro nostræ civitati se traderent; barbari vero tantum aberat ut se rebus Græcorum admiscerent, ut neque longis navibus citra Phaselidem procederent, neque cum exercitu intra Halyn amnem descenderent, sed in summo otio se continerent. (81) Nunc eo res redierunt, ut alteri nostram urbem oderint, alteri nos contemnant. Ac de Græcorum quidem odio prætores ipsos audivistis : rex Persarum autem quo erga nos animo sit, literis missis declaravit.

82. Etiam illud addendum est : dum ille præclarus ordo in republica servabatur, ita cives ad virtutem fuisse institutos, ut inter ipsos nullæ injuriæ orirentur, qui vero in Atticam impetum fecissent, eos omnes pugnando superarent. Nos contrà alii alios lacessere nullum diem intermittimus; rem vero militarem ita negligimus, ut nec militiæ dare nomina audeamus nisi accepta pecunia. (83) Et quod maximum est : illo tempore nemo civis rei familiaris penuria laborabat, neque ab obviis stipe roganda urbem probro afficiebat; nunc plures sunt qui egeant, quam qui rem habeant. Quibus profecto vitio verti non debet, si rempublicam nihil omnino curant, sed semper in hoc unum sunt intenti, quibus rationibus urgentem quotidie famem depellere liceat.

84. Ego igitur, quum nos putarem, si majores nostros imitaremur, et his malis liberatum iri, nec nostræ tantum civitati, sed universis etiam Græcis fore saluti; ea de causa et huc accessi et hanc orationem habui. Vos autem his omnibus consideratis ea decernite, quæ e republica fore maxime videantur.

8.

ΠΕΡΙ ΕΙΡΗΝΗΣ

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Πεμφθεὶς ὁ Χάρης καταδουλώσασθαι τὴν Ἀμφίπολιν, αὐτονομουμένην κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον καὶ καθ' ἑαυτὴν γενομένην, ὡς τῶν Λακεδαιμονίων μὲν κακῶς διακειμένων μετὰ τὰ Λευκτρικά, τῶν Ἀθηναίων δ' ἀσθενῶν ὄντων, οὗτος νομίζων εὐχερῶς αὐτὴν ὅτε δή ποτε λαβεῖν, καὶ μᾶλλον βουλόμενος τὴν ἀρχαίαν δύναμιν περιποιῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπεχείρησε

8.

ORATIO DE PACE.

ARGUMENTUM.

Missus Chares ad Amphipolim, quæ tum libera suique juris erat, subigendam (nam et Lacedæmonios afflixerat clades Leuctrica, et Athenienses parum valebant), quum se illius urbis quovis tempore facile potiturum crederet, ac veteris potentiæ Athèniensibus restituendæ cupidior esset, Chios et

Χίοις καὶ Ῥοδίοις καὶ τοῖς λοιποῖς συμμάχοις. Εἶτα ἐκεῖνοι ἀντέστησαν, καὶ ἡττήθη ὁ Χάρης οὕτως ὥστε λοιπὸν αὐτὸν ἀπορεῖν τί δεῖ ποιῆσαι· καὶ γὰρ εἰ ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν καὶ ἦλθεν εἰς Ἀμφίπολιν, αὐτοὶ ἂν ἀμυνόμενοι ἤρχοντο εἰς τὴν Ἀττικήν. Ταῦτα δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες ᾔτησαν σπονδάς, καὶ εὐθὺς οἱ Χῖοι καὶ Ῥόδιοι σὺν τοῖς ἄλλοις συνέθεντο. Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ συμμαχικὸς πόλεμος. Νῦν οὖν πρόκειται ἐκκλησία περὶ τοῦ καταθέσθαι τὸν πόλεμον, καὶ ἀνίσταται ὁ Ἰσοκράτης συμβουλεύων ὡς δεῖ μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀλλ' ἡσυχάζειν. Καὶ μερίζει τὸν λόγον εἰς δύο, ἓν μὲν τὸ καὶ τοὺς Χίους καὶ τοὺς ἄλλους ἐᾶσαι αὐτονόμους, ἓν δὲ τὸ ἐᾶσαι τὴν ἡγεμονίαν τὴν κατὰ θάλατταν. Κατὰ τοῦτο δὲ τὸ μέρος λέγεται Ἀριστείδης ἐπαφεῖναι τὸν ἀντιρρητικὸν τῆς εἰρήνης. Καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, κεφάλαιον δὲ τοῦ λόγου τὸ συμφέρον, ἡ δὲ στάσις πραγματική· συμβουλὴ γὰρ περὶ τῆς εἰρήνης.

Ἐὰν δέ ποτε ἀναγκασθῇς κοινὸν προοίμιον εἰπεῖν, τὴν κατασκευὴν αὐτῷ ἰδίαν πρόσαγε, ὡς ἐν τῷδε τῷ περὶ εἰρήνης Ἰσοκράτους ἡ κατασκευὴ ἰδία προσετέθη, ὅπου φησὶ « περὶ μεγάλων ἥκομεν· περὶ γὰρ πολέμου καὶ εἰρήνης. » Κάλλιστον δὲ ἐν τούτοις καὶ τὸ τῆς μεθόδου, εἰ μεθοδεύοιμεν αὐτὰ ἐπισημαινόμενοι, εἰ καὶ πᾶσιν εἰωθὼς ὁ λόγος εἴη.

Rhodios ceterosque socios bello adortus, et illis resistentibus ita victus est, ut inops consilii nesciret quo se verteret : nam si, omissis illis, Amphipolim petiisset, ipsi Atticam invasuri erant ad ulciscendas injurias. His Athenienses auditis, pacem petierunt : quam Chii et Rhodii ceterique statim dederunt. Et hoc bellum illud est quod Sociale dicitur. Quum igitur, indicta concione, de bello componendo deliberaretur, Isocrates in medium progressus, suadet, omissis negotiis non necessariis, otium esse complectendum. Bipertita est oratio. Id enim agit, partim ut Chiis ceterisque sociis libertas permittatur; partim, ut maris imperio abstineatur. Contra posteriorem hanc partem fertur Aristides edidisse orationem qua huic de pace inscriptæ contradicit. Hæc summa orationis est : præcipuum argumentum ab utili ducitur. Deliberativi generis est oratio, quum pax suadeatur.

Quodsi quando communi exordio uti cogeris, tractationem tamen peculiarem adhibeto, ut hic fecit Isocrates, quum dicit : « De magnis rebus deliberaturi accessimus, pace nimirum et bello. » Pulcherrimum autem in his, si tractationem propriam reddamus, etiamsi res sit ab omnibus trita.

159 Ἅπαντες μὲν εἰώθασιν οἱ παριόντες ἐνθάδε ταῦτα a μέγιστα φάσκειν εἶναι καὶ μάλιστα σπουδῆς ἄξια τῇ πόλει, περὶ ὧν ἂν αὐτοὶ μέλλωσι συμβουλεύσειν· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ περὶ ἄλλων τινῶν πραγμάτων ἥρμοσε τοιαῦτα προειπεῖν, δοκεῖ μοι πρέπειν καὶ περὶ τῶν νῦν παρόντων ἐντεῦθεν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. (2) Ἥκομεν γὰρ ἐκκλησιάσοντες περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, ἃ b μεγίστην ἔχει δύναμιν ἐν τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περὶ ὧν ἀνάγκη τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους ἄμεινον τῶν ἄλλων πράττειν. Τὸ μὲν οὖν μέγεθος, ὑπὲρ ὧν συνεληλύθαμεν, τηλικοῦτόν ἐστιν.

3. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς οὐκ ἐξ ἴσου τῶν λεγόντων τὴν ἀκρόασιν ποιουμένους, ἀλλὰ τοῖς μὲν προσέχοντας τὸν νοῦν, τῶν δ' οὐδὲ τὴν φωνὴν ἀνεχομένους. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ποιεῖτε· καὶ γὰρ τὸν ἄλλον χρόνον εἰώθατε πάντας c τοὺς ἄλλους ἐκβάλλειν, πλὴν τοὺς συναγορεύοντας ταῖς ὑμετέραις ἐπιθυμίαις. (4) Ὃ καὶ δικαίως ἄν τις ὑμῖν ἐπιτιμήσειεν, ὅτι συνειδότες πολλοὺς καὶ μεγάλους οἴκους ὑπὸ τῶν κολακευόντων ἀναστάτους γεγενημένους, καὶ μισοῦντες ἐπὶ τῶν ἰδίων τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν τέχνην, ἐπὶ τῶν κοινῶν οὐχ ὁμοίως διάκεισθε πρὸς αὐτούς, ἀλλὰ κατηγοροῦντες τῶν προσιεμένων καὶ χαιρόντων τοῖς τοιούτοις αὐτοὶ φαίνεσθε μᾶλλον τούτοις d πιστεύοντες ἢ τοῖς ἄλλοις πολίταις. (5) Καὶ γάρ τοι πεποιήκατε τοὺς ῥήτορας μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν οὐ τὰ μέλλοντα τῇ πόλει συνοίσειν, ἀλλ' ὅπως ἀρέσκοντας ὑμῖν λόγους ἐροῦσιν· ἐφ' οὓς καὶ νῦν τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐρρύηκεν. Πᾶσι γὰρ ἦν φανερὸν ὅτι μᾶλλον ἡσθήσεσθε τοῖς παρακαλοῦσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἢ τοῖς περὶ τῆς εἰρήνης συμβουλεύουσιν. (6) Οἱ μὲν γὰρ προσδοκίαν ἐμποιοῦσιν ὡς καὶ τὰς κτήσεις τὰς ἐν ταῖς πόλεσι e κομιούμεθα, καὶ τὴν δύναμιν ἀναληψόμεθα πάλιν, ἣν πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες· οἱ δ' οὐδὲν τοιοῦτον ὑποτείνουσιν, ἀλλ' ὡς ἡσυχίαν ἔχειν δεῖ καὶ μὴ μεγάλων ἐπιθυμεῖν παρὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ στέργειν τοῖς παροῦ-
160 σιν, ὃ χαλεπώτατον πάντων τοῖς πλείστοις τῶν ἀνθρώ- a

Solent omnes qui ex hoc loco verba faciunt, ea dicere, de quibus ipsi consilium daturi sint, maximi esse momenti et reipublicæ plurimum interesse. Verum si ullis aliis negotiis tale convenit exordium, eo nobis in præsentia vel imprimis utendum esse censeo. (2) Nam in hoc conventu de pace et bello deliberaturi sumus, quæ duæ res maximam in vita mortalium vim habent, aliisque feliciores necessario reddunt eos, a quibus prudenter administrantur. Res igitur de qua in hoc conventu agitur, tanta est.

3. Non simili tamen studio vos omnium orationes audire video, sed aliis auscultare, aliorum ne vocem quidem tolerare. Id quod equidem nihil miror. Nam superiore etiam tempore soliti fuistis ceteros omnes ejicere præter eos qui cupiditates vestras defenderent. (4) In quo certe reprehendendi estis, quod quum multas et magnas familias ab assentatoribus funditus eversas esse sciatis, et privatis in rebus eos qui istam assentandi rationem sequantur, oderitis, in republica non eodem modo in illos estis animati; sed quum eos reprehendatis, qui istos admittunt eorumque consuetudine delectantur, vos ipsos plus illis credere quam reliquis civibus apparet. (5) Etenim effecistis ut oratores meditentur et exquirant non ea quæ futura sint e republica, sed ut orationes habeant vobis gratas, ob quas etiam nunc eorum multitudo confluxit. Omnibus enim perspicuum est, vos iis studere magis qui ad bellum adhortentur, quam iis qui pacem suadeant. (6) Nam illi quidem spem faciunt et possessionum, quæ sunt in urbibus, recipiendarum et veteris potentiæ recuperandæ; hi tale nihil ostentant, sed quiescendum esse dicunt neque res magnas per injuriam appetendas, sed in iis quæ adsunt acquiescendum : quo maximæ hominum parti factu nihil est diffici-

πων ἐστίν. (7) Οὕτω γὰρ ἐξηρτήμεθα τῶν ἐλπίδων καὶ πρὸς τὰς δοκούσας εἶναι πλεονεξίας ἀπλήστως ἔχομεν, ὥστ' οὐδ' οἱ κεκτημένοι τοὺς μεγίστους πλούτους μένειν ἐπὶ τούτοις ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ πλέονος ὀρεγόμενοι περὶ τῶν ὑπαρχόντων κινδυνεύουσιν. Ὅπερ ἄξιόν ἐστι δεδιέναι, μὴ καὶ νῦν ἡμεῖς ἔνοχοι γενώμεθα ταύταις ταῖς ἀνοίαις· (8) λίαν γάρ τινές μοι δοκοῦσιν ὡρμῆσθαι b πρὸς τὸν πόλεμον, ὥσπερ οὐ τῶν τυχόντων συμβεβουλευκότων, ἀλλὰ τῶν θεῶν ἀκηκοότες ὅτι κατορθώσομεν ἅπαντα καὶ ῥᾳδίως ἐπικρατήσομεν τῶν ἐχθρῶν. Χρὴ δὲ τοὺς νοῦν ἔχοντας περὶ μὲν ὧν ἴσασι μὴ βουλεύεσθαι (περίεργον γάρ), ἀλλὰ πράττειν ὡς ἐγνώκασι, περὶ ὧν δ' ἂν βουλεύωνται, μὴ νομίζειν εἰδέναι τὸ συμβησόμενον, ἀλλ' ὡς δόξῃ μὲν χρωμένους, ὅ τι ἂν τύχῃ δὲ γενησόμενον, οὕτω διανοεῖσθαι περὶ c αὐτῶν. (9) Ὧν ὑμεῖς οὐδέτερον τυγχάνετε ποιοῦντες, ἀλλ' ὡς οἷόντε ταραχωδέστατα διάκεισθε. Συνεληλύθατε μὲν γὰρ ὡς δέον ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τῶν ῥηθέντων ἐκλέξασθαι τὸ βέλτιστον, ὥσπερ δ' ἤδη σαφῶς εἰδότες ὅ πρακτέον ἐστίν, οὐκ ἐθέλετ' ἀκούειν πλὴν τῶν πρὸς ἡδονὴν δημηγορούντων. (10) Καίτοι προσῆκεν ὑμᾶς, εἴπερ ἠβούλεσθε ζητεῖν τὸ τῇ πόλει συμφέρον, μᾶλλον d τοῖς ἐναντιουμένοις ταῖς ὑμετέραις γνώμαις προσέχειν τὸν νοῦν ἢ τοῖς καταχαριζομένοις, εἰδότας ὅτι τῶν ἐνθάδε παριόντων οἱ μὲν ἃ βούλεσθε λέγοντες ῥᾳδίως ἐξαπατᾶν δύνανται (τὸ γὰρ πρὸς χάριν ῥηθὲν ἐπισκοτεῖ τῷ καθορᾶν ὑμᾶς τὸ βέλτιστον), ὑπὸ δὲ τῶν μὴ πρὸς ἡδονὴν συμβουλευόντων οὐδὲν ἂν πάθοιτε τοιοῦτον· (11) οὐ γὰρ ἔστιν ὅπως ἂν μεταπεῖσαι δυνηθεῖεν ὑμᾶς, μὴ φανερὸν τὸ συμφέρον ποιήσαντες. Χωρὶς δὲ τούτων πῶς ἂν ἄνθρωποι καλῶς δυνηθεῖεν ἢ κρῖναι περὶ τῶν γεγενημένων e ἢ βουλεύσασθαι περὶ τῶν μελλόντων, εἰ μὴ τοὺς μὲν λόγους τοὺς τῶν ἐναντιουμένων παρ' ἀλλήλους 161 ἐξετάζοιεν, αὐτοὶ δὲ αὑτοὺς κοινοὺς ἀμφοτέροις ἀκροατὰς a παράσχοιεν;

12. Θαυμάζω δὲ τῶν τε πρεσβυτέρων, εἰ μηκέτι μνημονεύουσι, καὶ τῶν νεωτέρων, εἰ μηδενὸς ἀκηκόασιν, ὅτι διὰ μὲν τοὺς παραινοῦντας ἀντέχεσθαι τῆς εἰρήνης οὐδὲν πώποτε κακὸν ἐπάθομεν, διὰ δὲ τοὺς ῥᾳδίως τὸν πόλεμον αἱρουμένους πολλαῖς ἤδη καὶ μεγάλαις συμφοραῖς περιεπέσομεν. Ὧν ἡμεῖς οὐδεμίαν ποιούμεθα μνείαν, ἀλλ' ἑτοίμως ἔχομεν, μηδὲν εἰς τοὔμπροσθεν ἡμῖν αὐτοῖς πράττοντες, τριήρεις πληροῦν καὶ χρημάτων εἰσφορὰς ποιεῖσθαι καὶ βοηθεῖν b καὶ πολεμεῖν οἷς ἂν τύχωμεν, ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίᾳ τῇ πόλει κινδυνεύοντες. (13) Τούτων δ' αἴτιόν ἐστιν, ὅτι προσῆκον ὑμᾶς ὁμοίως ὑπὲρ τῶν κοινῶν ὥσπερ ὑπὲρ τῶν ἰδίων σπουδάζειν, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχετε περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ὅταν μὲν ὑπὲρ τῶν ἰδίων βουλεύησθε, ζητεῖτε συμβούλους τοὺς ἄμεινον φρονοῦντας ὑμῶν αὐτῶν, ὅταν δ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐκκλησιάζητε, τοῖς c μὲν τοιούτοις ἀπιστεῖτε καὶ φθονεῖτε, τοὺς δὲ πονηροτάτους τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων ἀσκεῖτε, καὶ νομίζετε δημοτικωτέρους εἶναι τοὺς μεθύοντας τῶν νη-

lius. (7) Sic enim e spe plerique pendemus et insatiabili cupiditate rerum, quæ aliquam vel injusti lucri speciem habent, tenemur, ut ne locupletissimi quidem sua sorte contenti sint, sed in appetitione majorum copiarum partas opes in discrimen adducant. Et quidem providendum hoc est, ne in similem nos quoque amentiam incidamus. (8) Nimis enim mihi quidam ad bellum videntur incitati, non quasi plebeius aliquis consuluisset, sed tanquam deus quispiam prosperrima quæque nobis et facilem hostium victoriam promisisset. Est autem prudentium hominum, de his quæ comperta habent, non deliberare (supervacaneum enim fuerit), sed quæ decreverint exsequi; quibus vero de rebus consultant, earum eventum non exploratum sibi esse putare, sed ita statuere debent, ut qui conjectura utantur, et eventurum sciant quod fors ferat. (9) Quorum vos neutrum facitis, sed in quanta maxima fieri potest versamini perturbatione. Nam ita quidem convenistis, quasi ex omnium sententiis id sit eligendum, quod sit e republica maxime; sic autem, tanquam satis jam noveritis quid factu sit optimum, audire non vultis nisi eos qui ad gratiam concionantur. (10) Enimvero decebat vos, si publicam utilitatem spectaretis, attentius eos audire, qui voluntatibus vestris adversantur, quam illos qui assentantur omnia. Nec enim ignoratis ab his qui ea, quæ vultis, ex hoc loco dicunt, facile vos posse decipi (nam ad voluptatem audientis instituta oratio quasi tenebras circumfundit, quo minus id quod optimum sit, perspiciatis); ab his autem qui consulendo vestram gratiam non aucupantur, nihil esse tale metuendum. (11) Nullo enim modo vos a sententia abducent, nisi, quid expediat, evidentissime demonstrarint. Præterea qui fieri potest ut illi vel de præteritis recte judicent, vel de futuris prudenter deliberent, nisi contrarias inter se rationes conferant et æquos utrisque auditores se præbeant?

12. Miror equidem neque senes adhuc meminisse neque adolescentes ex quoquam audivisse, per eos qui pacem retinendam esse monuerunt, nihil unquam nobis accidisse mali; eos autem qui bella temere susceperunt, nos in multas jam et magnas clades conjecisse. Quæ nos minime in memoriam revocamus, sed quum rebus nostris ea ratione haudquaquam consulatur, tamen parati sumus et classem in mare deducere et tributa conferre et auxiliari et bella inferre sine discrimine quibusvis, quasi alienæ urbis periculo dimicemus. (13) Hujus rei causa hæc est, quod, quum respublica non minori curæ nobis esse debeat quam res privata, vos erga has non eodem animo affecti estis, sed quum vestris de rebus deliberatis, in consilium adhibetis eos qui prudentia vobis antecellunt; quum autem de republica convenistis, talibus quidem diffiditis et invidetis, improbissimos vero eorum qui suggestum conscendunt, colitis et populariores esse ducitis ebrios quam sobrios, et amentes quam bene

φόντων καὶ τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας τῶν εὖ φρονούντων καὶ τοὺς τὰ τῆς πόλεως διανεμομένους τῶν ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὑμῖν λειτουργούντων. Ὥστ' ἄξιον θαυμάζειν, εἴ τις ἐλπίζει τὴν πόλιν τοιούτοις συμβούλοις χρωμένην ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδώσειν. d

14. Ἐγὼ δ' οἶδα μὲν ὅτι πρόσαντές ἐστιν ἐναντιοῦσθαι ταῖς ὑμετέραις διανοίαις, καὶ ὅτι δημοκρατίας οὔσης οὐκ ἔστι παρρησία, πλὴν ἐνθάδε μὲν τοῖς ἀφρονεστάτοις καὶ μηδὲν ὑμῶν φροντίζουσιν, ἐν δὲ τῷ θεάτρῳ τοῖς κωμῳδοδιδασκάλοις (ὃ καὶ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὅτι τοῖς μὲν ἐκφέρουσιν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τὰ τῆς πόλεως ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχετε χάριν ὅσην οὐδὲ τοῖς εὖ ποιοῦσι, πρὸς δὲ τοὺς ἐπι- e πλήττοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς οὕτω διατίθεσθε δυσκόλως ὥσπερ πρὸς τοὺς κακόν τι τὴν πόλιν ἐργαζομένους)· (15) ὅμως δὲ καὶ τούτων ὑπαρχόντων οὐκ ἂν ἀποσταίην ὧν διενοήθην. Παρελήλυθα γὰρ οὐ
162 χαριούμενος ὑμῖν οὐδὲ χειροτονίαν μνηστεύσων, ἀλλ' a
ἀποφανούμενος ἃ τυγχάνω γιγνώσκων πρῶτον μὲν περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις προτιθέασιν, ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων· οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἔσται τῶν νῦν περὶ τῆς εἰρήνης γνωσθέντων, ἢν μὴ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ὀρθῶς βουλευσώμεθα.

16. Φημὶ δ' οὖν χρῆναι ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην μὴ μόνον πρὸς Χίους καὶ Ῥοδίους καὶ Βυζαντίους, ἀλλὰ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, καὶ χρῆσθαι ταῖς συνθή- b καις μὴ ταύταις αἷς νῦν τινες γεγράφασιν, ἀλλὰ ταῖς γενομέναις μὲν πρὸς βασιλέα καὶ Λακεδαιμονίους, προσταττούσαις δὲ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι καὶ τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν ἀλλοτρίων πόλεων ἐξιέναι καὶ τὴν αὑτῶν ἔχειν ἑκάστους. Τούτων γὰρ οὔτε δικαιοτέρας εὑρήσομεν οὔτε μᾶλλον τῇ πόλει συμφερούσας.

17. Ἢν μὲν οὖν ἐνταῦθα καταλίπω τὸν λόγον, οἶδ' c ὅτι δόξω τὴν πόλιν ἐλαττοῦν, εἰ Θηβαῖοι μὲν ἕξουσι Θεσπιὰς καὶ Πλαταιὰς καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἃς παρὰ τοὺς ὅρκους κατειλήφασιν, ἡμεῖς δ' ἔξιμεν μηδεμιᾶς ἀνάγκης οὔσης ἐξ ὧν τυγχάνομεν ἔχοντες· ἢν δὲ διὰ τέλους ἀκούσητέ μου προσέχοντες τὸν νοῦν, οἶμαι πάντας ὑμᾶς καταγνώσεσθαι πολλὴν ἄνοιαν καὶ μανίαν τῶν τὴν ἀδικίαν πλεονεξίαν εἶναι νομιζόντων, καὶ τῶν τὰς ἀλλοτρίας πόλεις βίᾳ κατεχόντων, καὶ μὴ λο- d γιζομένων τὰς συμφορὰς τὰς ἐκ τῶν τοιούτων ἔργων γιγνομένας. (18) Ταῦτα μὲν οὖν διὰ παντὸς τοῦ λόγου πειρασόμεθα διδάσκειν ὑμᾶς, περὶ δὲ τῆς εἰρήνης πρῶτον διαλεχθῶμεν, καὶ σκεψώμεθα τί ἂν ἐν τῷ παρόντι γενέσθαι βουληθεῖμεν ἡμῖν. Ἢν γὰρ ταῦτα καλῶς ὁρισώμεθα καὶ νοῦν ἐχόντως, πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέποντες ἄμεινον βουλευσόμεθα καὶ περὶ e τῶν ἄλλων.

19. Ἆρ' οὖν ἂν ἐξαρκέσειεν ἡμῖν, εἰ τήν τε πόλιν ἀσφαλῶς οἰκοῖμεν καὶ τὰ περὶ τὸν βίον εὐπορώτεροι γιγνοίμεθα καὶ τά τε πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ὁμονοοῖμεν καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμοῖμεν; ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦ-

consultos, et eos qui publicam pecuniam inter ipsos dividunt quam hos qui de sua re familiari munera vobis obeunt. Quare mirum est quenquam esse qui speret, dum hi consultores audiantur, melius actum iri cum republica.

14. Ego vero, quam arduum sit adversari vestris cupiditatibus, non ignoro, et, quum popularis respublica sit, non esse libertatem dicendi nisi hoc quidem loco stolidissimis vestrique contemptoribus, in theatro autem comœdiarum poetis: idque omnium acerbissimum est, in tanta apud vos eos esse gratia, qui delicta urbis nostræ foras ad alios Græcos efferunt, quanta ne eos quidem qui de vobis bene merentur; his vero qui castigant aut monent, tam infensos et iniquos esse vos, quam iis qui contra rempublicam faciunt. (15) Quamvis igitur hæc ita sint, non tamen ab instituto meo recedam. Non enim huc prodii gratificandi gratia aut magistratus ambiendi causa, sed ut ea quæ sentio dicerem, primum de his, de quibus Prytanes referunt, postea de ceteris reipublicæ negotiis. Nec enim ulla erit decretæ pacis utilitas, nisi de reliquis etiam rebus recte consuluerimus.

16. Pacem igitur esse faciendam censeo non modo cum Chiis et Rhodiis et Byzantiis, sed cum universis hominibus, et pactionibus utendum non his quas nunc quidam scripserunt, sed illis quæ cum rege Persarum et Lacedæmoniis intercesserunt, quæ jubent Græcos esse liberos et præsidia ex alienis urbibus deduci, et suas singulos civitates tenere. His enim neque justiores reperiemus neque reipublicæ utiliores.

17. Scio equidem, si hic dicendi finem fecero, me visum iri opes et dignitatem reipublicæ imminuere. Quis enim æquum esse censeat ut Thebani Thespias et Platæas ceterasque urbes, quas contra jusjurandum occuparunt, teneant; nos vero nulla coacti necessitate iis quas habemus cedamus? Sed si ab initio ad finem usque me disserentem attente audieritis, summæ amentiæ, opinor, et insaniæ condemnabitis eos, qui injustitiam lucrosam esse putant et alienas urbes vi tenent, neque considerant quantæ calamitates talem agendi rationem consequi soleant. (18) Et hæc sunt quæ per totam orationem vobis ostendere conabimur. Primum autem de pace disputemus, ac dispiciamus quidnam illud sit quod in præsentia expetamus. Quo vere prudenterque constituto de aliis quoque, in hoc negotium velut exemplar quoddam intuentes, rectius consultabimus.

19. An vero non bene agi nobiscum statuemus, si et respublica nostra in tuto collocetur, et eorum, quæ ad vitam degendam attinent, copiis augeamur, et inter nos ipsi consentiamus, et apud Græcos gloria floreamus? Ego certe

163μαι τούτων ὑπαρξάντων τελέως τὴν πόλιν εὐδαιμονή- a
σειν. Ὁ μὲν τοίνυν πόλεμος ἁπάντων ἡμᾶς τῶν
εἰρημένων ἀπεστέρηκεν· καὶ γὰρ πενεστέρους πεποίηκε,
καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπομένειν ἠνάγκασε, καὶ πρὸς
τοὺς Ἕλληνας διαβέβληκε, καὶ πάντας τρόπους τετα-
λαιπώρηκεν ἡμᾶς. (20) Ἢν δὲ τὴν εἰρήνην ποιησώ-
μεθα, καὶ τοιούτους ἡμᾶς αὐτοὺς παράσχωμεν οἵους αἱ
κοιναὶ συνθῆκαι προστάττουσι, μετὰ πολλῆς μὲν ἀσφα-
λείας τὴν πόλιν οἰκήσομεν, ἀπαλλαγέντες πολέμων b
καὶ κινδύνων καὶ ταραχῆς, εἰς ἣν νῦν πρὸς ἀλλήλους
καθέσταμεν, καθ' ἑκάστην δὲ τὴν ἡμέραν πρὸς εὐπο-
ρίαν ἐπιδώσομεν, ἀναπεπαυμένοι μὲν τῶν εἰσφορῶν
καὶ τῶν τριηραρχιῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὸν πό-
λεμον λειτουργιῶν, ἀδεῶς δὲ γεωργοῦντες καὶ τὴν
θάλατταν πλέοντες καὶ ταῖς ἄλλαις ἐργασίαις ἐπιχει-
ροῦντες, αἳ νῦν διὰ τὸν πόλεμον ἐκλελοίπασιν. (21)
Ὀψόμεθα δὲ τὴν πόλιν διπλασίας μὲν ἢ νῦν τὰς προσ- c
όδους λαμβάνουσαν, μεστὴν δὲ γιγνομένην ἐμπόρων
καὶ ξένων καὶ μετοίκων, ὧν νῦν ἐρήμη καθέστηκεν. Τὸ
δὲ μέγιστον, συμμάχους ἕξομεν ἅπαντας ἀνθρώπους,
οὐ βεβιασμένους, ἀλλὰ πεπεισμένους, οὐδ' ἐν ταῖς μὲν
ἀσφαλείαις διὰ τὴν δύναμιν ἡμᾶς ὑποδεχομένους, ἐν
δὲ τοῖς κινδύνοις ἀποστησομένους, ἀλλ' οὕτω διακειμέ- d
νους ὥσπερ χρὴ τοὺς ὡς ἀληθῶς συμμάχους καὶ φίλους
ὄντας. (22) Πρὸς δὲ τούτοις, ἃ νῦν ἀπολαβεῖν οὐ δυ-
νάμεθα διὰ πολέμου καὶ πολλῆς δαπάνης, ταῦτα διὰ
πρεσβείας ῥᾳδίως κομιούμεθα. Μὴ γὰρ οἴεσθε μήτε
Κερσοβλέπτην ὑπὲρ Χερρονήσου μήτε Φίλιππον ὑπὲρ
Ἀμφιπόλεως πολεμήσειν, ὅταν ἴδωσιν ἡμᾶς μηδενὸς
τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένους. (23) Νῦν μὲν γὰρ εἰκότως
φοβοῦνται γείτονα ποιήσασθαι τὴν πόλιν (ὁρῶσι γὰρ
ἡμᾶς οὐ στέργοντας ἐφ' οἷς ἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ e
πλέονος ὀρεγομένους), ἢν δὲ μεταβαλώμεθα τὸν τρόπον
καὶ δόξαν βελτίω λάβωμεν, οὐ μόνον ἀποστήσονται
τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τῆς αὑτῶν προσδώσουσι· λυσι-
τελήσει γὰρ αὐτοῖς θεραπεύουσι τὴν δύναμιν τὴν τῆς
πόλεως ἀσφαλῶς ἔχειν τὰς ἑαυτῶν βασιλείας. (24) Καὶ
μὲν δὴ καὶ τῆς Θρᾴκης ἡμῖν ἐξέσται τοσαύτην ἀποτε-
164μέσθαι χώραν, ὥστε μὴ μόνον αὐτοὺς ἄφθονον ἔχειν, a
ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις τῶν Ἑλλήνων καὶ δι' ἀπορίαν
πλανωμένοις ἱκανὸν δύνασθαι βίον παρασχεῖν. Ὅπου
γὰρ Ἀθηνόδωρος καὶ Καλλίστρατος, ὁ μὲν ἰδιώτης
ὤν, ὁ δὲ φυγάς, οἰκίσαι πόλεις οἷοίτε γεγόνασιν, ἦ
που βουληθέντες ἡμεῖς πολλοὺς ἂν τόπους τοιούτους κα-
τασχεῖν δυνηθεῖμεν. Χρὴ δὲ τοὺς πρωτεύειν ἐν τοῖς
Ἕλλησιν ἀξιοῦντας τοιούτων ἔργων ἡγεμόνας γίγνε- b
σθαι πολὺ μᾶλλον ἢ πολέμου καὶ στρατοπέδων ξενικῶν,
ὧν νῦν ἐπιθυμοῦντες ἡμεῖς τυγχάνομεν.

25. Περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρέσβεις ἐπαγγέλλονται, καὶ
ταῦθ' ἱκανά, καὶ πόλλ' ἂν ἴσως τις προσθείη τούτοις·
ἡγοῦμαι δὲ δεῖν ἡμᾶς οὐ μόνον ψηφισαμένους τὴν εἰρή-
νην ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ βουλευσαμέ-
νους ὅπως ἄξομεν αὐτήν, καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰώθα- c
μεν, ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς

quidem existimo, si hæc nobis contigerint, urbem nostram prorsus fore felicissimam. At bellum his rebus omnibus nos spoliavit: nam et opes nostras minuit, et in pericula multa nos conjecit, et apud Græcos in odium adduxit, omnibis denique modis afflixit. (20) Si autem pace facta ea præstiterimus, quæ communi fœdere præcipiuntur: et republica nostra sine ullius periculi metu fruemur, liberati bellis et pugnis et tumultu, quo nunc inter nos conflictamur, et in dies opes nostras augebimus, levati tributis et trierarchiis ceterisque belli muneribus, et agros secure colemus, et mare navigabimus, et reliqua negotia tractabimus, quæ nunc propter bellum neglecta jacent. (21) Urbis præterea reditus conduplicari videbimus et mercatores tam peregrinos quam inquilinos, qui nulli nunc adsunt, frequentes huc confluere. Et quod maximum est, socii nobis erunt omnes homines, non coacti, sed volentes; neque illi nos in rebus secundis observabunt propter potentiam, in periculis autem deserent, sed vere et sancte societatem atque amicitiam colent. (22) Ad hæc, quæ nunc bello et magnis sumptibus recuperare non possumus, ea per legationes facillime recipiemus. Ne enim putetis vel Cersoblepten propter Chersonesum vel de Amphipoli Philippum bellum facturum, si a rerum alienarum cupiditate nos esse viderint alienos. (23) Nam nunc quidem, dum nos opibus nostris non contentos plura semper appetere cernunt, non injuria metuunt nostram urbem suisque esse nolunt futuram regnis vicinam: si vero mutatis nostris moribus melius de nobis existimare cœperint, non tantum nostra sibi non vindicabunt, sed etiam de suo nobis aliquid largientur. Est enim eis utile futurum, ut florentis nostræ civitatis amicitia freti suis imperiis secure potiantur. (24) Quin etiam Thraciæ tantam partem vindicare nobis poterimus, ut non nobis tantum victus abunde suppetat, sed egentium quoque Græcorum necessitatibus et ob paupertatem incertis sedibus vagantium consulatur. Nam quum Athenodorus et Callistratus, alter homo privatus, alter etiam exul, urbes condere potuerint: quanto nos magis, modo velimus, talia loca multa occupabimus? Multo autem gloriosius est eos qui Græciæ principatum sibi vindicant, talium operum duces et auctores esse, quam bella conflare et conductitios exercitus alere, quæ quidem nos nunc appetimus.

25. Ac de his quæ legati pollicentur, et hæc sufficiunt et plura adjungi possunt. Sic autem censeo, non tantum decreta pace e concione abeundum esse, sed inita etiam ratione, qua eam conservemus, neque committendum, ut more nostro non multo post iisdem tumultibus agitemur, aut

καταστησόμεθα ταραχάς, μηδ' ἀναβολὴν ἀλλ' ἀπαλ-
λαγὴν εὑρήσομέν τινα τῶν κακῶν τῶν παρόντων. (26)
Οὐδὲν δὲ τούτων οἷόντ' ἐστὶ γενέσθαι πρότερον, πρὶν
ἂν πεισθῆτε τὴν μὲν ἡσυχίαν ὠφελιμωτέραν καὶ κερδα-
λεωτέραν εἶναι τῆς πολυπραγμοσύνης, τὴν δὲ δικαιο-
σύνην τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τῶν ἰδίων ἐπιμέλειαν τῆς
τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. Περὶ ὧν οὐδεὶς πώποτε
τῶν ῥητόρων εἰπεῖν ἐν ὑμῖν ἐτόλμησεν· ἐγὼ δὲ περὶ d
αὐτῶν τούτων τοὺς πλείστους τῶν λόγων μέλλω ποιεῖ-
σθαι πρὸς ὑμᾶς· ὁρῶ γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐν τούτοις
ἐνοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἐν οἷς νῦν τυγχάνομεν πράττοντες.
(27) Ἀνάγκη δὲ τὸν ἔξω τῶν εἰθισμένων ἐπιχειροῦντα
δημηγορεῖν καὶ τὰς ὑμετέρας γνώμας μεταστῆσαι βου-
λόμενον πολλῶν πραγμάτων ἅψασθαι καὶ διὰ μακρο-
τέρων τοὺς λόγους ποιήσασθαι, καὶ τὰ μὲν ἀναμνῆσαι,
τῶν δὲ κατηγορῆσαι, τὰ δ' ἐπαινέσαι, περὶ δὲ τῶν e
συμβουλεῦσαι· μόλις γὰρ ἄν τις ὑμᾶς ἐξ ἁπάντων τού-
των ἐπὶ τὸ βέλτιον φρονῆσαι δυνηθείη προαγαγεῖν.

28. Ἔχει γὰρ οὕτως. Ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες μὲν
ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος καὶ τοῦ πλέον ἔχειν τῶν
165 ἄλλων, οὐκ εἰδέναι δὲ τὰς πράξεις τὰς ἐπὶ ταῦτα φε- a
ρούσας, ἀλλὰ ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων· οἱ μὲν
γὰρ ἔχειν ἐπιεικεῖς καὶ στοχάζεσθαι τοῦ δέοντος δυνα-
μένας, οἱ δ' ὡς οἷόντε πλεῖστον τοῦ συμφέροντος δια-
μαρτανούσας. Ὅπερ καὶ τῇ πόλει συμβέβηκεν. (29)
Ἡμεῖς γὰρ οἰόμεθα μέν, ἢν τὴν θάλατταν πλέωμεν
πολλαῖς τριήρεσι καὶ βιαζώμεθα τὰς πόλεις συντάξεις
διδόναι καὶ συνέδρους ἐνθάδε πέμπειν, διαπράξασθαί τι
τῶν δεόντων· πλεῖστον δὲ διεψεύσμεθα τῆς ἀληθείας. b
Ὧν μὲν γὰρ ἠλπίζομεν, οὐδὲν ἀποβέβηκεν, ἔχθραι δ'
ἡμῖν ἐξ αὐτῶν καὶ πόλεμοι καὶ δαπάναι μεγάλαι γε-
γόνασιν, εἰκότως· (30) καὶ γὰρ τὸ πρότερον ἐκ μὲν τῆς
τοιαύτης πολυπραγμοσύνης εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύ-
νους κατέστημεν, ἐκ δὲ τοῦ δικαίαν τὴν πόλιν παρέ-
χειν καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις καὶ μὴ τῶν ἀλλο-
τρίων ἐπιθυμεῖν παρ' ἑκόντων τῶν Ἑλλήνων τὴν ἡγε-
μονίαν ἐλάβομεν· ὧν νῦν ἀλογίστως καὶ λίαν εἰκῇ c
πολὺν ἤδη χρόνον καταφρονοῦμεν. (31) Εἰς τοῦτο γάρ
τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥσθ' ὑπειλήφασι τὴν μὲν ἀδι-
κίαν ἐπονείδιστον μὲν εἶναι, κερδαλέαν δὲ καὶ πρὸς τὸν
βίον τὸν καθ' ἡμέραν συμφέρουσαν, τὴν δὲ δικαιοσύνην
εὐδόκιμον μέν, ἀλυσιτελῆ δὲ καὶ μᾶλλον δυναμένην
τοὺς ἄλλους ὠφελεῖν ἢ τοὺς ἔχοντας αὐτήν, (32) κακῶς
εἰδότες ὡς οὔτε πρὸς χρηματισμὸν οὔτε πρὸς δόξαν οὔτε
πρὸς ἃ δεῖ πράττειν οὔθ' ὅλως πρὸς εὐδαιμονίαν οὐδὲν d
ἂν συμβάλοιτο τηλικαύτην δύναμιν ὅσην περ ἀρετὴ
καὶ τὰ μέρη ταύτης. Τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν
τῇ ψυχῇ, τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ἄλλας ὠφελείας,
ὧν δεόμενοι τυγχάνομεν· ὥσθ' οἱ τῆς αὑτῶν διανοίας
ἀμελοῦντες λελήθασι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῦ τε φρονεῖν
ἄμεινον καὶ τοῦ πράττειν βέλτιον τῶν ἄλλων ὀλιγω-
ροῦντες. (33) Θαυμάζω δ' εἴ τις οἴεται τοὺς τὴν εὐσέ- e
βειαν καὶ τὴν δικαιοσύνην ἀσκοῦντας καρτερεῖν καὶ μέ-
νειν ἐν τούτοις ἐλπίζοντας ἔλαττον ἕξειν τῶν πονηρῶν,

moram tantum aliquam his malis producamus, sed ut eis omnino liberemur. (26) Quarum rerum nihil fieri poterit, priusquam persuaderi vobis patiamini plus utilitatis et lucri esse in tranquillitate, quam in conatu supervacaneo multarum rerum agendarum, et justitiam præstare injuriæ, suarumque rerum curam appetitioni alienarum. Quibus de rebus quum oratorum nemo unquam apud vos verba facere ausus fuerit, orationis meæ maxima pars in his ipsis consumetur. Hinc enim pendere felicitatem video, et non in iis sitam esse rebus quas nunc agitamus. (27) Omnino autem necesse est eum qui a consueta dicendi ratione recesserit et a sententia nos deducere studuerit, multarum rerum facere mentionem et prolixiori oratione uti, et alia vobis in memoriam redigere, alia reprehendere, quædam laudare, de nonnullis consilium dare. Quæ si quis omnia præstiterit, tamen illi haud promptum erit vos ad meliorem mentem revocare.

28. Sic enim res habet. Mea quidem sententia, universi mortales utilitatis suæ studiosi sunt et in eo elaborant, ut plus possint aliis; verum quibus rationibus id assequantur, in eo falluntur plerique et differunt inter se opinionibus. Nam alii recte judicant et bono consilio id deligunt, quod est rebus atque temporibus maxime accommodatum; alii a ratione utilitatis quam longissime aberrant: id quod nostræ civitati usu venit. (29) Nam in ea sumus opinione, si multis triremibus mare teneamus et urbes tributa pendere cogamus atque huc mittere assessores, nos aliquod fecisse operæ pretium: in quo sane a veritate plurimum aberravimus. Quod enim spe nostra præcepimus, in eo prorsus frustrati sumus, illæque ipsæ res et inimicitiarum et bellorum et magnorum sumptuum causæ nobis exstiterunt. Neque vero mirum id est; (30) nam prius etiam hujusmodi inquieta consilia nos in extrema discrimina conjecerunt: quum autem publice justitiæ studeremus opemque ferremus oppressis, nec quidquam alieni concupisceremus, Græci principatum ultro nobis detulerunt; quos nunc longo jam tempore inconsiderate nimisque petulanter contemnimus. (31) Quidam enim eo dementiæ venerunt, ut existiment injustitiam probrosam quidem esse, sed afferre lucrum et in quotidiana vita cumprimis esse conducibilem; justitiam vero, etsi laudari soleat, nihil emolumenti parere et aliis utiliorem esse, quam iis qui ea præditi sint. (32) Verum illi non intelligunt neque ad parandas opes neque ad gloriam consequendam neque ad rem bene gerendam nec denique ad felicitatem adipiscendam tantam esse vim in injuria, quanta est in virtute et ejus partibus. Nam his bonis quæ in animo insunt, etiam ceteras utilitates, quibus opus est, paramus. Quare qui mentem suam negligunt, hi non animadvertunt se id negligere, ut aliis neque rectius sentiant nec meliore fortuna utantur. (33) Miror autem si quis putet eos, qui pietatem et justitiam colant, in hoc studio perseverare et manere, quin se deteriore conditione fore prævideant quam improbos, nec futurum arbitrentur,

ἀλλ' οὐχ ἡγουμένους καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀνθρώποις πλέον οἴσεσθαι τῶν ἄλλων. Ἐγὼ μὲν γὰρ πέ-
166 πεισμαι τούτους μόνους ὧν δεῖ πλεονεκτεῖν, τοὺς δ' a
ἄλλους ὧν οὐ βέλτιόν ἐστιν. (34) Ὁρῶ γὰρ τοὺς μὲν τὴν ἀδικίαν προτιμῶντας καὶ τὸ λαβεῖν τι τῶν ἀλλοτρίων μέγιστον ἀγαθὸν νομίζοντας ὅμοια πάσχοντας τοῖς δελεαζομένοις τῶν ζῴων, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν, ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἐν τοῖς μεγίστοις κακοῖς ὄντας, τοὺς δὲ μετ' εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ζῶντας ἔν τε τοῖς παροῦσι χρόνοις ἀσφαλῶς b
διάγοντας καὶ περὶ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχοντας. (35) Καὶ ταῦτ' εἰ μὴ κατὰ πάντων οὕτως εἴθισται συμβαίνειν, ἀλλὰ τό γ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτον γίγνεται τὸν τρόπον. Χρὴ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀεὶ συνοίσειν οὐ καθορῶμεν, τὸ πολλάκις ὠφελοῦν, τοῦτο φαίνεσθαι προαιρουμένους. Πάντων δ' ἀλογώτατον πεπόνθασιν ὅσοι κάλλιον μὲν ἐπιτήδευμα νομίζουσιν εἶναι καὶ θεοφιλέστερον τὴν δικαιοσύνην τῆς ἀδικίας, χεῖρον δ' οἴονται βιώσεσθαι c
τοὺς ταύτῃ χρωμένους τῶν τὴν πονηρίαν προῃρημένων.

36. Ἠβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ πρόχειρόν ἐστιν ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν, οὕτω ῥᾴδιον εἶναι πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας ἀσκεῖν αὐτήν· νῦν δὲ δέδοικα μὴ μάτην τὰ τοιαῦτα λέγω. Διεφθάρμεθα γὰρ πολὺν ἤδη χρόνον ὑπ' ἀνθρώπων οὐδὲν ἀλλ' ἢ φενακίζειν δυναμένων, οἳ τοσοῦτον d
τοῦ πλήθους καταπεφρονήκασιν ὥσθ', ὁπόταν βουληθῶσι πόλεμον πρός τινας ἐξενεγκεῖν, αὐτοὶ χρήματα λαμβάνοντες λέγειν τολμῶσιν ὡς χρὴ τοὺς προγόνους μιμεῖσθαι, καὶ μὴ περιορᾶν ἡμᾶς αὐτοὺς καταγελωμένους μηδὲ τὴν θάλατταν πλέοντας τοὺς μὴ τὰς συντάξεις ἐθέλοντας ἡμῖν ὑποτελεῖν. (37) Ἡδέως ἂν οὖν αὐτῶν πυθοίμην, τίσιν ἡμᾶς τῶν προγεγενημένων κελεύουσιν ὁμοίους γίγνεσθαι, πότερον τοῖς περὶ τὰ Περσικὰ γενομένοις, ἢ τοῖς πρὸ τοῦ πολέμου τοῦ Δεκελεικοῦ τὴν e
πόλιν διοικήσασιν; εἰ μὲν γὰρ τούτοις, οὐδὲν ἀλλ' ἢ συμβουλεύουσιν ἡμῖν πάλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύειν· (38) εἰ δὲ τοῖς ἐν Μαραθῶνι τοὺς βαρβάρους
167 νικήσασι καὶ τοῖς πρὸ τούτων γενομένοις, πῶς οὐ πάν- a
των ἀναισχυντότατοι τυγχάνουσιν ὄντες, εἰ τοὺς τότε πολιτευομένους ἐπαινοῦντες τἀναντία πράττειν ἐκείνοις πείθουσιν ἡμᾶς, καὶ τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνειν περὶ ὧν ἀπορῶ τι ποιήσω, πότερα χρήσωμαι ταῖς ἀληθείαις ὥσπερ περὶ τῶν ἄλλων, ἢ κατασιωπήσω, δείσας τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀπέχθειαν; δοκεῖ μὲν γάρ μοι βέλτιον εἶναι διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν, ὁρῶ δ' ὑμᾶς χαλεπώτερον διατιθεμένους πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας ἢ πρὸς τοὺς αἰτίους b
τῶν κακῶν γεγενημένους. (39) Οὐ μὴν ἀλλ' αἰσχυνθείην ἄν, εἰ φανείην μᾶλλον φροντίζων τῆς ἐμαυτοῦ δόξης ἢ τῆς κοινῆς σωτηρίας. Ἐμὸν μὲν οὖν ἔργον ἐστί, καὶ τῶν ἄλλων τῶν κηδομένων τῆς πόλεως, προαιρεῖσθαι τῶν λόγων μὴ τοὺς ἡδίστους, ἀλλὰ τοὺς ὠφελιμωτάτους· ὑμᾶς δὲ χρὴ πρῶτον μὲν τοῦτο γιγνώσκειν, ὅτι τῶν μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς c

ut ceteris majora beneficia a diis hominibusque impetrent. Ego vero persuasum habeo solos hos iis rebus antecellere, quæ veras utilitates pariant; reliquos falsa quadam et inani specie boni gloriari. (34) Nam qui injustitiam pluris faciunt et summum bonum in eo ponunt, ut alienis opibus potiantur, eos similes esse video feris quæ inescantur, atque initio quidem his quæ prehenderint, cum voluptate frui, sed paulo post in maximis esse malis: eos autem qui pietatem et justitiam colunt, et perpetuo in tuto esse et de reliquo ævi spatio universo spem habere meliorem. (35) Quæ si non in omnibus ita evenire consueverunt, at plerumque hoc modo fiunt. Est autem cordatorum hominum officium, quoniam quid profuturum sit semper, non perspicimus, quod frequentius prosit, id amplecti. Omnium autem est eorum opinio absurdissima, qui quum honestiorem et deo gratiorem existiment justitiam injuria, eorum qui illa utuntur vitam fore miseriorem censent, quam eorum qui se improbitati dediderunt.

36. Utinam vero tam facile esset auditoribus persuadere ut virtutem colant, quam eam facile est collaudare. Nunc metuo, ne frustra hæc a me dicantur. Corrupti enim et depravati sumus jam longo tempore ab hominibus quorum omne artificium in decipiendo consumitur, quique populum usque adeo contemnunt, ut, quum largitionibus ipsi corrupti bellum aliquibus inferre student, majores esse imitandos audeant dicere neque committendum ut ludibrio simus aliis, aut ullis mare pateat, qui nobis pendere tributa nolint. (37) Ego vero perquam ex illis audire cupio, quorum superioris ætatis hominum nos similes esse jubeant: eorumne qui circa bellum Persicum fuerunt? an illorum qui ante obsidionem Deceleicam rempublicam gesserunt? Quodsi hos imitari jubent, quid quæso suadent aliud quam denuo periculum excidii esse adeundum? (38) Sin illorum vos similes esse volunt, qui vel ad Marathonem barbaros vicerunt, vel eorum qui ante illos fuerunt; an non sunt omnium impudentissimi, quum eos laudent, qui tum rempublicam gesserunt, et nunc contraria nobis facienda censeant et ad ea delicta nos impellant, de quibus quid faciam, equidem dubito? utrum, ut in ceteris, id quod res est, dicam; an metu vestræ offensionis illa silentio præteream? Nam potius quidem esse judico de iis disserere; sed idem vos iis solere gravius irasci video, qui reprehendunt, quam iis qui vos in calamitates conjecerunt. (39) Verum utcumque res ceciderit, turpe mihi duco meæ famæ potius quam salutis publicæ rationem ducere. Ut igitur et meum et ceterorum, qui rempublicam curant, officium est ea dicere, non quæ auditu jucundissima, sed quæ utilissima factu sunt: sic vos contra statuere debetis, quum morborum corporis multæ et variæ curationes sint a medicis inventæ, animis ignaris et malarum cupiditatum plenis unicum su-

ταῖς ἀγνοούσαις καὶ γεμούσαις πονηρῶν ἐπιθυμιῶν οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν λόγος ὁ τολμῶν τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιπλήττειν, (40) ἔπειθ' ὅτι καταγέλαστόν ἐστι τὰς μὲν καύσεις καὶ τὰς τομὰς τῶν ἰατρῶν ὑπομένειν, ἵνα πλειόνων ἀλγηδόνων ἀπαλλαγῶμεν, τοὺς δὲ λόγους ἀποδοκιμάζειν πρὶν εἰδέναι σαφῶς εἰ τοιαύτην ἔχουσι τὴν δύναμιν ὥστ' ὠφελῆσαι τοὺς ἀκούοντας.

41. Τούτου δ' ἕνεκα ταῦτα προεῖπον, ὅτι περὶ τῶν d λοιπῶν οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἀλλὰ παντάπασιν ἀνειμένως μέλλω τοὺς λόγους ποιεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς. Τίς γὰρ ἄλλοθεν ἐπελθὼν καὶ μήπω συνδιεφθαρμένος ἡμῖν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιστὰς τοῖς γιγνομένοις, οὐκ ἂν μαίνεσθαι καὶ παραφρονεῖν ἡμᾶς νομίσειεν, οἳ φιλοτιμούμεθα μὲν ἐπὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις καὶ τὴν πόλιν ἐκ τῶν τότε πραχθέντων ἐγκωμιάζειν ἔχομεν, οὐδὲν δὲ τῶν αὐτῶν ἐκεί- e νοις πράττομεν, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον; (42) Οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τοῖς βαρβάροις πολεμοῦντες διετέλεσαν, ἡμεῖς δὲ τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίας τὸν βίον ποριζομέ-
168 νους ἐκεῖθεν ἀναστήσαντες ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἠγάγομεν· a κἀκεῖνοι μὲν ἐλευθεροῦντες τὰς πόλεις τὰς Ἑλληνίδας καὶ βοηθοῦντες αὐταῖς τῆς ἡγεμονίας ἠξιώθησαν, ἡμεῖς δὲ καταδουλούμενοι καὶ τἀναντία τοῖς τότε πράττοντες ἀγανακτοῦμεν, εἰ μὴ τὴν αὐτὴν τιμὴν ἐκείνοις ἕξομεν, (43) οἳ τοσοῦτον ἀπολελείμμεθα καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς διανοίαις τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενομένων, ὅσον οἱ μὲν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων σωτηρίας τήν τε πατρίδα τὴν αὑτῶν ἐκλιπεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μαχόμενοι b καὶ ναυμαχοῦντες τοὺς βαρβάρους ἐνίκησαν, ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνεύειν ἀξιοῦμεν, (44) ἀλλ' ἄρχειν μὲν ἁπάντων ζητοῦμεν, στρατεύεσθαι δ' οὐκ ἐθέλομεν, καὶ πόλεμον μὲν μικροῦ δεῖν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀναιρούμεθα, πρὸς δὲ τοῦτον οὐχ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀσκοῦμεν, ἀλλ' ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἀπόλιδας, τοὺς δ' αὐτομόλους, τοὺς δ' ἐκ τῶν c ἄλλων κακουργιῶν συνερρυηκότας, οἷς ὁπόταν τις διδῷ πλείω μισθόν, μετ' ἐκείνων ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν· (45) ἀλλ' ὅμως οὕτως αὐτοὺς ἀγαπῶμεν, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν παίδων τῶν ἡμετέρων, εἰ περί τινας ἐξαμάρτοιεν, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμεν δίκας ὑποσχεῖν, ὑπὲρ δὲ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς καὶ βίας καὶ παρανομίας μελλόντων τῶν ἐγκλημάτων ἐφ' ἡμᾶς ἥξειν οὐχ ὅπως ἀγανακτοῦμεν, ἀλλὰ καὶ χαίρομεν ὅταν ἀκούσωμεν αὐτοὺς τοιοῦτόν d τι διαπεπραγμένους. (46) Εἰς τοῦτο δὲ μωρίας ἐληλύθαμεν, ὥστ' αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς τῶν καθ' ἡμέραν ἐσμέν, ξενοτροφεῖν δ' ἐπικεχειρήκαμεν, καὶ τοὺς συμμάχους τοὺς ἡμετέρους αὐτῶν ἰδίους λυμαινόμεθα καὶ δασμολογοῦμεν, ἵνα τοῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κοινοῖς ἐχθροῖς τὸν μισθὸν ἐκπορίζωμεν. (47) Τοσούτῳ δὲ χείρους ἐσμὲν τῶν προγόνων, οὐ μόνον τῶν εὐδοκιμησάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν μισηθέντων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν εἰ πολεμεῖν πρός τινας ψηφίσαιντο, μεστῆς οὔσης ἀργυρίου καὶ χρυσίου e τῆς ἀκροπόλεως, ὅμως ὑπὲρ τῶν δοξάντων τοῖς αὑτῶν σώμασιν ᾤοντο δεῖν κινδυνεύειν, ἡμεῖς δ' εἰς τοσαύτην

peresse remedium, orationem, quæ libere delicta reprehendat; (40) deinde absurdum et ridiculum esse ustiones et sectiones medicorum tolerare, ut pluribus cruciatibus liberemur; orationes autem, antequam plane cognitum sit an eam vim habeant, ut audientibus prosint, improbare.

41. Hæc eo præfatus sum, quod de ceteris sine omni dissimulatione et prorsus aperte apud vos dicere decrevi. Quis enim, obsecro, est qui peregre adveniens et nostri erroris expers adhuc, si his rebus de improviso interveniat, non delirare nos et insanire arbitretur? qui quum res præclare a majoribus gestas laudi nobis ducamus et rempublicam nostram eo nomine celebrare possimus, tantum abest ut eos ulla ex parte imitemur, ut plane contraria faciamus? (42) Nam illi quidem pro Græcis contra barbaros pugnare non destiterunt; nos vero eos, qui in Asia victum quæritabant, huc retractos contra Græcos duximus : illi dum Græcis urbibus libertatem restituunt, dum opem ferunt, Græciæ principatum acceperunt; nos qui easdem servitute premimus, qui plane diversum agimus, indignamur eundem honorem nobis non haberi, (43) quum inter dicta et facta nostra atque illorum tantum intersit, ut illi pro conservandis Græcis patriam deserere non dubitarint et terra marique barbaros vicerint, nos vero ne pro nostra quidem avaritia dimicare velimus. (44) Imperare quidem studemus omnibus, sed militare nolumus, ac nemo fere est mortalium omnium, quem bello non lacessamus; rei vero militaris exercitationem prorsus ipsi negligimus, sed partim exules, partim transfugas, partim omni flagitiorum genere coopertos, qui huc confluxerint, conducimus, sic animatos ut si quis plus stipendii numeret, ejus ductu nos oppugnaturi sint; (45) adeo tamen eos diligimus, ut pro liberis quidem nostris, si forte vim aut injuriam fecerint, pœnas dare nolimus; de illorum vero rapinis et violentia et legum contemptu quum in nostra capita casura sit expostulatio et culpa, adeo non succenseamus, ut lætemur etiam, si quid eos ejusmodi perpetrasse audierimus. (46) In eam denique stultitiam incidimus, ut ipsi annonæ penuria laborantes peregrinum alere militem studeamus et sociis nostris ipsis injurias inferamus et tributa exigamus, quo mercedem communibus omnium mortalium hostibus numeremus. (47) Postremo tanto deteriores sumus majoribus nostris non laudatis illis tantum, sed iis etiam qui in odio fuerunt, ut illi, si quibus inferre bellum decrevissent, quamvis argento et auro refertum esset ærarium in arce, tamen suis corporibus exsequenda quæ statuerant, censerent; nos ad tantam egestatem redacti, in

ἀπορίαν ἐληλυθότες καὶ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας μισθωτοῖς χρώμεθα τοῖς στρατοπέ- 169 δοις. (48) Καὶ τότε μὲν εἰ τριήρεις πληροῖεν, τοὺς μὲν a ξένους καὶ τοὺς δούλους ναύτας εἰσεβίβαζον, τοὺς δὲ πολίτας μεθ' ὅπλων ἐξέπεμπον· νῦν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ὁπλίταις χρώμεθα, τοὺς δὲ πολίτας ἐλαύνειν ἀναγκάζομεν, ὥσθ' ὁπόταν ἀποβαίνωσιν εἰς τὴν τῶν πολεμίων, οἱ μὲν ἄρχειν τῶν Ἑλλήνων ἀξιοῦντες ὑπηρέσιον ἔχοντες ἐκβαίνουσιν, οἱ δὲ τοιοῦτοι τὰς φύσεις ὄντες οἵους ὀλίγῳ πρότερον διῆλθον, μεθ' ὅπλων κινδυνεύουσιν. b

49. Ἀλλὰ γὰρ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἄν τις ἰδὼν καλῶς διοικούμενα περὶ τῶν ἄλλων θαρρήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐπ' αὐτοῖς τούτοις μάλιστ' ἀγανακτήσειεν; οἵτινες αὐτόχθονες μὲν εἶναί φαμεν καὶ τὴν πόλιν ταύτην προτέραν οἰκισθῆναι τῶν ἄλλων, προσῆκον δ' ἡμᾶς ἅπασιν εἶναι παράδειγμα τοῦ καλῶς καὶ τεταγμένως πολιτεύεσθαι, c χεῖρον καὶ ταραχωδέστερον τὴν ἡμετέραν αὐτῶν διοικοῦμεν τῶν ἄρτι τὰς πόλεις οἰκιζόντων, (50) καὶ σεμνυνόμεθα μὲν καὶ μέγα φρονοῦμεν ἐπὶ τῷ βέλτιον γεγονέναι τῶν ἄλλων, ῥᾷδιον δὲ μεταδίδομεν τοῖς βουλομένοις ταύτης τῆς εὐγενείας ἢ Τριβαλλοὶ καὶ Λευκανοὶ τῆς δυσγενείας· πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους οὕτως ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν (ἓν γὰρ ἀκούσαντες γνώσεσθε καὶ περὶ τῶν ἄλλων) ὥστε θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης, ἤν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώτατα ποι- d οῦντας στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν, καὶ τὸν πλείστους διαφθεῖραι τῶν πολιτῶν δυνηθέντα, τοῦτον ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων καθίσταμεν· (51) σπουδάζοντες δὲ περὶ τὴν πολιτείαν οὐχ ἧττον ἢ περὶ τὴν σωτηρίαν ὅλης τῆς πόλεως, καὶ τὴν δημοκρατίαν εἰδότες ἐν μὲν ταῖς ἡσυχίαις καὶ ταῖς ἀσφαλείαις αὐξανομένην καὶ διαμένουσαν, ἐν δὲ τοῖς πολέμοις δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν, πρὸς μὲν τοὺς τῆς εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας ὡς πρὸς ὀλιγαρχι- e κοὺς ὄντας δυσκόλως ἔχομεν, τοὺς δὲ τὸν πόλεμον ποιοῦντας ὡς τῆς δημοκρατίας κηδομένους εὔνους εἶναι νομίζομεν· (52) ἐμπειρότατοι δὲ λόγων καὶ πραγμάτων 170 ὄντες οὕτως ἀλογίστως ἔχομεν, ὥστε περὶ τῶν αὐτῶν a τῆς αὐτῆς ἡμέρας οὐ ταὐτὰ γιγνώσκομεν, ἀλλ' ὧν μὲν πρὶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβῆναι κατηγοροῦμεν, ταῦτα συνελθόντες χειροτονοῦμεν, οὐ πολὺν δὲ χρόνον διαλιπόντες τοῖς ἐνθάδε ψηφισθεῖσιν, ἐπειδὰν ἀπίωμεν, πάλιν ἐπιτιμῶμεν· προσποιούμενοι δὲ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων εἶναι τοιούτοις χρώμεθα συμβούλοις, ὧν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν καταφρονήσειεν, καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους ἁπάντων τῶν κοινῶν καθίσταμεν, οἷς b οὐδεὶς ἂν οὐδὲν τῶν ἰδίων ἐπιτρέψειεν. (53) Ὃ δὲ πάντων σχετλιώτατον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι· καὶ τοὺς μὲν μετοίκους τοιούτους εἶναι νομίζομεν, οἵους περ ἂν τοὺς προστάτας νέμωσιν, αὐτοὶ δ' οὐκ οἰόμεθα τὴν αὐτὴν λήψεσθαι δόξαν τοῖς προεστῶσιν ἡμῶν. (54) Τοσοῦτον c δὲ διαφέρομεν τῶν προγόνων, ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τοὺς αὐτοὺς προστάτας τε τῆς πόλεως ἐποιοῦντο καὶ στρατη-

tanta civium multitudine, perinde ut magnus rex, conducticiis exercitibus utamur. (48) Illi classe in mare deducta peregrinos et servos navibus agendis præficiebant, cives armis ornatos mittebant; nos conducticiis militibus gravem armaturam damus, cives remigare cogimus. Unde fit ut in hostilem agrum egressi, qui sibi imperium in Græcos arrogant, nauticum pulvillum gestent; illi vero talibus ingeniis præditi, qualia paulo ante descripsimus, armati in acie versentur.

49. At enim si quis rempublicam domi bene administratam viderit, etiam de reliquis bene speret; nonne vero his ipsis maxime indignetur? Qui quum nos indigenas esse atque hanc urbem ante ceteras esse conditam dicamus et nos universis exemplum præbere conveniat bonæ ordinatæque reipublicæ: nostram civitatem deterius et perturbatius administramus iis qui oppida modo condunt; (50) qui splendore porro natalium superbimus et aliis generosiores esse volumus, sed facilius quibusvis hanc nobilitatem impertimus, quam Triballi aut Lucani suam ignobilitatem; qui leges plurimas ferimus, sed easdem ita contemnimus, ut quum pœna capitis in eum constituta sit (ex uno enim etiam cetera judicabitis) qui ambitus sit convictus, eos qui largitionem palam faciunt, imperatores deligamus, et quo quisque plures cives corruperit, eo majoribus præficiatur rebus a nobis. (51) Præterea quum de reipublicæ forma non minus solliciti simus quam de salute totius civitatis, nec ignoremus popularem statum tranquillis et pacatis rebus crescere et confirmari, bellis vero jam bis sublatum esse, pacis studiosos, quasi qui omnia ad paucorum arbitrium revocare conentur, odimus; qui autem bella concitant, hos demum et populares et benevolos esse putamus. (52) Quamvis orationum rerumque gerendarum peritissimi, ea temeritate sumus, ut eodem die de rebus iisdem non eadem decernamus, sed quæ priusquam in concionem ascendimus damnabamus, illa ipsa in concione suffragiis nostris comprobemus, et paulo post domum regressi, quæ hic decreta sunt, denuo cavillemur. Quum nos Græcorum sapientissimos esse profiteamur, ab eorum consiliis pendemus, quos nemo est qui non aspernetur, et summæ rerum omnium illos ipsos præficimus, quibus nemo privatim quicquam commiserit. (53) Quodque omnium acerbissimum est, quos civium improbissimos esse profiteamur, hos reipublicæ custodes fidelissimos arbitramur. Inquilinos quidem tales esse credimus, quales sibi patronos delegerint; nos ipsos autem non existimari similes censemus gubernatoribus nostris. (54) Tam longe autem a more majorum recessimus, ut eosdem illi et summæ reipublicæ præficerent et imperatores crea-

γοὺς ᾑροῦντο, νομίζοντες τὸν ἐπὶ τοῦ βήματος τὰ βέλτιστα συμβουλεῦσαι δυνάμενον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ἄριστ' ἂν βουλεύσασθαι καὶ καθ' αὑτὸν γενόμενον, (55) ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον τούτων ποιοῦμεν· οἷς μὲν γὰρ περὶ τῶν μεγίστων συμβούλοις χρώμεθα, τούτους μὲν οὐκ ἀξιοῦμεν στρατηγοὺς χειροτονεῖν ὡς νοῦν οὐκ ἔχοντας, οἷς δ' οὐδεὶς ἂν οὔτε περὶ τῶν ἰδίων οὔτε περὶ τῶν κοινῶν d συμβουλεύσαιτο, τούτους δ' αὐτοκράτορας ἐκπέμπομεν ὡς ἐκεῖ σοφωτέρους ἐσομένους καὶ ῥᾷον βουλευσομένους περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἢ περὶ τῶν ἐνθάδε προτιθεμένων. (56) Λέγω δὲ ταῦτ' οὐ κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχων τοῖς λεγομένοις ὄντων. Ἐπιλίποι δ' ἄν με τὸ λοιπὸν μέρος τῆς ἡμέρας, εἰ πάσας τὰς πλημμελείας τὰς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐγγεγενημέ- e νας ἐξετάζειν ἐπιχειροίην.

57. Τάχ' οὖν ἄν τις τῶν σφόδρα τοῖς λεγομένοις ἐνόχων ὄντων ἀγανακτήσας ἐρωτήσειε « πῶς, εἴπερ οὕτω κακῶς βουλευόμεθα, σωζόμεθα καὶ δύναμιν οὐδεμιᾶς
171 πόλεως ἐλάττω κεκτημένοι τυγχάνομεν; » Ἐγὼ δὲ πρὸς a ταῦτ' ἀποκριναίμην ἂν ὅτι τοὺς ἀντιπάλους ἔχομεν οὐδὲν βέλτιον ἡμῶν φρονοῦντας. (58) Εἰ γὰρ μετὰ τὴν μάχην, ἣν ἐνίκησαν Θηβαῖοι Λακεδαιμονίους, ἐκεῖνοι μὲν ἐλευθερώσαντες τὴν Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας αὐτονόμους ποιήσαντες ἡσυχίαν εἶχον, ἡμεῖς δὲ τοιαῦτ' ἐξημαρτάνομεν, οὔτ' ἂν οὗτος ἔσχε ταύτην ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν, ἡμεῖς τ' ἂν ἔγνωμεν ὅσῳ κρεῖττόν ἐστι τὸ σωφρονεῖν τοῦ πολυπραγμονεῖν. (59) Νῦν δ' ἐνταῦθα τὰ πράγματα πε- b ριέστηκεν, ὥστε Θηβαῖοι μὲν ἡμᾶς σώζουσιν, ἡμεῖς δὲ Θηβαίους, καὶ συμμάχους ἐκεῖνοι μὲν ἡμῖν ποιοῦσιν, ἡμεῖς δ' ἐκείνοις. Ὥστ' εἰ νοῦν ἔχοιμεν, ἀλλήλοις ἂν εἰς τὰς ἐκκλησίας ἀργύριον παρέχοιμεν· ὁπότεροι γὰρ ἂν πλεονάκις συλλεγῶσιν, οὗτοι τοὺς ἐναντίους ἄμεινον πράττειν ποιοῦσιν. (60) Χρὴ δὲ τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους οὐκ ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς c αὑτῶν πράγμασι καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις· τὸ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐκείνων ἀμαθίαν συμβαῖνον ἡμῖν ἀγαθὸν τυχὸν ἂν παύσαιτο καὶ λάβοι μεταβολήν, τὸ δὲ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς γιγνόμενον βεβαιοτέρως ἂν ἔχοι καὶ μᾶλλον παραμείνειεν ἡμῖν.

61. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς εἰκῇ τὰς ἐπιλήψεις ποιουμένους οὐ χαλεπὸν ἀντειπεῖν· εἰ δὲ δή τίς μοι παραστὰς d τῶν ἐπιεικέστερον διακειμένων ἀληθῆ μὲν λέγειν με προσομολογήσειε καὶ προσηκόντως ἐπιτιμᾶν τοῖς γιγνομένοις, δίκαιον δ' εἶναι φαίη τοὺς ἐπ' εὐνοίᾳ νουθετοῦντας μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν πεπραγμένων, (62) ἀλλὰ καὶ συμβουλεύειν τίνων ἀπεχόμενοι καὶ ποίων ὀρεγόμενοι παυσαίμεθ' ἂν ταύτην ἔχοντες τὴν γνώμην καὶ τοιαῦτ' ἐξαμαρτάνοντες, οὗτος ὁ λόγος ἀπορεῖν ἄν με ποιήσειεν ἀποκρίσεως, οὐκ ἀληθοῦς καὶ συμφερούσης, ἀλλ' ἀρεσκούσης ὑμῖν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδή περ e ἀποκεκαλυμμένως ὥρμημαι λέγειν, οὐκ ἀποκνητέον ἀποφήνασθαι καὶ περὶ τούτων.

rent, quod existimabant, qui pro concione optima suaderet, eundem nihilo deterius etiam per sese deliberaturum : (55) Nos contra, quorum consiliis gravissimis in rebus utimur, illis tanquam stolidis imperium non deferimus; qui vero ejus generis sunt, ut nemo publice privatimve illorum consilium expetat, hos duces summo imperio mittimus, quasi illic sapientiores futuri sint et facilius deliberaturi de totius Græciæ statu quam de rebus quæ hic considerandæ proponuntur. (56) Neque tamen hæc æque ad omnes pertinere volo, sed ad eos qui tales sunt, quales jam diximus. Dies vero me defecerit, si in omnia nostrarum actionum delicta coner severius inquirere.

57. Fortasse autem exsistet eorum aliquis, ad quos hæc crimina maxime pertinent, qui cum indignatione interroget, qui fiat, si tam male consulamus, ut non incolumes tantum, sed etiam nulla urbe opibus et potentia inferiores simus? Expedita responsio est : id adversariorum nostrorum consiliis nihilo prudentioribus acceptum esse referendum. (58) Nam si Thebani victis Lacedæmoniis Peloponnesum liberassent et ceteris Græcis jure suo restituto quievissent, nos autem hæc peccassemus : neque iste nos hoc modo rogare posset, et nos intelligeremus, quantum prudentia turbulentis et inquietis consiliis præstet. (59) Nunc res eo rediit, ut Thebani nobis, nos Thebanis vicissim saluti simus, et illi nobis, nos illis auxilia comparemus. Quare si saperemus, mutuo pecuniam ad indicendas conciones dilargiremur. Nam utri nostrûm sæpius conveniunt, hi alterorum successus promovent. (60) Decet autem eos, qui vel mediocri sunt prudentia præditi, spem salutis non in hostium erratis, sed in suis recte factis consiliisque suis collocare. Nam quæ commoda ex adversariorum inscitia capimus, ea, si fors ferat, desinant mutenturque; quod autem a nobis ipsis proficiscitur, firmius nobis maneat habeatque plus constantiæ.

61. Atque eos quidem refutare qui dicta nostra temere cavillantur, difficile non est. Si quis autem paulo æquior me vera quidem dicere nec injuria reprehendere ea quæ fiunt assentiatur, sed æquum esse dicat eos, qui ex animo consultum aliis velint, non tantum acta improbare, (62) sed etiam monere quæ fugienda, quæ sequenda sint, ut ita sentire et ad hunc modum delinquere desinamus : ejus oratio non id profecto efficiet, ut vere utiliterque respondere nequeam, sed illud vereor, ut satis vobis placeat quod dixero. Verum quoniam semel plane aperteque dicere aggressus sum, etiam de his meam interponere sententiam non dubitabo.

63. Ἃ μὲν οὖν ὑπάρχειν δεῖ τοῖς μέλλουσιν εὐδαιμονήσειν, τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν 172 ἄλλην ἀρετὴν ὀλίγῳ πρότερον εἰρήκαμεν· ὡς δ' ἂν τά- a χιστα πρὸς τὸ τοιοῦτοι γενέσθαι παιδευθεῖμεν, ἀληθὲς μέν ἐστι τὸ ῥηθησόμενον, ἴσως δ' ἂν ἀκούσασιν ὑμῖν δεινὸν εἶναι δόξειε καὶ παρὰ πολὺ τῆς τῶν ἄλλων ἐξηλλαγμένον διανοίας. (64) Ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι καὶ τὴν πόλιν ἡμᾶς ἄμεινον οἰκήσειν καὶ βελτίους αὐτοὺς ἔσεσθαι καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πράξεις ἐπιδώσειν, ἢν παυσώμεθα τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν ἐπιθυμοῦντες. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καὶ νῦν εἰς ταραχὴν ἡμᾶς καθι- b στᾶσα, καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην καταλύσασα μεθ' ἧς οἱ πρόγονοι ζῶντες εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν, καὶ σχεδὸν ἁπάντων αἰτία τῶν κακῶν ὧν αὐτοί τ' ἔχομεν καὶ τοῖς ἄλλοις παρέχομεν. (65) Οἶδα μὲν οὖν ὅτι χαλεπόν ἐστι δυναστείας ὑπὸ πάντων ἐρωμένης καὶ περιμαχήτου γεγενημένης κατηγοροῦντα δοκεῖν ἀνεκτόν τι λέγειν, ὅμως δ' ἐπειδή περ ὑπεμείνατε καὶ τοὺς ἄλλους λόγους, ἀληθεῖς μὲν ὄντας, φιλαπεχθήμονας c δέ, καὶ τοῦτον ὑμῶν ἀνασχέσθαι δέομαι, (66) καὶ μὴ καταγνῶναί μου τοιαύτην μανίαν, ὡς ἄρ' ἐγὼ προειλόμην ἂν διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς περὶ πραγμάτων οὕτω παραδόξων, εἰ μή τι λέγειν ἀληθὲς εἶχον περὶ αὐτῶν. Νῦν δ' οἶμαι πᾶσι φανερὸν ποιήσειν ὡς οὔτε δικαίας ἀρχῆς ἐπιθυμοῦμεν οὔτε γενέσθαι δυνατῆς οὔτε συμφερούσης ἡμῖν.

67. Ὅτι μὲν οὖν οὐ δικαίας, παρ' ὑμῶν μαθὼν d ὑμᾶς ἔχω διδάσκειν. Ὅτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ταύτην εἶχον τὴν δύναμιν, ποίους λόγους οὐκ ἀνηλώσαμεν κατηγοροῦντες μὲν τῆς ἐκείνων ἀρχῆς, διεξιόντες δ' ὡς δίκαιόν ἐστιν αὐτονόμους εἶναι τοὺς Ἕλληνας; (68) τίνας δὲ τῶν πόλεων τῶν ἐλλογίμων οὐ παρεκαλέσαμεν ἐπὶ τὴν συμμαχίαν τὴν ὑπὲρ τούτων συστᾶσαν; πόσας δὲ πρεσβείας ὡς βασιλέα τὸν μέγαν ἀπεστείλαμεν, διδα- e ξούσας αὐτὸν ὡς οὔτε δίκαιόν ἐστιν οὔτε συμφέρον μίαν πόλιν κυρίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων; οὐ πρότερον δ' ἐπαυσάμεθα πολεμοῦντες καὶ κινδυνεύοντες καὶ κατὰ γῆν 173 καὶ κατὰ θάλατταν, πρὶν ἠθέλησαν Λακεδαιμόνιοι a ποιήσασθαι τὰς συνθήκας τὰς περὶ τῆς αὐτονομίας. (69) Ὅτι μὲν οὖν οὐ δίκαιόν ἐστι τοὺς κρείττους τῶν ἡττόνων ἄρχειν, ἐν ἐκείνοις τε τοῖς χρόνοις τυγχάνομεν ἐγνωκότες, καὶ νῦν ἐπὶ τῆς πολιτείας τῆς παρ' ἡμῖν καθεστηκυίας· ὡς δ' οὐδ' ἂν δυνηθείημεν τὴν ἀρχὴν ταύτην καταστήσασθαι, ταχέως οἶμαι δηλώσειν. Ἣν γὰρ μετὰ μυρίων ταλάντων οὐχ οἷοί τ' ἦμεν διαφυλάξαι, πῶς ἂν ταύτην ἐκ τῆς παρούσης ἀπορίας κτήσασθαι δυνηθεῖμεν, ἄλλως τε καὶ χρώμενοι τοῖς ἤθεσιν οὐχ b οἷς ἐλάβομεν ἀλλ' οἷς ἀπωλέσαμεν αὐτήν; (70) Ὡς τοίνυν οὐδὲ δέξασθαι διδομένην τῇ πόλει συμφέρει, δοκεῖτέ μοι τάχιστ' ἂν ἐκεῖθεν καταμαθεῖν. Μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τούτων βούλομαι μικρὰ προειπεῖν· δέδοικα γὰρ μὴ διὰ τὸ πολλοῖς ἐπιτιμᾶν δόξω τισὶ προῃρῆσθαι τῆς πόλεως κατηγορεῖν.

71. Ἐγὼ δ' εἰ μὲν πρὸς ἄλλους τινὰς ἐπεχείρουν

63. Quibus igitur rebus instructos esse deceat eos qui felices futuri sint, pietate nimirum, temperantia ceterisque virtutibus, paulo ante dictum est. Quæ autem expeditissima ratio sit institutionis ejus quæ tales efficiat, vere quidem omnino a me dicetur; sed idem fortasse vobis auditu grave videbitur et plurimum a reliquorum sententiis abhorrere. (74) Ego enim censeo et tranquilliorem rempublicam nostram et nos ipsos meliores fore et incrementis rerum nostrarum omnium auctum iri, si maris imperium concupiscere destiterimus. Hoc enim illud est quod et in hos tumultus nos conjecit et veterem illam democratiam, in qua majores nostri felicitate Græcis omnibus præstiterunt, evertit, et malorum fere omnium, quæ et ipsi ferimus et aliis inferimus, causa fuit. (65) Equidem non ignoro quam difficile sit, ejus orationem, qui potentiam accuset, quam omnes adamarunt armisque vindicandam censent, videri tolerabilem. Verumtamen quum superiora, vera illa quidem, sed odiosa, tuleritis tamen, rogo ut ea etiam quæ restant, non audire gravemini, (66) neque me tanto furore percitum existimetis, ut instituerim de rebus tam abhorrentibus a sensu multitudinis verba facere, nisi in veritate orationis aliquid mihi præsidii esse statuissem. Persuasum enim habeo me planum facturum omnibus, nos id imperium affectare, quod sine injuria parare non liceat, quod contingere nobis non possit, quod nobis non sit profuturum.

67. Ac primum injustum id esse, vos iis docere possum rationibus, quas a vobis didici. Nam quum istam potentiam Lacedæmonii tenerent, quæ verba non consumpsimus, tum eorum principatu accusando, tum æquum esse Græcos libertate frui commemorando? (68) quas vero urbes ex iis quæ alicujus momenti essent, non concitavimus ad societatem belli ob hæc suscepti? quoties legatos ad magnum regem misimus, qui docerent neque justum esse neque utile civitatem unam dominari Græcis? neque prius acquievimus aut oppugnare Lacedæmonios terra marique destitimus, quam consentire in fœdera de libertate facta voluissent. (69) Ac non esse justum ut potentiores dominentur imbecillioribus, et illis temporibus sensimus et nunc republica apud nos recepta declaramus. Jam hoc imperium non posse vos constituere, quamprimum opinor expediam. Nam quod, quum centum millia talentum in ærario haberemus, tueri non potuimus, quinam idem in tanta penuria et inopia recipiemus? quum præsertim iis institutis utamur, non quibus id paravimus, sed quibus amisimus. (70) Quodsi ultro reipublicæ nostræ deferretur, ne sic quidem fore accipiendum, ex eo mihi posse videmini quamprimum intelligere. Sed præstat etiam de his pauca præfari. Nam dum multa reprehendo, vereri mihi subit, ne qui me putent accusationem nostræ civitatis de industria instituisse.

71. Ego vero si apud exteros hoc modo his de rebus dis-

οὕτω διεξιέναι περὶ τῶν πραγμάτων, εἰκότως ἂν εἶχον
τὴν αἰτίαν ταύτην· νῦν δὲ πρὸς ὑμᾶς ποιοῦμαι τοὺς c
λόγους, οὐ διαβάλλειν ἑτέροις ἐπιθυμῶν, ἀλλ' αὐτοὺς
βουλόμενος παῦσαι τῶν τοιούτων ἔργων, καὶ τὴν εἰρή-
νην, περὶ ἧς ἅπας ὁ λόγος ἐστί, βεβαίως καὶ τὴν πόλιν
καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀγαγεῖν. (72) Ἀνάγκη δὲ τοὺς
νουθετοῦντας καὶ τοὺς κατηγοροῦντας τοῖς μὲν λόγοις
χρῆσθαι παραπλησίοις, τὰς δὲ διανοίας ἔχειν ἀλλήλοις
ὡς οἷόντ' ἐναντιωτάτας. Ὥστε περὶ τῶν ταὐτὰ λε- d
γόντων οὐκ ἀεὶ προσήκει τὴν αὐτὴν ὑμᾶς γνώμην ἔχειν,
ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ βλάβῃ λοιδοροῦντας μισεῖν ὡς κα-
κόνους ὄντας τῇ πόλει, τοὺς δ' ἐπ' ὠφελείᾳ νουθετοῦντας
ἐπαινεῖν καὶ βελτίστους τῶν πολιτῶν νομίζειν, (73) καὶ
τούτων αὐτῶν μάλιστα τὸν ἐναργέστατα δυνάμενον
δηλῶσαι τὰς πονηρὰς τῶν πράξεων καὶ τὰς συμφορὰς
τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας· οὗτος γὰρ ἂν τάχιστα ποιή-
σειεν ὑμᾶς, μισήσαντας ἃ δεῖ, βελτιόνων ἐπιθυμῆσαι e
πραγμάτων. Ὑπὲρ μὲν οὖν τῆς τῶν λόγων τραχύτητος
καὶ τῶν εἰρημένων καὶ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων
ταῦτ' ἔχω λέγειν πρὸς ὑμᾶς· ὅθεν δ' ἀπέλιπον, πάλιν
ποιήσομαι τὴν ἀρχήν.

174 74. Ἔφασκον γὰρ ἐκεῖθεν κάλλιστ' ἂν ὑμᾶς κατα- a
μαθεῖν ὡς οὐ συμφέρει λαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρ-
χήν, εἰ σκέψαισθε τίνα τρόπον ἡ πόλις διέκειτο πρὶν
τὴν δύναμιν ταύτην κτήσασθαι, καὶ πῶς ἐπειδὴ κατέ-
σχεν αὐτήν· ἢν γὰρ ταῦτα παρ' ἄλληλα τῇ διανοίᾳ
θεωρήσητε, γνώσεσθ' ὅσων κακῶν αἰτία τῇ πόλει γέ-
γονεν.

75. Ἡ μὲν τοίνυν πολιτεία τοσούτῳ βελτίων ἦν καὶ b
κρείττων ἡ τότε τῆς ὕστερον καταστάσης, ὅσῳ περ
Ἀριστείδης καὶ Θεμιστοκλῆς καὶ Μιλτιάδης ἄνδρες
ἀμείνους ἦσαν Ὑπερβόλου καὶ Κλεοφῶντος καὶ τῶν
νῦν δημηγορούντων· τὸν δὲ δῆμον εὑρήσετε τὸν τότε
πολιτευόμενον οὐκ ἀργίας οὐδ' ἀπορίας οὐδ' ἐλπίδων
κενῶν ὄντα μεστόν, (76) ἀλλὰ νικᾶν μὲν δυνάμενον ἐν
ταῖς μάχαις ἅπαντας τοὺς εἰς τὴν χώραν εἰσβάλλοντας,
ἀριστείων δ' ἀξιούμενον ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος κιν- c
δύνοις, οὕτω δὲ πιστευόμενον ὥστε τὰς πλείστας αὐτῷ
τῶν πόλεων ἑκούσας ἐγχειρίσαι σφᾶς αὐτάς. (77) Τού-
των δ' ὑπαρχόντων, ἀντὶ μὲν τῆς πολιτείας τῆς παρὰ
πᾶσιν εὐδοκιμούσης ἐπὶ τοιαύτην ἀκολασίαν ἡ δύναμις
ἡμᾶς αὕτη προήγαγεν, ἣν οὐδεὶς ἂν ἀνθρώπων ἐπαινέ-
σειεν· ἀντὶ δὲ τοῦ νικᾶν τοὺς ἐπιστρατεύοντας οὕτω
τοὺς πολίτας ἐπαίδευσεν, ὥστε μηδὲ πρὸ τῶν τειχῶν
τολμᾶν ἐπεξιέναι τοῖς πολεμίοις· (78) ἀντὶ δὲ τῆς εὐ-
νοίας τῆς παρὰ τῶν συμμάχων αὐτοῖς ὑπαρχούσης καὶ
τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἰς τοσοῦτον d
μῖσος κατέστησεν, ὥστε παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν ἐξανδρα-
ποδισθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ Λακεδαιμονίων τῶν ἐξ
ἀρχῆς πολεμούντων εὐνουστέρων ἐτύχομεν ἢ τῶν πρό-
τερον ἡμῖν συμμάχων ὄντων. (79) Οἷς οὐκ ἂν δικαίως
ἐγκαλοῖμεν, ὅτι χαλεπῶς πρὸς ἡμᾶς διετέθησαν· οὐ γὰρ
ὑπάρχοντες ἀλλ' ἀμυνόμενοι καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ πα-
θόντες τοιαύτην γνώμην ἔσχον περὶ ἡμᾶς· τίς γὰρ ἂν e

sererem, eo nomine culparer haud injuria : nunc vero ad vos mea se convertit oratio, quos non apud alios traducere studeo, sed istis factis abstinere cupio, uti pax, de qua omnis oratio est, constanter et a vobis et ab reliquis Græcis agatur. (72) Fieri autem non potest quin et qui monent et qui accusant, verbis utantur non fere dissimilibus, quum vis tamen utriusque orationis quam longissime discrepet. Quare vos non decet de his, qui eadem dicunt, eodem modo semper sentire; sed qui nocendi voluntate conviciantur, ut qui rempublicam eversam cupiant, digni odio sunt; qui autem vestræ utilitatis causa monent, laudandi et optimi cives judicandi, (73) atque inter hos is maxime, qui evidentissime possit malas actiones et ortas inde calamitates suis quasi coloribus depingere. Hic enim quamprimum effecerit ut et oderitis ea quæ oportet et res meliores desideretis. Et hæc sunt quæ pro defensione asperioris orationis tam habendæ quam habitæ afferenda in medium censui. Nunc eo redeo, unde sum digressus.

74. Inde igitur, inquam, rectissime perspicietis non esse e republica ut capiatis maris imperium, si consideraveritis quo pacto ante partam istam potentiam urbs constituta fuerit, et quomodo, quum eam jam teneremus. Quæ si apud animos vestros inter se contuleritis, quantum inde malorum in urbem invaserit, perspicietis.

75. Respublica certe superiore tempore tanto melior et præstantior fuit, quam ea quæ secuta est, quanto viri meliores fuerunt Aristides et Themistocles et Miltiades Hyperbolo et Cleophonte et istis qui nunc concionantur. Populus autem, qui tum rempublicam gessit, non socordiæ, non inopiæ, non inanis spei plenus, (76) sed is fuisse comperietur, qui et profligare posset omnes qui Atticam invasissent, et in adeundis pro Græcia periculis primas ferret ob fortitudinem, tantamque sibi fidem adjungeret, ut plurimæ civitates ultro se in fidem ejus conferrent. (77) Quæ quum ita essent, dominatus iste nos amissa veteris reipublicæ apud omnes gloria in eam intemperantiam impulit, quam mortalium nemo laudaverit, et quum antea eos, qui bellum inferrent, armis vinceremus, sic cives nostros instituit, ut ne pro mœnibus quidem in conspectum hostium prodire audeamus. (78) Porro quum majores nostri et apud socios benevolentia et apud ceteros Græcos gloria floruissent, dominatus iste tantum nobis odium concitavit, ut non multum abesset quin urbs exscinderetur, nisi Lacedæmonios, veteres hostes, benevolentiores habuissemus quam socios pridem nostros. (79) Quos jure accusare non possumus, quod infensi nobis fuerunt : neque enim vim inferentes, sed propulsantes et multa graviaque mala perpessi tales in nos animos habuerunt. Quis enim patrum nostrorum petulan-

ὑπέμεινε τὴν ἀσέλγειαν τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων, οἳ συναγαγόντες ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος τοὺς ἀργοτάτους καὶ τοὺς ἁπασῶν τῶν πονηριῶν μετέχοντας, πληροῦντες τούτων τὰς τριήρεις, ἀπηχθάνοντο τοῖς Ἕλλησι, 175 a καὶ τοὺς μὲν βελτίστους τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἐξέβαλλον, τοῖς δὲ πονηροτάτοις τῶν Ἑλλήνων τἀκείνων διένεμον; (80) Ἀλλὰ γὰρ εἰ τολμήσαιμι περὶ τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις γενομένων ἀκριβῶς διελθεῖν, ὑμᾶς μὲν ἴσως ἂν ποιήσαιμι βέλτιον βουλεύσασθαι περὶ τῶν παρόντων, αὐτὸς δ' ἂν διαβληθείην· εἰώθατε γὰρ μισεῖν οὐχ οὕτω τοὺς αἰτίους τῶν ἁμαρτημάτων ὡς τοὺς κατηγοροῦντας αὐτῶν. (81) Τοιαύτην οὖν ὑμῶν γνώμην ἐχόντων, δέδοικα μὴ πειρώμενος ὑμᾶς b εὐεργετεῖν αὐτὸς ἀπολαύσω τι φλαῦρον. Οὐ μὴν ἀποστήσομαι παντάπασιν ὧν διενοήθην, ἀλλὰ τὰ μὲν πικρότατα καὶ μάλιστ' ἂν ὑμᾶς λυπήσοντα παραλείψω, μνησθήσομαι δὲ τούτων μόνον ἐξ ὧν γνώσεσθε τὴν ἄνοιαν τῶν τότε πολιτευομένων.

82. Οὕτω γὰρ ἀκριβῶς εὕρισκον ἐξ ὧν ἄνθρωποι μάλιστ' ἂν μισηθεῖεν, ὥστ' ἐψηφίσαντο τὸ περιγιγνόμενον ἐκ τῶν φόρων ἀργύριον, διελόντες κατὰ τάλαντον, c εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις εἰσφέρειν, ἐπειδὰν πλῆρες ᾖ τὸ θέατρον· καὶ τοῦτ' ἐποίουν, καὶ παρεισῆγον τοὺς παῖδας τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότων, ἀμφοτέροις ἐπιδεικνύοντες, τοῖς μὲν συμμάχοις τὰς τιμὰς τῆς οὐσίας αὐτῶν ὑπὸ μισθωτῶν εἰσφερομένας, τοῖς δ' ἄλλοις Ἕλλησι τὸ πλῆθος τῶν ὀρφανῶν καὶ τὰς συμφορὰς τὰς διὰ τὴν πλεονεξίαν ταύτην γιγνομένας. (83) Καὶ ταῦτα δρῶντες αὐτοί τε τὴν πόλιν εὐδαιμόνι- d ζον, καὶ πολλοὶ τῶν νοῦν οὐκ ἐχόντων ἐμακάριζον αὐτήν, τῶν μὲν συμβήσεσθαι διὰ ταῦτα μελλόντων οὐδεμίαν ποιούμενοι πρόνοιαν, τὸν δὲ πλοῦτον θαυμάζοντες καὶ ζηλοῦντες, ὃς ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθὼν καὶ τὸν δικαίως ὑπάρξαντα διὰ ταχέων ἤμελλε προσαπολεῖν. (84) Εἰς τοῦτο γὰρ κατέστησαν τῶν μὲν οἰκείων ἀμελείας, τῶν δ' ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας, ὥστε Λακεδαι- e μονίων εἰσβεβληκότων εἰς τὴν χώραν καὶ τοῦ τείχους ἤδη τοῦ Δεκελειᾶσιν ἑστηκότος εἰς Σικελίαν τριήρεις ἐπλήρουν, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο τὴν μὲν πατρίδα τεμνομένην καὶ πορθουμένην περιορῶντες, ἐπὶ δὲ τοὺς οὐδὲν πώποτ' εἰς ἡμᾶς ἐξαμαρτόντας στρατιὰν ἐκπέμποντες, 176 ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἀφροσύνης ἦλθον, ὥστε τῶν προαστείων a τῶν οἰκείων οὐ κρατοῦντες Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ Καρχηδόνος ἄρξειν προσεδόκησαν. Τοσοῦτον δὲ διήνεγκαν ἀνοίᾳ πάντων ἀνθρώπων, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι καὶ ποιοῦσιν ἐμφρονεστέρους, ἐκεῖνοι δ' οὐδ' ὑπὸ τούτων ἐπαιδεύθησαν. (86) Καίτοι πλείοσι καὶ μείζοσι περιέπεσον ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ταύτης τῶν ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τῇ πόλει γεγενημένων. Εἰς b Αἴγυπτον μέν γε διακόσιαι πλεύσασαι τριήρεις αὐτοῖς τοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν, περὶ δὲ Κύπρον πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ἐν Δάτῳ δὲ μυρίους ὁπλίτας αὐτῶν καὶ τῶν συμμάχων ἀπώλεσαν, ἐν Σικελίᾳ δὲ τέτταρας μυριάδας καὶ τριήρεις τετταράκοντα καὶ διακοσίας, τὸ

tiam tolerasset, qui congregatos ex universa Græcia ignavissimos quosque omnique genere flagitiorum inquinatos triremibus imponebant, ut Græcorum odium de industria quæsisse viderentur, et optimis civibus aliarum urbium ejectis illorum opes improbissimis Græcorum dilargiebantur? (80) Verum si auderem ea, quæ illis temporibus acta sunt, accurate percensere, fortasse efficerem ut vos iis rebus, quæ nunc instant, rectius consuleretis, sed ipse in crimen venirem. Non enim peccatorum auctores tam odisse soletis quam eorundem reprehensores. (81) Quo animo quum sitis, verendum mihi est ne, dum vobis bene facere conor, de me ipso male merear. Non tamen omnino desistam ab iis quæ institui, sed acerbissimis quibusque, quæque molestissima vobis esse queant, omissis, ea solum commemorabo, unde amentiam eorum, qui illo tempore capessiverunt rempublicam, intelligatis.

82. Nam tanto studio exquisiverunt ea propter quæ maxima hominum odia suscipiuntur, ut decernerent pecuniam, quæ tributorum nomine coacta esset, in singula talenta distributam Bacchanalibus in orchestram inferendam theatro jam repleto. Et hoc quidem quod dixi faciebant et liberos eorum qui in bellis ceciderant, introducebant, utrisque demonstrantes et sociis æstimationem opum suarum, quæ a mercenariis inferebatur, et Græcis ceteris multitudinem orborum et clades ob illam avaritiam acceptas. (83) Quæ dum facerent, quum ipsi tum multitudo amens urbis felicitatem prædicabant, ex illis rebus quid futurum esset, minime prospicientes, sed admiratione opum attoniti, quæ urbem injuste ingressæ etiam eas, quæ jure tenebantur, parvo temporis spatio secum una eversuræ erant. (84) Usque adeo enim et sua neglexerunt et aliena appetiverunt, ut quum Lacedæmoniorum exercitus in Attica versaretur, et Deceliæ murus jam staret, classe Siciliam peterent, neque erubescerent in conspectu suo patriam dilacerari et vastari, et contra illos exercitum mittere, a quibus nulla unquam erant injuria lacessiti. (85) Quin eo dementiæ processerant, ut quamvis suburbia sua non tenerent, tamen imperium Italiæ et Siciliæ et Carthaginis affectarent. Tantum denique mortales omnes amentia superarunt, ut, quum alios calamitates erudiant et prudentiores reddant, eos ne hæc quidem correxerint. (86) Quanquam ab urbe condita plura et graviora mala in illo dominatu acciderunt, quam quæ omni ætate rempublicam afflixerant. Nam ducentæ triremes in Ægyptum missæ una cum vectoribus interierunt; circa Cyprum centum et quinquaginta; in Dato gravis armaturæ decem millia partim civium partim sociorum amisere; at in Sicilia virorum quadraginta millia et triremes ducentas et quadraginta, postremo in Hellesponto

δὲ τελευταῖον ἐν Ἑλλησπόντῳ διακοσίας. (87) Τὰς δὲ κατὰ δέκα καὶ πέντε καὶ πλείους τούτων ἀπολλυμένας c καὶ τοὺς κατὰ χιλίους καὶ δισχιλίους ἀποθνήκοντας τίς ἂν ἐξαριθμήσειεν; πλὴν ἓν ἦν τοῦτο τῶν ἐγκυκλίων, ταφὰς ποιεῖν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτόν, εἰς ἃς πολλοὶ καὶ τῶν ἀστυγειτόνων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐφοίτων, οὐ συμπενθήσοντες τοὺς τεθνεῶτας, ἀλλὰ συνησθησόμενοι ταῖς ἡμετέραις συμφοραῖς. (88) Τελευτῶντες δ' ἔλαθον σφᾶς αὐτοὺς τοὺς μὲν τάφους τοὺς δημοσίους τῶν πολιτῶν ἐμπλήσαντες, τὰς δὲ φρατρίας καὶ τὰ d γραμματεῖα τὰ ληξιαρχικὰ τῶν οὐδὲν τῇ πόλει προσηκόντων. Γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν μάλιστα τὸ πλῆθος τῶν ἀπολλυμένων· τὰ γὰρ γένη τῶν ἀνδρῶν τῶν ὀνομαστοτάτων καὶ τοὺς οἴκους τοὺς μεγίστους, οἳ καὶ τὰς τυραννικὰς στάσεις καὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον διέφυγον, εὑρήσομεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἧς ἐπιθυμοῦμεν, ἀναστάτους γεγενημένους. (89) Ὥστ' εἴ τις σκοπεῖσθαι βούλοιτο e περὶ τῶν ἄλλων, ὥσπερ πρὸς δεῖγμα τοῦτ' ἀναφέρων, φανεῖμεν ἂν μικροῦ δεῖν ἀντηλλαγμένοι. Καίτοι χρὴ πόλιν μὲν εὐδαιμονίζειν μὴ τὴν ἐξ ἁπάντων ἀνθρώπων εἰκῇ πολλοὺς πολίτας ἀθροίζουσαν, ἀλλὰ τὴν τὸ γένος τῶν ἐξ ἀρχῆς τὴν πόλιν οἰκισάντων μᾶλλον τῶν ἄλλων διασῴζουσαν, ἄνδρας δὲ ζηλοῦν μὴ τοὺς τὰς τυραννίδας 177 κατέχοντας μηδὲ τοὺς μείζω δυναστείαν τοῦ δικαίου κεκτημένους, a ἀλλὰ τοὺς ἀξίους μὲν ὄντας τῆς μεγίστης τιμῆς, στέργοντας δ' ἐπὶ ταῖς ὑπὸ τοῦ πλήθους διδομέναις. (90) Ταύτης γὰρ ἕξιν οὔτ' ἀνὴρ οὔτε πόλις λαβεῖν ἂν δύναιτο σπουδαιοτέραν οὐδ' ἀσφαλεστέραν οὐδὲ πλείονος ἀξίαν· ἥνπερ οἱ περὶ τὰ Περσικὰ γενόμενοι σχόντες οὐχ ὁμοίως τοῖς λησταῖς ἐβίωσαν, τοτὲ μὲν πλείω τῶν ἱκανῶν ἔχοντες, τοτὲ δ' ἐν σιτοδείαις καὶ πολιορκίαις b καὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς καθεστῶτες, ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν τροφὴν τὴν καθ' ἡμέραν οὔτ' ἐν ἐνδείαις οὔτ' ἐν ὑπερβολαῖς ὄντες, ἐπὶ δὲ τῇ τῆς πολιτείας δικαιοσύνῃ καὶ ταῖς ἀρεταῖς ταῖς αὑτῶν φιλοτιμούμενοι καὶ τὸν βίον ἥδιον τῶν ἄλλων διάγοντες. (91) Ὧν ἀμελήσαντες οἱ γενόμενοι μετ' ἐκείνους οὐκ ἄρχειν ἀλλὰ τυραννεῖν ἐπεθύμησαν, ἃ δοκεῖ μὲν τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν, c πλεῖστον δ' ἀλλήλων κεχώρισται· τῶν μὲν γὰρ ἀρχόντων ἔργον ἐστὶ τοὺς ἀρχομένους ταῖς αὑτῶν ἐπιμελείαις ποιεῖν εὐδαιμονεστέρους, τοῖς δὲ τυράννοις ἔθος καθέστηκε τοῖς τῶν ἄλλων πόνοις καὶ κακοῖς αὑτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν. Ἀνάγκη δὲ τοὺς τοιούτοις ἔργοις ἐπιχειροῦντας τυραννικαῖς καὶ ταῖς συμφοραῖς περιπίπτειν, καὶ τοιαῦτα πάσχειν οἷά περ ἂν καὶ τοὺς ἄλλους δράσωσιν. Ἃ καὶ τῇ πόλει συνέπεσεν· (92) ἀντὶ μὲν γὰρ τοῦ φρουρεῖν τὰς τῶν ἄλλων ἀκροπόλεις τῆς αὑτῶν ἐπεῖδον τοὺς πολεμίους κυρίους γενομένους· d ἀντὶ δὲ τοῦ παῖδας ὁμήρους λαμβάνειν, ἀποσπῶντες ἀπὸ πατέρων καὶ μητέρων, πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἠναγκάσθησαν τοὺς αὑτῶν ἐν τῇ πολιορκίᾳ χεῖρον παιδεύειν καὶ τρέφειν ἢ προσῆκεν αὐτοῖς· ἀντὶ δὲ τοῦ γεωργεῖν τὰς χώρας τὰς ἀλλοτρίας, πολλῶν ἐτῶν οὐδ' ἰδεῖν αὐτοῖς ἐξεγένετο τὴν αὑτῶν. (93) Ὥστ' εἴ

ducentas. (87) Denas autem et quinas et plures hoc numero amissas et millenos vel bis millenos interfectos quisnam enumeret? Præterea unum erat hoc ex solemnibus anniversariis, ut publicas sepulturas facerent, ad quas multi e finitimis aliisque Græcis conveniebant, non ut peremptos una lugerent, sed ut nostris cladibus inter ipsos lætarentur. (88) Tandem eo res rediere, ut paulatim sepulcra publica civibus, tribus autem et censum civitatis alienigenis implevisse se non viderent. Quanta vero multitudo perierit, ex eo facillime cernitur, quod gentes celeberrimorum virorum amplissimasque familias, quæ et tyrannicas dissensiones et bellum Persicum effugerant, in eo quod tantopere concupiscimus imperio exstirpatas reperiemus. (89) Quare si quis cetera consideret et ad hoc velut exemplar referat, propemodum alii facti esse videamur. At vero ea demum et civitas felix est habenda, non quæ e promiscua hominum omnigenarum colluvie multos cives temere colligit, sed quæ familias eorum, qui urbem condiderunt, maxime conservat; et ii viri in præclaris numerandi sunt, non qui vi potiuntur imperiis aut majores opes quam æquum est possident, sed qui et maximis honoribus digni sunt et iis contenti vivunt, quos populi beneficio consecuti sunt. (90) Nam tali conditione neque privatus neque civitas honestiorem aut tutiorem aut pretii majoris aut magis expetendam obtinere queat: hac qui circa bella Persica erant usi non latronum more vixerunt, alias copia rerum abundantes, alias annonæ penuria laborantes et obsidionibus et malis ingentibus circumventi, sed quum victus eis neque deesset neque superesset, æquitatem gerendæ reipublicæ suasque virtutes laudi sibi ducentes, etiam vitam quam alii suaviorem exegerunt. (91) Qui autem eos proxime secuti sunt, his neglectis non imperium obtinere, sed tyrannidem exercere concupiverunt: quæ quum eandem vim habere videantur, longissimis intervallis distant. Nam eorum qui cum imperio sunt officium est eos qui parent industria sua reddere feliciores, tyrannorum vero ea consuetudo est, suas voluptates ex aliorum ærumnis et cladibus comparare. Necesse est autem eos qui talibus rebus incumbunt, etiam in tyrannicas incidere calamitates et quales se erga alios præbuerint, tales in se quoque alios experiri; id quod et nostræ urbi accidit. (92) Nam pro eo, ut arces aliarum urbium præsidiis occuparent, suam in hostium esse potestate viderunt; deinde quum liberos a parentum complexibus avulsos obsides antea accepissent, multi civium coacti sunt suos liberos in obsidione pejus et alere et instituere, quam eis conveniebat; denique pro eo, ut aliena prædia colerent, multis annis sua ne videre quidem potuerunt.

τις ἡμᾶς ἐρωτήσειεν εἰ δεξαίμεθ' ἂν τοσοῦτον χρόνον e
ἄρξαντες τοιαῦτα παθοῦσαν τὴν πόλιν ἐπιδεῖν, τίς ἂν
ὁμολογήσειε, πλὴν εἴ τις παντάπασιν ἀπονενοημένος
ἐστὶ καὶ μήθ' ἱερῶν μήτε γονέων μήτε παίδων μήτ' ἄλ-
λου μηδενὸς φροντίζει πλὴν τοῦ χρόνου μόνον τοῦ καθ'
178 ἑαυτόν; ὧν οὐκ ἄξιον τὴν διάνοιαν ζηλοῦν, ἀλλὰ πολὺ a
μᾶλλον τῶν πολλὴν πρόνοιαν ποιουμένων, καὶ μηδὲν
ἧττον ὑπὲρ τῆς κοινῆς δόξης ἢ τῆς ἰδίας φιλοτιμουμένων,
καὶ προαιρουμένων μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλ-
λον ἢ μέγαν πλοῦτον μετ' ἀδικίας. (94) Καὶ γὰρ οἱ πρό-
γονοι τοιούτους αὑτοὺς παρασχόντες τήν τε πόλιν εὐδαι-
μονεστάτην τοῖς ἐπιγιγνομένοις παρέδοσαν καὶ τῆς αὑτῶν
ἀρετῆς ἀθάνατον τὴν μνήμην κατέλιπον. Ἐξ ὧν
ἀμφότερα ῥᾴδιόν ἐστι καταμαθεῖν, καὶ τὴν χώραν b
ἡμῶν, ὅτι δύναται τρέφειν ἄνδρας ἀμείνους τῶν ἄλλων,
καὶ τὴν καλουμένην μὲν ἀρχήν, οὖσαν δὲ συμφοράν, ὅτι
πέφυκε χείρους ἅπαντας ποιεῖν τοὺς χρωμένους αὐτῇ.

95. Μέγιστον δὲ τεκμήριον· οὐ γὰρ μόνον ἡμᾶς ἀλλὰ
καὶ τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν διέφθειρεν, ὥστε τοῖς εἰ-
θισμένοις ἐπαινεῖν τὰς ἐκείνων ἀρετὰς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν
εἰπεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ὡς ἡμεῖς μὲν διὰ τὸ δημοκρα- c
τεῖσθαι κακῶς ἐχρησάμεθα τοῖς πράγμασιν, εἰ δὲ Λα-
κεδαιμόνιοι ταύτην τὴν δύναμιν παρέλαβον, εὐδαίμονας
ἂν καὶ τοὺς ἄλλους καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐποίησαν. Πολὺ
γὰρ θᾶττον ἐν ἐκείνοις ἐπεδείξατο τὴν φύσιν τὴν αὑτῆς·
τὴν γὰρ πολιτείαν ἣν ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὐδεὶς οἶδεν
οὔθ' ὑπὸ κινδύνων οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν, ταύ-
την ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλεῦσαι καὶ λυθῆναι παρὰ μικρὸν d
ἐποίησεν. (96) Ἀντὶ γὰρ τῶν καθεστώτων παρ' αὐτοῖς
ἐπιτηδευμάτων τοὺς μὲν ἰδιώτας ἐνέπλησεν ἀδικίας,
ῥᾳθυμίας, ἀνομίας, φιλαργυρίας, τὸ δὲ κοινὸν τῆς πό-
λεως ὑπεροψίας μὲν τῶν συμμάχων, ἐπιθυμίας δὲ τῶν
ἀλλοτρίων, ὀλιγωρίας δὲ τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν.
Τοσοῦτον γὰρ ὑπερεβάλοντο τοὺς ἡμετέρους τοῖς εἰς τοὺς
Ἕλληνας ἁμαρτήμασιν, ὅσον πρὸς τοῖς πρότερον ὑπάρ-
χουσι σφαγὰς καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ἐποίησαν, ἐξ e
ὧν ἀειμνήστους τὰς ἔχθρας πρὸς ἀλλήλους ἕξουσιν. (97)
Οὕτω δὲ φιλοπολέμως καὶ φιλοκινδύνως διετέθησαν, τὸν
ἄλλον χρόνον πρὸς τὰ τοιαῦτα πεφυλαγμένως μᾶλλον
179 τῶν ἄλλων ἔχοντες, ὥστ' οὐδὲ τῶν συμμάχων οὐδὲ a
τῶν εὐεργετῶν ἀπέσχοντο τῶν σφετέρων αὐτῶν, ἀλλὰ
βασιλέως μὲν αὐτοῖς εἰς τὸν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον πλέον
ἢ πεντακισχίλια τάλαντα παρασχόντος, Χίων δὲ προ-
θυμότατα πάντων τῶν συμμάχων τῷ ναυτικῷ συγκιν-
δυνευσάντων, (98) Θηβαίων δὲ μεγίστην δύναμιν εἰς τὸ
πεζὸν συμβαλομένων, οὐκ ἔφθασαν τὴν ἀρχὴν κατασχόν-
τες, καὶ Θηβαίοις μὲν εὐθὺς ἐπεβούλευσαν, ἐπὶ δὲ τὸν
βασιλέα Κλέαρχον καὶ στρατιὰν ἀνέπεμψαν, Χίων b
δὲ τοὺς μὲν πρώτους τῶν πολιτῶν ἐφυγάδευσαν, τὰς δὲ
τριήρεις ἐκ τῶν νεωρίων ἐξελκύσαντες ἁπάσας ᾤχοντο
λαβόντες. (99) Οὐκ ἐξήρκεσε δ' αὐτοῖς ταῦτ' ἐξαμαρ-
τεῖν, ἀλλὰ περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐπόρθουν μὲν τὴν
ἤπειρον, ὕβριζον δὲ τὰς νήσους, ἀνῄρουν δὲ τὰς ἐν Ἰ-
ταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ πολιτείας καὶ τυράννους καθίστασαν,

(93) Itaque si quis nos rogaret, num vellemus ob imperium tantilli temporis rempublicam tantis cladibus affectam intueri, quisnam eam conditionem acciperet, nisi forte quispiam plane desperatus, qui neque sacra neque parentes neque liberos neque quicquam aliud curet, nisi solum vitæ suæ tempus? Quorum nos æmulari mentem indignum est, eosque multo magis imitari decet, qui multa circumspectione ducuntur neque minorem existimationis reipublicæ curam quam suæ susceperunt, quique mediocrem vitæ statum cum æquitate conjunctum magnis opibus male partis anteponunt. (94) Etenim majores nostri quum tales se præbuissent, et posteris florentissimam rempublicam tradiderunt et immortalem virtutis suæ memoriam reliquerunt. Unde utrumque facile perspicitur, tum nostram urbem viros ceteris præstantiores alere posse, tum imperium illud nomine, revera infortunium, omnes, qui eo potiti sunt, reddere deteriores.

95. Cujus rei illud maximum signum est, quod non nos solum, sed etiam Lacedæmoniorum urbem ita corrupit, ut qui virtutes eorum prædicant, jam non possint dicere nos ob popularem statum male rem gessisse, Lacedæmonios autem, si eandem potestatem suscepissent, et semet ipsos et alios felices fuisse reddituros. Nam quod suum esset ingenium, in illis multo celerius declaravit. Quam enim rempublicam septingentorum annorum spatio nemo neque bellis neque casibus aliis labefactatam esse norat, eam exiguo tempore ita concussit, ut parum abesset quin funditus everteretur. (96) Etenim institutis veterum abolitis quum privatos homines injustitia, ignavia, iniquitate, avaritia, tum ipsam rempublicam et contemptu sociorum et appetitione alienorum et neglectu jurisjurandi atque fœderum replevit. Nam tanto gravius Græcos, quam nostri, afflixerunt, ut præter ceteras injurias cædibus etiam et seditionibus turbarent civitates; unde immortales inimicitias inter ipsos habituri sunt. (97) Belli certe quidem adeo cupidi, adeo temerarii facti sunt, ut quum superioribus temporibus cautiores aliis fuissent in ejusmodi rebus, neque societatis jus, nec acceptorum beneficiorum memoria ab inferendis armis eos deterreret: sed quum eis rex Persarum ad bellum contra nos susceptum amplius quinque millia talentum suppeditasset; quum Chii ex omnibus sociis illorum causa promptissime navali prælio dimicassent; (98) quum Thebani maxima vi peditum eis præsto fuissent: non prius principatum obtinuerunt quam Thebanis insidiati sunt et contra Persarum regem Clearchum cum exercitu miserunt et Chiorum principes cives in exilium egerunt et triremes omnes e navalibus abstractas secum avexerunt. (99) Nec his delictis contenti, iisdem temporibus et Asiam vastarunt, et insulas vexarunt, et Italicas et Siculas respublicas abrogarunt et tyrannos instituerunt, et Pelopon-

ἐλυμαίνοντο δὲ τὴν Πελοπόννησον καὶ μεστὴν στάσεων καὶ πολέμων ἐποίησαν. Ἐπὶ ποίαν γὰρ τῶν πόλεων [c] οὐκ ἐστράτευσαν; ἢ περὶ τίνας αὐτῶν οὐκ ἐξήμαρτον; (100) οὐκ Ἠλείων μὲν μέρος τι τῆς χώρας ἀφείλοντο, τὴν δὲ γῆν τὴν Κορινθίων ἔτεμον, Μαντινέας δὲ διῴκισαν, Φλιασίους δ᾽ ἐξεπολιόρκησαν, εἰς δὲ τὴν Ἀργείων εἰσέβαλον, οὐδὲν δ᾽ ἐπαύσαντο τοὺς μὲν ἄλλους κακῶς ποιοῦντες, αὑτοῖς δὲ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Λεύκτροις παρασκευάζοντες; ἥν φασί τινες αἰτίαν γεγενῆσθαι τῇ Σπάρτῃ τῶν κακῶν, οὐκ ἀληθῆ λέγοντες· οὐ γὰρ διὰ ταύτην ὑπὸ [d] τῶν συμμάχων ἐμισήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὰς ὕβρεις τὰς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις καὶ ταύτην ἡττήθησαν καὶ περὶ τῆς αὑτῶν ἐκινδύνευσαν. (101) Χρὴ δὲ τὰς αἰτίας ἐπιφέρειν οὐ τοῖς κακοῖς ἐπιγιγνομένοις, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις τῶν ἁμαρτημάτων, ἐξ ὧν ἐπὶ τὴν τελευτὴν ταύτην κατηνέχθησαν. Ὥστε πολὺ ἄν τις ἀληθέστερα τυγχάνοι λέγων, εἰ φαίη τότε τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς γεγενῆσθαι [e] τῶν συμφορῶν, ὅτε τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης παρελάμβανον· ἐκτῶντο γὰρ δύναμιν οὐδὲν ὁμοίαν τῇ πρότερον ὑπαρχούσῃ. (102) Διὰ μὲν γὰρ τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν καὶ τὴν εὐταξίαν καὶ τὴν καρτερίαν τὴν ἐν αὐτῇ μελε- [180] τωμένην ῥᾳδίως τῆς κατὰ θάλατταν δυνάμεως ἐπεκράτησαν, [a] διὰ δὲ τὴν ἀκολασίαν τὴν ὑπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς ἐγγενομένην ταχέως κἀκείνης τῆς ἡγεμονίας ἀπεστερήθησαν. Οὐ γὰρ ἔτι τοὺς νόμους ἐφύλαττον οὓς παρὰ τῶν προγόνων παρέλαβον, οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἤθεσιν ἔμενον οἷς πρότερον εἶχον, (103) ἀλλ᾽ ὑπολαβόντες ἐξεῖναι ποιεῖν αὑτοῖς ὅ τι ἂν βουληθῶσιν, εἰς πολλὴν ταραχὴν κατέστησαν. Οὐ γὰρ ᾔδεσαν τὴν ἐξουσίαν ἧς πάντες εὔχονται τυχεῖν, ὡς δύσχρηστός ἐστιν, οὐδ᾽ ὡς παραφρο- [b] νεῖν ποιεῖ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτήν, οὐδ᾽ ὅτι τὴν φύσιν ὁμοίαν ἔχει ταῖς ἑταίραις ταῖς ἐρᾶν μὲν αὑτῶν ποιούσαις, τοὺς δὲ χρωμένους ἀπολλυούσαις. (104) Καίτοι φανερῶς ἐπιδέδεικται ταύτην ἔχουσα τὴν δύναμιν· τοὺς γὰρ ἐν πλείσταις ἐξουσίαις γεγενημένους ἴδοι τις ἂν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεπτωκότας, ἀρξαμένους ἀφ᾽ ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων. Αὗται γὰρ αἱ πόλεις καὶ πολιτευόμεναι πρότερον σωφρονέστατα καὶ δόξαν ἔχου- [c] σαι καλλίστην, ἐπειδὴ ταύτης ἔτυχον καὶ τὴν ἀρχὴν ἔλαβον, οὐδὲν ἀλλήλων διήνεγκαν, ἀλλ᾽ ὥσπερ προσήκει τοὺς ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἐπιθυμιῶν καὶ τῆς αὐτῆς νόσου διεφθαρμένους, καὶ ταῖς πράξεσι ταῖς αὐταῖς ἐπεχείρησαν καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι παραπλησίοις ἐχρήσαντο καὶ τὸ τελευταῖον ὁμοίαις ταῖς συμφοραῖς περιέπεσον. (105) Ἡμεῖς τε γὰρ μισηθέντες ὑπὸ τῶν συμμάχων καὶ περὶ [d] ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐσώθημεν, ἐκεῖνοί τε πάντων αὐτοὺς ἀπολέσαι βουληθέντων ἐφ᾽ ἡμᾶς καταφυγόντες δι᾽ ἡμῶν τῆς σωτηρίας ἔτυχον. Καίτοι πῶς χρὴ τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐπαινεῖν τὴν τὰς τελευτὰς οὕτω πονηρὰς ἔχουσαν; ἢ πῶς οὐ μισεῖν καὶ φεύγειν τὴν πολλὰ καὶ δεινὰ ποιεῖν ἀμφοτέρας τὰς πόλεις ἐπάρασαν καὶ παθεῖν ἀναγκάσασαν;

106. Οὐκ ἄξιον δὲ θαυμάζειν, εἰ τὸν ἄλλον χρόνον [e] ἐλάνθανεν ἅπαντας τοσούτων οὖσα κακῶν αἰτία τοῖς

nesum afflixerunt et bellis ac seditionibus compleverunt. Quam enim illi civitatem non oppugnarunt? quos e sociis non injuria læserunt? (100) nonne Eleis agri partem ademerunt? non Corinthiorum agrum populati sunt? non Mantineam in vicos redegerunt? non Phliuntem expugnarunt? non Argivorum agrum incursarunt? unquamne et alios exagitare et cladem sibi Leuctricam præparare destiterunt? Quam qui malorum Spartæ fuisse causam aiunt, verum non dicunt: nec enim ob eam sociorum odia susceperunt, sed ob superiorum temporum injurias et tum superati sunt et de aris ac focis dimicarunt. (101) Neque enim causæ malorum in ea transferendæ sunt, quæ secuta sunt, sed in prima delicta, quæ insecutis infortuniis quasi materiam præbuerunt. Quare si quis dixerit, tunc eis omnium malorum exstitisse principium, quum adepti sunt maris principatum, multo rectius dixerit; potestatem enim susceperunt nulla re illi veteri similem. (102) Nam ob terrestre imperium et disciplinam ac laborum, qua in eo exercebantur, tolerantiam facile etiam maris principatum obtinuerunt, et illud quoque imperium ob hujus principatus insolentiam celeriter amiserunt. Nec enim leges a majoribus acceptas conservabant, neque instituta vetera retinebant; (103) sed quod libuisset, idem sibi licere existimantes in turbas maximas inciderunt. Non enim intelligebant, quam res intractabilis sit potestas, quam omnes exoptant; neque quam facile ii, qui eam concupiverunt, a statu mentis dimoveantur, neque denique, idem esse ejus, quod meretriciularum, ingenium, quæ, quum ad sui amorem alliciant, amatores perdunt. (104) Atqui hanc suam esse vim et naturam perspicue declaravit. Eos enim, qui plurimas potestates et imperia gesserunt, in maximas incidisse videas, sumpto a nobis et Lacedæmoniis initio, calamitates. Nam hæ duæ urbes quum ante moderatione summa rempublicam gererent et optima existimatione essent, quum primum hanc potestatem adeptæ sunt et hoc imperium acceperunt, nihil prorsus diversa conditione fuerunt; sed ut ii qui iisdem libidinibus eodemque morbo constricti tenentur, eadem, ita uti par est, aggressæ facinora paribusque delictis involutæ simili tandem ruina prostratæ conciderunt. (105) Nam et nos odiis sociorum susceptis et republica in extremum imminentis servitutis discrimen adducta a Lacedæmoniis conservati sumus; et illi, quum in eorum exitium omnes conspirassent, ad nos confugerunt et salutem a nobis acceperunt. Quanquam quomodo laudandum est hoc imperium, cujus sunt tam mali exitus? an non odio dignum est, quod ambas urbes multas et acerbas res ut susciperent impulerit et tolerare coegerit?

106. Neque vero mirandum est superiori tempore animadvertisse neminem, quantum malorum importaret, aut

ἔχουσιν αὐτήν, οὐδ' εἰ περιμάχητος ἦν ὑφ' ἡμῶν καὶ Λακεδαιμονίων· εὑρήσετε γὰρ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὰς αἱρέσεις τῶν πραγμάτων ἁμαρτάνον- 181 τας, καὶ πλείους μὲν ἐπιθυμίας ἔχοντας τῶν κακῶν ἢ a τῶν ἀγαθῶν, ἄμεινον δὲ βουλευομένους ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἢ σφῶν αὐτῶν. (107) Καὶ ταῦτ' ἴδοι τις ἂν ἐπὶ τῶν μεγίστων· τί γὰρ οὐχ οὕτω γέγονεν; οὐχ ἡμεῖς μὲν τοιαῦτα προῃρούμεθα πράττειν, ἐξ ὧν Λακεδαιμόνιοι δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν, ἐκεῖνοι δ' οὕτω κακῶς προὔστησαν τῶν πραγμάτων, ὥσθ' ἡμᾶς οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον πάλιν ἐπιπολάσαι καὶ κυρίους γενέσθαι b τῆς ἐκείνων σωτηρίας; (108) οὐχ ἡ μὲν τῶν ἀττικιζόντων πολυπραγμοσύνη λακωνίζειν τὰς πόλεις ἐποίησεν, ἡ δὲ τῶν λακωνιζόντων ὕβρις ἀττικίζειν τὰς αὐτὰς ταύτας ἠνάγκασεν; οὐ διὰ μὲν τὴν τῶν δημηγορούντων πονηρίαν αὐτὸς ὁ δῆμος ἐπεθύμησε τῆς ὀλιγαρχίας τῆς ἐπὶ τῶν τετρακοσίων καταστάσης, διὰ δὲ τὴν τῶν τριάκοντα μανίαν ἅπαντες δημοτικώτεροι γεγόναμεν τῶν Φυλὴν καταλαβόντων; (109) Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τῶν c ἐλαττόνων καὶ τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν ἐπιδείξειεν ἄν τις τοὺς πολλοὺς χαίροντας μὲν καὶ τῶν ἐδεσμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτουσιν, ἐπίπονα δὲ καὶ χαλεπὰ νομίζοντας ἀφ' ὧν ἀμφότερα ταῦτ' ἂν ὠφελοῖτο καὶ καρτερικοὺς εἶναι δοκοῦντας τοὺς ἐν τούτοις ἐμμένοντας. (110) Οἵτινες οὖν, ἐν οἷς ἀεὶ ζῶσι καὶ περὶ ὧν αὐτοῖς μᾶλλον μέλει, τὰ χείρω φαίνονται προαιρούμενοι, τί θαυμαστὸν d εἰ περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν ἀγνοοῦσι καὶ μάχονται πρὸς ἀλλήλους, περὶ ἧς μηδεὶς πώποτ' αὐτοῖς λογισμὸς εἰσῆλθεν;

111. Ὁρᾶτε δὲ καὶ τὰς μοναρχίας τὰς ἐν ταῖς πόλεσι καθισταμένας, ὅσους ἔχουσι τοὺς ἐπιθυμητὰς καὶ τοὺς 182 ἑτοίμους ὄντας ὁτιοῦν πάσχειν ὥστε κατασχεῖν αὐτάς· αἷς τί τῶν δεινῶν ἢ τῶν χαλεπῶν οὐ πρόσεστιν; οὐχ εὐθὺς ἐπειδὰν λάβωσι τὰς δυναστείας, ἐν τοσούτοις ἐμπεπλεγμένοι κακοῖς εἰσιν, (112) ὥστ' ἀναγκάζεσθαι πο- e λεμεῖν μὲν ἅπασι τοῖς πολίταις, μισεῖν δ' ὑφ' ὧν οὐδὲν κακὸν πεπόνθασιν, ἀπιστεῖν δὲ τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἑταίροις τοῖς αὑτῶν, παρακατατίθεσθαι δὲ τὴν τῶν a σωμάτων σωτηρίαν μισθοφόροις ἀνθρώποις, οὓς οὐδὲ πώποτ' εἶδον, μηδὲν δ' ἧττον φοβεῖσθαι τοὺς φυλάττοντας ἢ τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὕτω δ' ὑπόπτως πρὸς ἅπαντας ἔχειν ὥστε μηδὲ τοῖς οἰκειοτάτοις θαρρεῖν πλησιάζοντας; (113) εἰκότως· συνίσασι γὰρ τοὺς πρὸ αὑτῶν τετυραννευκότας τοὺς μὲν ὑπὸ τῶν γονέων ἀνῃρημένους, τοὺς δ' ὑπὸ τῶν παίδων, τοὺς δ' ὑπ' ἀδελφῶν, b τοὺς δ' ὑπὸ γυναικῶν, ἔτι δὲ τὸ γένος αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπων ἠφανισμένον. Ἀλλ' ὅμως ὑπὸ τοσαύτας τὸ πλῆθος συμφορὰς ἑκόντες σφᾶς αὐτοὺς ὑποβάλλουσιν. Ὅπου δ' οἱ πρωτεύοντες καὶ δόξας μεγίστας ἔχοντες τοσούτων κακῶν ἐρῶσι, τί δεῖ θαυμάζειν τοὺς ἄλλους, εἰ τοιούτων ἑτέρων ἐπιθυμοῦσιν;

114. Οὐκ ἀγνοῶ δ' ὅτι τὸν μὲν περὶ τῶν τυράννων λόγον ἀποδέχεσθε, τὸν δὲ περὶ τῆς ἀρχῆς δυσκόλως

nos et Lacedæmonios armis de eo contendisse. Nam plurimos mortalium in expetendarum rerum judicio decipi et vehementiore malarum rerum quam bonarum flagrare desiderio et hostibus melius consulere quam sibimetipsis reperietis: (107) id quod maximis in rebus cernitur. Quid enim non ita factum est? an non et nos ea suscepimus agenda, quibus effectum est ut Lacedæmonii Græciæ dominatu potirentur? non illi sua tam infeliciter curarunt, ut nos paucis annis elapsis emergeremus et salus eorum in potestate nostra sita esset? (108) Non Atheniensium improbi conatus effecerunt ut urbes Lacedæmoniorum partes sequerentur? non injuriæ Laconum easdem studere Atheniensibus coegerunt? non ob oratorum improbitatem ipse populus oligarchiam concupivit temporibus Quadringentorum constitutam? non ob triginta tyrannorum insaniam popularis status cupidiores facti sumus omnes quam ii qui Phylen occuparunt? (109) Atque adeo minoribus etiam in rebus et in quotidiana vita cernitur multos iis et cibis et exercitationibus delectari, quibus et corpus et animum lædant; contraque ab iis, quibus utraque bæc juvarentur, tanquam laboriosis et molestis abhorrere, idque fieri cum quadam opinione constantiæ, si in iis perseverarint. (110) Qui igitur in ea vitæ conditione, qua semper vivunt, in iisque rebus quas maxime curant, deteriora præferunt, quid miri est, si, quale sit maris imperium, ignorant deque eo inter se pugnant, de quo nullam unquam cogitationem susceperunt?

111. Regna item videte, quæ in liberis civitatibus constituuntur, quam multos habeant amatores, qui dum ea obtineant, quidvis perpeti non recusent! quibus quid periculorum, quid ærumnarum non inest? An non statim dominatu suscepto tot malis implicantur, (112) ut necesse habeant cum universis civibus bellum gerere, et eos odisse a quibus offensi non sunt? et amicis sociisque suis diffidere ac salutem suam mercenariorum militum fidei credere, quos nunquam viderunt, et custodes non minus formidare quam insidiatores, et ita suspectos habere omnes, ut conjunctissimorum etiam congressus horreant? (113) Nec id sane injuria, quum non ignorent superioris ætatis tyrannos male periisse alios a parentibus, alios a liberis, alios a fratribus, alios ab uxoribus interfectos, et genus etiam ipsorum funditus esse exstirpatum. Tamen infinitas ultro calamitates subeunt. Quodsi viri principes et maxima præditi auctoritate tanta mala sic adamarunt, ceteros talia alia desiderare quis miretur?

114. Neque vero ignoro vos, quum orationem de tyrannis approbetis, imperii dissuasionem iniquis animis accipere.

ἀκούετε· πεπόνθατε γὰρ πάντων αἴσχιστον καὶ ῥαθυμότατον· ἃ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁρᾶτε, ταῦτ' ἐφ' ὑμῶν c αὐτῶν ἀγνοεῖτε. Καίτοι τῶν φρονίμως διακειμένων οὐκ ἐλάχιστον τοῦτο σημεῖόν ἐστιν, ἢν τὰς αὐτὰς πράξεις ἐπὶ πάντων τῶν ὁμοίων φαίνωνται γνωρίζοντες. (115) Ὧν ὑμῖν οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησεν, ἀλλὰ τὰς μὲν τυραννίδας ἡγεῖσθε χαλεπὰς εἶναι καὶ βλαβερὰς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτάς, τὴν δ' ἀρχὴν τὴν κατὰ θάλατταν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, τὴν οὐδὲν οὔτε τοῖς πάθεσιν οὔτε ταῖς πράξεσι τῶν d μοναρχιῶν διαφέρουσαν. Καὶ τὰ μὲν Θηβαίων πράγματα νομίζετε πονηρῶς ἔχειν, ὅτι τοὺς περιοίκους ἀδικοῦσιν, αὐτοὶ δ' οὐδὲν βέλτιον τοὺς συμμάχους διοικοῦντες ἢ 'κεῖνοι τὴν Βοιωτίαν, ἡγεῖσθε πάντα τὰ δέοντα πράττειν.

116. Ἢν οὖν ἐμοὶ πεισθῆτε, παυσάμενοι τοῦ παντάπασιν εἰκῇ βουλεύεσθαι προσέξετε τὸν νοῦν ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τῇ πόλει, καὶ φιλοσοφήσετε καὶ σκέψεσθε τί τὸ ποιῆσάν ἐστι τὼ πόλη τούτω, λέγω δὲ τὴν ἡμετέ- e ραν καὶ τὴν Λακεδαιμονίων, ἐκ ταπεινῶν μὲν πραγμάτων ἑκατέραν ὁρμηθεῖσαν ἄρξαι τῶν Ἑλλήνων, ἐπεὶ δ' ἀνυπέρβλητον τὴν δύναμιν ἔλαβον, περὶ ἀνδραπο- 183 δισμοῦ κινδυνεῦσαι· (117) καὶ διὰ τίνας αἰτίας Θετταλοὶ a μέν, μεγίστους πλούτους παραλαβόντες καὶ χώραν ἀρίστην καὶ πλείστην ἔχοντες, εἰς ἀπορίαν καθεστήκασι, Μεγαρεῖς δέ, μικρῶν αὐτοῖς καὶ φαύλων τῶν ἐξ ἀρχῆς ὑπαρξάντων, καὶ γῆν μὲν οὐκ ἔχοντες οὐδὲ λιμένας οὐδ' ἀργυρεῖα, πέτρας δὲ γεωργοῦντες, μεγίστους οἴκους τῶν Ἑλλήνων κέκτηνται· (118) κἀκείνων μὲν τὰς ἀκροπόλεις ἄλλοι τινὲς ἀεὶ κατέχουσιν, ὄντων αὐτοῖς πλέον τρισχιλίων ἱππέων καὶ πελταστῶν ἀνα- b ριθμήτων, οὗτοι δὲ μικρὰν δύναμιν ἔχοντες τὴν αὑτῶν ὅπως βούλονται διοικοῦσιν· καὶ πρὸς τούτοις οἱ μὲν σφίσιν αὐτοῖς πολεμοῦσιν, οὗτοι δὲ μεταξὺ Πελοποννησίων καὶ Θηβαίων καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως οἰκοῦντες εἰρήνην ἄγοντες διατελοῦσιν. (119) Ἢν γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διεξίητε πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, εὑρήσετε τὴν μὲν ἀκολασίαν καὶ τὴν ὕβριν τῶν κακῶν αἰτίαν γιγνομένην, τὴν δὲ σωφροσύνην τῶν ἀγαθῶν· c ἣν ὑμεῖς ἐπὶ μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἐπαινεῖτε, καὶ νομίζετε τοὺς ταύτῃ χρωμένους ἀσφαλέστατα ζῆν καὶ βελτίστους εἶναι τῶν πολιτῶν, τὸ δὲ κοινὸν ἡμῶν οὐκ οἴεσθε δεῖν τοιοῦτον παρασκευάζειν. (120) Καίτοι προσήκει τὰς ἀρετὰς ἀσκεῖν καὶ τὰς κακίας φεύγειν πολὺ μᾶλλον ταῖς πόλεσιν ἢ τοῖς ἰδιώταις. Ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς τυχὸν ἂν φθάσειε τελευτήσας πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτημένων· αἱ δὲ πόλεις διὰ τὴν ἀθανασίαν d ὑπομένουσι καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰς παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίας.

121. Ὧν ἐνθυμουμένους χρὴ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τοῖς ἐν τῷ παρόντι μὲν χαριζομένοις, τοῦ δὲ μέλλοντος χρόνου μηδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιουμένοις, μηδὲ τοῖς φιλεῖν μὲν τὸν δῆμον φάσκουσιν, ὅλην δὲ τὴν πόλιν λυμαινομένοις· ὡς καὶ πρότερον, ἐπειδὴ παρέλαβον οἱ

Usu enim vobis venit omnium turpissimum et inconsideratissimum: nam quæ in aliis acute perspicitis, ea in vobis ipsis ignoratis. Atqui prudentiæ non minimum illud signum est de iisdem rebus ad eundem modum in omnibus judicare. (115) Quorum nobis nihil unquam curæ fuit. Nam imperia quidem tyrannica et molesta et perniciosa non aliis tantum, sed ipsis etiam tyrannis putatis; imperium vero maris ut maximum bonorum admiramini, quum revera nihil a monarchiis differat, sed easdem prorsus et actiones et calamitates secum trahat. Thebanorum quidem res male se habere putatis, quod finitimis molesti sint; vos autem, quum nihilo sitis in socios æquiores quam illi in Bœotios, nulla in re ab officio aberrare persuasum habetis.

116. Quare si me quidem audire volueritis, in vos ipsos et rempublicam, repudiatis omnino inanibus consiliis, mentem applicabitis, singularique studio prudentissimeque indagabitis, quidnam illud sit, quod ambas urbes (nostram inquam et Lacedæmoniorum) eo provexerit, ut ab exiguis profectæ initiis Græcis imperarint, ac deinde in immensum aucta potentia in summum discrimen adactæ fuerint; (117) quasnam item ob causas Thessali maximis opibus acceptis et amplissima prædili maximaque potentia eo redacti sint, ut nesciant quo se vertant; Megarenses autem, quum opes eorum per se parvæ ac tenues sint (nam neque agrum habent neque portus neque argentifodinas, sed saxa excolunt), amplissimas facultates inter omnes Græcos pararint; (118) atque illorum quidem arces semper alii quidam teneant, quum ultra tria millia equitum habeant et parmatos innumeros; hi autem, quum parvæ eorum copiæ sint, suam rempublicam suo arbitratu administrent; ad hæc cur illi bella intestina gerant, hi quum inter Peloponnesios et Thebanos et nostram urbem medii habitent, in pace perpetuo vivant? (119) Nam si hæc et quæ hujus generis sunt, animo percurreritis, intemperantiam et superbiam malorum, modestiam bonorum exstitisse causam reperietis, quam vos in privatis laudatis et ejus studiosos maxime in tuto esse et reliquis civibus præstare creditis, sed a republica removendam esse ducitis. (120) Decet autem virtutes exercere et aversari vitia non privatos homines solum, sed civitates multo magis. Nam homo sceleratus atque impius fortassis obierit priusquam det scelerum pœnas, urbes vero, quæ quodammodo immortales sunt, nec divinam nec humanam animadversionem effugiunt.

121. Hæc igitur consideranda sunt, nec iis auscultandum qui, dum in præsentia grata dicant, posteritatis nullam rationem habent, quique se populo studere profitentur, quum totam rempublicam evertant. Nam olim etiam istud hominum genus suggestus et concionum dominatione ac

τοιοῦτοι τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος δυναστείαν, εἰς τοσαύτην e ἄνοιαν προήγαγον τὴν πόλιν, ὥστε παθεῖν αὐτὴν οἷά περ ὀλίγῳ πρότερον ὑμῖν διηγησάμην. (122) Ἃ καὶ πάντων μάλιστ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι προχειρίζεσθε
184 δημαγωγοὺς οὐ τοὺς τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας τοῖς a μεγάλην τὴν πόλιν ποιήσασιν, ἀλλὰ τοὺς ὅμοια καὶ λέγοντας καὶ πράττοντας τοῖς ἀπολέσασιν αὐτήν, καὶ ταῦτ' εἰδότες οὐ μόνον ἐν τῷ ποιῆσαι τὴν πόλιν εὐδαίμονα τοὺς χρηστοὺς τῶν πονηρῶν διαφέροντας, (123) ἀλλὰ καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐπὶ μὲν ἐκείνων ἐν πολλοῖς ἔτεσιν οὔτε κινηθεῖσαν οὔτε μεταστᾶσαν, ἐπὶ δὲ τούτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ δὶς ἤδη καταλυθεῖσαν, καὶ τὰς φυγὰς τὰς ἐπὶ τῶν τυράννων καὶ τὰς ἐπὶ τῶν τριάκοντα γενο- b μένας οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελθούσας, ἀλλὰ διὰ τοὺς μισοῦντας τοὺς τοιούτους καὶ μεγίστην ἐπ' ἀρετῇ δόξαν ἔχοντας.

124. Ἀλλ' ὅμως τηλικούτων ἡμῖν ὑπομνημάτων καταλελειμμένων ὡς ἐφ' ἑκατέρων αὐτῶν ἡ πόλις ἔπραττεν, οὕτω χαίρομεν ταῖς τῶν ῥητόρων πονηρίαις, ὥσθ' ὁρῶντες διὰ τὸν πόλεμον καὶ τὰς ταραχάς, ἃς οὗτοι πεποιήκασι, τῶν μὲν ἄλλων πολιτῶν πολλοὺς ἐκ τῶν πατρῴων ἐκπεπτωκότας, τούτους δ' ἐκ πενήτων πλου- c σίους γεγενημένους, οὐκ ἀγανακτοῦμεν οὐδὲ φθονοῦμεν ταῖς εὐπραγίαις αὐτῶν, (125) ἀλλ' ὑπομένομεν τὴν μὲν πόλιν διαβολὰς ἔχουσαν ὡς λυμαίνεται καὶ δασμολογεῖ τοὺς Ἕλληνας, τούτους δὲ τὰς ἐπικαρπίας λαμβάνοντας, καὶ τὸν μὲν δῆμον, ὅν φασιν οὗτοι δεῖν τῶν ἄλλων ἄρχειν, χεῖρον πράττοντα τῶν ταῖς ὀλιγαρχίαις δουλευόντων, οἷς δ' οὐδὲν ὑπῆρχεν ἀγαθόν, τούτους δὲ διὰ τὴν ἄνοιαν τὴν ἡμετέραν ἐκ ταπεινῶν εὐδαίμονας γε- d γενημένους. (126) Καίτοι Περικλῆς ὁ πρὸ τῶν τοιούτων δημαγωγὸς καταστάς, παραλαβὼν τὴν πόλιν χεῖρον μὲν φρονοῦσαν ἢ πρὶν κατασχεῖν τὴν ἀρχήν, ἔτι δ' ἀνεκτῶς πολιτευομένην, οὐκ ἐπὶ τὸν ἴδιον χρηματισμὸν ὥρμησεν, ἀλλὰ τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν αὑτοῦ κατέλιπεν ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς παρέλαβεν, εἰς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀνήγαγεν ὀκτακισχίλια τάλαντα χωρὶς τῶν e ἱερῶν. (127) Οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἐκείνου διενηνόχασιν, ὥστε λέγειν μὲν τολμῶσιν ὡς διὰ τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν οὐ δύνανται τοῖς αὑτῶν ἰδίοις προσέχειν τὸν νοῦν, φαίνεται δὲ τὰ μὲν ἀμελούμενα τοσαύτην εἰλη-
185 φότα τὴν ἐπίδοσιν, ὅσην οὐδ' ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς a πρότερον ἠξίωσαν, τὸ δὲ πλῆθος ἡμῶν, οὗ κήδεσθαί φασιν, οὕτω διακείμενον ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν ἡδέως ζῆν μηδὲ ῥαθύμως, ἀλλ' ὀδυρμῶν μεστὴν εἶναι τὴν πόλιν. (128) Οἱ μὲν γὰρ τὰς πενίας καὶ τὰς ἐνδείας ἀναγκάζονται διεξιέναι καὶ θρηνεῖν πρὸς σφᾶς αὐτούς, οἱ δὲ τὸ πλῆθος τῶν προσταγμάτων καὶ τῶν λειτουργιῶν καὶ τὰ κακὰ τὰ περὶ τὰς συμμορίας καὶ τὰς ἀντιδόσεις· ἃ τοιαύτας ἐμποιεῖ λύπας, ὥστ' ἄλγιον ζῆν τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἢ τοὺς συνεχῶς b πενομένους.

129. Θαυμάζω δ' εἰ μὴ δύνασθε συνιδεῖν ὅτι γένος οὐδέν ἐστι κακονούστερον τῷ πλήθει πονηρῶν ῥητόρων

regno suscepto in eam dementiam urbem perduxit, ut calamitates eas pateretur, quas paulo ante commemoravi. (122) Maxime igitur mirum est vos duces populi non illos eligere qui eodem animo sint quo ii qui rempublicam amplificarunt, sed eos qui non alia et dicunt et agunt, quam qui everterunt, quum præsertim sciatis non eo solum præstare improbis bonos viros, quod hi civitatem beatam reddunt, (123) sed democratiam etiam iis gubernantibus per multos annos neque motam neque mutatam esse, sub istis parvo spatio temporis bis jam dissolutam, et qui tyrannorum et trigintavirorum tempore in exilium acti essent, eos non per sycophantas ab exilio esse revocatos, sed eorum ope restitutos, qui et istis infensissimi sint et ob virtutem celeberrimi.

124. Etsi autem nobis tanta monumenta relicta sunt clareque perspicitur, quid ex utrorumque gubernatione respublica vel commodi vel detrimenti ceperit: sic tamen oratorum improbitate delectamur, ut, quum videamus ob bella et tumultus ab istis excitatos ceterorum civium permultos paternis bonis spoliatos, ipsos e pauperibus divites esse factos, non indignemur nec successibus eorum invideamus, (125) sed convicia æquis animis feramus, quæ nostræ urbi dicantur, ab ipsa affligi et vexari exactionibus Græcos, quarum illi fructus percipiant, et populum, quem isti aliis imperare oportere dictitant, infeliciorem esse iis qui in oligarchiis serviant; qui autem omni bono caruerint, eos per amentiam nostram ex humilibus factos beatos esse. (126) At Pericles, qui ante istos populo præfuit, quum urbem administrandam suscepisset, non quidem ita sanam et moderatam, ut ante adeptum principatum, sed mediocriter tamen adhuc constitutam, non suis opibus augendis intentus fuit, sed minorem censum reliquit quam a patre acceperat; in arcem vero talenta octies mille retulit præter sacram pecuniam et ornamenta templorum. (127) Inter istos autem et illum tantum interest, ut, quum dicere audeant se ob reipublicæ administrationem non vacare posse curandæ rei familiari, tamen ea, quæ negliguntur scilicet, tanta incrementa sumpsisse constet, quanta olim ne a diis quidem precari ausi fuissent, plerosque autem nostrûm sic esse malis oppressos, ut nemo civium suaviter et tranquillo animo vivat, sed lamentationum plena tota sit civitas. (128) Nam alii secum paupertatem et inopiam queri suam coguntur; alii multiplicia edicta et munera, et calamitates symmoriorum, et opum permutationes miserantur, quæ tantas molestias pariunt, ut insuavius ii vivant qui rem habent, quam qui in paupertate perpetua degunt.

129. Mirum profecto est, vos non perspicere tandem, nullum hominum genus malevolentius esse multitudini

και δημαγωγῶν· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην ἀναγκαίων οὗτοι μάλιστα βούλονται σπανίζειν ὑμᾶς, ὁρῶντες τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἰδίων δυναμένους τὰ σφέτερ' αὐτῶν διοικεῖν τῆς πόλεως ὄντας καὶ τῶν τὰ βέλτιστα λεγόντων, (130) τοὺς δ' ἀπὸ τῶν δικαστηρίων ζῶντας καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν c ἐντεῦθεν λημμάτων ὑφ' αὑτοῖς διὰ τὴν ἔνδειαν ἠναγκασμένους εἶναι, καὶ πολλὴν χάριν ἔχοντας ταῖς εἰσαγγελίαις καὶ ταῖς γραφαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις συκοφαντίαις ταῖς δι' αὐτῶν γιγνομέναις. (131) Ἐν οὖν ταῖς ἀπορίαις, ἐν αἷς αὐτοὶ δυναστεύουσιν, ἐν ταύταις ἥδιστ' ἂν ἴδοιεν ἅπαντας ὄντας τοὺς πολίτας. Τεκμήριον δὲ μέγιστον· οὐ γὰρ τοῦτο σκοποῦσιν, ἐξ οὗ τρόπου τοῖς δεομένοις βίον ἐκποριοῦσιν, ἀλλ' ὅπως τοὺς ἔχειν d τι δοκοῦντας τοῖς ἀπόροις ἐξισώσουσιν.

132. Τίς οὖν ἀπαλλαγὴ γένοιτ' ἂν τῶν κακῶν τῶν παρόντων; Διείλεγμαι μὲν τὰ πλεῖστα περὶ αὐτῶν τούτων, οὐχ ἐφεξῆς, ἀλλ' ὡς ἕκαστον τῷ καιρῷ συνέπιπτεν· μᾶλλον δ' ἂν ὑμῖν ἐγγένοιτο μνημονεύειν, εἰ συναγαγὼν τὰ μάλιστα κατεπείγοντα πάλιν ἐπανελθεῖν αὐτὰ πειραθείην.

133. Ἔστι δ' ἐξ ὧν ἂν ἐπανορθώσαιμεν τὰ τῆς πόλεως καὶ βελτίω ποιήσαιμεν, πρῶτον μὲν ἢν συμβού- e λους ποιώμεθα τοιούτους περὶ τῶν κοινῶν, οἵους περ ἂν περὶ τῶν ἰδίων ἡμῖν εἶναι βουληθεῖμεν, καὶ παυσώμεθα δημοτικοὺς μὲν εἶναι νομίζοντες τοὺς συκοφάντας, 186 ὀλιγαρχικοὺς δὲ τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν, a γνόντες ὅτι φύσει μὲν οὐδεὶς οὐδέτερον τούτων ἐστίν, ἐν ᾗ δ' ἂν ἕκαστοι τιμῶνται, ταύτην βούλονται καθεστάναι τὴν πολιτείαν· (134) δεύτερον δ' ἢν ἐθελήσομεν χρῆσθαι τοῖς συμμάχοις ὁμοίως ὥσπερ τοῖς φίλοις, καὶ μὴ λόγῳ μὲν αὐτονόμους ἀφιῶμεν, ἔργῳ δὲ τοῖς στρατηγοῖς αὐτοὺς ὅ τι ἂν βούλωνται ποιεῖν ἐκδιδῶμεν, μηδὲ δεσποτικῶς ἀλλὰ συμμαχικῶς αὐτῶν ἐπιστατῶμεν, ἐκεῖνο καταμαθόντες, ὅτι μιᾶς μὲν ἑκάστης τῶν b πόλεων κρείττους ἐσμέν, ἁπασῶν δ' ἥττους· (135) τρίτον ἢν μηδὲν περὶ πλείονος ἡγῆσθε, μετά γε τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν, τοῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν· τοῖς γὰρ οὕτω διακειμένοις ἑκόντες καὶ τὰς δυναστείας καὶ τὰς ἡγεμονίας διδόασιν.

136. Ἢν οὖν ἐμμείνητε τοῖς εἰρημένοις, καὶ πρὸς τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς παράσχητε πολεμικοὺς μὲν ὄντας ταῖς μελέταις καὶ ταῖς παρασκευαῖς, εἰρηνικοὺς δὲ τῷ c μηδὲν παρὰ τὸ δίκαιον πράττειν, οὐ μόνον εὐδαίμονα ποιήσετε ταύτην τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. (137) Οὐδὲ γὰρ ἄλλη τῶν πόλεων οὐδεμία τολμήσει περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν, ἀλλ' ὀκνήσουσι καὶ πολλὴν ἡσυχίαν ἄξουσιν, ὅταν ἴδωσιν ἐφεδρεύουσαν τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν καὶ παρεσκευασμένην τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν. Οὐ μὴν ἀλλ' ὁπότερον ἂν ποιήσωσι, τό γ' ἡμέτερον καλῶς ἕξει καὶ συμφερόντως. (138) Ἤν τε γὰρ δόξῃ τῶν πόλεων ταῖς προεχούσαις d ἀπέχεσθαι τῶν ἀδικημάτων, ἡμεῖς τούτων τῶν ἀγαθῶν τὴν αἰτίαν ἕξομεν· ἤν τ' ἐπιχειρῶσιν ἀδικεῖν, ἐφ' ἡμᾶς

quam improbos oratores et plebis concitatores. Nam præter mala cetera etiam annonæ vos laborare penuria hi maxime optant. Vident enim eos qui de suo habent unde vivant, reipublicæ addictos esse et cum iis facere qui rectissime consulunt; (130) qui autem de judiciis et de concionibus victitant et quæ inde percipiuntur emolumentis, eos inopia coactos a se pendere et magnam habere gratiam delationibus et accusationibus et reliquis calumniis, quarum isti sunt auctores. (131) Quam igitur regnum sibi stabiliri civium inopia videant, eos omnes vellent esse quam egentissimos. Cujus rei signum illud certissimum est, quod non tam inopiæ tenuiorum student succurrere, quam eos qui aliquid habere videntur, egentibus exæquare.

132. Quod igitur his malis remedium invenietur? Disserui jam quidem de his fere omnibus, non ordine, sed uti singula se tempori offerre videbantur: quæ facilius memoria custodietis, si maxime necessaria collecta in unum locum repetiverimus.

133. Prima igitur hæc est emendandæ et erigendæ reipublicæ ratio, si de publicis negotiis deliberaturi tales in consilium adhibuerimus, quales in privatis rebus adhibere velimus, et desierimus calumniatores existimare populares honestosque viros oligarchicos. Illud enim tenendum est natura neminem vel popularem vel paucorum esse potentiæ studiosum, sed eam quemque reipublicæ formam expetere maxime, in qua maxime honoretur. (134) Secundo vero loco tales debemus erga socios nos præbere, quales erga amicos; non autem verbo libertatem dare, re ipsa vero ducibus nostris omnem in eos grassandi licentiam proponere, neque eis præesse ut domini servis, sed ita ut sociis dignum est, illud edocti, nos singulis urbibus superiores esse viribus, universis inferiores. (135) Tertium est, ut, secundum pietatem in deos, nihil pluris faciatis quam ut apud Græcos maximam laudem adipiscamini. Nam quos illi sic animatos viderint, his ultro imperia et principatum deferunt.

136. Quodsi ea quæ diximus præstiteritis et ita vos comparaveritis, ut et rei militaris exercitatione atque apparatu sitis bellicosi, et nihil præter jus et æquum agendo pacis studiosi: non hanc modo urbem felicem reddetis, sed etiam Græcos universos. (137) Nec enim ulla ceterarum urbium eos lædere audebit, sed verebuntur solliciteque cavebunt, ne quid moveant, quando viderint nostram potentiam imminentem paratamque quæ injuria affectis opituletur. Sed utrum illæ fecerint, reipublicæ nostræ res recte ac præclare se habebunt. (138) Sive enim potentioribus urbibus visum fuerit abstinere injuriis, ea felicitas nobis imputabitur; sive grassari illæ cœperint, omnes qui in metu et malis

ἅπαντες οἱ δεδιότες καὶ κακῶς πάσχοντες καταφεύξονται, πολλὰς ἱκετείας καὶ δεήσεις ποιούμενοι, καὶ διδόντες οὐ μόνον τὴν ἡγεμονίαν ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτούς· (139) ὥστ' οὐχ ἀπορήσομεν μεθ' ὧν κωλύσομεν τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, ἀλλὰ πολλοὺς ἕξομεν τοὺς ἑτοίμως καὶ προθύμως συναγωνιζομένους ἡμῖν. Ποία γὰρ πόλις ἢ τίς ἀνθρώπων οὐκ ἐπιθυμήσει μετασχεῖν τῆς e φιλίας καὶ τῆς συμμαχίας τῆς ἡμετέρας, ὅταν ὁρῶσι τοὺς αὐτοὺς ἀμφότερα καὶ δικαιοτάτους ὄντας καὶ
187 μεγίστην δύναμιν κεκτημένους, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους a σώζειν καὶ βουλομένους καὶ δυναμένους, αὐτοὺς δὲ μηδεμιᾶς βοηθείας δεομένους; (140) πόσην δὲ χρὴ προσδοκᾶν ἐπίδοσιν τὰ τῆς πόλεως λήψεσθαι, τοιαύτης εὐνοίας ἡμῖν παρὰ τῶν ἄλλων ὑπαρξάσης; πόσον δὲ πλοῦτον εἰς τὴν πόλιν εἰσρυήσεσθαι, δι' ἡμῶν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος σωζομένης; τίνας δ' οὐκ ἐπαινέσεσθαι τοὺς τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν αἰτίους γεγενημένους; (141) Ἀλλὰ γὰρ οὐ δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν b ἅπαντα τῷ λόγῳ περιλαβεῖν, ἃ τυγχάνω τῇ διανοίᾳ καθορῶν, πλὴν ὅτι καλόν ἐστιν ἐν ταῖς τῶν ἄλλων ἀδικίαις καὶ μανίαις πρώτους εὖ φρονήσαντας προστῆναι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας, καὶ σωτῆρας ἀλλὰ μὴ λυμεῶνας αὐτῶν κληθῆναι, καὶ περιβλέπτους ἐπ' ἀρετῇ γενομένους τὴν δόξαν τὴν τῶν προγόνων ἀναλαβεῖν.

142. Κεφάλαιον δὲ τούτων ἐκεῖν' ἔχω λέγειν, εἰς ὃ πάντα τὰ προειρημένα συντείνει καὶ πρὸς ὃ χρὴ βλέ- c ποντας τὰς πράξεις τὰς τῆς πόλεως δοκιμάζειν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς, εἴπερ βουλόμεθα διαλύσασθαι μὲν τὰς διαβολὰς ἃς ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι, παύσασθαι δὲ τῶν πολέμων τῶν μάτην γιγνομένων, κτήσασθαι δὲ τῇ πόλει τὴν ἡγεμονίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, μισῆσαι μὲν ἁπάσας τὰς τυραννικὰς ἀρχὰς καὶ τὰς δυναστείας, ἀναλογισαμένους τὰς συμφορὰς τὰς ἐξ αὐτῶν γεγενημένας, ζηλῶσαι δὲ καὶ μιμήσασθαι τὰς ἐν Λακε- d δαίμονι βασιλείας. (143) Ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν μὲν ἧττον ἔξεστιν ἢ τοῖς ἰδιώταις, τοσούτῳ δὲ μακαριστότεροι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν βίᾳ τὰς τυραννίδας κατεχόντων, ὅσον οἱ μὲν τοὺς τοιούτους ἀποκτείναντες τὰς μεγίστας δωρεὰς παρὰ τῶν συμπολιτευομένων λαμβάνουσιν, ὑπὲρ ἐκείνων δ' οἱ μὴ τολμῶντες ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκειν ἀτιμότεροι γίγνονται τῶν τὰς e τάξεις λειπόντων καὶ τὰς ἀσπίδας ἀποβαλλόντων. (144) Ἄξιον οὖν ὀρέγεσθαι τῆς τοιαύτης ἡγεμονίας. Ἔνεστι δὲ τοῖς πράγμασιν ἡμῶν τυχεῖν παρὰ τῶν Ἑλλήνων τῆς τιμῆς ταύτης, ἥνπερ ἐκεῖνοι παρὰ τῶν πολιτῶν ἔχουσιν, ἢν ὑπολάβωσι τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν μὴ
188 δουλείας ἀλλὰ σωτηρίας αἰτίαν αὐτοῖς ἔσεσθαι. a

145. Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν λόγων ἐνόντων περὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, ἐμοὶ μὲν ἀμφότερα συμβουλεύει παύσασθαι λέγοντι, καὶ τὸ μῆκος τοῦ λόγου καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν τῶν ἐμῶν· τοῖς δὲ νεωτέροις καὶ μᾶλλον ἀκμάζουσιν ἢ 'γὼ παραινῶ καὶ παρακελεύομαι τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ἐξ ὧν τὰς μεγίστας

erunt, ad nos confugient et supplices a nobis auxilium magna contentione expetent, nec principatum tantum, sed semetipsos etiam nobis tradent. (139) Quare non defuturi sunt quorum ope delinquentes coerceamus, sed multos habebimus, qui strenuam et paratam operam nobis navent. Quæ enim urbs, imo quis mortalium nostram amicitiam et societatem non ducet expetendam, quum eosdem utraque re et insigni justitia et maxima potentia viderint præditos itaque paratos, ut aliis saluti esse et possint et velint, quum ipsi nullis auxiliis egeant? (140) Quanta vero nostræ urbis incrementa erunt, ubi aliorum tanta erit erga nos benevolentia? quantis opibus affluet etiam respublica, universa Græcia per nos conservata? qui nos non efferent laudibus, tot ac tantorum bonorum auctores? (141) Sed ego propter ætatem oratione mea non omnia complecti possum quæ animo perspicio, nisi quod præclarum est nos in aliorum injuriis et insania primos ad sanam mentem reversos Græcorum salutis et libertatis curam suscipere potius quam pestes illorum appellari, et virtute illustres avitam gloriam recuperare.

142. Nunc id dicam quod horum caput est, quo et superiora omnia pertinent, et in quod intuentes omnes nostræ urbis actiones probare debemus. Nam si maledicta, quibus nunc petimur, exstinguere, si temeraria bella sopire, si principatum perpetuo reipublicæ nostræ comparare studemus : omnia tyrannica imperia et potestates odio sunt habendæ, consideratis calamitatibus, quæ inde exortæ sunt, et regnum duplicatum Lacedæmoniorum admirandum atque imitandum. (143) Quorum regibus minor delinquendi potestas est quam hominibus privatis; tanto autem feliciores sunt iis qui vi tenent imperia, ut tyrannorum quidem interfectoribus maxima præmia publice constituta sint, pro illis vero qui mortem in præliis oppetere dubitant, ignominiosiores habeantur quam qui deseruerunt ordines aut clypeos abjecerunt. (144) Operæ pretium est igitur talem expetere principatum. Harum autem rerum nostrarum ea natura est, ut a Græcis per eas honorem eundem consequamur, qui Spartanis regibus a civibus habetur, si nostram potentiam non ad opprimendam, sed ad conservandam Græciam pertinere existimarint.

145. Etsi autem de hoc argumento et multa et varia dici possunt, tamen ut dicendi finem faciam, utraque me admonent, et orationis longitudo, et annorum meorum multitudo. Adolescentes autem et per ætatem me robustiores moneo et hortor, ut ea et dicant et scribant, quibus maximæ urbes

τῶν πόλεων καὶ τὰς εἰθισμένας ταῖς ἄλλαις κακὰ παρέχειν προτρέψουσιν ἐπ' ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην, ὡς ἐν ταῖς τῆς Ἑλλάδος εὐπραγίαις συμβαίνει καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων πράγματα πολλῷ βελτίω γίγνεσθαι.

et aliis nocere solitæ ad virtutem et justitiam incitentur: nam in rebus Græciæ secundis evenit ut eruditorum etiam hominum res multo fiant meliores.

9.

ΕΥΑΓΟΡΑΣ.

189 Ὁρῶν, ὦ Νικόκλεις, τιμῶντά σε τὸν τάφον τοῦ πα- a τρὸς οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, ἀλλὰ καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἵππων τε καὶ τριήρων ἁμίλλαις, καὶ λείποντ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων ὑπερβολήν, (2) ἡγησάμην Εὐαγόραν, εἴ τις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, εὐμενῶς μὲν b ἀποδέχεσθαι καὶ ταῦτα, καὶ χαίρειν ὁρῶντα τήν τε περὶ αὐτὸν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν, πολὺ δ' ἂν ἔτι πλείω χάριν ἔχειν ἢ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, εἴ τις δυνηθείη περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ καὶ τῶν κινδύνων ἀξίως διελθεῖν τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων· (3) εὑρήσομεν γὰρ τοὺς φιλοτίμους καὶ μεγαλοψύχους τῶν ἀνδρῶν οὐ μόνον ἀντὶ τῶν τοιούτων ἐπαινεῖσθαι βουλομένους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ζῆν ἀποθνήσκειν εὐκόλως c αἱρουμένους, καὶ μᾶλλον περὶ τῆς δόξης ἢ τοῦ βίου σπουδάζοντας, καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἀθάνατον τὴν περὶ αὐτῶν μνήμην καταλείψουσιν. (4) Αἱ μὲν οὖν δαπάναι τῶν μὲν τοιούτων οὐδὲν ἐξεργάζονται, τοῦ δὲ πλούτου σημεῖόν εἰσιν· ὁ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες, οἱ μὲν τὰς δυνάμεις τὰς αὑτῶν οἱ δὲ τὰς τέχνας ἐπιδειξάμενοι, σφᾶς αὐτοὺς ἐντι- d μοτέρους κατέστησαν· ὁ δὲ λόγος εἰ καλῶς διέλθοι τὰς ἐκείνου πράξεις, ἀείμνηστον ἂν τὴν ἀρετὴν τὴν Εὐαγόρου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσειεν.

5. Ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τοὺς ἄλλους ἐπαινεῖν τοὺς ἐφ' αὑτῶν ἄνδρας ἀγαθοὺς γεγενημένους, ἵν' οἵ τε δυνάμενοι τὰ τῶν ἄλλων ἔργα κοσμεῖν ἐν εἰδόσι ποιούμενοι 190 τοὺς λόγους ταῖς ἀληθείαις ἐχρῶντο περὶ αὐτῶν, οἵ τε a νεώτεροι φιλοτιμοτέρως διέκειντο πρὸς τὴν ἀρετήν, εἰδότες ὅτι τούτων εὐλογήσονται μᾶλλον, ὧν ἂν ἀμείνους σφᾶς αὐτοὺς παράσχωσιν. (6) Νῦν δὲ τίς οὐκ ἂν ἀθυμήσειεν, ὅταν ὁρᾷ τοὺς μὲν περὶ τὰ Τρωικὰ καὶ τοὺς ἐπέκεινα γενομένους ὑμνουμένους καὶ τραγῳδουμένους, αὑτὸν δὲ προειδῇ, μηδ' ἂν ὑπερβάλλῃ τὰς ἐκείνων ἀρετάς, μηδέποτε τοιούτων ἐπαίνων ἀξιωθη- b σόμενον; Τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον ἀγαθὸν πρόσεστιν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν. Οὕτω γάρ τινες δυσκόλως πεφύκασιν, ὥσθ' ἥδιον ἂν εὐλογουμένων ἀκούοιεν οὓς οὐκ ἴσασιν εἰ γεγόνασιν, ἢ τούτων ὑφ' ὧν εὖ πεπονθότες αὐτοὶ τυγχάνουσιν. (7) Οὐ μὴν δουλευτέον τοὺς νοῦν ἔχοντας τοῖς οὕτω κακῶς φρονοῦσιν, ἀλλὰ τῶν μὲν τοιούτων ἀμελητέον, τοὺς δ' ἄλλους ἐθιστέον ἀκούειν περὶ ὧν καὶ c λέγειν δίκαιόν ἐστιν, ἄλλως τ' ἐπειδὴ καὶ τὰς ἐπιδόσεις ἴσμεν γιγνομένας καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάν-

EUAGORAS.

Quum te viderem patris tui funus ornare, Nicocles, non magnifico tantum et splendido apparatu, sed et choris et fidibus et ludis gymnicis, atque etiam equorum triremiumque certaminibus, nihil denique prætermittere, quo quidquam ad talium rerum amplitudinem addi posset: (2) equidem Euagoram (si quid eorum quæ hic fiunt, defuncti sentirent) existimabam, quum ista benigne approbare et libenter spectare istam sui curam tuamque magnificentiam, tum ei multo majorem etiam quam ceteris omnibus gratiam habiturum, qui de institutis ejus discriminibusque dicere posset pro dignitate rerum ab ipso gestarum. (3) Honoris enim cupidos viros et magnanimos non tantum istis rebus laudem anteponere constat, sed æquo animo obitum etiam vitæ præferre, ac gloriæ quam salutis studiosiores esse, omniaque facere ut immortalem sui memoriam relinquant. (4) Sumptus autem nihil ejusmodi præstant, sed divitiarum sunt argumentum, et qui artibus aliisque studiis operam dant, suis partim viribus, partim artificiis ostentatis semetipsos honoratiores effecerunt: qui autem res ejus gestas ornata oratione recenseret, is Euagoræ virtutem immortali omnium hominum memoriæ commendaret.

5. Laudare igitur etiam alii debebant eos qui temporibus ipsorum strenue se gessissent, ut et ii qui facta aliorum ornare possent, apud eos, qui scirent, verba facientes, res auditoribus vere narrarent, et adolescentes, quum scirent se iis fore illustriores, quibus recte factis præstitissent, majore studio virtutis incitarentur. (6) Nunc vero quis animum non despondeat, quum eos qui circa Trojana et ante illa tempora vixerunt, et hymnis et tragœdiis celebrari videat, se vero sciat, tametsi illorum excellentiam superasset, nunquam tales laudes consecuturum? Hujus autem rei culpam invidia sustinet, quæ id solum habet boni, quod sibimet ipsi plurimum affert mali. Sunt enim quidam ita præfractis ingeniis, ut eos laudari libentius audiant, quos utrum nati sint ignorant, quam eos, a quibus ipsi beneficiis sunt affecti. (7) Enimvero non decet cordatos quidem viros istorum servire tantæ amentiæ, sed et negligendi sunt tales, et assuefaciendi ceteri ad ea, quæ dici etiam æquum est, audienda, præsertim quum et artes et omnia cetera esse aucta sciamus non per eos qui usitata retinue-

των οὐ διὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς καθεστῶσιν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ἐπανορθοῦντας καὶ τολμῶντας ἀεί τι κινεῖν τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων.

8. Οἶδα μὲν οὖν ὅτι χαλεπόν ἐστιν ὃ μέλλω ποιεῖν, ἀνδρὸς ἀρετὴν διὰ λόγων ἐγκωμιάζειν. Σημεῖον δὲ μέγιστον· περὶ μὲν γὰρ ἄλλων πολλῶν καὶ παντοδαπῶν λέγειν τολμῶσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες, περὶ δὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς πώποτ' αὐτῶν συγγράφειν ἐπε- d χείρησεν. Καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην. (9) Τοῖς μὲν γὰρ ποιηταῖς πολλοὶ δέδονται κόσμοι· καὶ γὰρ πλησιάζοντας τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις οἷόν τ' αὐτοῖς ποιῆσαι, καὶ διαλεγομένους καὶ συναγωνιζομένους οἷς ἂν βουληθῶσι, καὶ περὶ τούτων δηλῶσαι μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς, καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι e τοῖς εἴδεσι διαποικῖλαι τὴν ποίησιν· (10) τοῖς δὲ περὶ τοὺς λόγους οὐδὲν ἔξεστι τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἀποτόμως καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς πολιτικοῖς μόνον καὶ τῶν ἐνθυμημάτων τοῖς περὶ αὐτὰς τὰς πράξεις ἀναγκαῖόν ἐστι
191 χρῆσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις οἱ μὲν μετὰ μέτρων καὶ a ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν, οἱ δ' οὐδενὸς τούτων κοινωνοῦσιν· ἃ τοσαύτην ἔχει χάριν, ὥστ' ἂν καὶ τῇ λέξει καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἔχῃ κακῶς, ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας. (11) Γνοίη δ' ἂν τις ἐκεῖθεν τὴν δύναμιν αὐτῶν· ἢν γάρ τις τῶν ποιημάτων τῶν εὐδοκιμούντων τὰ μὲν ὀνόματα καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, τὸ δὲ μέτρον διαλύσῃ, φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης b ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. Ὅμως δέ, καίπερ τοσοῦτον πλεονεκτούσης τῆς ποιήσεως, οὐκ ὀκνητέον, ἀλλ' ἀποπειρατέον τῶν λόγων ἐστίν, εἰ καὶ τοῦτο δυνήσονται, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας εὐλογεῖν μηδὲν χεῖρον τῶν ἐν ταῖς ᾠδαῖς καὶ τοῖς μέτροις ἐγκωμιαζόντων.

12. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς φύσεως τῆς Εὐαγόρου, c καὶ τίνων ἦν ἀπόγονος, εἰ καὶ πολλοὶ προεπίστανται, δοκεῖ μοι πρέπειν κἀμὲ τῶν ἄλλων ἕνεκα διελθεῖν περὶ αὐτῶν, ἵνα πάντες εἰδῶσιν ὅτι καλλίστων αὐτῷ καὶ μεγίστων παραδειγμάτων καταλειφθέντων οὐδὲν καταδεέστερον αὐτὸν ἐκείνων παρέσχεν. (13) Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τοὺς ἀπὸ Διὸς εὐγενεστάτους τῶν ἡμιθέων εἶναι, τούτων δ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν Αἰακίδας προκρίνειεν· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις γένεσιν εὑρή- d σομεν τοὺς μὲν ὑπερβάλλοντας, τοὺς δὲ καταδεεστέρους ὄντας, οὗτοι δ' ἅπαντες ὀνομαστότατοι τῶν καθ' ἑαυτοὺς γεγόνασιν. (14) Τοῦτο μὲν γὰρ Αἰακὸς ὁ Διὸς μὲν ἔκγονος, τοῦ δὲ γένους τοῦ Τευκριδῶν πρόγονος, τοσοῦτον διήνεγκεν ὥστε γενομένων αὐχμῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ πολλῶν ἀνθρώπων διαφθαρέντων, ἐπειδὴ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὑπερέβαλλεν, ἦλθον οἱ προεστῶτες τῶν πόλεων ἱκετεύοντες αὐτόν, νομίζοντες διὰ e τῆς συγγενείας καὶ τῆς εὐσεβείας τῆς ἐκείνου τάχιστ' ἂν εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν. (15) Σωθέντες δὲ καὶ τυχόντες ὧν ἐδεήθησαν, ἱερὸν ἐν Αἰγίνῃ κατεστήσαντο κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, οὗ-

runt, sed eorum opera qui correxerunt semperque loco movere prava omnia non dubitarunt.

8. Equidem scio quam sit difficile (id quod facturus ego sum) viri virtutem oratione celebrare : cujus rei signum illud est maximum, quod homines eruditi de aliis multis variisque rebus dicere audent; in hoc vero genere nemo illorum unquam scribendum quicquam suscepit. Id quod eis plane ignoscendum esse censeo. (9) Nam poetis ornamenta multa concessa sunt : his enim licet deos miscere hominum cœtibus colloquentesque introducere et adjuvantes in præliis quoslibet, atque hæc eadem explicare verbis non tantum usitatis, sed alia peregrinis, alia novis, alia translatis, nihil denique prætermittere, quo carmina queant figurarum omni genere variare : (10) oratores vero nullam hujusmodi facultatem habent, sed quum verbis vulgatis, tum iis solum uti sententiis, quas res ipsæ suppeditant, omnino coguntur. Ad hæc illi versibus et numeris devinciunt omnia; hi nullum tale adjumentum habent: quibus in rebus tantum venustatis inest, ut, etsi neque verba poematum neque sententiæ præclaræ fuerint, ipsa tamen concinnitas numerorum aptæque dimensiones demulceant auditores. (11) Quæ quid valeant, vel ex eo perspicitur, quod etiam laudata poemata, si quis eorum verba sententiasque reliquerit, versum autem dissolverit, ea quam nunc de eis habemus opinione multo inferiora videantur. Quanquam autem carmina tantas commoditates suppeditant, non propterea tamen verendum, sed periculum faciendum est, num etiam oratione fortes viri celebrari possint nihilo deterius, quam ab iis qui carminibus et versibus eos ornant.

12. Ac primum de ortu atque natalibus Euagoræ, tametsi complures ante norunt, tamen mihi etiam aliquid ceterorum causa dicendum esse videtur, ut omnes intelligant eum a pulcherrimis et maximis exemplis, quæ relicta ipsi fuerant, nihil degenerasse. (13) Nam in confesso est oriundos a Jove, semideorum esse nobilissimos; inter hos ipsos autem nemo est quin Æacidis principatum deferat. In aliis enim familiis alios præstantiores, alios deteriores inveniemus; hi vero suis temporibus omnes omnium fuere celeberrimi. (14) Hac quidem in re Æacus, et Jovis filius et generis Teucridarum auctor, tantum excelluit, ut siccitate premente Græciam multisque mortalibus exstinctis, quum jam nihil ad calamitatis magnitudinem posset accedere, magistratus urbium supplices eum adierint, existimantes se per generis affinitatem ipsiusque pietatem celerrime urgentium malorum a diis remedium impetraturos. (15) Salutem porro adepti votorumque facti compotes in Ægina templum omnium Græcorum nomine ædificarunt, quo in

περ ἐκεῖνος ἐποιήσατο τὴν εὐχήν. Καὶ κατ' ἐκεῖνόν τε
192 τὸν χρόνον, ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων, μετὰ καλλίστης a ὢν δόξης διετέλεσεν, ἐπειδὴ δὲ μετήλλαξε τὸν βίον, λέγεται παρὰ Πλούτωνι καὶ Κόρῃ μεγίστας τιμὰς ἔχων παρεδρεύειν ἐκείνοις. (16) Τούτου δὲ παῖδες ἦσαν Τελαμὼν καὶ Πηλεύς, ὧν ὁ μὲν ἕτερος μεθ' Ἡρακλέους ἐπὶ Λαομέδοντα στρατευσάμενος ἀριστείων ἠξιώθη, Πηλεὺς δ' ἔν τε τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Κενταύρους ἀριστεύσας καὶ κατὰ πολλοὺς ἄλλους κινδύνους εὐδοκιμήσας Θέτιδι τῇ Νηρέως, θνητὸς ὢν ἀθανάτῃ, συνῴκησε, b καὶ μόνου τούτου φασὶ τῶν προγεγενημένων ὑπὸ θεῶν ἐν τοῖς γάμοις ὑμέναιον ᾀσθῆναι. (17) Τούτοιν δ' ἑκατέρου, Τελαμῶνος μὲν Αἴας καὶ Τεῦκρος ἐγενέσθην, Πηλέως δ' Ἀχιλλεύς, οἳ μέγιστον καὶ σαφέστατον ἔλεγχον ἔδοσαν τῆς αὑτῶν ἀρετῆς· οὐ γὰρ ἐν ταῖς αὑτῶν πόλεσι μόνον ἐπρώτευσαν, οὐδ' ἐν τοῖς τόποις ἐν οἷς κατῴκουν, ἀλλὰ στρατείας τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους γενομένης, καὶ πολλῶν μὲν ἑκατέρωθεν ἀθροισθέντων, (18) οὐδενὸς δὲ τῶν ὀνομαστῶν ἀπολειφθέντος, c ἐν τούτοις τοῖς κινδύνοις Ἀχιλλεὺς μὲν ἁπάντων διήνεγκεν, Αἴας δὲ μετ' ἐκεῖνον ἠρίστευσε, Τεῦκρος δὲ τῆς τε τούτων συγγενείας ἄξιος καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς χείρων γενόμενος, ἐπειδὴ Τροίαν συνεξεῖλεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον Σαλαμῖνά τε κατῴκισεν, ὁμώνυμον ποιήσας τῆς πρότερον αὐτῷ πατρίδος οὔσης, καὶ τὸ γένος d τὸ νῦν βασιλεῦον κατέλιπεν.

19. Τὰ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς Εὐαγόρᾳ παρὰ τῶν προγόνων ὑπάρξαντα τηλικαῦτα τὸ μέγεθός ἐστι. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον τῆς πόλεως κατοικισθείσης, κατὰ μὲν ἀρχὰς οἱ γεγονότες ἀπὸ Τεύκρου τὴν βασιλείαν εἶχον· χρόνῳ δ' ὕστερον ἀφικόμενος ἐκ Φοινίκης ἀνὴρ φυγάς, καὶ πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ τότε βασιλεύοντος καὶ μεγάλας δυναστείας λαβών, (20) οὐ χάριν ἔσχε τούτων, ἀλλὰ κακὸς e μὲν γενόμενος περὶ τὸν ὑποδεξάμενον, δεινὸς δὲ πρὸς τὸ πλεονεκτῆσαι, τὸν μὲν εὐεργέτην ἐξέβαλεν, αὐτὸς δὲ τὴν βασιλείαν κατέσχεν. Ἀπιστῶν δὲ τοῖς πεπραγμένοις, καὶ βουλόμενος ἀσφαλῶς κατασκευάσασθαι τὰ περὶ αὑτόν, τήν τε πόλιν ἐξεβαρβάρωσε καὶ τὴν νῆσον ὅλην βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ κατεδούλωσεν. (21) Οὕτω δὲ
193 καὶ τῶν πραγμάτων καθεστώτων καὶ τῶν ἐκγόνων τῶν a ἐκείνου τὴν ἀρχὴν ἐχόντων, Εὐαγόρας γίγνεται· περὶ οὗ τὰς μὲν φήμας καὶ τὰς μαντείας καὶ τὰς ὄψεις τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένας, ἐξ ὧν μειζόνως ἂν φανείη γεγονὼς ἢ κατ' ἄνθρωπον, αἱροῦμαι παραλιπεῖν, οὐχ ἀπιστῶν τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἵνα πᾶσι ποιήσω φανερὸν ὅτι τοσούτου δέω πλασάμενος εἰπεῖν τι περὶ τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων, ὥστε καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἀφίημι τὰ τοιαῦτα περὶ ὧν ὀλίγοι τινὲς ἐπίστανται καὶ μὴ πάντες οἱ πολῖται συνίσασιν. Ἄρξομαι δ' ἐκ τῶν ὁμολογουμένων b λέγειν περὶ αὐτοῦ.

22. Παῖς μὲν γὰρ ὢν ἔσχε κάλλος καὶ ῥώμην καὶ σωφροσύνην, ἅπερ τῶν ἀγαθῶν πρεπωδέστατα τοῖς τηλικούτοις ἐστίν. Καὶ τούτων μάρτυρας ἄν τις ποιήσαιτο, τῆς μὲν σωφροσύνης τοὺς συμπαιδευθέντας τῶν

loco votum ille nuncuparat. Is igitur et dum vixit, inter homines maxima semper gloria fuit, et post obitum Plutoni et Proserpinæ maximis honoribus præditus assidere perhibetur. (16) Hujus filii fuerunt Telamon et Peleus, quorum alter Herculis socius expeditione contra Laomedontem suscepta primis pro virtute dignus est habitus honoribus; Peleus autem re contra Centauros bene gesta et multis aliis discriminibus spectatus Thetidis Nereidos, mortalis ipse, immortalis conjugio potitus est, et solius hujus ex omni vetustatis memoria in nuptiis hymenæum deos cecinisse memoriæ proditum est. (17) Hi ambo filios habuerunt, Telamon Ajacem et Teucrum, Peleus Achillem, qui maximum et clarissimum virtutis suæ specimen ediderunt. Nec enim in suis urbibus tantum principem locum tenuere, nec iis in locis quæ incoluerunt, sed expeditione a Græcis suscepta contra barbaros et multis utrimque congregatis, (18) quum nullus vir illustris mansisset domi, in illis periculis ut Achilles omnibus antecelluit, sic Ajax secundum ab eo virtutis locum obtinuit; Teucer vero et horum cognatione dignus et nemine ceterorum inferior quum in expugnanda Troja strenuam operam navasset, Cyprum advectus et Salaminem condidit prioris ei patriæ nomine imposito, et eam quæ nunc regnat, familiam reliquit.

19. Tanta igitur est Euagoræ a majoribus accepta præstantia. Urbe autem sic condita regnum initio Teucri posteri tenuerunt. Insecutis vero temporibus quidam exul e Phœnice profectus et ab eo, qui tunc regnabat, in fidem receptus magnamque potentiam nactus, (20) non gratiam pro his retulit; sed et ingratus in eum, qui illum hospitio receperat et commodis suis augendis nimis callidus ejecto rege bene de se merito ipse regnum occupavit. Quum vero rebus suis minus confideret salutemque suam in tuto collocare vellet, urbem barbaris implevit totamque insulam servituti regis Persarum subjecit. (21) Tali statu rerum, quum illius soboles regnum teneret, Euagoras nascitur : de quo quæ omina, quæ vaticinationes, quæ visiones somniorum fuerint, quibus rebus majore splendore quam pro humana sorte natus esse videatur, omittere statui, non quin ea vera esse putem quæ dicuntur, sed ut omnibus probem tantum abesse ut rebus ejus gestis quicquam affingam, ut etiam e veris ea prætererim, quæ in paucorum notitia et non in omnium civium conscientia versantur. Exordium autem de eo dicendi capiam a rebus quæ sunt extra omnem dubitationem positæ.

22. Puer igitur et forma et viribus et modestia, quæ bona eam ætatem maxime decent, excelluit. Atque iis de rebus testimonium perhibebunt hi : de modestia cives una

πολιτῶν, τοῦ δὲ κάλλους ἅπαντας τοὺς ἰδόντας, τῆς δὲ ῥώμης τοὺς ἀγῶνας ἐν οἷς ἐκεῖνος τῶν ἡλικιωτῶν ἐκρατίστευσεν. (23) Ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ ταῦτά τε πάντα c συνηυξήθη, καὶ πρὸς τούτοις ἀνδρεία προσεγένετο καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη, καὶ ταῦτ' οὐ μέσως οὐδ' ὥσπερ ἑτέροις τισίν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν εἰς ὑπερβολήν· τοσοῦτον γὰρ καὶ ταῖς τοῦ σώματος καὶ ταῖς τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς διήνεγκεν, (24) ὥσθ' ὁπότε μὲν αὐτὸν ὁρῷεν οἱ τότε βασιλεύοντες, ἐκπλήττεσθαι καὶ φοβεῖσθαι περὶ τῆς ἀρχῆς, ἡγουμένους οὐχ οἷόν τ' εἶναι τὸν τοιοῦτον τὴν φύσιν ἐν ἰδιώτου μέρει διαγαγεῖν, ὁπότε δ' εἰς τοὺς d τρόπους ἀποβλέψαιεν, οὕτω σφόδρα πιστεύειν ὥστ' εἰ καί τις ἄλλος τολμῴη περὶ αὐτοὺς ἐξαμαρτάνειν, νομίζειν Εὐαγόραν αὐτοῖς ἔσεσθαι βοηθόν. (25) Καὶ τοσοῦτον τῆς δόξης παραλλαττούσης, οὐδετέρου τούτων ἐψεύσθησαν· οὔτε γὰρ ἰδιώτης ὢν διετέλεσεν οὔτε περὶ ἐκείνους ἐξήμαρτεν, ἀλλὰ τοσαύτην ὁ δαίμων ἔσχεν αὐτοῦ πρόνοιαν, ὅπως καλῶς λήψεται τὴν βασιλείαν, ὥσθ' ὅσα μὲν ἀναγκαῖον ἦν παρασκευασθῆναι δι' ἀσεβείας, e ταῦτα μὲν ἕτερος ἔπραξεν, ἐξ ὧν δ' οἷόν τ' ἦν ὁσίως καὶ δικαίως λαβεῖν τὴν ἀρχήν, Εὐαγόρᾳ διεφύλαξεν. (26) Εἷς γὰρ τῶν δυναστευόντων ἐπιβουλεύσας τόν τε τύραννον ἀπέκτεινε καὶ συλλαβεῖν Εὐαγόραν ἐπεχείρησεν, ἡγούμενος οὐ δυνήσεσθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχήν, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἐκποδὼν ποιήσαιτο. (27)
194 Διαφυγὼν δὲ τὸν κίνδυνον, καὶ σωθεὶς εἰς Σόλους τῆς a Κιλικίας, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχε τοῖς ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς περιπίπτουσιν. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, κἂν ἐκ τυραννίδος ἐκπέσωσι, διὰ τὰς παρούσας τύχας ταπεινοτέρας τὰς ψυχὰς ἔχουσιν· ἐκεῖνος δ' εἰς τοσοῦτον μεγαλοφροσύνης ἦλθεν, ὥστε τὸν ἄλλον χρόνον ἰδιώτης ὤν, ἐπειδὴ φεύγειν ἠναγκάσθη, τυραννεῖν ᾠήθη δεῖν. (28) Καὶ τοὺς μὲν πλάνους τοὺς φυγαδικούς, καὶ τὸ δι' ἑτέρων ζητεῖν τὴν κάθοδον καὶ θεραπεύειν αὐτοῦ χείρους, b ὑπερεῖδεν· λαβὼν δὲ ταύτην ἀφορμὴν ἥνπερ χρὴ τοὺς εὐσεβεῖν βουλομένους, ἀμύνεσθαι καὶ μὴ προτέρους ὑπάρχειν, καὶ προελόμενος ἢ κατορθώσας τυραννεῖν ἢ διαμαρτὼν ἀποθανεῖν, παρακαλέσας ἀνθρώπους (ὡς οἱ τοὺς πλείστους λέγοντες) περὶ πεντήκοντα, μετὰ τούτων παρεσκευάζετο ποιεῖσθαι τὴν κάθοδον. (29) Ὅθεν καὶ μάλιστ' ἄν τις καὶ τὴν φύσιν τὴν ἐκείνου καὶ τὴν δόξαν ἣν εἶχε παρὰ τοῖς ἄλλοις θεωρήσειεν· c μέλλων τε γὰρ πλεῖν μετὰ τοσούτων ἐπὶ τηλικαύτην πόλιν τὸ μέγεθος, καὶ πάντων τῶν δεινῶν πλησίον ὄντων, οὔτ' ἐκεῖνος ἠθύμησεν οὔτε τῶν παρακληθέντων οὐδεὶς ἀποστῆναι τῶν κινδύνων ἠξίωσεν, ἀλλ' οἱ μὲν ὥσπερ θεῷ συνακολουθοῦντες ἅπαντες ἐνέμειναν τοῖς ὡμολογημένοις, ὁ δ' ὥσπερ ἢ στρατόπεδον ἔχων κρεῖττον τῶν ἀντιπάλων, ἢ προειδὼς τὸ συμβησόμενον, οὕτω d διέκειτο τὴν γνώμην. (30) Δῆλον δ' ἐκ τῶν ἔργων· ἀποβὰς γὰρ εἰς τὴν νῆσον οὐχ ἡγήσατο δεῖν χωρίον ὀχυρὸν καταλαβὼν καὶ τὸ σῶμ' ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσας περιιδεῖν εἴ τινες αὐτῷ τῶν πολιτῶν βοηθήσουσιν· ἀλλ' εὐθύς, ὥσπερ εἶχε, ταύτης τῆς νυκτὸς διελὼν τοῦ

cum eo instituti, de pulchritudine omnes qui viderunt, de viribus, certamina in quibus æquales superavit. (23) Quum vero adolevisset, et hæc una creverunt omnia et eis accessit fortitudo et sapientia et justitia, neque hæ virtutes, ut in aliis quibusdam, mediocres, sed singulæ excellentes. Tantum enim et corporis et animi virtutibus præstitit, (24) ut ii qui tum regnabant, quoties eum videbant, perturbarentur regnoque metuerent, existimantes non posse fieri ut qui tali esset ingenio, in privatæ vitæ obscuritate delitesceret : quum vero mores ejus intuebantur, tantam ei fidem haberent, ut Euagoram sibi etiam contra insidias aliorum adjutorem fore confiderent. (25) Ac quum tantum inter utramque opinionem discrimen intercederet, neutra eos opinio fefellit. Nec enim privatus perpetuo mansit, neque adversus illos deliquit, sed ei deus tam sollicite prospexit, quo honeste regno potiretur, ut et ea quæ pie peragi non poterant, alius perpetrarit, et Euagoræ ea reservarit, per quæ imperium juste sancteque susciperet. (26) Quidam enim procerum et per insidias tyrannum occidit et Euagoram comprehendere conatus est, imperium obtinere se non posse ratus, nisi et illum e medio sustulisset. (27) Hoc vero periculo evitato quum incolumis Solos, Ciliciæ oppidum, perfugisset, non eo fuit animo, quo alii esse solent in hujusmodi calamitatibus. Ceteri enim, etiam ii qui regnum amiserunt, fracti fortunæ impetu animos habent abjectiores; ille autem fuit tam excelso animo, ut quum ante privatam vitam egisset, in exilium actus regnum sibi appetendum esse arbitraretur. (28) Atque erronibus quidem fugitivis despectis neque per alios reditum quærere neque se ipso deteriores colere voluit; sed ea usus occasione, quæ sanctos homines decet, qui acceptas injurias ulcisci, non ipsi facere injuriam volunt, aut re bene gesta imperare aut voto frustratus mortem oppetere statuit, adhibitisque hominibus, ut ii qui plurimos memorant, referunt, circiter quinquaginta, horum ope sibi reditum in patriam patefacere est conatus. (29) Unde inprimis et qui animus et quanta ejus apud socios fuerit auctoritas, perspicitur. Navigaturus enim cum tam paucis adversus tantam urbem, quamvis acerbissima quæque in conspectu essent, tamen neque ipse abjecit animum neque commilitonum quisqam periculorum societatem detrectavit; sed et illi tanquam deum ducem secuti, omnes in fide manserunt, et ipse, quasi aut firmiorem quam adversarii haberet exercitum, aut futurorum esset præscius, sic animo affectus fuit; (30) id quod rebus gestis apparuit. Ad insulam enim nave appulsus non castellum aliquod firmum occupandum censuit, ut corpore suo in tuto collocato circumspiceret, essentne aliqui civium opitulaturi; sed illico, ut erat paratus, eadem nocte parva quadam muri

τείχους πυλίδα καὶ ταύτῃ τοὺς μεθ' αὑτοῦ διαγαγὼν προσέβαλε πρὸς τὸ βασίλειον. (31) Καὶ τοὺς μὲν θορύβους τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς γιγνομένους καὶ τοὺς e φόβους τοὺς τῶν ἄλλων καὶ τὰς παρακελεύσεις τὰς ἐκείνου τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν; γενομένων δ' αὐτῷ τῶν μὲν περὶ τὸν τύραννον ἀνταγωνιστῶν, τῶν δ' ἄλλων 195 πολιτῶν θεατῶν (δεδιότες γὰρ τοῦ μὲν τὴν ἀρχήν, τοῦ a δὲ τὴν ἀρετὴν ἡσυχίαν εἶχον), (32) οὐ πρότερον ἐπαύσατο μαχόμενος καὶ μόνος πρὸς πολλοὺς καὶ μετ' ὀλίγων πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐχθρούς, πρὶν ἑλὼν τὸ βασίλειον καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐτιμωρήσατο καὶ τοῖς φίλοις ἐβοήθησεν, ἔτι δὲ τῷ γένει τὰς τιμὰς τὰς πατρίους ἐκομίσατο, καὶ τύραννον αὑτὸν τῆς πόλεως κατέστησεν.

33. Ἡγοῦμαι μὲν οὖν, εἰ καὶ μηδενὸς ἄλλου μνησθείην, b ἀλλ' ἐνταῦθα καταλείποιμι τὸν λόγον, ῥᾴδιον ἐκ τούτων εἶναι γνῶναι τήν τ' ἀρετὴν τὴν Εὐαγόρου καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων· οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι γε σαφέστερον περὶ ἀμφοτέρων τούτων ἐκ τῶν ἐχομένων οἴομαι δηλώσειν. (34) Τοσούτων γὰρ τυράννων ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ γεγενημένων οὐδεὶς φανήσεται τὴν τιμὴν ταύτην κάλλιον ἐκείνου κτησάμενος. Εἰ μὲν οὖν πρὸς ἕκαστον αὐτῶν τὰς πράξεις τὰς Εὐαγόρου c παραβάλλοιμεν, οὔτ' ἂν ὁ λόγος ἴσως τοῖς καιροῖς ἁρμόσειεν, οὔτ' ἂν ὁ χρόνος τοῖς λεγομένοις ἀρκέσειεν· ἢν δὲ προελόμενοι τοὺς εὐδοκιμωτάτους, ἐπὶ τούτων σκοπῶμεν, οὐδὲν μὲν χεῖρον ἐξετῶμεν, πολὺ δὲ συντομώτερον διαλεχθησόμεθα περὶ αὐτῶν.

35. Τῶν μὲν οὖν τὰς πατρικὰς βασιλείας παραλαβόντων τίς οὐκ ἂν τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους προκρίνειεν; οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥᾴθυμος, ὅστις ἂν δέξαιτο παρὰ τῶν προγόνων τὴν ἀρχὴν ταύτην παραλαβεῖν d μᾶλλον ἢ κτησάμενος ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς παισὶ τοῖς αὑτοῦ καταλιπεῖν. (36) Καὶ μὴν τῶν γε παλαιῶν καθόδων αὗται μάλιστ' εὐδοκιμοῦσιν, ἃς παρὰ τῶν ποιητῶν ἀκούομεν· οὗτοι γὰρ οὐ μόνον τῶν γεγενημένων τὰς καλλίστας ἡμῖν ἀπαγγέλλουσιν, ἀλλὰ καὶ παρ' αὑτῶν καινὰς συντιθέασιν. Ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς αὐτῶν μεμυθολόγηκεν, ὅστις οὕτω δεινοὺς καὶ φοβεροὺς ποιη- e σάμενος τοὺς κινδύνους εἰς τὴν αὑτοῦ κατῆλθεν· ἀλλ' οἱ μὲν πλεῖστοι πεποίηνται διὰ τύχην λαβόντες τὰς βασιλείας, οἱ δὲ μετὰ δόλου καὶ τέχνης περιγενόμενοι τῶν ἐχθρῶν. (37) Ἀλλὰ μὴν τῶν γ' ἐπὶ τάδε γεγενημένων, ἴσως δὲ καὶ τῶν ἁπάντων, Κῦρον τὸν Μήδων μὲν ἀφελόμενον τὴν ἀρχήν, Πέρσαις δὲ κτησάμενον, καὶ 196 πλεῖστοι καὶ μάλιστα θαυμάζουσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν τῷ a Περσῶν στρατοπέδῳ τὸ Μήδων ἐνίκησεν, ὃ πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ῥᾳδίως ἂν ποιήσειαν· ὁ δὲ διὰ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ τοῦ σώματος τὰ πλεῖστα φαίνεται τῶν προειρημένων διαπραξάμενος. (38) Ἔπειτ' ἐκ μὲν τῆς Κύρου στρατηγίας οὔπω δῆλον ὅτι καὶ τοὺς Εὐαγόρου κινδύνους ἂν ὑπέμεινεν, ἐκ δὲ τῶν τούτῳ πεπραγμένων ἅπασι φανερὸν ὅτι ῥᾳδίως ἂν κἀκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπεχείρησε. Πρὸς δὲ τούτοις τῷ b μὲν ὁσίως καὶ δικαίως ἅπαντα πέπρακται, τῷ δ' οὐχ

porta perfracta sociisque per eam introductis impetum in regiam fecit. (31) Tumultus autem, qui hujusmodi temporibus incidunt, et ceterorum trepidationem et exhortationes illius multis referre quorsum attinet? quum vero tyranni quidem satellites ei resisterent, reliqui autem cives spectatores essent (nam alterius imperium, alterius virtutem metuentes quiescebant) (32) non prius pugnare destitit et solus contra multos et cum paucis adversus hostes universos, quam capta regia et hostes ultus esset, et amicis opem tulisset, et familiæ suæ patrios honores restituisset, et ipse dominum civitatis sese constituisset.

33. Equidem existimo, etiamsi nihil adderem, sed hic finem dicendi facerem, tamen ex his et Euagoræ virtutem et magnitudinem rerum ab eo gestarum facile cognosci posse. Verum utraque hæc per ea quæ sequuntur, dilucidius arbitror me declaraturum. (34) Nam quum tot omnibus temporibus reges fuerint, nemo reperietur qui honorem hunc pulchrius illo pararit. Quodsi res gestas Euagoræ cum singulis illorum factis conferamus, fortasse nec rerum conditioni oratio conveniret, neque tempus iis quæ dicerentur sufficeret; sin eum cum præstantissimis quibusque comparaverimus, ut nihilo minus eum explorabimus, ita majore compendio rem absolvemus.

35. Quis igitur Euagoræ pericula non illis anteferret, qui patria regna susceperunt? Nemo enim ita socors et ignavus est, qui hoc imperium a majoribus accipere malit, quam sancte partum, ut ab illo factum est, liberis suis relinquere. (36) Atque inter veteres patrii regni recuperationes eæ maxime celebrantur, quas a poetis accipimus. Hi enim nobis non solum pulcherrimas superiorum temporum commemorant, sed etiam ipsi novas comminiscuntur. Nemo tamen illorum de ullo fabulatus est, qui per tam atrocia et horrenda pericula in regnum redierit: nam plerosque introduxerunt fortuito potitos regnis; alios, qui dolo et fraude vicerunt hostes. (37) Ex posterioribus autem et fortassis inter omnes Cyrum, qui Medis imperium eripuit Persisque tradidit, et plurimi et maxime admirantur. Is vero exercitu Persarum copias Medorum vicit, quod multi et Græci et barbari facile perfecissent: hunc vero animo suo et corpore maximam partem eorum quæ diximus, transegisse constat. (38) Deinde e Cyri expeditione nondum perspicuum est eum etiam Euagoræ pericula sustinere potuisse; ex rebus autem ab hoc gestis manifestum est omnibus eum facile illa quoque facinora fuisse obiturum. Præterea hic sancte et juste peregit omnia; illi vero nonnulla violata pietate contigerunt:

εὐσεβῶς ἔνια συμβέβηκεν· ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ἀπώλεσε, Κῦρος δὲ τὸν πατέρα τὸν τῆς μητρὸς ἀπέκτεινεν. Ὥστ' εἴ τινες βούλοιντο μὴ τὸ μέγεθος τῶν συμβάντων ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν τὴν ἑκατέρου κρίνειν, δικαίως ἂν Εὐαγόραν καὶ τούτου μᾶλλον ἐπαινέσειαν. (39) Εἰ δὲ δεῖ συντόμως καὶ μηδὲν ὑποστειλάμενον μηδὲ δείσαντα τὸν φθόνον, ἀλλὰ παρρησίᾳ χρησάμενον εἰπεῖν· c οὐδεὶς οὔτε θνητὸς οὔθ' ἡμίθεος οὔτ' ἀθάνατος εὑρεθήσεται κάλλιον οὐδὲ λαμπρότερον οὐδ' εὐσεβέστερον λαβὼν ἐκείνου τὴν βασιλείαν. Καὶ τούτοις ἐκείνως ἄν τις μάλιστα πιστεύσειεν, εἰ σφόδρα τοῖς λεγομένοις ἀπιστήσας ἐξετάζειν ἐπιχειρήσειεν ὅπως ἕκαστος ἐτυράννευσεν· φανήσομαι γὰρ οὐχ ἐκ παντὸς τρόπου μεγάλα λέγειν προθυμούμενος, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πράγματος ἀλήθειαν οὕτω περὶ αὐτοῦ θρασέως εἰρηκώς. d

40. Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ μικροῖς διήνεγκε, τοιούτων ἂν καὶ τῶν λόγων αὐτῷ προσῆκεν ἀξιοῦσθαι· νῦν δ' ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν τυραννίδα καὶ τῶν θείων ἀγαθῶν καὶ τῶν ἀνθρωπίνων μέγιστον καὶ σεμνότατον καὶ περιμαχητότατον εἶναι. Τὸν δὴ τὸ κάλλιστον τῶν ὄντων κάλλιστα κτησάμενον τίς ἂν ῥήτωρ ἢ ποιητὴς ἢ λόγων εὑρετὴς ἀξίως τῶν πεπραγμένων ἐπαινέσειεν;

41. Οὐ τοίνυν ἐν τούτοις ὑπερβαλλόμενος ἐν τοῖς e ἄλλοις εὑρεθήσεται καταδεέστερος γενόμενος, ἀλλὰ πρῶτον μὲν εὐφυέστατος ὢν τὴν γνώμην καὶ πλεῖστα κατορθοῦν δυνάμενος ὅμως οὐχ ᾠήθη δεῖν ὀλιγωρεῖν οὐδ' αὐτοσχεδιάζειν περὶ τῶν πραγμάτων, ἀλλ' ἐν τῷ 197 ζητεῖν καὶ φροντίζειν καὶ βουλεύεσθαι τὸν πλεῖστον τοῦ a χρόνου διέτριβεν, ἡγούμενος μέν, εἰ καλῶς τὴν αὑτοῦ φρόνησιν παρασκευάσειε, καλῶς αὐτῷ καὶ τὴν βασιλείαν ἕξειν, θαυμάζων δ' ὅσοι τῶν μὲν ἄλλων ἕνεκα τῆς ψυχῆς ποιοῦνται τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτῆς δὲ ταύτης μηδὲν τυγχάνουσι φροντίζοντες. (42) Ἔπειτα καὶ περὶ τῶν πραγμάτων τὴν αὐτὴν διάνοιαν εἶχεν· ὁρῶν γὰρ τοὺς ἄριστα τῶν ὄντων ἐπιμελουμένους ἐλάχιστα λυπουμένους, b καὶ τὰς ἀληθινὰς τῶν ῥᾳθυμιῶν οὐκ ἐν ταῖς ἀργίαις ἀλλ' ἐν ταῖς εὐπραγίαις καὶ καρτερίαις ἐνούσας, οὐδὲν ἀνεξέταστον παρέλιπεν, ἀλλ' οὕτως ἀκριβῶς καὶ τὰς πράξεις ᾔδει καὶ τῶν πολιτῶν ἕκαστον ἐγίγνωσκεν, ὥστε μήτε τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ φθάνειν μήτε τοὺς ἐπιεικεῖς ὄντας λανθάνειν, ἀλλὰ πάντας τυγχάνειν τῶν προσηκόντων· οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἑτέρων ἤκουεν, οὔτ' ἐκόλαζεν c οὔτ' ἐτίμα τοὺς πολίτας, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς συνῄδει, τὰς κρίσεις ἐποιεῖτο περὶ αὐτῶν. (43) Ἐν τοιαύταις δ' ἐπιμελείαις ἑαυτὸν καταστήσας, οὐδὲ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπιπτόντων οὐδὲ περὶ ἓν πεπλανημένως εἶχεν, ἀλλ' οὕτω θεοφιλῶς καὶ φιλανθρώπως διῴκει τὴν πόλιν, ὥστε τοὺς εἰσαφικνουμένους μὴ μᾶλλον Εὐαγόραν τῆς ἀρχῆς ζηλοῦν ἢ τοὺς ἄλλους τῆς ὑπ' ἐκείνου βασιλείας· ἅπαντα γὰρ τὸν χρόνον διετέλεσεν d οὐδένα μὲν ἀδικῶν, τοὺς δὲ χρηστοὺς τιμῶν, καὶ σφόδρα μὲν ἁπάντων ἄρχων, νομίμως δὲ τοὺς ἐξαμαρτόντας κολάζων· (44) οὐδὲν μὲν συμβούλων δεόμενος, ὅμως δὲ τοῖς φίλοις συμβουλευόμενος· πολλὰ μὲν τῶν

noster enim hostes suos occidit; Cyrus vero matris suæ patrem interemit. Quare, si qui spectare velint non eventuum magnitudinem, sed virtutem quæ in utroque fuerit, judicare, jure etiam illi Euagoram prætulerint. (39) Quodsi breviter et sine dissimulatione et absque invidiæ metu libereque dicendum est, nemo neque mortalis neque semideus nec immortalis invenietur, qui illo pulchrius et splendidius aut majore pietate regnum sit adeptus. Atque hæc ea ratione facillime quis credet, si his quæ dicimus prorsus abrogata fide, exquirere instituerit, quomodo regnis singuli sint potiti. Apparebit enim me non de industria captasse magniloquentiam, sed rei veritate adductum ita confidenter de eo disseruisse.

40. Jam si quidem parvis rebus excelluisset, tales etiam orationes de eo haberi fuisset æquum. Nunc regnum omnium divinorum et humanorum bonorum esse maximum et splendidissimum et summa vel armorum contentione dignissimum omnes fateantur. Eum igitur, qui re in tota rerum natura longe pulcherrima pulcherrime potitus est, quis orator aut poeta aut verborum opifex pro rerum gestarum dignitate collaudarit?

41. Neque vero, quum in his excelluisset, in ceteris inferior fuisse comperietur. Nam primum, quamvis ingenio felicissimo esset plurimaque rite conficere valeret, non tamen negligenter ac temere quicquam agendum sibi censuit, sed in inquirendo et cogitando et deliberando plurimum temporis consumpsit, existimans, si mentem probe exercuisset, regnum quoque suum fore præclarum, eorumque mores demiratus, qui ceterarum rerum causa mentis curam susciperent, ipsam vero mentem prorsus negligerent. (42) Deinde in rebus administrandis idem plane sensit. Quum enim videret eos qui suas res diligentissime curarent, molestiis affici minimis, et veras animi remissiones non in ignavia esse positas, sed recte factis et tolerantia laborum constare: nihil inexploratum reliquit, sed ita perfecte res tenebat, ita cives singulos norat, ut nec ab insidiatoribus opprimeretur, nec bonos ignoraret, sed omnes quod æquum esset, pro merito obtinerent. Non enim cives aut puniebat aut honorabat ex aliorum sermonibus, sed pro sua scientia de eis judicabat. (43) Quum igitur in hujusmodi curationes se collocasset, ne in uno quidem eorum negotiorum, quæ in dies incidunt, deceptus est, sed civitati tanta et pietate et humanitate præfuit, ut advenæ non magis Euagoram, qui imperaret, quam ceteros, quod illum regem haberent, fortunatos judicarent. Nam hoc perpetuum ejus studium fuit, neminem injuria lædere et bonos honorare, et pro imperii quidem auctoritate cum omnibus agere, sed delinquentes legitimis suppliciis coercere. (44) Nihil ille quidem consiliariis indigebat, sed tamen amicorum sententias de

χρωμένων ἡττώμενος, ἅπαντα δὲ τῶν ἐχθρῶν περιγιγνόμενος· σεμνὸς ὢν οὐ ταῖς τοῦ προσώπου συναγωγαῖς, ἀλλὰ ταῖς τοῦ βίου κατασκευαῖς· οὐδὲ πρὸς ἓν ἀτάκτως e οὐδ' ἀνωμάλως διακείμενος, ἀλλ' ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς ἔργοις ὁμολογίας ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς λόγοις διαφυλάττων· (45) μέγα φρονῶν οὐκ ἐπὶ τοῖς διὰ τύχην, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς δι' αὐτὸν γιγνομένοις· τοὺς μὲν φίλους ταῖς εὐεργεσίαις 198 ὑφ' αὑτῷ ποιούμενος, τοὺς δ' ἄλλους τῇ μεγαλοψυχίᾳ a καταδουλούμενος· φοβερὸς ὢν οὐ τῷ πολλοῖς χαλεπαίνειν, ἀλλὰ τῷ πολὺ τὴν τῶν ἄλλων φύσιν ὑπερβάλλειν· ἡγούμενος τῶν ἡδονῶν, ἀλλ' οὐκ ἀγόμενος ὑπ' αὐτῶν· ὀλίγοις πόνοις πολλὰς ῥᾳστώνας κτώμενος, ἀλλ' οὐ διὰ μικρὰς ῥᾳθυμίας μεγάλους πόνους ὑπολειπόμενος· (46) ὅλως οὐδὲν παραλείπων ὧν προσεῖναι δεῖ τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης τῆς πολιτείας ἐξειλεγμένος τὸ b βέλτιστον, καὶ δημοτικὸς μὲν ὢν τῇ τοῦ πλήθους θεραπείᾳ, πολιτικὸς δὲ τῇ τῆς πόλεως ὅλης διοικήσει, στρατηγικὸς δὲ τῇ πρὸς τοὺς κινδύνους εὐβουλίᾳ, μεγαλόφρων δὲ τῷ πᾶσι τούτοις διαφέρειν. Καὶ ταῦθ' ὅτι προσῆν Εὐαγόρᾳ, καὶ πλείω τούτων, ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων ῥᾴδιον καταμαθεῖν.

47. Παραλαβὼν γὰρ τὴν πόλιν ἐκβεβαρβαρωμένην, καὶ διὰ τὴν τῶν Φοινίκων ἀρχὴν οὔτε τοὺς Ἕλληνας c προσδεχομένην οὔτε τέχνας ἐπισταμένην οὔτ' ἐμπορίῳ χρωμένην οὔτε λιμένα κεκτημένην, ταῦτά τε πάντα διώρθωσε, καὶ πρὸς τούτοις καὶ χώραν πολλὴν προσεκτήσατο καὶ τείχη προσπεριεβάλετο καὶ τριήρεις ἐναυπηγήσατο, καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς οὕτως ηὔξησε τὴν πόλιν ὥστε μηδεμιᾶς τῶν Ἑλληνίδων ἀπολελεῖφθαι, καὶ δύναμιν τοσαύτην ἐνεποίησεν ὥστε πολλοὺς φοβεῖσθαι τῶν πρότερον καταφρονούντων αὐτῆς. d (48) Καίτοι τηλικαύτας ἐπιδόσεις τὰς πόλεις λαμβάνειν οὐχ οἷόντ' ἐστίν, ἢν μή τις αὐτὰς διοικῇ τοιούτοις ἤθεσιν οἵοις Εὐαγόρας μὲν εἶχεν, ἐγὼ δ' ὀλίγῳ πρότερον ἐπειράθην διελθεῖν. Ὥστ' οὐ δέδοικα μὴ φανῶ μείζω λέγων τῶν ἐκείνῳ προσόντων, ἀλλὰ μὴ πολὺ λίαν ἀπολειφθῶ τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. (49) Τίς γὰρ ἂν ἐφίκοιτο τοιαύτης φύσεως, ὃς οὐ μόνον τὴν ἑαυτοῦ πόλιν πλείονος ἀξίαν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον ὅλον τὸν περιέχοντα τὴν νῆσον ἐπὶ πρᾳότητα καὶ μετριότητα e προήγαγεν; Πρὶν μέν γε λαβεῖν Εὐαγόραν τὴν ἀρχὴν οὕτως ἀπροσοίστως καὶ χαλεπῶς εἶχον, ὥστε καὶ τῶν ἀρχόντων τούτους ἐνόμιζον εἶναι βελτίστους, οἵτινες ὠμότατα πρὸς τοὺς Ἕλληνας διακείμενοι τυγχάνοιεν· 199 (50) νῦν δὲ τοσοῦτον μεταπεπτώκασιν, ὥσθ' ἁμιλλᾶσθαι a μὲν οἵτινες αὐτῶν δόξουσι φιλέλληνες εἶναι μάλιστα, παιδοποιεῖσθαι δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν γυναῖκας λαμβάνοντας παρ' ἡμῶν, χαίρειν δὲ καὶ τοῖς κτήμασι καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τοῖς Ἑλληνικοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς, πλείους δὲ καὶ τῶν περὶ τὴν μουσικὴν καὶ περὶ τὴν ἄλλην παίδευσιν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διατρίβειν ἢ παρ' οἷς πρότερον εἰωθότες ἦσαν. Καὶ τούτων ἁπάντων οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν Εὐαγόραν b αἴτιον εἶναι προσομολογήσειεν.

rebus omnibus audiebat. Amicis sæpe de jure suo concedebat, semper autem hostes superabat. Majestatem tuebatur non contracto supercilio, sed vitæ instituto. Nulla in re ordinem constantiamve negligebat; sed quicquid rebus concessisset, non minus servabat, quam quæ verbis promisisset. (45) Animosus non ob fortunæ munera, sed factorum conscientia, amicos beneficiis sibi devinciebat, ceteros animi magnitudine subigebat. Terribilis erat non quod in multos sæviret, sed quia ingenia aliorum longe superabat; voluptatibus imperabat, non serviebat. Paucis laboribus multum otii parabat, non ob parvas oblectationes magnos labores cumulabat. (46) Denique nihil prætermittebat quod in regibus inesse deceat; sed e singulis rerumpublicarum formis præstantissima quæque deligebat: qui et popularis esset observantia multitudinis, et civilium rerum peritus gubernatione totius civitatis, et imperatorius recto in periculis consilio, et magnanimus harum rerum omnium excellentia. Atque hæc in Euagora fuisse et plura etiam his, ex ipsis factis facile intelligetur.

47. Nam quum civitatem barbara multitudine deformatam suscepisset, quæ ob Phœnicum imperium nec Græcos admitteret, nec artes sciret, nec emporio uteretur, nec portum haberet: non solum hæc optime instauravit omnia, sed agri etiam multum adjecit, urbemque muro circumdedit, et triremes ædificavit, et reliquis apparatibus sic auxit, ut cum quavis Græcarum urbium certare posset, tantisque copiis munivit, ut multi nunc eam timeant, qui prius contemnebant. (48) Neque vero fieri potest ut urbes ita crescant, nisi talibus moribus gubernentur, quales Euagoras habuit, atque ego paulo ante studui commemorare. Quare non metuo ne majora quam pro ejus virtute dicere videar, sed illud verendum potius, ne magnitudinem rerum ab eo gestarum oratione mea nequaquam attingam. (49) Quis enim satis prædicet virum tali præditum ingenio, qui non suam tantum urbem bonis institutis excoluit, sed etiam omnem illam regionem, quæ insulæ finitima est, ad mansuetudinem et moderationem deduxit? Priusquam enim Euagoras regno potiretur, ea fuerunt sævitia et immanitate, ut eos etiam principes putarent optimos, qui Græcos crudelissime tractarent: (50) nunc vero usque adeo sunt alii facti, ut inter se certent, quinam ex eis Græcorum amantiores videantur, eorumque plurimi nostratibus uxoribus ductis liberos quærant, et magis quum supellectili tam institutis Græcanicis gaudeant, quam patriis et domesticis, pluresque literis ceterisque artibus eruditi his in locis versentur, quam apud eos, ubi antea degere soliti fuerant. Neque vero quisquam est, quin hæc accepta esse Euagoræ referenda fateatur.

51. Μέγιστον δὲ τεκμήριον καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ὁσιότητος τῆς ἐκείνου· τῶν γὰρ Ἑλλήνων πολλοὶ καὶ καλοὶ κἀγαθοὶ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἀπολιπόντες ἦλθον εἰς Κύπρον οἰκήσοντες, ἡγούμενοι κουφοτέραν καὶ νομιμωτέραν εἶναι τὴν Εὐαγόρου βασιλείαν τῶν οἴκοι πολιτειῶν· ὧν τοὺς μὲν ἄλλους ὀνομαστὶ διελθεῖν πολὺ ἂν ἔργον εἴη· (52) Κόνωνα δὲ τὸν διὰ πλείστας ἀρετὰς πρωτεύσαντα τῶν Ἑλλήνων τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι δυστυ- c χησάσης τῆς πόλεως ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος ὡς Εὐαγόραν ἦλθε, νομίσας καὶ τῷ σώματι βεβαιοτάτην εἶναι τὴν παρ' ἐκείνῳ καταφυγήν, καὶ τῇ πόλει τάχιστ' ἂν αὐτὸν γενέσθαι βοηθόν. Καὶ πολλὰ πρότερον ἤδη κατωρθωκώς, οὐδὲ περὶ ἑνὸς πώποτε πράγματος ἔδοξεν ἄμεινον ἢ περὶ τούτου βουλεύσασθαι· (53) συνέβη γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν ἄφιξιν τὴν εἰς Κύπρον καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν πλεῖστ' ἀγαθά. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἔφθασαν d ἀλλήλοις πλησιάσαντες, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσαντο σφᾶς αὐτοὺς ἢ τοὺς πρότερον οἰκείους ὄντας· ἔπειτα περί τε τῶν ἄλλων ὁμονοοῦντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν, καὶ περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως τὴν αὐτὴν γνώμην εἶχον. (54) Ὁρῶντες γὰρ αὐτὴν ὑπὸ Λακεδαιμονίοις οὖσαν καὶ μεγάλῃ μεταβολῇ κεχρημένην λυπηρῶς καὶ βαρέως ἔφερον, ἀμφότεροι προσήκοντα ποιοῦντες· τῷ μὲν γὰρ ἦν φύσει πατρίς, τὸν δὲ διὰ πολλὰς καὶ e μεγάλας εὐεργεσίας νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο. Σκοπουμένοις δ' αὐτοῖς ὅπως τῶν συμφορῶν αὐτὴν ἀπαλλάξουσι, ταχὺν τὸν καιρὸν Λακεδαιμόνιοι παρεσκεύασαν· ἄρχοντες 200 γὰρ τῶν Ἑλλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰς a τοῦτ' ἀπληστίας ἦλθον ὥστε καὶ τὴν Ἀσίαν κακῶς ποιεῖν ἐπεχείρησαν. (55) Λαβόντες δ' ἐκεῖνοι τοῦτον τὸν καιρόν, καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν βασιλέως ἀπορούντων ὅ τι χρήσωνται τοῖς πράγμασιν, ἐδίδασκον αὐτοὺς μὴ κατὰ γῆν ἀλλὰ κατὰ θάλατταν ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους, νομίζοντες, εἰ μὲν πεζὸν καταστήσαιντο στρατόπεδον καὶ τούτῳ περιγένοιντο, τὰ περὶ τὴν ἤπειρον μόνον καλῶς ἕξειν, εἰ δὲ κατὰ θάλατταν κρατήσαιεν, b ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα τῆς νίκης ταύτης μεθέξειν. (56) Ὅπερ συνέβη· πεισθέντων γὰρ ταῦτα τῶν στρατηγῶν καὶ ναυτικοῦ συλλεγέντος Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήθησαν, οἱ δ' Ἕλληνες ἠλευθερώθησαν, ἡ δὲ πόλις ἡμῶν τῆς τε παλαιᾶς δόξης μέρος τι πάλιν ἀνέλαβε καὶ τῶν συμμάχων ἡγεμὼν κατέστη. Καὶ ταῦτ' ἐπράχθη Κόνωνος μὲν στρατηγοῦντος, Εὐαγόρου δ' αὐτόν τε παρασχόντος καὶ c τῆς δυνάμεως τὴν πλείστην παρασκευάσαντος. (57) Ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ Σωτῆρος, πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀμφοτέρων ὑπόμνημα, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους. Βασιλεὺς δ' οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχε περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ὅσῳ μείζω καὶ πλέονος ἄξια κατειργάσαντο, τοσούτῳ μᾶλ- d λον ἔδεισεν αὐτούς. Περὶ μὲν οὖν Κόνωνος ἄλλος ἡμῖν ἔσται λόγος· ὅτι δὲ πρὸς Εὐαγόραν οὕτως ἔσχεν, οὐδ'

51. Illud autem certissimum signum est et morum et sanctitatis ejus, quod Græcorum complures optimi et honestissimi viri patria relicta habitatum in Cyprum concesserunt, quum existimarent regnum Euagoræ plus otii et æquitatis habere, quam suas domi respublicas. Atque ceteros quidem nominatim recensere perquam operosum est : (52) Cononem autem, qui virtutibus plurimis princeps Græcorum fuit, quis ignorat, quum nostra urbs cladem accepisset, ad Euagoram selectum e ceteris omnibus se contulisse? quod putabat se apud eum et saluti suæ rectissime consulturum, et reipublicæ erigendæ adjutorem quamprimum habiturum. Et quum prius multis de rebus recta consilia iniisset, nulla tamen de re unquam visus est, quam de hac, melius statuisse. (53) Ita enim contigit, ut propter adventum in Cyprum plurima beneficia et daret et acciperet. Primum enim statim ut congressi sunt, pluris uterque alterum fecit quam vetustate amicitiæ conjunctos. Deinde quum ceteris de rebus perpetuo consenserunt, tum de nostra civitate in eadem sententia erant. (54) Quam quum viderent ingenti mutatione facta parere Lacedæmoniis, graviter molesteque tulerunt, facientes quod utrumque decuit. Nam alteri natura erat patria, alterum ob multa et magna beneficia lege in civitatem ascripserant. Cogitantibus igitur eis, quomodo e calamitatibus eam eriperent, statim opportunitatem Lacedæmonii præbuerunt. Qui quum Græcis terra marique imperarent, insatiabili cupiditate incitati Asiam quoque vastare cœperunt. (55) Ea igitur hi occasione arrepta regios duces, quid consilii capiendum esset dubitantes, docuerunt non terra, sed mari aggrediendos esse Lacedæmonios, existimantes, si pedestri exercitu comparato terra vicissent, Asianis solum consultum fore; sin mari superassent, totam Græciam ex ea victoria fructus esse capturam. (56) Id quod evenit. Nam quum duces huic consilio paruissent classemque comparassent, et Lacedæmonii navali prælio victi et imperio privati sunt, et Græci libertatem recuperarunt, et nostra urbs antiquæ gloriæ partem quandam denuo recepit sociorumque dux facta est. Atque hæc gesta sunt Conone quidem duce, Euagora vero et ipso strenuam operam navante, et maximam copiarum partem comparante. (57) Pro quibus meritis nos eis maximos honores decrevimus et statuas posuimus in eo loco, in quo Jovis Servatoris simulacrum est, et prope hanc et inter ipsas vicinas, quod utriusque rei monumentum esset, et maximi beneficii, et amicitiæ quæ fuit inter ipsos. Rex vero Persarum non eodem modo erga eos affectus fuit, sed quo res majores et illustriores gesserant, eo magis eos formidavit. Ac de Conone alio loco dicemus : quæ vero mens ejus erga Euagoram fuerit, ne ipse quidem dissimu-

αὐτὸς λαθεῖν ἐζήτησεν. (58) Φαίνεται γὰρ μᾶλλον μὲν σπουδάσας περὶ τὸν ἐν Κύπρῳ πόλεμον ἢ περὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας, μείζω δὲ καὶ χαλεπώτερον ἐκεῖνον ἀνταγωνιστὴν νομίσας ἢ Κῦρον τὸν περὶ τῆς βασιλείας e ἀμφισβητήσαντα. Μέγιστον δὲ τεκμήριον· τοῦ μὲν γὰρ ἀκούων τὰς παρασκευὰς τοσοῦτον κατεφρόνησεν, ὥστε διὰ τὸ μὴ φροντίζειν μικροῦ δεῖν ἔλαθεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ βασίλειον ἐπιστάς· πρὸς δὲ τοῦτον οὕτως ἐκ πολλοῦ περιδεῶς ἔσχεν, ὥστε μεταξὺ πάσχων εὖ πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπεχείρησε, δίκαια μὲν οὐ ποιῶν, οὐ 201 μὴν παντάπασιν ἀλόγως βουλευσάμενος. (59) Ἠπίστατο a μὲν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐκ ταπεινῶν καὶ φαύλων πραγμάτων μεγάλας δυναστείας κατεργασαμένους, ᾐσθάνετο δὲ τὴν Εὐαγόρου μεγαλοψυχίαν καὶ τὰς ἐπιδόσεις αὐτῷ καὶ τῆς δόξης καὶ τῶν πραγμάτων οὐ κατὰ μικρὸν γιγνομένας, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσιν ἀνυπέρβλητον ἔχοντα καὶ τὴν τύχην αὐτῷ συναγωνιζομένην· (60) ὥστ' οὐχ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων ὀργιζόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν μελλόντων b φοβούμενος, οὐδὲ περὶ Κύπρου μόνον δεδιώς, ἀλλὰ πολὺ περὶ μειζόνων, ἐποιήσατο τὸν πόλεμον πρὸς αὐτόν. Οὕτω δ' οὖν ὥρμησεν, ὥστ' εἰς τὴν στρατείαν ταύτην πλέον ἢ τάλαντα πεντακισχίλια καὶ μύρια κατηνάλωσεν.

nimis audacem esse, qui notam omnibus veritatem extorquere studerem. (35) Nunc quum res in medio posita et conjectura niti necesse sit quæ de ea dicantur, quemnam aliquis institutorum et legum quæ apud Ægyptios sunt, si verisimilitudo spectetur, auctorem potius esse credat quam eum qui sit et Neptuno genitus et maternum genus ad Jovem referat, et maxima potentia præditus et apud Græcos nominatissimus fuerit? nec enim consentaneum est his rebus inferiores aliquos potius quam illum tanta bona invenisse. (36) Quin etiam ipsa ratione temporum conviciatorum verba mendacii facile convincuntur. Nam iidem sunt qui Busiridem et cæsorum hospitum accusent et ab Hercule interfectum esse dicant. (37) Constat autem inter omnes historicos Perseo Jovis et Danaæ filio quattuor ætatibus Herculem esse juniorem, Busiridem vero plus quam ducentis annis seniorem. At vero quid absurdius te, quum factus illi calumnias refutare institueres, argumentum hoc tam evidens et tam firmum prætermisisse?

38. Verum tu veritatis nulla ratione habita poetarum maledicta secutus es, qui ex diis immortalibus genitos atrociora tum perpetrasse tum perpessos esse asserunt, quam filios hominum nefariorum, talesque fabulas de ipsis diis commenti sunt, quales nemo in suos inimicos dicere audeat. Nec enim furta solum et adulteria et apud homines servitutes eis exprobrarunt, sed et liberorum devorationes et patrum exsectiones et matrum vincula et multa alia tetra facinora de illis confinxerunt. (39) Quorum nondum illi quidem meritas pœnas dederunt, non tamen omne supplicium effugerunt : nam alii errones et mendici fuerunt; alii cæcati sunt; alius pulsus patria bellum perpetuum contra domesticos suos gessit; Orpheus autem, harum fabularum præcipuus auctor, in frusta discerptus interiit. (40) Quare, si sapimus, illorum deliramenta non imitabimur, neque quum leges tulerimus, ne alter alteri maledicat, committemus ut omnis licentia quidvis de diis effutiendi detur, sed cavebimus potius, et tam eos qui talia dicunt, quam qui credunt, æqua impietate obstrictos esse putabimus.

41. Ego vero non deos tantum, sed illorum filios etiam nullo scelere teneri puto, sed et ipsos natura omnes virtutes insitas habere, et aliis ad honestissima et præclarissima quæque studia duces et magistros exstitisse. Absurdum enim est, quum nostræ sobolis prosperitatem diis acceptam referamus, eos existimare suam ipsorum nihil curare. (42) Quodsi cui nostrûm potestas naturæ humanæ moderandæ daretur, quis est qui famulos suos improbos esse pateretur?

ὡς καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας περιεῖδον οὕτως ἀσε- d
βεῖς καὶ παρανόμους ὄντας. Καὶ σὺ μὲν οἴει καὶ τοὺς
μηδὲν προσήκοντας, ἤν σοι πλησιάσωσι, βελτίους
ποιήσειν, τοὺς δὲ θεοὺς οὐδεμίαν ἡγεῖ τῆς τῶν παίδων
ἀρετῆς ἔχειν ἐπιμέλειαν. (43) Καίτοι κατὰ τὸν σὸν
λόγον δυοῖν τοῖς αἰσχίστοιν οὐ διαμαρτάνουσιν· εἰ μὲν
γὰρ μηδὲν δέονται χρηστοὺς αὐτοὺς εἶναι, χείρους εἰσὶ
τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν, εἰ δὲ βούλονται μέν, ἀπο- e
ροῦσι δ' ὅπως ποιήσουσιν, ἐλάττω τῶν σοφιστῶν τὴν
δύναμιν ἔχουσιν.

44. Πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν ἐξ ὧν ἄν τις καὶ τὸν
ἔπαινον καὶ τὴν ἀπολογίαν μηκύνειεν, οὐχ ἡγοῦμαι
δεῖν μακρολογεῖν· οὐ γὰρ ἐπίδειξιν τοῖς ἄλλοις ποιού-
230 μενος, ἀλλ' ὑποδεῖξαί σοι βουλόμενος ὡς χρὴ τούτων a
ἑκάτερον ποιεῖν, διείλεγμαι περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ τόν γε
λόγον ὃν συνέγραψας οὐκ ἀπολογίαν ὑπὲρ Βουσίριδος,
ἀλλ' ὁμολογίαν τῶν ἐπικαλουμένων δικαίως ἄν τις εἶ-
ναι νομίσειεν. (45) Οὐ γὰρ ἀπολύεις αὐτὸν τῶν αἰ-
τιῶν, ἀλλ' ἀποφαίνεις ὡς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ταὐτὰ
πεποιήκασι, ῥαθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὑρίσκων
καταφυγήν. Εἰ γὰρ τῶν μὲν ἀδικημάτων μὴ ῥᾴδιον b
εὑρεῖν ὃ μήπω τυγχάνει γεγενημένον, τοὺς δ' ἐφ' ἑκά-
στοις αὐτῶν ἁλισκομένους μηδὲν ἡγοίμεθα δεινὸν ποιεῖν,
ὅταν ἕτεροι ταὐτὰ φαίνωνται διαπεπραγμένοι, πῶς
οὐκ ἂν καὶ τὰς ἀπολογίας ἅπασι ῥᾳδίας ποιήσαιμεν,
καὶ τοῖς βουλομένοις εἶναι πονηροῖς πολλὴν ἐξουσίαν
παρασκευάσαιμεν; (46) Μάλιστα δ' ἂν κατίδοις τὴν
εὐήθειαν τῶν εἰρημένων ἐπὶ σαυτοῦ θεωρήσας. Ἐν-
θυμήθητι γάρ· εἰ μεγάλων καὶ δεινῶν αἰτιῶν περὶ σὲ c
γενομένων τοῦτόν τις τὸν τρόπον σοι συνείποι, πῶς ἂν
διατεθείης; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδ' ὅτι μᾶλλον ἂν αὐτὸν μι-
σήσειας ἢ τοὺς κατηγοροῦντας. Καίτοι πῶς οὐκ αἰ-
σχρὸν τοιαύτας ὑπὲρ τῶν ἄλλων ποιεῖσθαι τὰς ἀπολο-
γίας, ἐφ' αἷς ὑπὲρ σαυτοῦ λεγομέναις μάλιστ' ἂν
ὀργισθείης;

47. Σκέψαι δὲ κἀκεῖνο, καὶ δίελθε πρὸς αὐτόν. Εἴ
τις τῶν νῦν σοι συνόντων ἐπαρθείη ποιεῖν ἃ σὺ τυγχά-
νεις εὐλογῶν, πῶς οὐκ ἂν ἀθλιώτατος εἴη καὶ τῶν
ὄντων καὶ τῶν πώποτε γεγενημένων; Ἆρ' οὖν χρὴ d
τοιούτους λόγους γράφειν, οἷς τοῦτο προσέσται μέγι-
στον ἀγαθόν, ἢν μηδένα πεῖσαι τῶν ἀκουσάντων δυ-
νηθῶσιν;

48. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἂν εἴποις ὡς οὐδὲ σὲ τοῦτο παρέ-
λαθεν, ἀλλ' ἐβουλήθης τοῖς φιλοσόφοις παράδειγμα κα-
ταλιπεῖν ὡς χρὴ περὶ τῶν αἰσχρῶν αἰτιῶν καὶ δυσχε-
ρῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι τὰς ἀπολογίας. Ἀλλ' εἰ καὶ
πρότερον ἠγνόεις, οἶμαί σοι νῦν γεγενῆσθαι φανερὸν ὅτι e
πολὺ θᾶττον ἄν τις σωθείη μηδὲν φθεγξάμενος ἢ τοῦτον
τὸν τρόπον ἀπολογησάμενος. (49) Καὶ μὲν δὴ καὶ
τοῦτο δῆλον, ὅτι τῆς φιλοσοφίας ἐπικήρως διακειμένης
καὶ φθονουμένης, διὰ τοὺς τοιούτους τῶν λόγων ἔτι μᾶλ-
λον αὐτὴν μισήσουσιν.

231 Ἢν οὖν ἐμοὶ πείθῃ, μάλιστα μὲν οὐ ποιήσει τοῦ
λοιποῦ πονηρὰς ὑποθέσεις, εἰ δὲ μή, τοιαῦτα ζητήσεις

et illos arbitramur pati ex sese genitos tanta esse impietate et improbitate! Tu quidem te putas etiam tibi prorsus alienos, si te magistro utantur, meliores esse redditurum; deos vero nullam prorsus existimas curam habere virtutis suorum liberûm. (43) At ista ratione a duobus turpissimis criminibus non absunt. Nam si bonos eos ne esse quidem volunt, deteriore sunt quam homines ingenio: sin, quum velint, qua ratione id efficiant, non habent, sophistis sunt imbecilliores.

44. Quum autem multa in re insint, per quæ et laudatio et defensio dilatari possit, non tamen pluribus verbis opus esse censeo. Nec enim apud alios ostentandi mei, sed erudiendi tui causa, utque ostenderem quomodo horum utrumque fieri deberet, hæc disserui. Nam oratio quidem a te conscripta non defensio Busiridis, sed criminum confessio recte existimari potest. (45) Nec enim vacare eum culpa ostendis, sed alios nonnullos eadem illa fecisse declaras, facillimo delinquentibus refugio excogitato. Quum enim non facile sit ullum reperire scelus, quod nondum sit perpetratum, si facinorum convictos nihil grave admisisse putabimus, modo alios eadem fecisse constet, nonne omnibus expeditas defensiones faciemus et male cogitantibus omnem licentiam concedemus? (46) Optime autem perspicies, quam stulte ista dicta sint, si ad te ipsum omnia retuleris. Illud enim cogita: si de magnis et nefariis criminibus accusatus ad istum modum ab aliquo defenderere, quid animi tibi fore censes? Equidem enim scio te illi multo infensiorem futurum, quam ipsis accusatoribus. An vero turpe non est alios ita defendere, quemadmodum te defendi iniquissimo animo ferres?

47. Illud quoque considera et apud animum tuum cogita: si quis tuorum familiarium induci se pateretur ad ea facienda quæ tu laudas, an non miserrimus esset omnium et qui nunc sunt et qui unquam fuerunt? Scribendæne sunt ejusmodi orationes, quarum id summum bonum sit, si nemini auditorum persuadere possint?

48. Fortassis autem dices nec te id fefellisse, sed exemplum studiosis relinquere voluisse, quomodo fœda crimina et causæ difficiles defendendæ essent. Verum si prius ignorabas, nunc saltem te intellexisse arbitror multo facilius aliquem absolutum iri, si ne os quidem aperuerit, quam si isto modo suam causam egerit. (49) Jam quum studia literarum adeo reprehensioni pateant et in odio sint: istius generis orationibus majorem etiam in illa invidiam concitatum iri constat.

Itaque si mihi obtemperare volueris, aut in posterum (idque potissimum fuerit) nulla improba argumenta tracta-

λέγειν, ἐξ ὧν μήτ' αὐτὸς χείρων εἶναι δόξεις μήτε τοὺς μιμουμένους λυμανεῖ μήτε τὴν περὶ τοὺς λόγους παίδευσιν διαβαλεῖς.

50. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ νεώτερος ὢν καὶ μηδέν σοι προσήκων οὕτω προχείρως ἐπιχειρῶ σε νουθετεῖν· ἡγοῦμαι γὰρ οὐ τῶν πρεσβυτάτων οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων, ἀλλὰ τῶν πλεῖστ' εἰδότων καὶ βουλομένων ὠφελεῖν ἔργον εἶναι περὶ τῶν τοιούτων συμβουλεύειν.

bis, aut operam certe dabis, ut ea dicas, per quæ nec tuam existimationem imminuas, nec imitatores tui corrumpas, nec eloquentiæ disciplinæ crimen confles.

50. Neque vero mirari debes me et natu minorem, nec ulla necessitudine tibi devinctum, monere te adeo alacriter instituisse. Nam hujusmodi de rebus dare consilia neque natu maximorum, neque conjunctissimorum, sed eorum esse munus existimo, qui prodesse plurimum et volunt et possunt.

12.

ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΚΟΣ.

232 Νεώτερος μὲν ὢν προῃρούμην γράφειν τῶν λόγων οὐ τοὺς μυθώδεις οὐδὲ τοὺς τερατείας καὶ ψευδολογίας μεστούς, οἷς οἱ πολλοὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἢ τοῖς περὶ τῆς αὑτῶν σωτηρίας λεγομένοις, οὐδὲ τοὺς τὰς παλαιὰς πράξεις καὶ τοὺς πολέμους τοὺς Ἑλληνικοὺς ἐξηγουμένους, καίπερ εἰδὼς δικαίως αὐτοὺς ἐπαινουμένους, οὐδ'
233 αὖ τοὺς ἁπλῶς δοκοῦντας εἰρῆσθαι καὶ μηδεμιᾶς κομ- a
ψότητος μετέχοντας, οὓς οἱ δεινοὶ περὶ τοὺς ἀγῶνας παραινοῦσι τοῖς νεωτέροις μελετᾶν, εἴπερ βούλονται πλέον ἔχειν τῶν ἀντιδίκων, (2) ἀλλὰ πάντας τούτους ἐάσας περὶ ἐκείνους ἐπραγματευόμην τοὺς περὶ τῶν συμφερόντων τῇ τε πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι συμβουλεύοντας, καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων καὶ b
τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν· νῦν δ' οὐδ' ὁπωσοῦν τοὺς τοιούτους. (3) Ἡγοῦμαι γὰρ οὐχ ἁρμόττειν οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τέτταρσιν, ἃ γὼ τυγχάνω γεγονώς, οὔθ' ὅλως τοῖς ἤδη πολιὰς ἔχουσιν, ἐκεῖνον τὸν τρόπον ἔτι λέγειν, ἀλλ' ὡς ἅπαντες μὲν ἂν ἐλπίσειαν εἰ βουληθεῖεν, οὐδεὶς c
δ' ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως πλὴν τῶν πονεῖν ἐθελόντων καὶ σφόδρα προσεχόντων τὸν νοῦν. (4) Τούτου δ' ἕνεκεν ταῦτα προεῖπον, ἵν' ἤν τισιν ὁ μέλλων δειχθήσεσθαι λόγος μαλακώτερος ὢν φαίνηται τῶν πρότερον διαδεδομένων, μὴ παραβάλλωσι πρὸς τὴν ἐκείνων ποικιλίαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν αὐτὸν κρίνωσι τὴν ἐν τῷ παρόντι δεδοκιμασμένην.

5. Διαλέξομαι δὲ περί τε τῶν τῇ πόλει πεπραγμένων καὶ περὶ τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς, οὐκ ἀπὸ τούτων d
ἀρξάμενος, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐμοὶ συμβεβηκότων· ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι μᾶλλον κατεπείγειν. Πειρώμενος γὰρ ἀναμαρτήτως ζῆν καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλύπως, οὐδένα διαλέλοιπα χρόνον ὑπὸ μὲν τῶν σοφιστῶν τῶν ἀδοκίμων καὶ πονηρῶν διαβαλλόμενος, ὑπ' ἄλλων δέ τινων οὐχ οἷός εἰμι γιγνωσκόμενος, ἀλλὰ τοιοῦτος ὑπολαμβανόμενος οἷον ἂν παρ' ἑτέρων ἀκούσωσιν. (6) Βούλομαι οὖν προδιαλεχθῆναι περί τ' ἐμαυτοῦ καὶ περὶ τῶν οὕτω e
πρός με διακειμένων, ἵν' ἤν πως οἷός τε γένωμαι, τοὺς μὲν παύσω βλασφημοῦντας, τοὺς δ' εἰδέναι ποιήσω περὶ ἃ τυγχάνω διατρίβων· ἢν γὰρ ταῦτα τῷ λόγῳ δυνηθῶ διοικῆσαι κατὰ τρόπον, ἐλπίζω τὸν ἐπίλοιπον

12.

PANATHENAICUS.

Quum junior essem, orationes scribere institui non fabulosas neque portenti mendaciique plenas, quibus vulgus magis gaudet quam ad salutem suam pertinentibus, neque eas, in quibus res olim gestæ et bella Græcorum explicantur, quamvis scirem eas jure laudari, nec eas etiam, quæ simplices habentur et omni ostentatione carent, quas causidici adolescentibus meditandas esse censent, si quidem vincere studeant adversarios : (2) sed his omnibus omissis illas tractabam, quæ quid et reipublicæ nostræ et Græcis omnibus expediret, ostenderent, et quum enthymematis multis refertæ essent, tum non pauca contraposita et comparia continerent ceterasque figuras quæ in eloquentiæ studio effulgent, atque auditores gestu et voce applaudere cogerent. Nunc vero longe alia mea ratio est. (3) Nec enim annis nonaginta quattuor, quos ego natus sum, nec omnino iis qui canos jam habent, convenire arbitror ut eo modo adhuc dicant, sed ita potius, quemadmodum omnes sperent si velint, nemo facile possit, nisi et tolerare labores et vehementer ingenium intendere voluerit. (4) Hæc propterea sum præfatus, si quibus hæc oratio, quæ nunc recitabitur, mollior prius editis videbitur, ne eam cum illarum varietate conferant, sed ea ratione, quam probari nobis in præsentia ostendimus, de ea judicent.

5. Disseram autem de rebus nostræ urbis gestis et de virtute majorum, non ab illis ducto exordio, sed ab his quæ ipsi mihi evenerunt. Inde enim potius ut incipiam rem postulare censeo. Ego quum honeste ac sine cujusquam molestia vivere studuerim, ab obscuris et improbis quibusdam sophistis nullo non tempore sum calumniis exagitatus, unde, quum alii me non satis pernossent, talem judicarunt, qualem esse ab aliis audierant. (6) Primum igitur et de me ipso dicam et de illis, qui sic de me sentiunt, ut, si forte id consequi liceat, et illorum maledicta reprimam, et his ostendam, in quibus versari studiis consueverim. Quæ si oratione consentanea explicare potuero, spes

234 χρόνον αὐτός τ' ἀλύπως διάξειν, καὶ τῷ λόγῳ τῷ a
μέλλοντι ῥηθήσεσθαι τοὺς παρόντας μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν.

7. Οὐχ ὀκνήσω δὲ κατειπεῖν οὔτε τὴν νῦν ἐγγιγνομένην ἐν τῇ διανοίᾳ μοι ταραχήν, οὔτε τὴν ἀτοπίαν ὧν ἐν τῷ παρόντι τυγχάνω γιγνώσκων, οὔτ' εἴ τι πράττω τῶν δεόντων. Ἐγὼ γὰρ μετεσχηκὼς τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, ὧν ἅπαντες ἂν εὔξαιντο μεταλαβεῖν, πρῶτον μὲν τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγιείας οὐχ ὡς b
ἔτυχον, ἀλλ' ἐναμίλλως τοῖς μάλιστα περὶ ἑκάτερον τούτων εὐτυχηκόσιν, ἔπειτα τῆς περὶ τὸν βίον εὐπορίας, ὥστε μηδενὸς πώποτ' ἀπορῆσαι τῶν μετρίων μηδ' ὧν ἄνθρωπος ἂν νοῦν ἔχων ἐπιθυμήσειεν, (8) ἔτι τοῦ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἷς εἶναι μηδὲ τῶν κατημελημένων, ἀλλ' ἐκείνων περὶ ὧν οἱ χαριέστατοι τῶν Ἑλλήνων καὶ μνησθεῖεν ἂν καὶ διαλεχθεῖεν ὡς σπουδαίων ὄντων, c
— τούτων ἁπάντων μοι συμβεβηκότων τῶν μὲν ὑπερβαλλόντως, τῶν δ' ἐξαρκούντως, οὐκ ἀγαπῶ ζῶν ἐπὶ τούτοις, ἀλλ' οὕτω τὸ γῆράς ἐστι δυσάρεστον καὶ μικρολόγον καὶ μεμψίμοιρον, ὥστε πολλάκις ἤδη τήν τε φύσιν τὴν ἐμαυτοῦ κατεμεμψάμην, ἧς οὐδεὶς ἄλλος καταπεφρόνηκε, καὶ τὴν τύχην ὠδυράμην, (9) ταύτῃ μὲν οὐδὲν ἔχων ἐπικαλεῖν ἄλλο πλὴν ὅτι περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἣν προειλόμην ἀτυχίαι τινὲς καὶ συκοφαντίαι d
γεγόνασι, τὴν δὲ φύσιν εἰδὼς πρὸς μὲν τὰς πράξεις ἀρρωστοτέραν καὶ μαλακωτέραν οὖσαν τοῦ δέοντος, πρὸς δὲ τοὺς λόγους οὔτε τελείαν οὔτε πανταχῇ χρησίμην, ἀλλὰ δοξάσαι μὲν περὶ ἑκάστου τὴν ἀλήθειαν μᾶλλον δυναμένην τῶν εἰδέναι φασκόντων, εἰπεῖν δὲ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἐν συλλόγῳ πολλῶν ἀνθρώπων ἁπασῶν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπολελειμμένην. (10) Οὕτω γὰρ ἐνδεὴς e
ἀμφοτέρων ἐγενόμην τῶν μεγίστην δύναμιν ἐχόντων παρ' ἡμῖν, φωνῆς ἱκανῆς καὶ τόλμης, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πολιτῶν· ὧν οἱ μὴ τυχόντες ἀτιμότεροι περιέρχονται πρὸς τὸ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι τῶν ὀφειλόν-
235 των τῷ δημοσίῳ· τοῖς μὲν γὰρ ἐκτίσειν τὸ καταγνω- a
σθὲν ἐλπίδες ὕπεισιν, οἱ δ' οὐδέποτ' ἂν τὴν φύσιν μεταβάλοιεν. (11) Οὐ μὴν ἐπὶ τούτοις ἀθυμήσας περιεῖδον ἐμαυτὸν ἄδοξον οὐδ' ἀφανῆ παντάπασι γενόμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ πολιτεύεσθαι διήμαρτον, ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν καὶ γράφειν ἃ διανοηθείην κατέφυγον, οὐ περὶ μικρῶν τὴν προαίρεσιν ποιούμενος οὐδὲ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων οὐδὲ περὶ ὧν ἄλλοι τινὲς ληροῦσιν, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ βασιλικῶν καὶ πολιτικῶν b
πραγμάτων, δι' ἃ προσήκειν ᾤόμην μοι τοσούτῳ μᾶλλον τιμᾶσθαι τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων, ὅσῳ περ περὶ μειζόνων καὶ καλλιόνων ἢ 'κεῖνοι τοὺς λόγους ἐποιούμην. (12) Ὧν οὐδὲν ἡμῖν ἀποβέβηκεν. Καίτοι πάντες ἴσασι τῶν μὲν ῥητόρων τοὺς πολλοὺς οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προσδοκῶσι, δημηγορεῖν τολμῶντας, ἐμὲ δὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς οὐ μόνον τῶν κοινῶν ἀπεχομένους μᾶλλον c
τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίων εἰς τὰς τῆς πόλεως χρείας ὑπὲρ τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν αὐτῶν δαπανω-

mihi est et reliqui ævi sine molestia exigendi et hujus orationis cum attentione majore eorum qui adsunt absolvendæ.

7. Non autem eloqui verebor tum perturbationem in animo meo nunc exortam, tum absurditatem eorum quæ nunc percipio, neque disputabo an recte faciam. Ego enim maxima bona consecutus, quibus se præditos esse omnes optent, primum sanam mentem in sano corpore, nec ea mediocriter, sed ut cum illis certare possem, quorum in his rebus singularis felicitas esse putatur; deinde tantas rei familiaris copias, ut nulla unquam re mediocri, quamve homo prudens expetendam censeat, caruerim; (8) denique illud etiam, ne unus ex abjectis et contemptis essem, sed ex eorum numero, de quibus eruditissimi et honestissimi quique Græcorum, ut de viris bonis et doctis et sentiunt et loquuntur: quæ omnia quum mihi contigerint, alia excellenter, alia sufficienter, tamen mihi vitam jucundam non efficiunt; sed senectus ita morosa, ita pusilla, ita querula est, ut sæpe et ingenium meum mihi displicuerit, quod nemo alius contempsit, et fortunam meam sim miseratus, (9) quum nihil haberem aliud in quo hanc accusarem, nisi quod philosophiæ studium quædam calamitates et calumniæ interpellarunt, ingenium vero meum scirem et ad res gerendas infirmius ac mollius esse quam oporteat, et ad eloquentiam neque perfectum neque ab omni parte idoneum. Quod etsi cujusque rei veritatem conjectura melius indagare potest, quam ii qui scientiam profitentur; tamen si in conventu multorum hominum illis ipsis de rebus dicendum sit, omnium est, ut ingenue fatear, ineptissimum. (10) Nam quæ duæ res in civitate plurimum possunt, vocis magnitudo et audacia, eæ sic mihi desunt, ut haud scio an ulli civium: quibus facultatibus qui destituuntur, contemptiores apparent in publico, ut ullius esse pretii putentur, quam qui ærario pecuniam debent. His enim spes aliqua subest mulctæ dissolvendæ, illi naturam haud unquam mutaverint. (11) Non tamen propter hæc animo abjecto commisi, ut prorsus inglorius et in obscuro viverem, sed quum mihi capessendæ Reipublicæ facultas negata esset, ad sapientiæ vehemens studium et ad ea scribenda, quæ cogitando eruissem, confugi, neque minuta quædam aut privata negotia, neque ea de quibus nonnulli nugantur, tractanda suscepi, sed de statu Græciæ, de regiis et reipublicæ negotiis disserui, propterea que me jure tanto honoratiorem futurum iis, qui suggestum conscenderent, speravi, quanto majoribus et pulchrioribus de rebus, quam illi, dicerem. (12) Verum nihil tale mihi contigit: quanquam nemo ignorat multos oratorum ea esse audacia, ut non reipublicæ utilitatem, sed quæstum et sordes suas spectent in concionibus habendis; me autem et meos non tantum a peculatu alieniores esse quam alios, sed et de nostra re familiari, ut consulamus civitatis necessitatibus, majores quam pro opibus nostris sumptus

μένους, (13) ἔτι δὲ τοὺς μὲν ἢ λοιδορουμένους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις περὶ μεσεγγυώματος σφίσιν αὐτοῖς ἢ λυμαινομένους τοὺς συμμάχους ἢ τῶν ἄλλων ὃν ἂν τύχωσι συκοφαντοῦντας, ἐμὲ δὲ τῶν λόγων ἡγεμόνα τούτων γεγενημένον, τῶν παρακαλούντων τοὺς Ἕλληνας ἐπί τε τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους καὶ τὴν στρατείαν d τὴν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, (14) καὶ τῶν συμβουλευόντων ἀποικίαν ἐκπέμπειν κοινῇ πάντας ἡμᾶς ἐπὶ τοσαύτην χώραν καὶ τοιαύτην, περὶ ἧς ὅσοι περ ἀκηκόασιν ὁμολογοῦσιν ἡμᾶς τε, εἰ σωφρονήσαιμεν καὶ παυσαίμεθα τῆς πρὸς ἀλλήλους μανίας, ταχέως ἂν ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων κατασχεῖν αὐτήν, ἐκείνην τε ῥᾳδίως ἂν ἅπαντας δέξασθαι τοὺς ἐνδεεῖς ἡμῶν ὄντας τῶν ἐπιτηδείων· ὧν πράξεις, εἰ πάντες συνελθόντες ζητοῖεν, οὐδέποτ' ἂν εὕροιεν καλλίους οὐδὲ μείζους οὐδὲ μᾶλλον e ἅπασιν ἡμῖν συμφερούσας.

15. Ἀλλ' ὅμως οὕτω πολὺ τῇ διανοίᾳ διεστώτων 236 ἡμῶν, καὶ τοσούτῳ σπουδαιοτέραν ἐμοῦ πεποιημένου a τὴν αἵρεσιν, οὐ δικαίως οἱ πολλοὶ περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ ταραχωδῶς καὶ παντάπασιν ἀλογίστως. Τῶν μὲν γὰρ ῥητόρων τὸν τρόπον ψέγοντες προστάτας αὐτοὺς τῆς πόλεως ποιοῦνται καὶ κυρίους ἁπάντων καθιστᾶσιν, ἐμοῦ δὲ τοὺς λόγους ἐπαινοῦντες αὐτῷ μοι φθονοῦσι, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ διὰ τούτους οὓς ἀποδεχόμενοι τυγχάνουσιν· οὕτως ἀτυχῶς φέρομαι παρ' αὐτοῖς.

16. Καὶ τί δεῖ θαυμάζειν τῶν πρὸς ἁπάσας τὰς ὑπερ- b οχὰς οὕτω διακεῖσθαι πεφυκότων, ὅπου καὶ τῶν οἰομένων διαφέρειν καὶ ζηλούντων ἐμὲ καὶ μιμεῖσθαι γλιχομένων τινὲς ἔτι δυσμενέστερον ἔχουσί μοι τῶν ἰδιωτῶν; ὧν τίνας ἄν τις εὕροι πονηροτέρους (εἰρήσεται γάρ, εἰ καί τισι δόξω νεώτερα καὶ βαρύτερα λέγειν τῆς ἡλικίας), οἵτινες οὔτε φράζειν οὐδὲν μέρος ἔχοντες τοῖς μαθηταῖς τῶν εἰρημένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς τε λόγοις παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς ἐμοῖς καὶ ζῶντες ἐντεῦθεν το- c σούτου δέουσι χάριν ἔχειν τούτων, ὥστ' οὐδ' ἀμελεῖν ἡμῶν ἐθέλουσιν, ἀλλ' ἀεί τι φλαῦρον περὶ ἐμοῦ λέγουσιν.

17. Ἕως μὲν οὖν τοὺς λόγους μου ἐλυμαίνοντο, παραναγιγνώσκοντες ὡς δυνατὸν κάκιστα τοῖς ἑαυτῶν καὶ διαιροῦντες οὐκ ὀρθῶς καὶ κατακνίζοντες καὶ πάντα τρόπον διαφθείροντες, οὐδὲν ἐφρόντιζον τῶν ἀπαγγελλομένων, d ἀλλὰ ῥᾳθύμως εἶχον· μικρὸν δὲ πρὸ τῶν Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἠχθέσθην δι' αὐτούς. (18) Ἀπαντήσαντες γάρ τινές μοι τῶν ἐπιτηδείων ἔλεγον ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων διαλέγοιντο περί τε τῶν ἄλλων ποιητῶν καὶ τῆς Ἡσιόδου καὶ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, οὐδὲν μὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες, τὰ δ' ἐκείνων ῥαψῳδοῦντες καὶ τῶν πρότερον ἄλλοις τισὶν εἰρημένων τὰ χαριέστατα e μνημονεύοντες· (19) ἀποδεξαμένων δὲ τῶν περιεστώτων τὴν διατριβὴν αὐτῶν ἕνα τὸν τολμηρότατον ἐπιχειρῆσαί με διαβάλλειν, λέγονθ' ὡς ἐγὼ πάντων κατα- 237 φρονῶ τῶν τοιούτων, καὶ τάς τε φιλοσοφίας τὰς τῶν a

facere; (13) præterea illos pro suggesto aut propter pecunias apud sequestrem depositas invicem convicia dicere, aut sociis esse molestos, aut sine discrimine quosvis calumniari; me vero earum orationum auctorem exstitisse, quæ Græcos tum ad concordiam inter ipsos, tum ad expeditionem contra barbaros suscipiendam exhortantur, (14) et suadent communiter ab omnibus colonias in talem et tantam regionem deducendas esse, quam, qui de ea audivere, fatentur et nos, si omissa ista insania resipuerimus, celeriter et sine laboribus atque periculis occupaturos et illam facile sedes et victum suppeditaturam omnibus nobis, qui rerum necessariarum penuria laboremus. His actionibus, si omnes in unum congregati diligentissime vestigarent, nunquam vel pulcriores vel majores vel magis nobis omnibus conducibiles invenirent.

15. Quamvis igitur inter meum et illorum animum tantum distet tantoque meum institutum sit honestius, non tamen æqua sunt populi de nobis judicia, sed perturbata et plane inconsiderata. Qui quum alios oratores, quorum mores vituperat, summæ reipublicæ præesse velit eisque parere non recuset, meas autem orationes laudet, ipsi mihi invidet non ob aliud, nisi ob eas quas probat. Adeo in nulla gratia sum apud vulgus hominum.

16. Quid vero mireris eos, qui ita nati sunt, ut nullam excellentiam ferre possint, cum illi etiam qui se præclaros esse putant meque et magni faciunt et imitari cupiunt, longe infensiores mihi sint indoctis? quibus quosnam improbiores invenias (dicam enim, tametsi audacius atque acerbius, quam pro ætate mea, dicere videbor), qui quum nullam artis rhetoricæ partem suis discipulis sine his quæ a me dicta sunt explicare queant, et exemplis meorum orationum utantur et inde victitent, tantum abest ut mihi gratiam habeant, ut me ne negligere quidem velint, sed semper obtrectare studeant.

17. Dum igitur meas orationes male tractarent et quam pessime fieri poterat, eas cum suis conferentes legerent et non recte distinguerent et divellerent, omnibus denique modis corrumperent: non curavi ea quæ mihi nunciabantur, sed æquo animo tuli. Paulum autem ante magna Panathenæa propter eos graviter commotus sum. (18) Quidam enim familiarium meorum obviam facti mihi dicebant tres aut quattuor gregarios sophistas, qui se omnia scire profitentur et celeriter quovis in loco sunt, in Lyceo considentes quum de aliis poetis, tum de Homeri et Hesiodi poesi disserere, nihil quidem suum afferentes, sed et horum carmina rhapsodorum more decantantes et elegantissima quæque dicta veterum referentes. (19) Quum autem corona circumstantium disputationem eorum approbasset, unum quendam inter eos audacissimum cœpisse me calumniari, quum diceret me ejus generis omnia contemnere et studia et

ἄλλων καὶ τὰς παιδείας ἁπάσας ἀναιρῶ, καί φημι
πάντας ληρεῖν πλὴν τοὺς μετεσχηκότας τῆς ἐμῆς δια-
τριβῆς· τούτων δὲ ῥηθέντων ἀηδῶς τινας τῶν παρόντων
διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς. (20) Ὡς μὲν οὖν ἐλυπήθην καὶ
συνεταράχθην ἀκούσας ἀποδέξασθαί τινας τοὺς λόγους
τούτους, οὐκ ἂν δυναίμην εἰπεῖν· ᾤμην γὰρ οὕτως ἐπι-
φανὴς εἶναι τοῖς ἀλαζονευομένοις πολεμῶν καὶ περὶ
ἐμαυτοῦ μετρίως διειλεγμένος, μᾶλλον δὲ ταπεινῶς, b
ὥστε μηδέν' ἂν ποτε γενέσθαι πιστὸν τῶν λεγόντων ὡς
ἐγὼ τοιαύταις ἀλαζονείαις ἐχρησάμην. (21) Ἀλλὰ γὰρ
οὐκ ἀλόγως ὠδυράμην ἐν ἀρχῇ τὴν ἀτυχίαν τὴν παρα-
κολουθοῦσάν μοι πάντα τὸν χρόνον ἐν τοῖς τοιούτοις· αὕτη
γάρ ἐστιν αἰτία καὶ τῆς ψευδολογίας τῆς περί με γιγνο-
μένης καὶ τῶν διαβολῶν καὶ τοῦ φθόνου καὶ τοῦ μὴ
δύνασθαί με τυχεῖν τῆς δόξης ἧς ἄξιός εἰμι, μηδὲ τῆς
ὁμολογουμένης, μηδ' ἣν ἔχουσί τινες τῶν πεπλησιακό- c
των μοι καὶ πανταχῇ τεθεωρηκότων ἡμᾶς. (22) Ταῦτα
μὲν οὖν οὐχ οἷόντ' ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ἀνάγκη στέργειν
τοῖς ἤδη συμβεβηκόσι· πολλῶν δέ μοι λόγων ἐφεστώ-
των, ἀπορῶ πότερον ἀντικατηγορῶ τῶν εἰθισμένων ἀεί
τι ψεύδεσθαι περί μου καὶ λέγειν ἀνεπιτήδειον τολμών-
των· ἀλλ' εἰ φανείην σπουδάζων καὶ πολλοὺς λόγους
ποιούμενος περὶ ἀνθρώπων οὓς οὐδεὶς ὑπείληφεν ἀξίους d
εἶναι λόγου, δικαίως ἂν μωρὸς εἶναι δοκοίην. (23) Ἀλλὰ
τούτους ὑπεριδὼν ἀπολογῶμαι πρὸς τοὺς ἀδίκως μοι τῶν
ἰδιωτῶν φθονοῦντας, καὶ πειρῶμαι διδάσκειν αὐτοὺς ὡς
οὐ δικαίως οὐδὲ προσηκόντως περί μου ταύτην ἔχουσι
τὴν γνώμην; Καὶ τίς οὐκ ἂν καταγνοίη μου πολλὴν
ἄνοιαν, εἰ τοὺς μηδὲν δι' ἕτερον δυσκόλως πρός με δια-
κειμένους ἢ διὰ τὸ δοκεῖν χαριέντως εἰρηκέναι περί τι-
νων, τούτους οἰηθείην ὁμοίως διαλεχθεὶς ὥσπερ πρότε-
ρον παύσειν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις λυπουμένους, ἀλλ' οὐ e
μᾶλλον ἀλγήσειν, ἄλλως τε κἂν φανῶ μηδὲ νῦν πω τη-
λικοῦτος ὢν πεπαυμένος παραληρῶν; (24) Ἀλλὰ μὴν
οὐδ' ἐκεῖνο ποιεῖν οὐδεὶς ἄν μοι συμβουλεύσειεν, ἀμε-
238 λήσαντι τούτων καὶ μεταξὺ καταβαλόντι περαίνειν τὸν a
λόγον, ὃν προῄρημαι βουλόμενος ἐπιδεῖξαι τὴν πόλιν
ἡμῶν πλειόνων ἀγαθῶν αἰτίαν γεγενημένην τοῖς Ἕλ-
λησιν ἢ τὴν Λακεδαιμονίων· εἰ γὰρ τοῦτ' ἤδη ποιοίην
μήτε τέλος ἐπιθεὶς τοῖς γεγραμμένοις μήτε συγκλεί-
σας τὴν ἀρχὴν τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων τῇ τελευτῇ
τῶν ἤδη προειρημένων, ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς
εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην ὅ τι ἂν ἐπέλθη λέγουσιν·
ἃ φυλακτέον ἡμῖν ἐστιν. (25) Κράτιστον οὖν ἐξ ἁπάν- b
των τούτων, περὶ ὧν τὸ τελευταῖόν με διέβαλλον ἀπο-
φηνάμενον ἃ δοκεῖ μοι, τότ' ἤδη λέγειν περὶ ὧν ἐξ ἀρ-
χῆς διενοήθην· οἶμαι γάρ, ἢν ἐξενέγκω γράψας καὶ
ποιήσω φανερὰν ἣν ἔχω γνώμην περί τε τῆς παιδείας
καὶ τῶν ποιητῶν, παύσειν αὐτοὺς ψευδεῖς πλάττοντας
αἰτίας καὶ λέγοντας ὅ τι ἂν τύχωσιν.

26. Τῆς μὲν οὖν παιδείας τῆς ὑπὸ τῶν προγόνων καταλειφθείσης τοσούτου δέω καταφρονεῖν, ὥστε καὶ τὴν ἐφ' ἡμῶν κατασταθεῖσαν ἐπαινῶ, λέγω δὲ τήν τε γεωμετρίαν καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τοὺς διαλόγους τοὺς

institutionem aliorum omnium evertere, qui omnes delirare dicam, præter eos qui a me sint instituti. Quæ quum dicta fuissent, quosdam ex iis qui adessent, a me fuisse alienatos. (20) Ego vero quantopere doluerim ac perturbatus sim, quum audivissem aliquos illa tanquam a me dicta comprobasse, dicendo consequi non possum. Putabam enim ita esse notum me cum gloriosis istis bellum gerere et de me ipso modice vel potius submisse dicere, ut nemini unquam talem insolentiam suis mihi verbis affingenti fides haberetur. (21) Verum initio non sine causa deploravi meam infelicitatem, quæ in his studiis perpetuo me secuta est. Hæc enim causa est et mendaciorum, quibus mea fama contaminatur, et calumniarum et invidiæ, eademque obstitit, ne de me pro merito meo existimetur, neque ita ut in confesso est, utque discipuli mei et familiares de me sentiunt, qui nos ab omni parte perspexerunt. (22) Verum hæc mutari non possunt, sed ea quæ præterierunt, boni consulere necesse est. Quum autem multa in mentem mihi veniant, incertus sum, an recriminari debeam illos, qui de me perpetuo mentiri solent, eaque in me conferre, a quibus sum prorsus alienus, non dubitant. Sed si rem seriam agere instituerem ac prolixam de iis hominibus haberem orationem, quorum nemo sibi ullam censet habendam esse rationem, jure stultus esse viderer. (23) Neglectis vero istis num me adversus imperitos, qui injuria mihi invideant, defendam, illosque docere coner, neque jure ipsos nec merito meo ita de me sentire? Quis enim non stultissimum me esse pronunciet, si eos qui non aliam ob rem infensi mihi sunt, nisi quod eleganter quædam dicere visus sum, placatiores mihi fore putem, si eodem modo, quo prius, disseruero, ac non acerbiores potius futuros, præsertim ubi viderint ne in extrema quidem senectute desinere me delirare? (24) Ac ne illud quidem faciendum mihi quisquam censuerit, ut his neglectis et abrupta disputatione hac eam orationem absolvam, quam institui quaque ostendere decrevi nostram urbem plura in Græcos beneficia contulisse quam Lacedæmonios. Quod si jam facerem, neque his quæ scripsi finem imponerem, neque secuturæ orationis exordium conclusioni horum quæ jam diximus, commode apteque attexerem : similis eorum viderer, qui temere et importune et confuse, quicquid in buccam venit, effutiunt. Quæ cavenda nobis sunt. (25) Optimum igitur ex his omnibus fuerit, postquam de iis, propter quæ postremo me calumniati sunt, sententiam meam dixerim, ea explicare, quæ initio dicere constitui. Si enim scripto publicaro atque ostendero, quæ sit mea de institutione deque poetis sententia, desituros eos arbitror falsas causas comminisci et quidvis garrire.

26. Atque institutionem quidem puerorum, quæ nobis a majoribus tradita est, tantum abest ut contemnam, ut etiam illam, quæ a nobis constituta est, laudem, geometriam dico et astrologiam et dialecticam, qua arte adole-

ἐριστικοὺς καλουμένους, οἷς οἱ μὲν νεώτεροι μᾶλλον χαίρουσι τοῦ δέοντος, τῶν δὲ πρεσβυτέρων οὐδεὶς ἔστιν ὅστις ἂν ἀνεκτοὺς αὐτοὺς εἶναι φήσειεν. (27) Ἀλλ' ὅμως ἐγὼ τοῖς ὡρμημένοις ἐπὶ ταῦτα παρακελεύομαι πονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν ἅπασι τούτοις, λέγων c ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο δύναται τὰ μαθήματα ταῦτα ποιεῖν ἀγαθόν, ἀλλ' οὖν ἀποτρέπει γε τοὺς νεωτέρους πολλῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων. Τοῖς μὲν οὖν τηλικούτοις οὐδέποτ' ἂν εὑρεθῆναι νομίζω διατριβὰς ὠφελιμωτέρας τούτων οὐδὲ μᾶλλον πρεπούσας· (28) τοῖς δὲ πρεσβυτέροις καὶ τοῖς εἰς ἄνδρας δεδοκιμασμένοις οὐκέτι φημὶ τὰς μελέτας ταύτας ἁρμόττειν. Ὁρῶ γὰρ ἐνίους τῶν ἐπὶ τοῖς μαθήμασι τούτοις οὕτως ἀπηκριβωμένων ὥστε καὶ d τοὺς ἄλλους διδάσκειν, οὔτ' εὐκαίρως ταῖς ἐπιστήμαις αἷς ἔχουσι χρωμένους, ἔν τε ταῖς ἄλλαις πραγματείαις ταῖς περὶ τὸν βίον ἀφρονεστέρους ὄντας τῶν μαθητῶν· ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν τῶν οἰκετῶν. (29) Τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην ἔχω καὶ περὶ τῶν δημηγορεῖν δυναμένων καὶ τῶν περὶ τὴν γραφὴν τὴν τῶν λόγων εὐδοκιμούντων, ὅλως δὲ περὶ ἁπάντων τῶν περὶ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις διαφερόντων. Οἶδα γὰρ καὶ τούτων e τοὺς πολλοὺς οὔτε τὰ περὶ σφᾶς αὐτοὺς καλῶς διῳκηκότας οὔτ' ἐν ταῖς ἰδίαις συνουσίαις ἀνεκτοὺς ὄντας, τῆς τε δόξης τῆς τῶν συμπολιτευομένων ὀλιγωροῦντας, ἄλλων τε πολλῶν καὶ μεγάλων ἁμαρτημάτων γέμοντας· 239 ὥστ' οὐδὲ τούτους ἡγοῦμαι μετέχειν τῆς ἕξεως περὶ ἧς a ἐγὼ τυγχάνω διαλεγόμενος. (30) Τίνας οὖν καλῶ πεπαιδευμένους, ἐπειδὴ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδοκιμάζω; Πρῶτον μὲν τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασι τοῖς κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προσπίπτουσι, καὶ τὴν δόξαν ἐπιτυχῆ τῶν καιρῶν ἔχοντας καὶ δυναμένην ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ στοχάζεσθαι τοῦ συμφέροντος· (31) ἔπειτα τοὺς πρεπόντως καὶ δικαίως ὁμιλοῦντας τοῖς ἀεὶ πλησιάζουσι, καὶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων b ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως φέροντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας· ἔτι τοὺς τῶν μὲν ἡδονῶν ἀεὶ κρατοῦντας, τῶν δὲ συμφορῶν μὴ λίαν ἡττωμένους, ἀλλ' ἀνδρωδῶς ἐν αὐταῖς διακειμένους καὶ τῆς φύσεως ἀξίως ἧς μετέχοντες τυγχάνομεν· (32) τέταρτον, ὅπερ μέγιστον, τοὺς μὴ διαφθειρομένους ὑπὸ τῶν εὐπραγιῶν μηδ' ἐξισταμένους αὑτῶν μηδ' ὑπερηφάνους c γιγνομένους, ἀλλ' ἐμμένοντας τῇ τάξει τῇ τῶν εὖ φρονούντων, καὶ μὴ μᾶλλον χαίροντας τοῖς διὰ τύχην ὑπάρξασιν ἀγαθοῖς ἢ τοῖς διὰ τὴν αὑτῶν φύσιν καὶ φρόνησιν ἐξ ἀρχῆς γιγνομένοις. Τοὺς δὲ μὴ μόνον πρὸς ἓν τούτων ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντα ταῦτα τὴν ἕξιν τῆς ψυχῆς εὐάρμοστον ἔχοντας, τούτους φημὶ καὶ φρονίμους εἶναι καὶ τελέους ἄνδρας καὶ πάσας ἔχειν τὰς ἀρετάς. (33) Περὶ μὲν οὖν τῶν πεπαιδευμένων τυγχάνω ταῦτα d γιγνώσκων.

Περὶ δὲ τῆς Ὁμήρου καὶ τῆς Ἡσιόδου καὶ τῆς τῶν ἄλλων ποιήσεως ἐπιθυμῶ μὲν εἰπεῖν (οἶμαι γὰρ ἂν παῦσαι τοὺς ἐν τῷ Λυκείῳ ῥαψῳδοῦντας τἀκείνων καὶ

scentes magis quam æquum est, delectantur, senum autem nemo est qui eam ferendam esse putet. (27) Verumtamen ego moneo illos qui avide ista amplectuntur, ut laborent et ad ista omnia animum intendant. Dico enim disciplinas illas, ut nihil aliud afferant boni, dehortari tamen adolescentes et avertere a multis aliis delictis; nec ullas huic ætati inveniri posse utiliores exercitationes aut magis convenientes. (28) Verum natu majoribus et iis qui jam ad virilem ætatem pervenerunt, studia ista apta esse nego. Nonnullos enim video, qui disciplinas istas ita perfecte cognitas habeant, ut et alios docere queant, sua illa scientia nec tempestive uti et in aliis vitæ negotiis discipulis esse imprudentiores, nec enim audeo dicere servis. (29) Idem etiam sentio de iis qui conciones habere possunt et de his qui conscriptione orationum laudem invenerunt, denique de omnibus qui aliqua vel arte vel scientia vel facultate præcellunt. Novi enim etiam ex isto genere multos qui neque suas res probe gesserunt, neque in privatis congressibus tolerari possunt, et reliquorum civium judicia negligunt, et aliis multis et magnis peccatis constricti tenentur. Quare ne hos quidem existimo eo habitu esse præditos, de quo ego dissero. (30) Quos igitur eruditos voco, quando et artes et disciplinas et facultates improbo? Primum eos qui recte utuntur negotiis quotidie incidentibus, et occasiones modumque rerum prudenter animadvertunt, et plerumque id deligere possunt, quod utilissimum sit. (31) Deinde, qui ita ut decet et ut æquum est, omnes eos quovis tempore tractant, cum quibus aliquid rei habent, quique quum aliorum acerbitatem et importunitatem æquis animis et facile ferant, ipsi moribus facillimis sunt et quam moderatissimis in vitæ consuetudine. Præterea qui semper voluptatibus imperant, et rebus adversis non nimium franguntur, sed in iis et officii humani et naturæ virilis, qua nati sint, meminerunt. (32) Quarto, qui secundis rebus, quod maximum est, non corrumpuntur nec a semet ipsis discedunt nec animis efferuntur, sed moderationem prudentium virorum propriam retinent, nec magis fortunæ muneribus quam natura insitis ingenii et prudentiæ insignibus delectantur. Qui autem non ad horum singula, sed ad hæc universa simul animis bene compositis sunt, eos affirmo et prudentes esse et perfectos viros et omnibus virtutibus ornatos. (33) Ac de eruditis quæ statuam, hæc sunt.

Quod autem ad Homeri et Hesiodi ceterorumque poesim attinet, equidem aliquid dicere cupio (arbitror enim me effecturum ut isti in Lyceo versus illorum canere et de eis

ληροῦντας περὶ αὐτῶν), αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις. (34) Ἔστι δ' ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος μὴ τὴν εὐπορίαν ἀγαπᾶν, ἣν ἔχῃ τις περὶ τῶν αὐτῶν πλείω τῶν ἄλλων εἰπεῖν, ἀλλὰ τὴν εὐκαιρίαν διαφυλάττειν ὑπὲρ e ὧν ἂν ἀεὶ τυγχάνῃ διαλεγόμενος· ὅπερ ἐμοὶ ποιητέον ἐστίν. Περὶ μὲν οὖν τῶν ποιητῶν αὖθις ἐροῦμεν, ἣν μή με προανέλῃ τὸ γῆρας, ἢ περὶ σπουδαιοτέρων πραγμάτων ἔχω τι λέγειν ἢ τούτων.

240 35. Περὶ δὲ τῶν τῆς πόλεως εὐεργεσιῶν τῶν εἰς τοὺς a Ἕλληνας ἤδη ποιήσομαι τοὺς λόγους, οὐχ ὡς οὐ πλείους ἐπαίνους πεποιημένος περὶ αὐτῆς ἢ σύμπαντες οἱ περὶ τὴν ποίησιν καὶ τοὺς λόγους ὄντες· οὐ μὴν ὁμοίως καὶ νῦν. Τότε μὲν γὰρ ἐν λόγοις περὶ ἑτέρων πραγμάτων ἐμεμνήμην αὐτῆς, νῦν δὲ περὶ ταύτης τὴν ὑπόθεσιν ποιησάμενος. (36) Οὐκ ἀγνοῶ δ' ἡλίκος ὢν ὅσον ἔργον ἐνίσταμαι τὸ μέγεθος, ἀλλ' ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ πολλάκις εἰρηκὼς ὅτι τὰ μὲν μικρὰ τῶν πραγμάτων ῥᾴδιον τοῖς b λόγοις αὐξῆσαι, τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι τῶν ἔργων καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ κάλλει χαλεπὸν ἐξισῶσαι τοὺς ἐπαίνους. (37) Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν μᾶλλον ἀποστατέον αὐτῶν ἐστιν, ἀλλ' ἐπιτελεστέον, ἤν περ ἔτι ζῆν δυνηθῶμεν, ἄλλως τε καὶ πολλῶν με παροξυνόντων γράφειν αὐτόν, πρῶτον μὲν τῶν εἰθισμένων ἀσελγῶς κατηγορεῖν τῆς πόλεως ἡμῶν, ἔπειτα τῶν χαριέντως μὲν ἀπειροτέρως δὲ c καὶ καταδεέστερον ἐπαινούντων αὐτήν, (38) ἔτι δὲ τῶν ἑτέρων μᾶλλον εὐλογεῖν τολμώντων οὐχ ἀνθρωπίνως, ἀλλ' οὕτως ὥστε πολλοὺς ἀντιτάττεσθαι πρὸς αὐτούς, πάντων δὲ μάλιστα τῆς ἡλικίας τῆς παρούσης, ἣ τοὺς ἄλλους πέφυκεν ἀποτρέπειν· ἐλπίζω γάρ, ἢν μὲν κατορθώσω, μείζω λήψεσθαι δόξαν τῆς ὑπαρχούσης, ἢν δ' ἐνδεέστερον τύχω διαλεχθείς, πολλῆς συγγνώμης τεύξεσθαι παρὰ τῶν ἀκουόντων.

39. Ἃ μὲν οὖν ἐβουλήθην καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ d τῶν ἄλλων ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος προαναβαλέσθαι ταῦτ' ἐστίν. Ἡγοῦμαι δὲ χρῆναι τοὺς βουλομένους ἐγκωμιάσαι τινὰ τῶν πόλεων ἀκριβῶς καὶ δικαίως μὴ μόνον περὶ αὐτῆς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους ἧς προῃρημένοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν ἕτερα παραδεικνύοντες τῶν καὶ τὴν ὄψιν ὁμοίαν ἐχόντων καὶ τῆς e τιμῆς τῆς αὐτῆς ἀξιουμένων, (40) οὕτω καὶ ταῖς πόλεσι παριστάναι μὴ τὰς μικρὰς ταῖς μεγάλαις, μηδὲ τὰς πάντα τὸν χρόνον ὑφ' ἑτέραις οὔσας ταῖς ἄρχειν εἰθι-
241 σμέναις, μηδὲ τὰς σῴζεσθαι δεομένας πρὸς τὰς σῴζειν a δυναμένας, ἀλλὰ τὰς παραπλησίαν καὶ τὴν δύναμιν ἐχούσας καὶ περὶ τὰς αὐτὰς πράξεις γεγενημένας καὶ ταῖς ἐξουσίαις ὁμοίαις κεχρημένας· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τῆς ἀληθείας τύχοιεν. (41) Ἣν δή τις ἡμᾶς τὸν τρόπον τοῦτον σκοπῆται καὶ παραβάλλῃ μὴ πρὸς τὴν τυχοῦσαν πόλιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν Σπαρτιατῶν, ἣν οἱ μὲν πολλοὶ μετρίως ἐπαινοῦσιν, ἔνιοι δέ τινες ὥσπερ τῶν ἡμιθέων b ἐκεῖ πεπολιτευμένων μέμνηνται περὶ αὐτῶν, φανησόμεθα καὶ τῇ δυνάμει καὶ ταῖς πράξεσι καὶ ταῖς εὐεργεσίαις

nugari desinant); sed animadverto me eum modum impetu quodam prætervehi, qui exordiis est præfinitus. (34) Est autem viri prudentis non indulgere dicendi copiæ, si superare aliorum possit inopiam, sed conservare modum earum rerum, de quibus quovis tempore disserat: idque mihi faciendum est. De poetis igitur alias dicemus, nisi me senium prius abstulerit aut de rebus gravioribus, quam istæ sunt, dicendum duxerim.

35. Verba autem faciam de beneficiis in Græcos a nostra civitate collatis, non quin eam plus laudarim, quam omnes et poetæ et oratores, sed quia nunc idem aliter quam olim facere decrevi. Tum enim in orationibus, aliis de rebus institutis, mentionem ejus faciebam, hanc autem orationem de ea ipsa institui. (36) Neque vero ignoro, quam provecta ætate quam ingenti de re dicere aggrediar, sed quum et optime sciam et sæpe dixerim, res exiguas oratione facile posse amplificari, difficillimum autem esse facta excellenti magnitudine et pulchritudine laudando æquare; (37) tamen ab incepto desistendum non est, sed perficiendum quod suscepimus, si quidem vita suppetet, præsertim quum multa me ad hanc orationem scribendam incitent, atque illi quidem primum, qui nostram urbem petulanter accusare solent, deinde qui bono quidem studio, sed imperite nec pro dignitate eam prædicant; (38) præterea, qui magis illam quam ceteri prædicare non dubitant non humano more, sed sic, ut eis multi se opponant; omnium vero maxime hæc ætas, quæ alios dehortari solet. Spero enim, si mihi prospere successerit, gloriæ meæ aliquid accessurum; sin tenuius forte, quam oportuerit, dixero, me facile ab auditoribus veniam impetraturum.

39. Ac quæ tum de me ipso tum de aliis, ut musici antequam canere incipiant, quasi præludii causa, præfari volui, hæc sunt. Eorum autem qui urbem aliquam accurate ac pro merito laudare voluerint, officium esse puto, non ipsius tantum, de qua dicere instituerunt, facere mentionem, sed, quemadmodum purpuram atque aurum probamus aliis collata rebus, quæ et speciem eandem præ se ferunt et ejusdem esse pretii putantur, (40) sic urbibus etiam e regione collocandas esse, non parvas magnis, neque aliis perpetuo parere solitas iis quæ perpetuo imperare consueverunt, nec quæ aliorum ope indigent, iis quæ opem ferre possunt; sed eas quæ et consimili potentia et iisdem in negotiis versatæ sunt et parem potestatem habuerunt. Sic enim de eis verissime statuetur. (41) Si quis ergo nos hoc modo spectet et conferat non cum qualibet, sed cum Spartana civitate, quam plerique moderate sane laudant, nonnulli autem, tanquam illic semidei habitent, sic de ea meminerunt, eos et potentia et rebus gestis et beneficiis

ταῖς περὶ τοὺς Ἕλληνας πλέον ἀπολελοιπότες αὐτοὺς ἢ 'κεῖνοι τοὺς ἄλλους.

42. Τοὺς μὲν οὖν παλαιοὺς ἀγῶνας τοὺς ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων γεγενημένους ὕστερον ἐροῦμεν, νῦν δὲ ποιήσομαι περὶ ἐκείνων τοὺς λόγους ἀρξάμενος, ἐπειδὴ κατέσχον τὰς πόλεις τὰς Ἀχαιΐδας καὶ πρὸς Ἀργείους καὶ c Μεσσηνίους διείλοντο τὴν χώραν· ἐντεῦθεν γὰρ προσήκει διαλέγεσθαι περὶ αὐτῶν. Οἱ μὲν τοίνυν ἡμέτεροι πρόγονοι φανήσονται τήν τε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ὁμόνοιαν καὶ τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἔχθραν, ἣν παρέλαβον ἐκ τῶν Τρωικῶν, διαφυλάττοντες καὶ μένοντες ἐν τοῖς αὐτοῖς. (43) Καὶ πρῶτον μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους, περὶ ἃς ἐγένοντο πολλαὶ πραγματεῖαι κατὰ τὴν Μίνω τοῦ Κρητὸς δυναστείαν, ταύτας τὸ τελευταῖον ὑπὸ Καρῶν κατεχομένας, ἐκβαλόντες ἐκείνους οὐκ ἐξιδιώσασθαι d τὰς χώρας ἐτόλμησαν, ἀλλὰ τοὺς μάλιστα βίου τῶν Ἑλλήνων δεομένους κατῴκισαν εἰς αὐτάς· (44) καὶ μετὰ ταῦτα πολλὰς πόλεις ἐφ' ἑκατέρας τῶν ἠπείρων καὶ μεγάλας ἔκτισαν, καὶ τοὺς μὲν βαρβάρους ἀνέστειλαν ἀπὸ τῆς θαλάττης, τοὺς δ' Ἕλληνας ἐδίδαξαν ὃν τρόπον διοικοῦντες τὰς αὑτῶν πατρίδας καὶ πρὸς οὓς πολεμοῦντες μεγάλην ἂν τὴν Ἑλλάδα ποιήσειαν. (45) Λα- e κεδαιμόνιοι δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ πράττειν τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῦ τοῖς μὲν βαρβάροις πολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας εὐεργετεῖν, ὥστ' οὐδ' ἡσυχίαν ἄγειν ἠθέλησαν, ἀλλ' ἔχοντες πόλιν ἀλλοτρίαν καὶ χώραν οὐ μόνον ἱκανήν, ἀλλ' 242 ὅσην οὐδεμία πόλις τῶν Ἑλληνίδων, οὐκ ἔστερξαν ἐπὶ a τούτοις, (46) ἀλλὰ μαθόντες ἐξ αὐτῶν τῶν συμβεβηκότων κατὰ μὲν τοὺς νόμους τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας τούτων εἶναι δοκούσας, τῶν ὀρθῶς καὶ νομίμως κτησαμένων, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν τούτων γιγνομένας, τῶν τὰ περὶ τὸν πόλεμον μάλιστ' ἀσκούντων καὶ νικᾶν ἐν ταῖς μάχαις τοὺς πολεμίους δυναμένων, ταῦτα διανοηθέντες, ἀμελήσαντες γεωργιῶν καὶ τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐδὲν ἐπαύοντο κατὰ μίαν ἑκάστην b τῶν πόλεων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πολιορκοῦντες καὶ κακῶς ποιοῦντες, ἕως ἁπάσας κατεστρέψαντο πλὴν τῆς Ἀργείων. (47) Συνέβαινεν οὖν ἐξ ὧν μὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν, αὐξάνεσθαί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Εὐρώπην κρείττω γίγνεσθαι τῆς Ἀσίας, καὶ πρὸς τούτοις τῶν μὲν Ἑλλήνων τοὺς ἀποροῦντας πόλεις λαμβάνειν καὶ χώρας, τῶν δὲ βαρβάρων τοὺς εἰθισμένους ὑβρίζειν ἐκπίπτειν ἐκ τῆς αὑτῶν καὶ φρονεῖν ἔλαττον ἢ πρότε- c ρον· ἐξ ὧν δὲ Σπαρτιᾶται, τὴν ἐκείνων μόνην μεγάλην γίγνεσθαι, καὶ πασῶν μὲν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ἄρχειν, ταῖς δ' ἄλλαις φοβερὰν εἶναι καὶ πολλῆς θεραπείας τυγχάνειν παρ' αὐτῶν. (48) Ἐπαινεῖν μὲν οὖν δίκαιόν ἐστι τὴν τοῖς ἄλλοις πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν γεγενημένην, δεινὴν δὲ νομίζειν τὴν αὑτῇ τὰ συμφέροντα διαπραττομένην, καὶ φίλους μὲν ποιεῖσθαι τοὺς ὁμοίως αὑτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις χρωμένους, φοβεῖ- d σθαι δὲ καὶ δεδιέναι τοὺς πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς ὡς δυνατὸν οἰκειότατα διακειμένους, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους

in Græcos collatis longiore intervallo a nobis relictos esse constabit, quam ab eis ceteros.

42. Ac veteres quidem dimicationes pro Græcis susceptas postea narrabimus; nunc autem de illis dicere institutam inde exorsus orationem, quum Achaicas urbes occuparunt et regionem cum Argivis et Messeniis partiti sunt. Hinc enim sunt nobis dicendi capienda primordia. Nostros igitur majores apparebit et concordiam Græcorum et inimicitias barbarorum jam inde a Trojanis temporibus susceptas conservare et in iisdem studiis perseverare. (43) Ac primum Cyclades insulas, de quibus Minoe Cretensi rerum potiente multa certamina fuerunt, Caribus, qui postremo eas omnes occuparant, ejectis, non in suam ditionem redigere ausi sunt, sed Græcorum egentissimis colendas tradiderunt. (44) Deinde in utraque continente multis et magnis urbibus conditis quum barbaros a mari pepulerunt, tum Græcos docuerunt, quo pacto suas urbes gubernare et contra quos bella gerere deberent, si Græciam vellent amplificare. (45) Lacedæmonii vero circa idem tempus tantum abfuit ut aliquid majorum nostrorum operibus simile præstarent sive barbaros oppugnando sive Græcis benefaciendo, ut ne quiescere quidem voluerint; sed quum et urbem alienam et agri non modo quod satis esset, sed quantum nulla Græca urbs, haberent, his contenti non fuerint, (46) sed ipso eventu edocti, si leges spectemus, urbes et regiones eorum videri, qui eas juste legitimeque partas possiderent; revera autem eorum fieri, qui maxime rem militarem exercerent et in prœliis hostes superare possent: hæc inquam cum suis animis cogitantes, agricultura neglecta et opificiis et rebus ceteris omnibus, nunquam destiterunt singulatim quasque Peloponnesi civitates oppugnare et vexare usque eo, dum omnes evertissent Argivorum urbe excepta. (47) Nostras igitur actiones illud consecutum est, ut et Græciæ opes augerentur et major esset Europæ quam Asiæ potentia, et inopes Græci urbes caperent atque agros, barbari vero, quorum ante magna ferocia fuerat, patria pulsi animis humilioribus essent; Spartanorum autem, ut ipsorum urbs sola augeretur, et omnium Peloponnesi civitatum imperio potiretur, et apud ceteros formidabilis esset magnaque cum observantia coleretur. (48) Itaque laudanda est ea urbs, quæ multa in alios beneficia contulit; quæ autem suum tantum compendium spectat, iniqua existimanda; eorumque amicitia expetenda est qui alios æque tractant ac semetipsos; metui vero et formidari par est eos qui, quum semetipsos amantissime complectantur, suam urbem sic administrant,

ἀλλοτρίως καὶ πολεμικῶς τὴν αὑτῶν διοικοῦντας. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν ἑκατέρα τοῖν πολέοιν τοιαύτην ἐποιήσατο.

49. Χρόνῳ δ' ὕστερον γενομένου τοῦ Περσικοῦ πολέμου, καὶ Ξέρξου τοῦ τότε βασιλεύοντος τριήρεις μὲν συναγαγόντος τριακοσίας καὶ χιλίας, τῆς δὲ πεζῆς στρατιᾶς πεντακοσίας μὲν μυριάδας τῶν ἁπάντων, e ἑβδομήκοντα δὲ τῶν μαχίμων, τηλικαύτῃ δὲ δυνάμει στρατεύσαντος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, (50) Σπαρτιᾶται μὲν ἄρχοντες Πελοποννησίων εἰς τὴν ναυμαχίαν τὴν ποιήσασαν ῥοπὴν ἅπαντος τοῦ πολέμου δέκα μόνον συνεβάλοντο τριήρεις, οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν ἀνάστατοι γε- a νόμενοι καὶ τὴν πόλιν ἐκλελοιπότες διὰ τὸ μὴ τετειχίσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πλείους ναῦς παρέσχοντο καὶ μείζω δύναμιν ἐχούσας ἢ σύμπαντες οἱ συγκινδυνεύσαντες· (51) καὶ στρατηγὸν οἱ μὲν Εὐρυβιάδην, ὃς εἰ τέλος ἐπέθηκεν οἷς διενοήθη πράττειν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ἀπολωλέναι τοὺς Ἕλληνας, οἱ δ' ἡμέτεροι Θεμιστοκλέα τὸν ὁμολογουμένως ἅπασιν αἴτιον εἶναι δόξαντα καὶ τοῦ τὴν ναυμαχίαν γενέσθαι κατὰ τρόπον καὶ τῶν b ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ κατορθωθέντων. (52) Τεκμήριον δὲ μέγιστον· ἀφελόμενοι γὰρ Λακεδαιμονίους τὴν ἡγεμονίαν οἱ συγκινδυνεύσαντες τοῖς ἡμετέροις παρέδοσαν. Καίτοι τίνας ἄν τις κριτὰς ἱκανωτέρους ποιήσαιτο καὶ πιστοτέρους τῶν τότε πραχθέντων ἢ τοὺς ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγῶσι παραγενομένους; τίνα δ' ἄν τις εὐεργεσίαν εἰπεῖν ἔχοι ταύτης μείζω, τῆς ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα σῶσαι δυνηθείσης; c

53. Μετὰ ταῦτα τοίνυν συνέβη κυρίαν ἑκατέραν γενέσθαι τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλατταν, ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν, ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων. Ὅλως μὲν οὖν οὐδετέραν ἐπαινῶ· πολλὰ γὰρ ἄν τις αὐταῖς ἐπιτιμήσειεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην οὐκ ἔλαττον αὐτῶν διηνέγκαμεν ἢ περὶ τὰς πράξεις τὰς ὀλίγῳ πρότερον εἰρημένας. (54) Οἱ μὲν γὰρ ἡμέτεροι πατέρες ἔπειθον τοὺς συμμάχους d ποιεῖσθαι πολιτείαν ταύτην, ἥνπερ αὐτοὶ διετέλουν ἀγαπῶντες· ὃ σημεῖόν ἐστιν εὐνοίας καὶ φιλίας, ὅταν τινὲς παραινῶσι τοῖς ἄλλοις χρῆσθαι τούτοις, ἅπερ ἂν σφίσιν αὐτοῖς συμφέρειν ὑπολάβωσιν· Λακεδαιμόνιοι δὲ κατέστησαν οὔθ' ὁμοίαν τῇ παρ' αὑτοῖς οὔτε ταῖς ἄλλοθί που γεγενημέναις, ἀλλὰ δέκα μόνους ἄνδρας κυρίους ἑκάστης τῆς πόλεως ἐποίησαν, ὧν ἐπιχειρήσας ἄν τις κατηγορεῖν τρεῖς ἢ τέτταρας ἡμέρας συνεχῶς οὐδὲν ἂν e μέρος εἰρηκέναι δόξειε τῶν ἐκείνοις ἡμαρτημένων. (55) Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν διεξιέναι περὶ τῶν τοιούτων καὶ τοσούτων τὸ πλῆθος ἀνόητόν ἐστιν· ὀλίγα δὲ καθ' ἁπάν- 244 των εἰπεῖν, ἃ τοῖς ἀκούσασιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσειεν a ἂν τῶν πεπραγμένων, νεώτερος μὲν ὢν ἴσως ἂν ἐξεῦρον, νῦν δ' οὐδὲν ἐπέρχεταί μοι τοιοῦτον, ἀλλ' ἅπερ ἅπασιν, ὅτι τοσοῦτον ἐκεῖνοι διήνεγκαν ἀνομίᾳ καὶ πλεονεξίᾳ τῶν προγεγενημένων, ὥστ' οὐ μόνον αὑτοὺς ἀπώλεσαν καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς πατρίδας τὰς αὑτῶν, ἀλλὰ καὶ Λακεδαιμονίους πρὸς τοὺς συμμάχους διαβα-

ut alieni ab aliis et hostilibus in eos animis esse videantur. Hæc igitur fundamenta ab utraque urbe jacta sunt.

49. Post exorto bello Persico, quum Xerxes, qui tum regnabat, triremes mille et trecentas, pedestris exercitus quinquies millies millia universorum, septies centena millia bellicosorum coegisset, tantisque viribus bellum Græcis intulisset: (50) Spartiatæ quidem, quum Peloponnesiis imperarent, ad navale prælium, quod belli totius inclinatio secuta est, decem tantum triremes contulerunt; patres vero nostri extorres facti urbeque relicta, quod illo tempore munita non esset, meliores naves præbuerunt et majoribus copiis instructas, quam universi qui eo prælio pugnarunt. (51) Ac ducem Eurybiadem illi miserunt, qui si ea quæ destinarat, perfecisset, nihil obstitisset quominus Græci periissent; nostri Themistoclem, qui sine controversia omnibus visus est in causa fuisse, ut et navale prælium rite conficeretur, et ceterorum omnium illius temporis successuum auctor. (52) Idque ex eo maxime perspicitur, quod ii qui periculorum socii fuerant, ademptum Lacedæmoniis imperium ad nostros detulerunt. Enimvero quinam peritiores judices et integriores rerum eo tempore gestarum constitui queant, quam ii qui ipsis certaminibus interfuerunt? quod vero beneficium majus dici potest eo, quod totam Græciam potuit conservare?

182. Τούτου δ' ἕνεκα περὶ τῆς οἰκειότητος καὶ τῶν ἡμαρτημένων εἰς αὐτοὺς διὰ πλειόνων διῆλθον, ἵν' ἔρωμαι τοὺς ἀποδεχομένους ἁπάσας τὰς Σπαρτιατῶν c πράξεις, εἰ καὶ ταύτας ἀποδέχονται, καὶ τὰς μάχας εὐσεβεῖς εἶναι νομίζουσι καὶ καλὰς τὰς πρὸς τούτους γεγενημένας. (183) Ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι μεγάλας μὲν αὐτὰς γεγενῆσθαι καὶ δεινὰς καὶ πολλῶν αἰτίας τοῖς μὲν ἡττηθεῖσι κακῶν, τοῖς δὲ κατορθώσασι λημμάτων, ὧνπερ ἕνεκα πολεμοῦντες ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦσιν, οὐ μὴν ὁσίας οὐδὲ καλὰς οὐδὲ πρεπούσας τοῖς ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, μὴ τῆς ἐπὶ τῶν τεχνῶν ὀνομαζομένης καὶ πολλῶν ἄλλων, ἀλλὰ τῆς τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς μετ' εὐσε- d βείας καὶ δικαιοσύνης ἐγγιγνομένης, περὶ ἧς ἅπας ὁ λόγος ἐστίν. (184) Ἧς ὀλιγωροῦντές τινες ἐγκωμιάζουσι τοὺς πλείω τῶν ἄλλων ἡμαρτηκότας, καὶ οὐκ αἰσθάνονται τὰς διανοίας ἐπιδεικνύντες τὰς σφετέρας αὐτῶν, ὅτι κἀκείνους ἂν ἐπαινέσειαν, τοὺς πλείω μὲν κεκτημένους τῶν ἱκανῶν, ἀποκτεῖναι δ' ἂν τολμήσαντας τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἑταίρους καὶ e τοὺς κοινωνοὺς ὥστε καὶ τἀκείνων λαβεῖν· ὅμοια γὰρ

solum et honoribus exceptis, frui pati, quos Spartanorum prudentissimos recte sapere negare, si existiment sibi et reipublicæ nihil ab iis esse periculi, quos insignibus injuriis affecerint: ipsos vero nihil tale facere, sed inter sese æqualitatem et democratiam ejusmodi constituisse, qualis deceat eos qui perpetuo concordes esse debeant; plebem autem circum se in vicinia collocasse, servitute oppressis illorum animis non minus quam servorum. (179) Quæ quum perfecissent, agri, quem inter omnes æqualiter esse distributum oportuerat, ipsos qui pauci essent, non optimam modo, sed etiam tantam vindicasse partem, quantam nulli Græcorum habeant, et multitudini tantum deterrimæ terræ impertiisse, ut magno labore vix excolere possint, quantum ad vitam sustentandam sit necessarium: postea divisa inopi multitudine in paucissimos, in parvis et multis oppidulis collocasse, qui quum iis nominibus appellentur quasi civitates incolant, revera minus auctoritatis et opum habeant quam nostri pagi. (180) Quum autem eis eripuissent omnia quæ liberis hominibus permittenda sunt, maximam periculorum partem in eos inclinasse. Nam in expeditionibus quæ ductu regis fiant, viritim in acie juxta Spartanos stare, quosdam etiam deligi, qui in prima phalange collocentur, et si, quum aliquo supplementa mittenda sunt, vel labores, vel pericula, vel moras belli metuant, hos mittere moris esse, ut sua capita pro aliorum salute periculis objectent. (181) Et quid multis opus est omnes recensere injurias, quibus multitudo afficiatur? quin potius maximo malo prolato cetera missa facimus? Nam eorum qui et ab initio tantas acerbitates perpessi sunt et ad quasvis occasiones operam ita strenuam navant, Ephoris licet indicta causa tot occidere, quot libitum eis fuerit: quæ quidem sanguinaria crudelitas apud ceteros Græcos nefarium scelus habetur, si vel in perditissimos servos exerceatur.

182. De Spartanorum autem in cives olim suos sævitia et peccatis in eos admissis ideo pluribus disserui, ut interrogarem eos qui facta illorum omnia probant, num etiam hæc laudent et prælia cum istis gesta sancta et præclara putent. (183) Ego quidem magna illa existimo fuisse et acerba, quæ, ut victis ingentia mala, sic victoribus emolumenta plurima peperere, propter quæ isti bella perpetuo gerunt; sed neque sancta neque honesta neque decora iis qui præstantiam illam sibi vindicant, non quæ in artibus et multis aliis rebus sic dicitur, sed veræ virtutis, quæ viris bonis et honestis cum pietate et justitia in animis innascitur, de qua omnis oratio est. (184) Qua quidam neglecta eos laudant qui plura quam alii peccata contraxerunt, nec animadvertunt se mentem suam aperire illudque prodere, quod eos etiam laudaturi sint, qui maximis quidem opibus polleant, sed et fratres suos et amicos et socios occidere

τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστὶ τοῖς ὑπὸ Σπαρτιατῶν πεπραγμένοις, ἃ τοὺς ἀποδεχομένους ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ περὶ τῶν εἰρημένων ἄρτι τὴν αὐτὴν ἔχειν γνώμην.

272 185. Θαυμάζω δ' εἴ τινες τὰς μάχας καὶ τὰς νίκας a τὰς παρὰ τὸ δίκαιον γιγνομένας μὴ νομίζουσιν αἰσχίους εἶναι καὶ πλειόνων ὀνειδῶν μεστὰς ἢ τὰς ἥττας τὰς ἄνευ κακίας συμβαινούσας, καὶ ταῦτ' εἰδότες ὅτι μεγάλαι δυνάμεις πονηραὶ δὲ πολλάκις γίγνονται κρείττους ἀνδρῶν σπουδαίων καὶ κινδυνεύειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος αἱρουμένων· (186) οὓς πολὺ ἂν δικαιότερον ἐπαινοῖμεν ἢ τοὺς περὶ τῶν ἀλλοτρίων ἑτοίμως ἀποθνήσκειν ἐθέλοντας καὶ τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασιν b ὁμοίους ὄντας· ταῦτα μὲν γάρ ἐστιν ἔργα πονηρῶν ἀνθρώπων, τὸ δὲ τοὺς χρηστοὺς ἐνίοτε χεῖρον ἀγωνίζεσθαι τῶν ἀδικεῖν βουλομένων θεῶν ἄν τις ἀμέλειαν εἶναι φήσειεν. (187) Ἔχοιμι δ' ἂν τῷ λόγῳ τούτῳ χρήσασθαι καὶ περὶ τῆς συμφορᾶς τῆς Σπαρτιάταις ἐν Θερμοπύλαις γενομένης, ἣν ἅπαντες ὅσοι περ ἀκηκόασιν ἐπαινοῦσι καὶ θαυμάζουσι μᾶλλον ἢ τὰς μάχας καὶ τὰς νίκας τὰς κρατησάσας μὲν τῶν ἐναντίων, πρὸς c οὓς δ' οὐκ ἐχρῆν γεγενημένας· ἃς εὐλογεῖν τινες τολμῶσι, κακῶς εἰδότες ὡς οὐδὲν οὐθ' ὅσιον οὔτε καλόν ἐστι τῶν μὴ μετὰ δικαιοσύνης καὶ λεγομένων καὶ πραττομένων. (188) Ὧν Σπαρτιάταις μὲν οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησεν· βλέπουσι γὰρ εἰς οὐδὲν ἄλλο πλὴν ὅπως ὡς πλεῖστα τῶν ἀλλοτρίων κατασχήσουσιν· οἱ δ' ἡμέτεροι περὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ὄντων ἐσπούδαζον ὡς τὸ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκιμεῖν· ἡγοῦντο γὰρ οὐδεμίαν d ἂν γενέσθαι κρίσιν οὔτ' ἀληθεστέραν οὔτε δικαιοτέραν τῆς ὑπὸ παντὸς τοῦ γένους γνωσθείσης. (189) Δῆλοι δ' ἦσαν οὕτως ἔχοντες ἔν τε τοῖς ἄλλοις οἷς διῴκουν τὴν πόλιν, καὶ τοῖς μεγίστοις τῶν πραγμάτων. Τριῶν γὰρ πολέμων γενομένων ἄνευ τοῦ Τρωικοῦ τοῖς Ἕλλησι πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἐν ἅπασι τούτοις πρωτεύουσαν αὐτὴν παρέσχον. Ὧν εἷς μὲν ἦν ὁ πρὸς Ξέρξην, ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις e ἢ 'κεῖνοι τῶν ἄλλων, (190) δεύτερος δ' ὁ περὶ τὴν κτίσιν τῶν ἀποικιῶν, εἰς ὃν Δωριέων μὲν οὐδεὶς ἦλθε συμπολεμήσων, ἡ δὲ πόλις ἡμῶν ἡγεμὼν καταστᾶσα
273 τῶν οὐκ εὐπορούντων καὶ τῶν ἄλλων τῶν βουλομένων a τοσοῦτον τὰ πράγματα μετέστησεν, ὥστ' εἰθισμένων τῶν βαρβάρων τὸν ἄλλον χρόνον τὰς μεγίστας πόλεις τῶν Ἑλληνίδων καταλαμβάνειν ἐποίησε τοὺς Ἕλληνας, ἃ πρότερον ἔπασχον, ταῦτα δύνασθαι ποιεῖν.

191. Περὶ μὲν οὖν τοῖν δυοῖν πολέμοιν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἱκανῶς εἰρήκαμεν, περὶ δὲ τοῦ τρίτου ποιήσομαι τοὺς λόγους, ὃς ἐγένετο τῶν μὲν Ἑλληνίδων πόλεων ἄρτι κατῳκισμένων, τῆς δ' ἡμετέρας ἔτι βασιλευομένης· ἐφ' ὧν καὶ πόλεμοι πλεῖστοι καὶ κίνδυνοι b μέγιστοι συνέπεσον, οὓς ἅπαντας μὲν οὔθ' εὑρεῖν οὔτ' εἰπεῖν ἂν δυνηθείην, (192) παραλιπὼν δὲ τὸν πλεῖστον ὄχλον τῶν ἐν ἐκείνῳ μὲν τῷ χρόνῳ πραχθέντων, ῥηθῆναι δὲ νῦν οὐ κατεπειγόντων, ὡς ἂν δύνωμαι

non dubitent, ut illorum quoque pecunia potiantur. Nam talia facinora similia sunt factis Spartanorum : quæ qui probant, eos necesse est idem de iis etiam sentire, quæ modo commemoravimus.

185. Miror autem, si qui sunt, qui prælia et victorias præter jus et æquum partas non esse turpiores et pluribus probris scatere censeant, quam clades sine ignavia acceptas, præsertim quum sciant magnos exercitus quamvis sceleratos sæpe superiores esse viris honestis, qui pro patria pugnare non dubitant : (186) quos multo laudari justius est quam eos qui alienarum opum cupiditate mortem oppetere non recusant conductitiisque militibus sunt similes. Nam hæc improborum hominum opera sunt; quod vero boni viri nonnunquam infelicius, quam qui student injuriis inferendis, præliantur, id incuriæ deorum fortasse est tribuendum. (187) Et hac ratione uti queam etiam de calamitate quam Spartani ad Thermopylas acceperunt, quam quicunque audiverunt, laudant omnes et admirantur magis quam prælia et victorias, quibus adversarii quidem superati, sed illi violati sunt, quos minime oportebat. Et sunt tamen qui ea laudare non dubitent, ignari nimirum nihil neque sanctum neque honestum esse, nisi quod cum justitia et dicatur et fiat; (188) quæ res Spartanis nunquam curæ fuerunt. Nihil enim aliud spectant, nisi ut aliena quam plurima occupent. Nostri autem nihil omnium rerum ita expetiverunt, nisi ut apud Græcos gloria florerent, existimantes nullum posse judicium fieri vel verius vel æquius illo, quod a tota gente pronunciatum esset. (190) Eos autem ita sensisse quum ex aliis eorum actis quibus rempublicam administrarunt, tum ex maximis rebus gestis perspicitur. Nam quum Græci tria bella præter Trojanum cum barbaris gesserint, in his omnibus suam urbem principem exhibuerunt. Quorum unum fuit adversus Xerxem, in quo quicquid periculi adeundum fuit, multo magis virtute Lacedæmonios superarunt, quam illi alios; (190) alterum eo tempore quo coloniæ condebantur ortum, ad cujus societatem Doriensium nemo venit. Nostra vero urbs se ducem professa tenuiorum et quorumvis aliorum rem mutavit eoque redegit ut, quum barbari ceteris temporibus soliti fuissent maximas quasque Græcarum urbium occupare, Græci ea, quæ prius patiebantur, possent facere.

191. Ac de duobus quidem bellis satis antea diximus. Nunc de tertio verba faciam, quod conflatum est quum et Græcæ urbes nuper conditæ essent et nostra civitas adhuc regibus pareret : in quorum tempora et bella plurima et maxima pericula inciderunt, quæ omnia neque cogitatione complecti neque oratione explicare queam. (192) Omissis igitur eorum plurimis, quæ tum facta sunt eademque dictu

συντομώτατα πειράσομαι δηλῶσαι τούς τ' ἐπιστρατεύσαντας τῇ πόλει καὶ τὰς μάχας τὰς ἀξίας μνημονευθῆναι καὶ ῥηθῆναι καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ἔτι δὲ τὰς προφάσεις ἃς ἔλεγον, καὶ τὴν δύναμιν τῶν γενῶν τῶν c συνακολουθησάντων αὐτοῖς· ἱκανὰ γὰρ ἔσται ταῦτ' εἰπεῖν πρὸς οἷς περὶ τῶν ἐναντίων εἰρήκαμεν.

193. Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος εἰσέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἠμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων Ποσειδῶ πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν· Σκύθαι δὲ μετ' Ἀμαζόνων τῶν ἐξ Ἄρεως γενομένων, αἳ τὴν στρατείαν ἐφ' Ἱππολύτην ἐποιήσαντο, τὴν τούς τε νόμους παραβᾶσαν τοὺς παρ' d αὐταῖς κειμένους, ἐρασθεῖσάν τε Θησέως καὶ συνακολουθήσασαν ἐκεῖθεν καὶ συνοικήσασαν αὐτῷ· (194) Πελοποννήσιοι δὲ μετ' Εὐρυσθέως, ὃς Ἡρακλεῖ μὲν οὐκ ἔδωκε δίκην ὧν ἡμάρτανεν εἰς αὐτόν, στρατεύσας δ' ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους ὡς ἐκληψόμενος βίᾳ τοὺς ἐκείνου παῖδας (παρ' ἡμῖν γὰρ ἦσαν καταπεφευγότες) ἔπαθεν ἃ e προσῆκεν αὐτόν· τοσούτου γὰρ ἐδέησε κύριος γενέσθαι τῶν ἱκετῶν, ὥσθ' ἡττηθεὶς μάχῃ καὶ ζωγρηθεὶς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων, αὐτὸς ἱκέτης γενόμενος τούτων οὓς ἐξαιτῶν ἦλθε, τὸν βίον ἐτελεύτησεν. (195) Μετὰ δὲ τοῦτον οἱ πεμφθέντες ὑπὸ Δαρείου τὴν Ἑλλάδα πορθήσοντες, 274 ἀποβάντες εἰς Μαραθῶνα, πλείοσι κακοῖς καὶ a μείζοσι συμφοραῖς περιπεσόντες ὧν ἤλπισαν τὴν πόλιν ἡμῶν ποιήσειν, ᾤχοντο φεύγοντες ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος.

196. Τούτους δ' ἅπαντας οὓς διῆλθον, οὐ μετ' ἀλλήλων εἰσβαλόντας οὐδὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἀλλ' ὡς οἵ τε καιροὶ καὶ τὸ συμφέρον ἑκάστοις καὶ τὸ βούλεσθαι συνέπιπτε, μάχῃ νικήσαντες καὶ τῆς ὕβρεως παύσαντες, οὐκ ἐξέστησαν αὐτῶν τηλικαῦτα διαπραξάμενοι b τὸ μέγεθος, οὐδ' ἔπαθον ταὐτὸ τοῖς διὰ μὲν τὸ καλῶς καὶ φρονίμως βουλεύσασθαι καὶ πλούτους μεγάλους καὶ δόξας καλὰς κτησαμένοις, διὰ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τὰς τούτων ὑπερηφάνοις γενομένοις καὶ τὴν φρόνησιν διαφθαρεῖσι καὶ κατενεχθεῖσιν εἰς χείρω πράγματα καὶ ταπεινότερα τῶν πρότερον αὐτοῖς ὑπαρχόντων, (197) ἀλλὰ πάντα τὰ τοιαῦτα διαφυγόντες ἐνέμειναν τοῖς ἤθεσιν οἷς εἶχον διὰ τὸ πολιτεύεσθαι c καλῶς, μεῖζον φρονοῦντες ἐπὶ τῇ τῆς ψυχῆς ἕξει καὶ ταῖς διανοίαις ταῖς αὐτῶν ἢ ταῖς μάχαις ταῖς γεγενημέναις, καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἄλλων θαυμαζόμενοι διὰ τὴν καρτερίαν ταύτην καὶ σωφροσύνην ἢ διὰ τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις αὐτοῖς παραγενομένην· (198) ἑώρων γὰρ πάντες τὴν μὲν εὐψυχίαν τὴν πολεμικὴν πολλοὺς ἔχοντας καὶ τῶν ταῖς κακουργίαις ὑπερβαλλόντων, τῆς δὲ χρησίμης ἐπὶ πᾶσι καὶ πάντας d δυναμένης ὠφελεῖν οὐ κοινωνοῦντας τοὺς πονηρούς, ἀλλὰ μόνοις ἐγγιγνομένην τοῖς καλῶς γεγονόσι καὶ τεθραμμένοις καὶ πεπαιδευμένοις, ἅπερ προσῆν τοῖς τότε τὴν πόλιν διοικοῦσι καὶ τῶν εἰρημένων ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίοις καταστᾶσιν.

199. Τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὁρῶ περὶ τὰ μέγιστα τῶν

non ita necessaria, quam brevissime potero, referre conabor, tum eos qui nostram urbem oppugnarunt, tum pugnas memorabiles ducesque nostros memoratu dignos, tum causas quas hostes prætexebant, potentiamque gentium quæ illos secutæ fuerunt. Hæc enim satis multa erunt, quæ cum commemoratis adversariorum factis comparentur.

193. Nam Thraces cum Eumolpo, Neptuni filio, in agros nostros irruperunt, qui cum Erechtheo de urbe contendens, Neptunum prius eam occupasse quam Minervam asserebat; porro Scythæ cum Amazonibus, Martis filiabus, quæ propter Hippolytam bellum faciebant, quæ patriis legibus violatis Thesei amore capta et inde eum secuta ac nupta illi fuerat; (194) denique Peloponnesii cum Eurystheo, qui quum Herculi pœnas injuriarum non dedisset, bello contra majores nostros suscepto, ut ejus liberos dedititios hinc vi abduceret (ad nos enim confugerant), ea pertulit quæ merebatur: tantum enim abfuit ut supplices in potestatem suam redegerit, ut prælio superatus et captus a nostris ipse supplex illis factus, quos sibi dedendos postularat, occubuerit. (195) Post hunc qui missi a Dario fuerant ad vastandam Græciam, exscensu ad Marathonem facto, pluribus et majoribus cladibus acceptis quam ipsi nostræ urbi se allaturos sperarant, fuga se ex universa Græcia proripuerunt.

196. His omnibus igitur quos recensui, qui non una irruptionem fecerunt nec iisdem temporibus, sed ut et occasiones et singulorum utilitates et voluntates tulerant, prælio superatis illorumque injuriis propulsatis non a statu suo post tantas res gestas declinarunt, neque id eis accidit, quod iis qui, quum prudenter consulendo et recte agendo magnas opes insignemque gloriam sint adepti, post ob successuum magnitudinem elati superbia et sana mente amissa in deteriorem etiam et humiliorem priore fortunam deferuntur: (197) sed talibus omnibus evitatis instituta vetera ob rectam reipublicæ administrationem retinuerunt, magis freti animi sui virtute suaque prudentia quam præliis commissis, majoreque in admiratione fuerunt apud alios ob constantiam hanc et sobrietatem, quam propter tolerantiam laborum et periculorum. (198) Omnes enim videbant multos etiam maleficiis coopertos animosos esse in præliis; moderationis vero et prudentiæ, quæ rebus in omnibus utilis, omnes juvare possit, expertes esse improbos, sed hanc propriam eorum esse laudem, qui bene nati, bene educati et instituti sint, cujusmodi fuerunt illi qui tum urbem rexerunt, quibus successus illi, quos diximus, omnes sunt accepti referendi.

199. Equidem video alios maximis facinoribus et inpri-

ἔργων καὶ μάλιστα μνημονευθησόμενα τοὺς λόγους καταλύοντας, ἐγὼ δὲ σωφρονεῖν μὲν νομίζω τοὺς ταῦτα γιγνώσκοντας καὶ πράττοντας, οὐ μὴν συμβαίνει μοι e ταὐτὸ ποιεῖν ἐκείνοις, ἀλλ' ἔτι λέγειν ἀναγκάζομαι. Τὴν δ' αἰτίαν δι' ἥν, ὀλίγον ὕστερον ἐρῶ, μικρὰ πάνυ προδιαλεχθείς.

200. Ἐπηνώρθουν μὲν γὰρ τὸν λόγον τὸν μέχρι τῶν ἀναγνωσθέντων γεγραμμένον μετὰ μειρακίων τριῶν ἢ 275 τεττάρων τῶν εἰθισμένων μοι συνδιατρίβειν· ἐπειδὴ a δὲ διεξιοῦσιν ἡμῖν ἐδόκει καλῶς ἔχειν καὶ προσδεῖσθαι τελευτῆς μόνον, ἔδοξέ μοι μεταπέμψασθαί τινα τῶν ἐμοὶ μὲν πεπλησιακότων, ἐν ὀλιγαρχίᾳ δὲ πεπολιτευμένον, προῃρημένον δὲ Λακεδαιμονίους ἐπαινεῖν, ἵν' εἴ τι παρέλαθεν ἡμᾶς ψεῦδος εἰρημένον, ἐκεῖνος κατιδὼν δηλώσειεν ἡμῖν. (201) Ἐλθὼν δ' ὁ κληθεὶς καὶ διαναγνοὺς τὸν λόγον (τὰ γὰρ μεταξὺ τί δεῖ λέγοντα διατρίβειν;), ἐδυσχέρανε μὲν ἐπ' οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων, b ἐπῄνεσε δ' ὡς δυνατὸν μάλιστα, καὶ διελέχθη περὶ ἑκάστου τῶν μερῶν παραπλησίως οἷς ἡμεῖς ἐγιγνώσκομεν· οὐ μὴν ἀλλὰ φανερὸς ἦν οὐχ ἡδέως ἔχων ἐπὶ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων εἰρημένοις. (202) Ἐδήλωσε δὲ διὰ ταχέων· ἐτόλμησε γὰρ εἰπεῖν ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο πεποιήκασι τοὺς Ἕλληνας ἀγαθόν, ἀλλ' οὖν ἐκείνου γε δικαίως ἂν αὐτοῖς ἅπαντες χάριν ἔχοιεν, ὅτι τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων εὑρόντες αὐτοί τε χρῶνται καὶ τοῖς ἄλλοις κατέδειξαν. (203) Τοῦτο δὲ c ῥηθὲν οὕτω βραχὺ καὶ μικρὸν αἴτιον ἐγένετο τοῦ μήτε καταλῦσαί με τὸν λόγον ἐφ' ὧν ἐβουλήθην, ὑπολαβεῖν θ' ὡς αἰσχρὸν ποιήσω καὶ δεινόν, εἰ παρὼν περιόψομαί τινα τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων πονηροῖς λόγοις χρώμενον. Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἠρόμην αὐτὸν εἰ μηδὲν φροντίζει τῶν παρόντων, μηδ' αἰσχύνεται λόγον εἰρηκὼς ἀσεβῆ καὶ ψευδῆ καὶ πολλῶν ἐναντιώσεων μεστόν. (204) « Γνώσει δ' ὡς ἔστι τοιοῦτος, ἢν ἐρωτήσῃς τινὰς d τῶν εὖ φρονούντων ποῖα τῶν ἐπιτηδευμάτων κάλλιστα νομίζουσιν εἶναι, καὶ μετὰ ταῦτα πόσος χρόνος ἐστὶν ἐξ οὗ Σπαρτιᾶται τυγχάνουσιν ἐν Πελοποννήσῳ κατοικοῦντες. Οὐδεὶς γὰρ ὅστις οὐ τῶν μὲν ἐπιτηδευμάτων προκρινεῖ τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ τοὺς θεοὺς καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν περὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὴν φρόνησιν τὴν περὶ τὰς ἄλλας πράξεις, Σπαρτιάτας δ' ἐνταῦθα κατοικεῖν οὐ πλείω φήσουσιν ἐτῶν ἑπτακο- e σίων. (205) Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, εἰ μὲν τυγχάνεις ἀληθῆ λέγων τούτους φάσκων εὑρετὰς γεγενῆσθαι τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων, ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς πολλαῖς γενεαῖς πρότερον γεγονότας, πρὶν Σπαρτιάτας 276 ἐνταῦθα κατοικῆσαι, μὴ μετέχειν αὐτῶν, μήτε τοὺς a ἐπὶ Τροίαν στρατευσαμένους μήτε τοὺς περὶ Ἡρακλέα καὶ Θησέα γεγονότας μήτε Μίνω τὸν Διὸς μήτε Ῥαδάμανθυν μήτ' Αἰακὸν μήτε τῶν ἄλλων μηδένα τῶν ὑμνουμένων ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς ταύταις, ἀλλὰ ψευδῆ τὴν δόξαν ταύτην ἅπαντας ἔχειν· (206) εἰ δὲ σὺ μὲν φλυαρῶν τυγχάνεις, προσήκει δὲ τοὺς ἀπὸ θεῶν γεγονότας καὶ χρῆσθαι ταύταις μᾶλλον τῶν ἄλλων καὶ καταδεῖ- b

nis memorabilibus concludere solere orationes, atque eos qui sic judicant et agunt, sapere censeo; sed tamen ita accidit ut ego aliter faciam et plura dicere necesse habeam. Quod cur a me fiat, paullo post ostendam, ubi pauca omnino prius dixero.

200. Tantam hujus orationis partem perscriptam, quanta jam recitata est, cum adolescentulis tribus aut quattuor familiariter mecum vivere solitis corrigebam. Quæ quum nobis recensentibus probata conclusione tantum indigere videretur, consultum esse duxi quendam qui me præceptore usus atque in oligarchia versatus eo animo erat, ut perpetuo laudaret Lacedæmonios, accersere, ut si quid forte falso dictum nos præteriisset, id ille animadversum nobis indicaret. (201) Venit igitur ille vocatus, et lecta oratione (nam quæ alia intercesserunt, quid multis dicere attinet?) ceterorum quæ scripseram nihil moleste ferebat, sed etiam summis laudibus efferebat et de singulis partibus eadem fere dicebat, quæ nos quoque sentiebamus; non obscuram tamen significationem dabat sibi displicere ea quæ de Lacedæmoniis dixissemus, (202) idque mox ostendit. Ausus est enim dicere, etiamsi nullum aliud in Græcos beneficium contulissent, ob illud tamen eis jure omnes gratiam habituros, quod pulcherrimis institutis inventis eadem et ipsi usurparent et aliis demonstrassent. (203) Hoc ita breviter et paucis dictum in causa fuit, ne ibi finirem orationem, ubi decreveram, ac turpe fore ducerem minimeque ferendum, si quenquam ex meis discipulis in conspectu meo verbis improbis uti paterer. Hæc cogitans interrogabam, nihilne curaret eos qui adessent, nec impia et falsa et multis contradictionibus referta dicere erubesceret. (204) « Intelliges autem, inquam, ita esse, si recte sentientes interrogaris, quæ instituta pulcherrima esse putent, deinde quantum temporis effluxerit ex quo Spartani in Peloponneso consederunt. Nemo enim est quin religiosum cultum deorum et justitiam erga homines et prudentiam in aliis rebus omnium pulcherrima instituta esse censeat; Spartanos autem non amplius septingentis annis eum locum tenere consentiat. (205) Quæ quum ita sint, si quidem tu vera prædicas, quum pulcherrima instituta eos invenisse dicis, necesse est alios, qui multis ante seculis fuerunt quam Spartani sedes istas occuparent, eorum expertes fuisse, neque eos solum, qui Trojam expugnarunt, et Herculis et Thesei æquales, Minoem item Jovis filium, et Rhadamanthum et Æacum, sed etiam reliquos omnes qui ab universis propter istas virtutes divinis laudibus celebrantur, falsaque frui gloria. (206) Si vero tu nugas agis et omnino par est diis genitos virtutibus istis magis et ipsos esse usos et posteris imitandas eas proposuisse, fieri

ξαι τοῖς ἐπιγιγνομένοις, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ μαίνεσθαι δόξεις ἅπασι τοῖς ἀκούσασιν, οὕτως εἰκῇ καὶ παρανόμως οὓς ἂν τύχῃς ἐπαινῶν. Ἔπειτ' εἰ μὲν εὐλόγεις αὐτοὺς οὐδὲν ἀκηκοὼς τῶν ἐμῶν, ἐλήρεις μὲν ἄν, οὐ μὴν ἐναντία γε λέγων ἐφαίνου σαυτῷ· (207) νῦν δ' ἐπῃνεκότι σοι τὸν ἐμὸν λόγον, τὸν ἐπιδεικνύντα πολλὰ καὶ δεινὰ Λακεδαιμονίους περί τε τοὺς συγγενεῖς τοὺς αὐτῶν καὶ περὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας διαπεπραγμένους c, πῶς οἷόντ' ἦν ἔτι σοὶ λέγειν τοὺς ἐνόχους ὄντας τούτοις, ὡς τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων ἡγεμόνες γεγόνασιν; (208) Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνό σε λέληθεν, ὅτι τὰ παραλελειμμένα τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων οὐχ οἱ τυχόντες εὑρίσκουσιν, ἀλλ' οἱ τάς τε φύσεις διαφέροντες καὶ μαθεῖν πλεῖστα τῶν πρότερον εὑρημένων δυνηθέντες καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ ζητεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐθελήσαντες d· (209) ὧν Λακεδαιμόνιοι πλέον ἀπέχουσι τῶν βαρβάρων· οἱ μὲν γὰρ ἂν φανεῖεν πολλῶν εὑρημάτων καὶ μαθηταὶ καὶ διδάσκαλοι γεγονότες, οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσίν, ὥστ' οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν, ἃ τηλικαύτην ἔχει δύναμιν ὥστε τοὺς ἐπισταμένους καὶ χρωμένους αὐτοῖς μὴ μόνον ἐμπείρους γίγνεσθαι τῶν ἐπὶ τῆς ἡλικίας τῆς αὐτῶν πραχθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε e γενομένων. (210) Ἀλλ' ὅμως σὺ καὶ τοὺς τῶν τοιούτων ἀμαθεῖς ὄντας ἐτόλμησας εἰπεῖν ὡς εὑρεταὶ τῶν καλλίστων ἐπιτηδευμάτων γεγόνασι, καὶ ταῦτ' εἰδὼς ὅτι τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν ἐθίζουσι περὶ τοιαύτας πραγματείας διατρίβειν, ἐξ ὧν ἐλπίζουσιν αὐτοὺς οὐκ
277 εὐεργέτας γενήσεσθαι τῶν ἄλλων, ἀλλὰ κακῶς ποιεῖν a μάλιστα δυνήσεσθαι τοὺς Ἕλληνας. (211) Ἃς πάσας μὲν διεξιὼν πολὺν ὄχλον ἐμαυτῷ τ' ἂν παράσχοιμι καὶ τοῖς ἀκούουσιν, μίαν δὲ μόνον εἰπών, ἣν ἀγαπῶσι καὶ περὶ ἣν μάλιστα σπουδάζουσιν, οἶμαι δηλώσειν ἅπαντα τὸν τρόπον αὐτῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν εὐθὺς ἐξ εὐνῆς ἐκπέμπουσι τοὺς παῖδας, μεθ' ὧν ἂν ἕκαστοι βουληθῶσι, λόγῳ μὲν ἐπὶ θήραν, ἔργῳ δ' ἐπὶ κλωπείαν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς κατοικούντων· b (212) ἐν ᾗ συμβαίνει τοὺς μὲν ληφθέντας ἀργύριον ἀποτίνειν καὶ πληγὰς λαμβάνειν, τοὺς δὲ πλεῖστα κακουργήσαντας καὶ λαθεῖν δυνηθέντας ἔν τε τοῖς παισὶν εὐδοκιμεῖν μᾶλλον τῶν ἄλλων, ἐπειδὰν δ' εἰς ἄνδρας συντελῶσιν, ἢν ἐμμείνωσι τοῖς ἤθεσιν οἷς παῖδες ὄντες ἐμελέτησαν, ἐγγὺς εἶναι τῶν μεγίστων ἀρχῶν. (213) Καὶ ταύτης ἥν τις ἐπιδείξῃ παιδείαν μᾶλλον ἀγαπωμένην ἢ σπουδαιοτέραν παρ' αὐτοῖς εἶναι νομιζομένην c, ὁμολογῶ μηδὲν ἀληθὲς εἰρηκέναι μηδὲ περὶ ἑνὸς πώποτε πράγματος. Καίτοι τί τῶν τοιούτων ἔργων καλόν ἐστιν ἢ σεμνόν, ἀλλ' οὐκ αἰσχύνης ἄξιον; πῶς δ' οὐκ ἀνοήτους χρὴ νομίζειν τοὺς ἐπαινοῦντας τοὺς τοσοῦτον τῶν νόμων τῶν κοινῶν ἐξεστηκότας καὶ μηδὲν τῶν αὐτῶν μήτε τοῖς Ἕλλησι μήτε τοῖς βαρβάροις γιγνώσκοντας; (214) οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοὺς κατηγοροῦντας καὶ κλέπτοντας πονηροτάτους τῶν οἰ-

non potest quin furere videaris omnibus audientibus, qui adeo temere quosvis et inique laudes. Deinde si eos commendares, quum quid ego dixissem, plane non audisses, delirares quidem, at tibi tamen ipse contrarius esse non videreris: (207) nunc, quum meam orationem laudaveris, qua ostendi multa crudeliter et nefarie Lacedæmonios et in cognatos suos et in alios Græcos fecisse, qui tibi dicere licuit eos, qui his criminibus obnoxii sunt, pulcherrimorum institutorum principes exstitisse? (208) Præterea illud etiam te fugit, si qua desint vel institutis vel artibus vel quibusvis aliis rebus, ea non excogitari a quibuslibet, sed ab his, qui et ingeniis excellunt et e veterum inventis discere plurima potuerunt et investigationi rerum majore studio incumbere voluerunt: (209) a quibus rebus Lacedæmonii multo barbaris sunt alieniores. Hos enim appareat multorum inventorum fuisse tum discipulos tum doctores; istos vero a communi institutione ac studiis tam longe abesse, ut ne literas quidem discant, quæ tantam vim habent, ut qui iis instructi sint recteque utantur, non ea solum cognoscant quæ sua ætate gerantur, sed illa etiam quæ ab omni memoria facta sint. (210) Tu tamen (inquam) earum ignaros pulcherrimarum disciplinarum inventores esse affirmare non dubitasti, quamvis scires eos ad tales exercitationes liberos suos assuefacere, per quas sperent eos aliis non esse benefacturos, sed Græcis maxima detrimenta importaturos. (211) Quæ si omnia percensere velim, et mihi et auditoribus magnum fastidium ea parerent: sed ubi unum solum recitaro, quod et amant et studio inprimis habent, omne ingenium et mores eorum me declaraturum arbitror. Illi enim quotidie pueros statim a lecto, cum quibus singulis libitum est, ablegant verbo ad venationem, re ad eos per furtum spoliandos, qui ruri habitant; (212) in quo accidit ut deprehensi et numos solvant et plagas accipiant: qui vero scelera plurima admiserunt eaque celare potuerunt, hi tum inter pueros aliis præferuntur, tum viri facti, si in illis studiis permanserint, quæ pueri meditati erant, aditum sibi ad summos honores patefecerunt. (213) Quodsi quis ostenderit disciplinam ullam apud eos in majore pretio aut honoratiorem esse, fatebor me nihil veri unquam ulla de re dixisse. Enimvero quidnam istiusmodi facinorum vel pulchrum vel honestum est ac non potius erubescendum? An non igitur amentes habendi sunt qui eos laudant, qui a communibus legibus tam longe recesserunt, neque in ulla re vel cum Græcis vel cum barbaris consentiunt? (214) Alii enim maleficiis et furtis deditos servis nequiores judicant; illi autem istorum facinorum principes

κετῶν νομίζουσιν, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν d ἔργων πρωτεύοντας βελτίστους εἶναι τῶν παίδων ὑπολαμβάνουσι καὶ μάλιστα τιμῶσιν. Καίτοι τίς ἂν τῶν εὖ φρονούντων οὐκ ἂν τρὶς ἀποθανεῖν ἕλοιτο μᾶλλον, ἢ διὰ τοιούτων ἐπιτηδευμάτων γνωσθῆναι τὴν ἄσκησιν τῆς ἀρετῆς ποιούμενος; »

215. Ταῦτ' ἀκούσας θρασέως μὲν οὐδὲ πρὸς ἓν ἀντεῖπε τῶν εἰρημένων, οὐδ' αὖ παντάπασιν ἀπεσιώπησεν, ἀλλ' ἔλεγεν ὅτι « σὺ μὲν πεποίησαι τοὺς λόγους » ἐμὲ λέγων « ὡς ἅπαντ' ἀποδεχομένου μου τἀκεῖ καὶ καλῶς e ἔχειν νομίζοντος· ἐμοὶ δὲ δοκεῖς περὶ μὲν τῆς τῶν παίδων αὐτονομίας καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν εἰκότως ἐπιτιμᾶν ἐκείνοις, ἐμοῦ δ' οὐ δικαίως κατηγορεῖν. (216) Ἐγὼ γὰρ ἐλυπήθην μὲν τὸν λόγον ἀναγιγνώσκων ἐπὶ 278 τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων εἰρημένοις, οὐ μὴν οὕτως ὡς a ἐπὶ τῷ μηδὲν ἀντειπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν δύνασθαι τοῖς γεγραμμένοις, εἰθισμένος τὸν ἄλλον χρόνον ἐπαινεῖν. Εἰς τοιαύτην δ' ἀπορίαν καταστὰς εἶπον ὅπερ ἦν λοιπόν, ὡς εἰ καὶ μηδὲν δι' ἄλλο, διά γ' ἐκεῖνο δικαίως ἂν αὐτοῖς ἅπαντες χάριν ἔχοιμεν, ὅτι τοῖς καλλίστοις τῶν ἐπιτηδευμάτων χρώμενοι τυγχάνουσιν. (217) Ταῦτα δ' εἶπον οὐ πρὸς τὴν εὐσέβειαν οὐδὲ πρὸς τὴν δικαιοσύνην οὐδὲ πρὸς τὴν φρόνησιν ἀποβλέψας, ἃ σὺ b διῆλθες, ἀλλὰ πρὸς τὰ γυμνάσια τἀκεῖ καθεστηκότα καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν τῆς ἀνδρείας καὶ τὴν ὁμόνοιαν καὶ συνόλως τὴν περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμέλειαν, ἅπερ ἅπαντες ἂν ἐπαινοῖεν, καὶ μάλιστ' ἂν αὐτοῖς ἐκείνους χρῆσθαι φήσειαν. »

218. Ταῦτα δ' αὐτοῦ διαλεχθέντος ἀπεδεξάμην μέν, οὐχ ὡς διαλυόμενόν τι τῶν κατηγορημένων, ἀλλ' ὡς ἀποκρυπτόμενον τὸ πικρότατον τῶν τότε ῥηθέντων οὐκ c ἀπαιδεύτως ἀλλὰ νοῦν ἐχόντως, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπολελογημένον σωφρονέστερον ἢ τότε παρρησιασάμενον· οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖν' ἐάσας περὶ αὐτῶν τούτων ἔφασκον κατηγορίαν ἔχειν πολὺ δεινοτέραν ἢ περὶ τῆς τῶν παίδων κλωπείας. (219) « Ἐκείνοις μὲν γὰρ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἐλυμαίνοντο τοὺς αὑτῶν παῖδας, οἷς δ' ὀλίγῳ πρότερον σὺ διῆλθες, τοὺς Ἕλληνας ἀπώλλυσαν. Ῥᾴδιον δ', ὡς οὕτως εἶχε ταῦτα, συνιδεῖν. Οἶμαι γὰρ d ἅπαντας ἂν ὁμολογῆσαι κακίστους ἄνδρας εἶναι καὶ μεγίστης ζημίας ἀξίους, ὅσοι τοῖς πράγμασι τοῖς εὑρημένοις ἐπ' ὠφελείᾳ, τούτοις ἐπὶ βλάβῃ χρώμενοι τυγχάνουσι, (220) μὴ πρὸς τοὺς βαρβάρους μηδὲ πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας μηδὲ πρὸς τοὺς εἰς τὴν αὑτῶν χώραν εἰσβάλλοντας, ἀλλὰ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους καὶ τῆς αὐτῆς συγγενείας μετέχοντας· ἅπερ ἐποίουν Σπαρτιᾶται. Καίτοι πῶς ὅσιόν ἐστι φάσκειν καλῶς χρῆσθαι τοῖς περὶ τὸν πόλεμον ἐπιτηδεύμασιν, οἵτινες οὓς προσ- e ῆκε σῴζειν, τούτους ἀπολλύοντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν; (221) Ἀλλὰ γὰρ οὐ σὺ μόνος ἀγνοεῖς τοὺς καλῶς χρωμένους τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων. Ἐπειδὰν γάρ τινας ἴδωσιν 279 ἢ πύθωνται παρά τινων ἐπιμελῶς διατρίβοντας περὶ τὰ a δοκοῦντ' εἶναι καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐπαινοῦσι

inter pueros excellere et maxime honorandos esse putant. Quis vero sanæ mentis homo non ter emori malit, quam de se famam dissipari quod per hujusmodi studia virtutis exercitationem meditetur? »

215. His ille auditis nihil omnino, quod dixeram, confidenter refutavit, nec tamen obticuit prorsus : sed « Tua quidem, » me innuens, inquit, « oratio eo pertinet, quasi ego omnia illorum probem et præclara esse putem. Ego vero et puerorum licentiam, quæ apud illos est, et alia multa jure abs te culpari censeo, me autem accusari injuria. (216) Nam quum orationem legerem, quum ea quæ de Lacedæmoniis dicta essent, ægre ferebam, tum illud multo magis, quod nullam pro eis afferre defensionem possem, quos hactenus laudare consuevissem. Hac animi inopia quum tenerer, id afferebam quod reliquum erat, scilicet, si non ob aliud, propter illud saltem habendam eis esse gratiam a nobis omnibus, quod pulcherrimis institutis constanter utentur. (217) Eaque verba neque ad pietatem, neque ad justitiam aut prudentiam, quæ tu percensuisti, referebam, sed ad gymnasia ibi recepta, ad exercitationem fortitudinis, ad concordiam, ad studium denique rei militaris singulare : quæ omnes et laudibus ferant et illis usitatissima esse fateantur. »

218. Quæ quum mihi respondisset, acquievi, non quod ullum accusationis caput diluisset, sed quod id, quod acerbissime dictum fuerat, occultaret, non inerudite, sed sapienter : et cætera modestius defendisset, quam dudum jactarat. Verumtamen ut illud omitterem, me habere dicebam, cur illa ipsa multo gravius quam puerorum furacitatem accusarem. (219) « Illis enim studiis, inquam, suos liberos corruperunt; iis vero quæ tu modo commemorasti, Græcos perdiderunt : quod ita esse, facile perspicitur. Existimo enim confessione omnium pessimos viros esse gravissimaque pœna dignos, qui res ad hominum salutem inventas ad aliorum perniciem convertunt, (220) et iis neque contra barbaros neque contra delinquentes neque contra eos qui in agros ipsorum impetum faciunt, sed contra conjunctissimos et cognatos suos abutuntur. Id quod Spartiatæ fecerunt. Nam qui dici fas est illos re militari recte uti, qui, quos conservatos oportuit, eos perdere non destiterunt? (221) Neque vero tu solus ignoras qui rebus bene utantur, sed Græcorum pars fere maxima. Nam si quos viderint aut ex aliquibus audierint studiose versari in iis

καὶ πολλοὺς λόγους ποιοῦνται περὶ αὐτῶν, οὐκ εἰδότες τὸ συμβησόμενον. (222) Χρὴ δὲ τοὺς ὀρθῶς δοκιμάζειν βουλομένους περὶ τῶν τοιούτων ἐν ἀρχῇ μὲν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ μηδεμίαν δόξαν ἔχειν περὶ αὐτῶν, ἐπειδὰν δ' εἰς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἔλθωσιν, ἐν ᾧ καὶ λέγοντας καὶ πράττοντας αὐτοὺς ὄψονται καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν, τότε θεωρεῖν ἀκριβῶς ἕκαστον αὐτῶν, b (223) καὶ τοὺς μὲν νομίμως καὶ καλῶς χρωμένους οἷς ἐμελέτησαν ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν, τοὺς δὲ πλημμελοῦντας καὶ κακουργοῦντας ψέγειν καὶ μισεῖν καὶ φυλάττεσθαι τὸν τρόπον αὐτῶν, ἐνθυμουμένους ὡς οὐχ αἱ φύσεις αἱ τῶν πραγμάτων οὔτ' ὠφελοῦσιν οὔτε βλάπτουσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὡς αἱ τῶν ἀνθρώπων χρήσεις καὶ πράξεις ἁπάντων ἡμῖν αἴτιαι τῶν συμβαινόντων εἰσίν. (224) Γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν· τὰ γὰρ αὐτὰ πανταχῇ καὶ μηδαμῇ διαφέροντα c τοῖς μὲν ὠφέλιμα, τοῖς δὲ βλαβερὰ γίγνεται. Καίτοι τὴν μὲν φύσιν ἔχειν ἕκαστον τῶν ὄντων τὴν ἐναντίαν αὐτὴν αὑτῇ καὶ μὴ τὴν αὐτὴν οὐκ εὔκολόν ἐστιν· τὸ δὲ μηδὲν τῶν αὐτῶν συμβαίνειν τοῖς ὀρθῶς καὶ δικαίως πράττουσι καὶ τοῖς ἀσελγῶς τε καὶ κακῶς, τίνι τῶν ὀρθῶς λογιζομένων οὐκ ἂν εἰκότως ταῦτα γίγνεσθαι δόξειεν; (225) Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος λόγος καὶ περὶ τὰς ὁμονοίας ἂν ἁρμόσειεν· καὶ γὰρ ἐκεῖναι τὴν φύσιν εἰσὶν οὐκ ἀνόμοιοι τοῖς εἰρημένοις, ἀλλὰ τὰς μὲν αὐτῶν d εὕροιμεν ἂν πλείστων ἀγαθῶν αἰτίας γιγνομένας, τὰς δὲ τῶν μεγίστων κακῶν καὶ συμφορῶν. Ὧν μίαν εἶναί φημι καὶ τὴν Σπαρτιατῶν· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, εἰ καί τισι δόξω λίαν παράδοξα λέγειν. (226) Οὗτοι γὰρ τῷ ταὐτὰ γιγνώσκειν περὶ τῶν ἔξω πραγμάτων ἀλλήλοις στασιάζειν τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ τέχνην ἔχοντες, ἐποίουν, καὶ τὸ χαλεπώτατον ταῖς ἄλλαις πόλεσι τῶν κακῶν γιγνόμενον, τοῦθ' αὑτοῖς ἁπάντων συμφορώτατον e ἐνόμιζον εἶναι· τὰς γὰρ οὕτω διακειμένας ἐξῆν αὐτοῖς, ὅπως ἠβούλοντο, διοικεῖν. Ὥστ' οὐδεὶς ἂν αὐτοὺς διά γε τὴν ὁμόνοιαν δικαίως ἐπαινέσειεν, 280 οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὺς καταποντιστὰς καὶ λῃστὰς καὶ a τοὺς περὶ τὰς ἄλλας ἀδικίας ὄντας· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι σφίσιν αὐτοῖς ὁμονοοῦντες τοὺς ἄλλους ἀπολλύουσιν. (227) Εἰ δέ τισι δοκῶ τὴν παραβολὴν ἀπρεπῆ πεποιῆσθαι πρὸς τὴν ἐκείνων δόξαν, ταύτην μὲν ἐῶ, λέγω δὲ Τριβαλλούς, οὓς ἅπαντές φασιν ὁμονοεῖν μὲν ὡς οὐδένας ἄλλους ἀνθρώπους, ἀπολλύναι δ' οὐ μόνον τοὺς ὁμόρους καὶ τοὺς πλησίον οἰκοῦντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὅσων ἂν ἐφικέσθαι δυνηθῶσιν. (228) Οὓς οὐ b χρὴ μιμεῖσθαι τοὺς ἀρετῆς ἀντιποιουμένους, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὴν τῆς σοφίας καὶ τῆς δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν δύναμιν. Αὗται μὲν γὰρ οὐ τὰς σφετέρας αὐτῶν φύσεις εὐεργετοῦσιν, ἀλλ' οἷς ἂν παραγενόμεναι παραμείνωσιν, εὐδαίμονας καὶ μακαρίους ποιοῦσιν· Λακεδαιμόνιοι δὲ τοὐναντίον, οἷς μὲν ἂν πλησιάσωσιν, ἀπολλύουσι, τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἀγαθὰ πάντα περὶ σφᾶς αὐτοὺς ποιοῦνται. »

229. Ταῦτ' εἰπὼν κατέσχον πρὸς ὃν τοὺς λόγους c ἐποιούμην, ἄνδρα δεινὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον καὶ περὶ

studiis quæ pulchra habentur, laudant illos et multa verba de eis faciunt, quum ignorent quid eventurum sit. (222) Decet autem veros istorum æstimatores initio etiam tranquillos esse ac nullam de eis habere opinionem; quum vero ad id tempus venerint, quo eos et dicentes et agentes videant sive privatis sive publicis de rebus, tum demum singulos acute contemplari, (223) atque eos qui juste et honeste illis utuntur, quæ meditati sunt, laudare et honorare; delinquentes autem et improbos reprehendere et odisse et cavere sibi ab eorum moribus, qui eam esse naturam rerum sciant, ut nobis per se neque prosint neque obsint, sed usum hominum et actiones causam nobis esse omnium eventuum. (224) Idque inde perspicitur, quod ubique terrarum eædem res planeque nihil differentes aliis prosunt, aliis obsunt. Ut autem cum ratione haud consentit, singulas res naturam sibi ipsis contrariam nec eandem habere, sic prorsus diversa usuvenire his qui recte et juste agunt et iis qui libidinose vivunt ac turpiter, quis homo prudens absurdum esse existimaverit? (225) Quod ipsum de concordia quoque dici potest : nam hujus etiam non est aliud, quam ceterarum rerum ingenium. Quandam enim concordiam plurima bona peperisse reperiemus, quandam ingentibus malis et calamitatibus præbuisse occasionem; cujusmodi et Spartanorum istam esse dico. Non enim dissimulabo veritatem, tametsi quibusdam supra modum incredibilia dicere videbor. (226) Hi enim quum de rebus exteris omnes idem sentiant, Græcis inter ipsos, tanquam hæc illorum ars esset, dissidia excitarunt, et, quod aliis civitatibus omnium malorum gravissimum est, id omnium utilissimum sibi esse credebant. Quæ civitates igitur factionibus distractæ erant, eas ipsi arbitratu suo tractare poterant. Quare nemo eos propter concordiam jure laudaverit, nihilo magis quam piratas aut latrones aut eos qui in omni genere injuriarum versantur : nam hi quoque inter se consentientes alios interficiunt. (227) Si quibus autem hæc collatio indecora videtur neque illorum existimationi esse consentanea, hac omissa de Triballis dico, quos omnes aiunt concordiores esse quam ullos alios homines, sed non finitimos tantum et in vicinia sua habitantes perdere, sed eos omnes, ad quos penetrare possunt. (228) Neque vero decet ut virtutis studium professi illos imitentur, sed vim potius ac naturam sapientiæ et justitiæ ceterarumque virtutum. Hæ enim non sibimetipsis benefaciunt, sed quorum animis constanter insederint, eos felices reddunt et beatos : Lacedæmonii contra, quoscumque accesserint, perdunt aliorumque bona omnia ad se pertrahunt. »

229. His dictis eum, cum quo colloquebar, repressi, virum acrem et multarum rerum peritum, et in arte oratoria

τὸ λέγειν γεγυμνασμένον οὐδενὸς ἧττον τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων. Οὐ μὴν τὰ μειράκια τὰ πᾶσι παραγεγενημένα τούτοις τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔσχεν, ἀλλ' ἐμὲ μὲν ἐπήνεσαν ὡς διειλεγμένον τε νεαρωτέρως ἢ προσεδόκησαν ἠγωνισμένον τε καλῶς, ἐκείνου δὲ κατεφρόνησαν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκοντες, ἀλλὰ διημαρτηκότες ἀμφοτέρων ἡμῶν. (230) Ὁ μὲν γὰρ ἀπῄει d
φρονιμώτερος γεγενημένος καὶ συνεσταλμένην ἔχων τὴν διάνοιαν, ὥσπερ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας, καὶ πεπονθὼς τὸ γεγραμμένον ἐν Δελφοῖς, αὐτόν τ' ἐγνωκὼς καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φύσιν μᾶλλον ἢ πρότερον· ἐγὼ δ' ὑπελειπόμην ἐπιτυχῶς μὲν ἴσως διειλεγμένος, ἀνοητότερος δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο γεγενημένος, καὶ φρονῶν μεῖζον ἢ προσῆκε τοὺς τηλικούτους, καὶ ταραχῆς μειρακιώδους μεστὸς ὤν. (231) Δῆλος δ' ἦν οὕτω διακεί- e
μενος· ἐπειδὴ γὰρ ἡσυχίας ἐπελαβόμην, οὐ πρότερον ἐπαυσάμην πρὶν ὑπέβαλον τῷ παιδὶ τὸν λόγον, ὃν ὀλίγῳ μὲν πρότερον μεθ' ἡδονῆς διῆλθον, μικρῷ δ'
281 ὕστερον ἤμελλέ με λυπήσειν. Τριῶν γὰρ ἢ τεττάρων a
ἡμερῶν διαλειφθεισῶν ἀναγιγνώσκων αὐτὰ καὶ διεξιών, ἐπὶ μὲν οἷς περὶ τῆς πόλεως ἦν εἰρηκώς, οὐκ ἠχθόμην (καλῶς γὰρ καὶ δικαίως ἦν ἅπαντα περὶ αὐτῆς γεγραφώς), (232) ἐπὶ δὲ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων ἐλυπήθην καὶ βαρέως ἔφερον· οὐ γὰρ μετρίως ἐδόκουν μοι διαλέχθαι περὶ αὐτῶν οὐδ' ὁμοίως τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ὀλιγώρως καὶ λίαν πικρῶς καὶ παντάπασιν ἀνοήτως· ὥστε πολλάκις ὁρμήσας ἐξαλείφειν αὐτὸν ἢ κατακάειν μετεγίγνω- b
σκον, ἐλεῶν τὸ γῆρας τοὐμαυτοῦ καὶ τὸν πόνον τὸν περὶ τὸν λόγον γεγενημένον.

233. Ἐν τοιαύτῃ δέ μοι ταραχῇ καθεστηκότι καὶ μεταβολὰς ποιουμένῳ πολλὰς ἔδοξε κράτιστον εἶναι παρακαλέσαντι τῶν πεπλησιακότων τοὺς ἐπιδημοῦντας βουλεύσασθαι μετ' αὐτῶν, πότερον ἀφανιστέος παντάπασίν ἐστιν ἢ διαδοτέος τοῖς βουλομένοις λαμβάνειν, ὁπότερα δ' ἂν ἐκείνοις δόξῃ, ταῦτα ποιεῖν. Τούτων c
γνωσθέντων οὐδεμίαν διατριβὴν ἐποιησάμην, ἀλλ' εὐθὺς παρεκέκληντο μὲν οὓς εἶπον, προειρηκὼς δ' ἦν αὐτοῖς ἐφ' ἃ συνεληλυθότες ἦσαν, ἀνέγνωστο δ' ὁ λόγος, ἐπῃνημένος δ' ἦν καὶ τεθορυβημένος καὶ τετυχηκὼς ὧνπερ οἱ κατορθοῦντες ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν. (234) Ἁπάντων δὲ τούτων ἐπιτετελεσμένων οἱ μὲν ἄλλοι διελέγοντο πρὸς σφᾶς αὐτούς, δῆλον ὅτι περὶ τῶν ἀναγνωσθέντων· ὃν δ' ἐξ ἀρχῆς μετεπεμψάμεθα σύμβουλον, τὸν Λακεδαιμονίων ἐπαινέτην, πρὸς ὃν πλείω διελέ- d
χθην τοῦ δέοντος, σιωπὴν ποιησάμενος καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας ἀπορεῖν ἔφασκεν ὅ τι χρήσηται τοῖς παροῦσιν· οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν βούλεσθαι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις, οὔτε πιστεύειν δύνασθαι παντάπασιν αὐτοῖς. (235) « Θαυμάζω γὰρ εἴθ' οὕτως ἐλυπήθης καὶ βαρέως ἔσχες, ὥσπερ φῄς, ἐπὶ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων εἰρημένοις (οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁρῶ τοιοῦτον γεγραμμένον), εἴτε συμβούλοις περὶ τοῦ λόγου χρήσασθαι βουλόμενος e
ἡμᾶς συνήγαγες, οὓς οἶσθ' ἀκριβῶς ἅπαν ὅ τι ἂν σὺ λέγῃς ἢ πράττῃς ἐπαινοῦντας. Εἰθισμένοι δ' εἰσὶν οἱ

non minus exercitatum quam quemvis meorum discipulorum. Ceterum adolescentuli, qui his omnibus interfuerant, non idem senserunt quod ego. Nam me quidem la arunt, ut qui juvenilius exspectatione ipsorum disseruissem, et in eo certamine me præclare gessissem; illum autem contempserunt, non vero judicio, sed errore de utroque nostrûm. (230) Nam ille quidem discedebat prudentior factus et animo ita contracto modestoque, ut sapientes decet, et quod Delphis scriptum est, et se ipsum et Lacedæmoniorum ingenium magis quam prius cognoverat : ego vero, ut fortasse non inepte disputaram, sic ob hoc ipsum amentior factus eram et animosior quam nostram ætatem decebat, et plenus perturbatione ac tumultu juvenili. (231) Ac me sic affectum esse satis apparebat. Nam quum animo sua tranquillitas restituta nonnihil esset, non prius conquievi, quam eum sermonem, quem modo cum voluptate habueram, paulo post molestum mihi futurum, puero dictassem. Quum vero triduum aut quatriduum intercessisset, relegens eadem et ordine considerans ea quæ de nostra urbe dixeram, non culpabam (nam omnia recte præclareque de ea scripseram); (232) quum vero ad Lacedæmoniorum res venissem, indolui ac graviter tuli. Nec enim moderate de eis disseruisse videbar nec ita ut de aliis, sed temere et negligenter nimisque acerbe ac prorsus inconsiderate. Quare sæpe incitatus cupiditate vel delendi vel comburendi eam orationis partem, mutabam consilium, misertus senectutis meæ et laboris, quem illi conficiendæ impenderam.

233. Dum vero his curis æstuarem ac multa mutarem, consultissimum esse duxi, ut meorum auditorum iis, qui in urbe essent, accersitis, deliberarem, utrum hæc oratio prorsus delenda esset an vero edenda, ut a volentibus legeretur; atque omnino decreveram, utrum illis visum esset, id facere. His decretis nulla mora interposita statim convocati erant quos dixi, et denunciatum, qua de causa convenissent; et lecta oratio, atque laudata et cum plausu excepta, et ea consecuta sunt omnia, quæ successum declamationum sequuntur. (234) His omnibus peractis alii inter se disputabant de iis nimirum quæ lecta erant; sed is quem initio in consilium adhibueram, laudatorem illum Lacedæmoniorum dico, cum quo plura quam decuit disserui, silentio facto defixis in me oculis, « Equidem, inquit, dubito quid in præsentia mihi sit faciendum. Nec enim negare volo, quæ dixisti, nec omnino possum credere. (235) Miror enim, sive ita doluisti ac tam graviter tulisti, ut dicis, dicta illa de Lacedæmoniis (nihil enim tale in iis scriptum esse video), sive consultoribus de oratione ista uti quum velles, nos convocasti, quos satis nosti, quicquid tu dixeris aut feceris, collaudare. Quum autem pruden-

νοῦν ἔχοντες ἀνακοινοῦσθαι, περὶ ὧν ἂν σπουδάζωσι, μάλιστα μὲν τοῖς ἄμεινον αὐτῶν φρονοῦσιν, εἰ δὲ μή, 282 τοῖς μέλλουσιν ἀποφαίνεσθαι τὴν αὐτῶν γνώμην· ὧν a τἀναντία σὺ πεποίηκας. (236) Τούτων μὲν οὖν οὐδέτερον ἀποδέχομαι τῶν λόγων, δοκεῖς δέ μοι ποιήσασθαι τήν τε παράκλησιν τὴν ἡμετέραν καὶ τὸν ἔπαινον τὸν τῆς πόλεως οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ὡς διείλεξαι πρὸς ἡμᾶς, ἀλλ' ἡμῶν μὲν πεῖραν λαβεῖν βουλόμενος, εἰ φιλοσοφοῦμεν καὶ μεμνήμεθα τῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς λεγομένων καὶ συνιδεῖν δυνηθεῖμεν ἂν ὃν τρόπον ὁ λόγος τυγ- b χάνει γεγραμμένος, (237) τὴν δὲ πόλιν ἐπαινεῖν προελέσθαι τὴν σαυτοῦ σωφρονῶν, ἵνα τῷ τε πλήθει τῷ τῶν πολιτῶν χαρίσῃ καὶ παρὰ τοῖς εὐνοϊκῶς πρὸς ὑμᾶς διακειμένοις εὐδοκιμήσῃς. Ταῦτα δὲ γνοὺς ὑπέλαβες ὡς εἰ μὲν περὶ μόνης αὐτῆς ποιήσει τοὺς λόγους καὶ τὰ μυθώδη περὶ αὐτῆς ἐρεῖς ἃ πάντες θρυλοῦσιν, ὅμοια φανεῖται τὰ λεγόμενα τοῖς ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένοις, ἐφ' ᾧ σὺ μάλιστ' ἂν αἰσχυνθείης καὶ λυ- c πηθείης· (238) ἐὰν δ' ἐάσας ἐκεῖνα λέγῃς τὰς πράξεις τὰς ὁμολογουμένας καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίας τοῖς Ἕλλησι γεγενημένας, καὶ παραβάλλῃς αὐτὰς πρὸς τὰς Λακεδαιμονίων, καὶ τὰς μὲν τῶν προγόνων ἐπαινῇς, τῶν δ' ἐκείνοις πεπραγμένων κατηγορῇς, ὅ τε λόγος ἐναργέστερος εἶναι δόξει τοῖς ἀκούουσι καὶ σὺ μενεῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς, ὃ μᾶλλον ἄν τινες θαυμάσειαν τῶν τοῖς ἄλλοις γεγραμμένων. (239) Ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν οὕτω μοι φαίνει τάξαι καὶ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, εἰδὼς d δὲ σαυτὸν ἐπηνεκότα τὴν Σπαρτιατῶν διοίκησιν ὡς οὐδεὶς ἄλλος, φοβεῖσθαι τοὺς ἀκηκοότας, μὴ δόξῃς ὅμοιος εἶναι τοῖς λέγουσιν ὅ τι ἂν τύχωσι καὶ τούτους νῦν ψέγειν οὓς πρότερον ἐπῄνεις μᾶλλον τῶν ἄλλων· ταῦτ' ἐνθυμηθεὶς σκοπεῖσθαι ποίους τινὰς ἂν ἑκατέρους εἶναι φήσας ἀληθῆ τε λέγειν δόξειας περὶ ἀμφοτέρων, ἔχοις τ' ἂν τοὺς μὲν προγόνους ἐπαινεῖν, οὕσπερ βούλει, Σπαρτιατῶν δὲ δοκεῖν μὲν κατηγορεῖν τοῖς ἀηδῶς e πρὸς αὐτοὺς διακειμένοις, μηδὲν δὲ ποιεῖν τοιοῦτον, ἀλλὰ λανθάνειν ἐπαινῶν αὐτούς· ζητῶν δὲ τὰ τοιαῦτα ῥᾳδίως εὑρεῖν λόγους ἀμφιβόλους καὶ μηδὲν μᾶλλον μετὰ τῶν ἐπαινούντων ἢ τῶν ψεγόντων ὄντας, ἀλλ' 283 ἐπαμφοτερίζειν δυναμένους καὶ πολλὰς ἀμφισβητήσεις a ἔχοντας, (240) οἷς χρῆσθαι περὶ μὲν συμβολαίων καὶ περὶ πλεονεξίας ἀγωνιζόμενον αἰσχρὸν καὶ πονηρίας οὐ μικρὸν σημεῖον, περὶ δὲ φύσεως ἀνθρώπων διαλεγόμενον καὶ πραγμάτων καλὸν καὶ φιλόσοφον. (241) Οἷός περ ὁ λόγος ὁ διαναγνωσθείς ἐστιν, ἐν ᾧ πεποίηκας τοὺς μὲν σοὺς προγόνους εἰρηνικοὺς καὶ φιλέλληνας καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας, Σπαρτιάτας b δ' ὑπεροπτικοὺς καὶ πολεμικοὺς καὶ πλεονέκτας, οἵους περ αὐτοὺς εἶναι πάντες ὑπειλήφασιν· τοιαύτην δ' ἑκατέρων ἐχόντων τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ὑπὸ πάντων ἐπαινεῖσθαι καὶ δοκεῖν εὔνους εἶναι τῷ πλήθει, τοῖς δὲ τοὺς μὲν πολλοὺς φθονεῖν καὶ δυσμενῶς ἔχειν, ἔστι δ' οὓς καὶ ἐπαινεῖν αὐτοὺς καὶ θαυμάζειν, (242) καὶ τολμᾶν λέγειν ὡς ἀγαθὰ μείζω τυγχάνουσιν ἔχοντες τῶν τοῖς προγόνοις

tiores omnes ea, in quæ magno studio incumbunt, communicare soleant aut cum sapientioribus aut certe cum iis qui sententiam suam pronunciaturi sunt; tu fecisti contrarium. (236) Ac neutram quidem harum rationum ego probo; sed et nos callide convocasse et laudationem civitatis fecisse videris, non simpliter neque ita ut nobiscum collocutus es, sed periclitari nos voluisse, an serio in studia incumberemus et ea meminissemus quæ inter docendum dici solent, ac perspicere queamus, qua ratione scripta sit oratio; (237) tuam vero urbem laudare instituisse prudenti consilio, ut et multitudini civium gratificareris et laudem apud eos invenires, qui vos benevolentia prosequuntur. In isto igitur proposito cogitasti, si de ea sola verba faceres et fabulosa illa diceres, quæ omnibus in ore sunt, quicquid diceretur, simile visum iri iis quæ ab aliis scripta essent; id quod tu tibi turpissimum et molestissimum esse duceres: (238) sin his omissis ea facta recitares, quæ confessione omnium vera sunt et Græcis plurimum profuerunt, et cum rebus gestis Lacedæmoniorum conferres et majorum tuorum laudes cum illorum vituperatione conjungeres; tum orationem evidentiorem visum iri audientibus, tum in iisdem te mansurum; quod majori quibusdam admirationi futurum esset, quam ea quæ ab aliis scripta essent. (239) Initio igitur videris ita disposuisse et deliberasse de rebus; quum autem scires te Spartanorum urbem ita laudasse, ut nemo alius fecit, metuisse ne auditores iis te similem esse ducerent, qui quicquid in buccam venerit effutiunt, atque eos vituperare, quos prius ultra ceteros laudibus extulisses. Hæc cogitans, considerasti quidnam de utrisque dicendum esset, ut et vera diceres de ambobus et tuos majores laudare arbitratu tuo posses, et Spartanos iis, quibus invisi sunt, accusare videreris: quod minime tu faceres, sed clam et obscure commendares. Talia dum inquireres, facile reperisti ambigua dicta, quæ nihilo plus cum laudantibus quam cum vituperantibus facerent, sed in utramque partem flecti ac multas admittere disceptationes possent, (240) qualibus uti, si de privatis negotiis et emolumentis litiges, turpe sit et magnum signum improbitatis; quum autem de natura hominum rebusque disceptares, præclarum et præstantis ingenii argumentum. (241) Cujus generis est ista, quam audivimus, oratio, qua tuos majores pacis fecisti studiosos et Græcorum amantes et æqualitatis in rebus publicis duces; Spartanos vero superbos et bellicosos et primas ubique sibi vindicantes; cujusmodi omnes eos esse existimant. Talibus igitur ingeniis quum utrique sint, alteros ab omnibus laudari et videri bene velle multitudini; alteris multos invidere et infensos esse: (242) nec deesse tamen qui eos laudent et mirentur ac dicere ausint majoribus bonis eos præditos, quam sint ea quæ in majoribus tuis in-

τοῖς σοῖς προσόντων· τήν τε γὰρ ὑπεροψίαν σεμνότητος c μετέχειν, εὐδοκίμου πράγματος, καὶ δοκεῖν ἅπασι μεγαλοφρονεστέρους εἶναι τοὺς τοιούτους ἢ τοὺς τῆς ἰσότητος προεστῶτας, τούς τε πολεμικοὺς πολὺ διαφέρειν τῶν εἰρηνικῶν· τοὺς μὲν γὰρ οὔτε κτητικοὺς εἶναι τῶν οὐκ ὄντων οὔτε φύλακας δεινοὺς τῶν ὑπαρχόντων, τοὺς δ' ἀμφότερα δύνασθαι, καὶ λαμβάνειν ὧν ἂν ἐπιθυμῶσι καὶ σώζειν ἅπερ ἂν ἅπαξ κατάσχωσιν· ἃ ποιοῦσιν οἱ d τέλειοι δοκοῦντες εἶναι τῶν ἀνδρῶν. (243) Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τῆς πλεονεξίας καλλίους ἔχειν οἴονται λόγους τῶν εἰρημένων· τοὺς μὲν γὰρ ἀποστεροῦντας τὰ συμβόλαια καὶ τοὺς παρακρουομένους καὶ παραλογιζομένους οὐχ ἡγοῦνται δικαίως καλεῖσθαι πλεονεκτικούς (διὰ γὰρ τὸ πονηρὰν ἔχειν τὴν δόξαν ἐν ἅπασιν αὐτοὺς ἐλαττοῦσθαι τοῖς πράγμασι), τὰς δὲ Σπαρτιατῶν πλεονεξίας καὶ τὰς τῶν βασιλέων καὶ τὰς τῶν τυράννων e εὐκτὰς μὲν εἶναι, καὶ ἅπαντας αὐτῶν ἐπιθυμεῖν, (244) οὐ μὴν ἀλλὰ λοιδορεῖσθαι καὶ καταρᾶσθαι τοῖς τὰς τηλικαύτας ἔχουσι δυναστείας· οὐδένα δὲ τοιοῦτον εἶναι τὴν φύσιν ὅστις οὐκ ἂν εὔξαιτο τοῖς θεοῖς μάλιστα μὲν
284 αὐτὸς τυχεῖν τῆς ἐξουσίας ταύτης, εἰ δὲ μή, τοὺς οἰ- a κειοτάτους· ᾧ καὶ φανερόν ἐστιν ὅτι μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἅπαντες εἶναι νομίζομεν τὸ πλέον ἔχειν τῶν ἄλλων. Τὴν μὲν οὖν περιβολὴν τοῦ λόγου δοκεῖς μοι ποιήσασθαι μετὰ τοιαύτης διανοίας.

245. « Εἰ μὲν οὖν ἡγούμην ἀφέξεσθαί σε τῶν εἰρημένων καὶ παραλείψειν ἀνεπιτίμητον τὸν λόγον τοῦτον, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἔτι λέγειν ἐπεχείρουν· νῦν δ' ὅτι μὲν οὐκ ἀπεφηνάμην περὶ ὧν παρεκλήθην σύμβουλος, οὐδὲν b οἶμαί σοι μελήσειν (οὐδὲ γὰρ ὅτε συνῆγες ἡμᾶς, ἐδόκεις μοι σπουδάζειν περὶ αὐτῶν), (246) ὅτι δὲ προελόμενος συνθεῖναι λόγον μηδὲν ὅμοιον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥαθύμως ἀναγιγνώσκουσιν ἁπλοῦν εἶναι δόξοντα καὶ ῥᾴδιον καταμαθεῖν, τοῖς δ' ἀκριβῶς διεξιοῦσιν αὐτόν, καὶ πειρωμένοις κατιδεῖν ὃ τοὺς ἄλλους λέληθεν, χαλεπὸν φανούμενον καὶ δυσκαταμάθητον καὶ πολλῆς μὲν ἱστορίας γέμοντα καὶ φιλοσοφίας, παντοδαπῆς δὲ c μεστὸν ποικιλίας καὶ ψευδολογίας, οὐ τῆς εἰθισμένης μετὰ κακίας βλάπτειν τοὺς συμπολιτευομένους, ἀλλὰ τῆς δυναμένης μετὰ παιδιᾶς ὠφελεῖν ἢ τέρπειν τοὺς ἀκούοντας, — (247) ὧν οὐδὲν ἐάσαντά με φήσεις τὸν τρόπον τοῦτον ἔχειν ὡς ἐβουλεύσω σὺ περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ τήν τε δύναμιν τῶν λεγομένων διδάσκοντα καὶ τὴν σὴν διάνοιαν ἐξηγούμενον οὐκ αἰσθάνεσθαι τοσούτῳ τὸν λόγον ἀδοξότερον δι' ἐμὲ γιγνόμενον, ὅσῳ περ d αὐτὸν φανερώτερον ἐποίουν καὶ γνωριμώτερον τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν· ἐπιστήμην γὰρ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐνεργαζόμενον ἔρημον τὸν λόγον με ποιεῖν καὶ τῆς τιμῆς ἀποστερεῖν τῆς γιγνομένης ἂν αὐτῷ διὰ τοὺς πονοῦντας καὶ πράγματα σφίσιν αὐτοῖς παρέχοντας. (248) Ἐγὼ δ' ὁμολογῶ μὲν ἀπολελεῖφθαι τὴν ἐμὴν φρόνησιν τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλεῖστον, οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ τοῦτ' e οἶδα, κἀκεῖνο τυγχάνω γιγνώσκων, ὅτι τῆς πόλεως τῆς ὑμετέρας βουλευομένης περὶ τῶν μεγίστων οἱ μὲν

sunt. Nam et superbiam a majestate, laudata re, non abhorrere, et qui tales sint, omnibus magnificentiores videri, quam qui æqualitatem introducant, et homines bellicosos multo præstare pacis studiosis, qui neque parare possint quæ non habeant, nec ea quæ habeant fortiter tueri; illos autem utrumque posse, tum capere quæ desiderent, tum servare quæ semel occuparint : quæ perfectorum virorum officia esse videantur. (243) Verum etiam de præcellendi studio pulchriora etiam dicere se posse censent, quam quæ nunc dicta sunt. Nam qui contractarum rerum fidem frangant et alios circumveniant et falsis ratiunculis deludant, eos jure præcellentes vocari non putant; quia enim male de ipsis existimetur, omnibus in rebus esse eos deteriore conditione : Spartanorum vero præcellendi studium et regum et tyrannorum, quum optabile esse atque ab omnibus expeti, (244) tum neminem incessere conviciis aut exsecrari eos, quorum tantæ sint facultates atque opes; neque inveniri tam abjecto ingenio quenquam, quin optet talem a diis potestatem tribui sibi inprimis, aut saltem sibi conjunctissimis. Unde perspicuum est summum bonum videri nobis aliis antecellere. Ambitum igitur tuæ orationis in hanc sententiam complexus mihi esse videris.

245. « Quodsi putassem te parsurum esse his quæ dicta sunt et hanc orationem sine reprehensione prætermissurum, ne ipse quidem plura dicenda mihi censuissem : nunc quia nihil de his pronunciavi, quorum gratia in consilium advocatus sum, id tibi curæ non fore arbitror (nec enim, quum nos convocares, ea res serio abs te agi videbatur), (246) sed quod instituisti, opinor, orationem ceteris nulla re similem, quæ quidem segniter et otiose legentibus simplex videretur intellectuque facilis, diligenter autem intuentibus et id quod alios fugisset perspicere conantibus difficilis appareret, nec cujusvis intelligentiæ exposita multisque historiis et recondita eruditione referta, plena etiam omnigena varietate et (ut ita dicam) mendaciloquentia, non ea quæ cives improbe lædere consuevit, sed quæ cum urbanitate juvare et oblectare possit auditores : (247) quorum nihil ita se habere me sivisse dices, ut ea tu se habere volueris; sed si ego, quæ vis sit orationis, edocuero et tuum consilium exposuero, me non animadvertere affirmabis orationem per me tanto contemptiorem reddi, quanto eam dilucidiorem fecerim et legentibus notiorem; quum enim ignorantibus scientiam tradam, me efficere ut oratio inanis sit eoque honore privetur, qui accessisset ab illis qui ipsi laborant et sibi negotium facessunt. (248) Ego vero me prudentia, quam longissime fieri possit, te esse inferiorem fateor; sed tamen ut hoc scio, sic illud etiam non ignoro, urbe vestra maximis de rebus deliberante,

ἄριστα φρονεῖν δοκοῦντες ἐνίοτε διαμαρτάνουσι τοῦ συμφέροντος, τῶν δὲ φαύλων νομιζομένων εἶναι καὶ
285 καταφρονουμένων ἔστιν ὅτε κατώρθωσεν ὁ τυχὼν καὶ a βέλτιστα λέγειν ἔδοξεν· (249) ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ καὶ περὶ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος τοιοῦτόν τι συμβέβηκεν, ὅπου σὺ μὲν οἴει μάλιστ' εὐδοκιμήσειν, ἢν ὡς πλεῖστον χρόνον διαλάθῃς ἣν ἔχων γνώμην τὰ περὶ τὸν λόγον ἐπραγματεύθης, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι βέλτιστά σε πράξειν, ἢν δυνηθῇς τὴν διάνοιαν, ᾗ χρώμενος αὐτὸν συνέθηκας, ὡς τάχιστα φανερὰν ποιῆσαι τοῖς τ' ἄλλοις ἅπασι καὶ b Λακεδαιμονίοις, περὶ ὧν πεποίησαι πολλοὺς λόγους, τοὺς μὲν δικαίους καὶ σεμνούς, τοὺς δ' ἀσελγεῖς καὶ λίαν φιλαπεχθήμονας· (250) οὓς εἴ τις ἐπέδειξεν αὐτοῖς πρὶν ἐμὲ διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν ἐμίσησαν καὶ δυσκόλως πρὸς σὲ διετέθησαν ὡς κατηγορίαν γεγραφότα καθ' αὐτῶν. Νῦν δ' οἴομαι τοὺς μὲν πλείστους Σπαρτιατῶν ἐμμενεῖν τοῖς ἤθεσιν οἷσπερ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, τοῖς δὲ λόγοις τοῖς ἐνθάδε γρα- c φομένοις οὐδὲν μᾶλλον προσέξειν τὸν νοῦν ἢ τοῖς ἔξω τῶν Ἡρακλέους στηλῶν λεγομένοις, (251) τοὺς δὲ φρονιμωτάτους αὐτῶν καὶ τῶν λόγων τινὰς ἔχοντας τῶν σῶν καὶ θαυμάζοντας, τούτους, ἢν λάβωσι τὸν ἀναγνωσόμενον καὶ χρόνον ὥστε συνδιατρῖψαι σφίσιν αὐτοῖς, οὐδὲν ἀγνοήσειν τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπαίνων αἰσθήσεσθαι τῶν μετ' ἀποδείξεως εἰρημένων περὶ τῆς πόλεως τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῶν λοιδοριῶν καταφρονήσειν τῶν εἰκῇ μὲν τοῖς πράγμασι λεγομένων, πικρῶς δὲ τοῖς ὀνόμασι κεχρημένων, καὶ νομιεῖν τὰς d μὲν βλασφημίας τὰς ἐνούσας ἐν τῷ βιβλίῳ τὸν φθόνον ὑποβαλεῖν, (252) τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς μάχας, ἐφ' αἷς αὐτοί τε μέγα φρονοῦσι καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμοῦσι, σὲ γεγραφέναι καὶ μνημονεύεσθαι πεποιηκέναι, συναγαγόντα πάσας αὐτὰς καὶ θέντα παρ' ἀλλήλας, αἴτιον δ' εἶναι καὶ τοῦ πολλοὺς ποθεῖν ἀναγνῶναι καὶ διελθεῖν αὐτάς, οὐ τὰς ἐκείνων ἐπιθυμοῦντας ἀκοῦσαι e πράξεις, ἀλλὰ πῶς σὺ διείλεξαι περὶ αὐτῶν μαθεῖν βουλομένους. (253) Ταῦτ' ἐνθυμουμένους καὶ διεξιόντας οὐδὲ τῶν παλαιῶν ἔργων ἀμνημονήσειν, δι' ὧν ἐγκε-
286 κωμίακας τοὺς προγόνους αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις a διαλέξεσθαι πρὸς σφᾶς αὐτούς, πρῶτον μὲν ὅτι Δωριεῖς ὄντες, ἐπειδὴ κατεῖδον τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν ἀδόξους καὶ μικρὰς καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς οὔσας, ὑπεριδόντες ταύτας ἐστράτευσαν ἐπὶ τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πρωτευούσας, ἐπ' Ἄργος καὶ Λακεδαίμονα καὶ Μεσσήνην, (254) μάχῃ δὲ νικήσαντες τοὺς μὲν ἡττηθέντας ἔκ τε τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ τὰς κτή- b σεις ἁπάσας τὰς ἐκείνων τότε κατασχόντες ἔτι καὶ νῦν ἔχουσιν, οὗ μεῖζον ἔργον καὶ θαυμαστότερον οὐδεὶς ἐπιδείξει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γενόμενον, οὐδὲ πρᾶξιν εὐτυχεστέραν καὶ θεοφιλεστέραν τῆς τοὺς χρησαμένους τῆς μὲν οἰκείας ἀπορίας ἀπαλλαξάσης, τῆς δ' ἀλλοτρίας εὐδαιμονίας κυρίους ποιησάσης. (255) Καὶ ταῦτα μὲν μετὰ πάντων συστρατευσαμένων ἔπραξαν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς Ἀργείους καὶ Μεσσηνίους τὴν χώραν c

eos, qui sapientissimi esse videantur, interdum a communi utilitate aberrare, et fieri nonnunquam ut forte fortuna quispiam e vilium contemptorumque numero et recte sensisse et optime dixisse videatur. (249) Quare mirandum non erit, si in hoc quoque negotio tale aliquid nunc evenerit, ubi tu existimas te maximam laudem consecuturum, si quam diutissime obscurum fuerit quo animo orationem composueris : ego vero tecum optime actum iri puto, si sententiam, qua in ea conficienda usus es, quam citissime perspicuam reddere possis tum aliis universis, tum Lacedæmoniis, de quibus multa verba fecisti, quorum nonnulla justa sunt et gravia, quædam petulantia et nimis odiosa. (250) Quæ si quis eis ostendisset, antequam ego meum judicium interposuissem, fieri non potuisset quin et offensi et irati tibi essent, ut qui accusationem contra ipsos scripsisses. Nunc Spartanorum plerosque nihil de vetere sua consuetudine puto mutaturos neque orationes, quæ hic scribantur, magis curaturos esse, quam ea quæ extra columnas Herculis dicantur; (251) eorum autem prudentissimos, qui orationum tuarum aliquas habent et admirantur, si quem nacti lectorem fuerint et tempus, ut inter se ipsi diligenter omnia perpendant, nihil ignoraturos eorum quæ dicuntur, sed et laudes animadversuros, quæ in urbem suam enumeratis rebus gestis conferuntur, et convicia contempturos, quæ temere et sine re dicuntur verborumque tantum asperitatem habent, et existimaturos maledicta quæ in libro insint, ab invidia esse profecta, (252) res vero gestas et prælia, propter quæ et ipsi multum sibi tribuunt et ab aliis tribui vident, te scripsisse et ab oblivione vindicasse, collectis seorsum omnibus et per collationem explicatis. Illud quoque tibi acceptum referent, si ea multi et legere et percensere velint, non quod illorum res gestas audire desiderent, sed quod cognoscere studeant quomodo tu de eis disserueris. (253) Hæc cum animis suis cogitantes et repetentes neque veterum facinorum obliviscentur, ob quæ majores ipsorum laudasti, sed hæc etiam sæpe secum ipsi reputabunt : primum se, quum Dorienses essent, ac suas urbes inglorias et parvas esse viderent multarumque rerum egentes, illis neglectis bellum intulisse civitatibus Peloponnesi primariis, Argis, Lacedæmoni et Messenæ, (254) victoriaque parta et urbibus et regione eos exegisse, quos superassent, ac possessiones illorum omnes occupasse, quas etiam nunc tenent : quo majus facinus et admirabilius nemo ostendet illis temporibus editum, aut quicquam esse gestum felicius, aut diis magis propitiis, quam id, per quod et suæ inopiæ consuluerunt et alienam felicitatem in suam potestatem redegerunt. (255) Atque hæc cum omnibus expeditionis illius sociis gesserunt. Postquam autem cum Argivis et Messeniis regionem partiti Spartam

διείλοντο καὶ καθ' αὑτοὺς ἐν Σπάρτῃ κατῴκησαν, ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς τοσοῦτον φρονῆσαι φῂς αὐτούς, ὥστ' ὄντας οὐ πλείους τότε δισχιλίων οὐχ ἡγήσασθαι σφᾶς αὐτοὺς ἀξίους εἶναι ζῆν, εἰ μὴ δεσπόται πασῶν τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων γενέσθαι δυνηθεῖεν, (256) ταῦτα δὲ διανοηθέντας καὶ πολεμεῖν ἐπιχειρήσαντας οὐκ ἀπειπεῖν, ἐν πολλοῖς κακοῖς καὶ κινδύνοις γιγνομένους, πρὶν ἁπάσας ταύτας ὑφ' αὑτοῖς ἐποιήσαντο πλὴν τῆς Ἀργείων πόλεως, ἔχοντας δ' ἤδη καὶ χώραν πλεί- d στην καὶ δύναμιν μεγίστην καὶ δόξαν τοσαύτην ὅσην προσήκει τοὺς τηλικαῦτα διαπεπραγμένους, οὐχ ἧττον διακεῖσθαι φιλοτίμως, ὅτι λόγος ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἴδιος καὶ καλὸς μόνοις τῶν Ἑλλήνων· (257) ἐξεῖναι γὰρ εἰπεῖν αὐτοῖς ὅτι σφεῖς μὲν ὄντες οὕτως ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν οὐδεμιᾷ πώποτε τῶν μυριάνδρων πόλεων ἠκολούθησαν οὐδ' ἐποίησαν τὸ προσταττόμενον, ἀλλ' αὐτόνομοι διε- e τέλεσαν ὄντες, αὐτοὶ δ' ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς βαρβάρους πάντων τῶν Ἑλλήνων ἡγεμόνες κατέστησαν, καὶ τῆς τιμῆς ταύτης ἔτυχον οὐκ ἀλόγως, ἀλλὰ διὰ τὸ μάχας ποιησάμενοι πλείστας ἀνθρώπων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον μηδεμίαν ἡττηθῆναι τούτων ἡγουμένου βασιλέως, ἀλλὰ νενικηκέναι πάσας, (258) οὗ 287 τεκμήριον οὐδεὶς ἂν δύναιτο μεῖζον εἰπεῖν ἀνδρείας καὶ a καρτερίας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας, πλὴν ἢ τὸ ῥηθήσεσθαι μέλλον· τοσούτων γὰρ τὸ πλῆθος τῶν πόλεων τῶν Ἑλληνίδων οὐσῶν, τῶν μὲν ἄλλων οὐδεμίαν εἰπεῖν οὐδ' εὑρεῖν, ἥτις οὐ περιπέπτωκε ταῖς συμφοραῖς ταῖς εἰθισμέναις γίγνεσθαι ταῖς πόλεσιν, (259) ἐν δὲ τῇ Σπαρτιατῶν οὐδεὶς ἂν ἐπιδείξειεν οὔτε στάσιν οὔτε σφαγὰς οὔτε φυγὰς ἀνόμους γεγενημένας, οὐδ' ἁρπαγὰς χρημάτων οὐδ' αἰσχύνας γυναικῶν καὶ παίδων, ἀλλ' b οὐδὲ πολιτείας μεταβολὴν οὐδὲ χρεῶν ἀποκοπὰς οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν οὐδ' ἄλλ' οὐδὲν τῶν ἀνηκέστων κακῶν. Περὶ ὧν διεξιόντας οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ καὶ σοῦ, τοῦ τ' ἀθροίσαντος καὶ διαλεχθέντος οὕτω καλῶς περὶ αὐτῶν, μεμνήσεσθαι καὶ πολλὴν χάριν ἕξειν.

260. « Οὐ τὴν αὐτὴν δὲ γνώμην ἔχω περὶ σοῦ νῦν καὶ πρότερον. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς παρελθοῦσι χρόνοις ἐθαύμαζόν σου τήν τε φύσιν καὶ τὴν τοῦ βίου τάξιν c καὶ τὴν φιλοπονίαν καὶ μάλιστα τὴν ἀλήθειαν τῆς φιλοσοφίας, νῦν δὲ ζηλῶ σε καὶ μακαρίζω τῆς εὐδαιμονίας· δοκεῖς γάρ μοι ζῶν μὲν λήψεσθαι δόξαν οὐ μείζω μὲν ἧς ἄξιος εἶ (χαλεπὸν γάρ), παρὰ πλείοσι δὲ καὶ μᾶλλον ὁμολογουμένην τῆς νῦν ὑπαρχούσης, τελευτήσας δὲ τὸν βίον μεθέξειν ἀθανασίας, οὐ τῆς τοῖς θεοῖς παρούσης, ἀλλὰ τῆς τοῖς ἐπιγιγνομένοις περὶ τῶν διενεγκόντων ἐπί τινι τῶν καλῶν ἔργων μνήμην ἐμποιού- d σης. (261) Καὶ δικαίως τεύξει τούτων· ἐπῄνεκας γὰρ τὰς πόλεις ἀμφοτέρας καλῶς καὶ προσηκόντως, τὴν μὲν κατὰ τὴν δόξαν τὴν τῶν πολλῶν, ἧς οὐδεὶς τῶν ὀνομαστῶν ἀνδρῶν καταπεφρόνηκεν, ἀλλ' ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν αὐτῆς οὐκ ἔστιν ὅντινα κίνδυνον οὐχ ὑπομένουσι, τὴν δὲ κατὰ τὸν λογισμὸν τῶν πειρωμένων στοχάζεσθαι

seorsum se contulerint, illis temporibus animorum tanta magnitudine eos fuisse dicis, ut, quum non plures bis mille essent, se vita indignos judicarent, nisi omnibus Peloponnesi urbibus potiri possent : (256) quo consilio quum bellum suscepissent, quamquam multis miseriis et periculis conflictati non abjecerunt animos priusquam eas omnes, Argivorum urbe excepta, subegissent. Quum autem jam et ditionem amplissimam et potentiam maximam et tantam gloriam consecuti essent, quantam eos par est qui res tantas gesserint, hoc sibi non minus laudi duxerunt, quod soli Græcorum omnium hac peculiari et præclara prærogativa gloriari possent, (257) se tam paucos numero nullius unquam urbis quantumvis amplæ ductum secutos esse aut imperata fecisse, sed sua libertate perpetuo retenta bello barbarico Græcorum omnium duces constitutos, eoque honore non sine causa affectos, sed propterea quod ex universo genere mortalium illis temporibus in plurimis prœliis versati in nullo succubuissent suo rege duce, sed omnes superassent. (258) Quo nullum majus ac certius signum dici possit fortitudinis et tolerantiæ et consensionis inter ipsos, eo quod jam dicetur excepto. Nam quum tanta multitudo sit Græcarum civitatum, ceterarum nulla dici aut inveniri potest, quæ non in calamitates illas inciderit quæ urbibus accidere soleant : (259) Spartæ autem nemo possit ostendere factam esse vel seditionem vel cædes vel exilia injusta vel direptiones pecuniarum vel stupra uxorum et liberûm, imo ne reipublicæ quidem mutationem neque novas tabulas neque agrorum divisionem neque quicquam aliud insignium calamitatum. Quæ quum reputabunt, fieri non poterit quin tui etiam, qui ista congesseris et tam eleganter dissserueris, recordaturi et magnam tibi gratiam habituri sint.

260. « Non autem nunc idem, quod prius, de te sentio. Nam superiori tempore quum ingenium tuum, et vitæ ordinem et industriam, tum vero philosophiæ veritatem inprimis mirabar : nunc vero te felicissimum et beatissimum judico. Videris enim mihi vivens etiam gloria fore non quidem majore quam merearis (vix enim id fieri potest), apud plures tamen et evidentiore hac qua nunc flores; defunctus autem immortalitatis particeps futurus, non ejus qua dii fruntur, sed illius qua memoria eorum, qui re aliqua memorabili alios superant, ad posteros propagatur. (261) Et hæc jure tibi contingent. Nam utramque urbem præclare laudasti et convenienter, alteram ex opinione multitudinis, quam nulli viri celebres contempserunt, sed dum eam consequi student, omnia pericula subierunt; alteram secundùm rationes eorum, qui veritatem attingere

τῆς ἀληθείας, παρ' οἷς εὐδοκιμεῖν ἂν τινες ἕλοιντο μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις διπλασίοις γενομένοις ἢ e νῦν εἰσιν.

262. « Ἀπλήστως δὲ διακείμενος ἐν τῷ παρόντι πρὸς τὸ λέγειν, καὶ πόλλ' ἂν εἰπεῖν ἔχων ἔτι καὶ περὶ σοῦ καὶ περὶ τοῖν πολέοιν καὶ περὶ τοῦ λόγου, ταῦτα 288 μὲν ἐάσω, περὶ ὧν δὲ παρακληθῆναί με σὺ φῄς, a περὶ τούτων ἀποφανοῦμαι. Συμβουλεύω γάρ σοι μήτε κατακάειν τὸν λόγον μήτ' ἀφανίζειν, ἀλλ' εἴ τινος ἐνδεής ἐστι, διορθώσαντα καὶ προσγράψαντα πάσας τὰς διατριβὰς τὰς περὶ αὐτὸν γεγενημένας διδόναι τοῖς βουλομένοις λαμβάνειν, (263) εἴπερ βούλει χαρίσασθαι μὲν τοῖς ἐπιεικεστάτοις τῶν Ἑλλήνων καὶ τοῖς ὡς ἀληθῶς φιλοσοφοῦσιν ἀλλὰ μὴ προσποιουμένοις, λυ- b πῆσαι δὲ τοὺς θαυμάζοντας μὲν τὰ σὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων, λοιδορουμένους δὲ τοῖς λόγοις τοῖς σοῖς ἐν τοῖς ὄχλοις τοῖς πανηγυρικοῖς, ἐν οἷς πλείους εἰσὶν οἱ καθεύδοντες τῶν ἀκροωμένων, καὶ προσδοκῶντας, ἢν παρακρούσωνται τοὺς τοιούτους, ἐναμίλλους τοὺς αὑτῶν γενήσεσθαι τοῖς ὑπὸ σοῦ γεγραμμένοις, κακῶς εἰδότας ὅτι πλέον ἀπολελειμμένοι τῶν σῶν εἰσιν ἢ τῆς Ὁμήρου δόξης οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ ποίησιν c γεγονότες. »

264. Ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ καὶ τοὺς παρόντας ἀξιώσαντος ἀποφήνασθαι περὶ ὧν παρεκλήθησαν, οὐκ ἐθορύβησαν, ὃ ποιεῖν εἰώθασιν ἐπὶ τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις, ἀλλ' ἀνεβόησαν ὡς ὑπερβαλλόντως εἰρηκότος, καὶ περιστάντες αὐτὸν ἐπῄνουν, ἐζήλουν, ἐμακάριζον, καὶ προσθεῖναι μὲν οὐδὲν εἶχον τοῖς εἰρημένοις οὐδ' ἀφελεῖν, συναπεφαίνοντο δὲ καὶ συνεβούλευόν μοι ποιεῖν ἅπερ ἐκεῖνος παρῄνεσεν. (265) Οὐ μὴν οὐδ' ἐγὼ παρεστὼς ἐσιώπων, ἀλλ' ἐπῄνεσα τήν τε φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἐφθεγξάμην d ὧν εἶπεν, οὔθ' ὡς ἔτυχε ταῖς ὑπονοίαις τῆς ἐμῆς διανοίας οὔθ' ὡς διήμαρτεν, ἀλλ' εἴων αὐτὸν οὕτως ἔχειν ὥσπερ αὐτὸς αὑτὸν διέθηκεν.

266. Περὶ μὲν οὖν ὧν ὑπεθέμην ἱκανῶς εἰρῆσθαι νομίζω· τὸ γὰρ ἀναμιμνήσκειν καθ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων οὐ πρέπει τοῖς λόγοις τοῖς τοιούτοις· βούλομαι δὲ διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἰδίᾳ μοι περὶ τὸν λόγον συμβε- e βηκότων. Ἐγὼ γὰρ ἐνεστησάμην μὲν αὐτὸν ἔτη γεγονὼς ὅσα περ ἐν ἀρχῇ προεῖπον· (267) ἤδη δε τῶν ἡμισέων γεγραμμένων ἐπιγενομένου μοι νοσήματος 289 ῥηθῆναι μὲν οὐκ εὐπρεποῦς, δυναμένου δ' ἀναιρεῖν οὐ a μόνον τοὺς πρεσβυτέρους ἐν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἡμέραις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκμαζόντων πολλούς, τούτῳ διατελῶ τρί' ἔτη μαχόμενος, οὕτω φιλοπόνως ἑκάστην τὴν ἡμέραν διάγων, ὥστε τοὺς εἰδότας καὶ τοὺς παρὰ τούτων πυνθανομένους μᾶλλόν με θαυμάζειν διὰ τὴν καρτερίαν ταύτην ἢ δι' ἃ πρότερον ἐπῃνούμην. (268) Ἤδη δ' ἀπειρηκότος καὶ διὰ τὴν νόσον καὶ διὰ τὸ γῆρας, τῶν b ἐπισκοπούντων τινές με καὶ πολλάκις ἀνεγνωκότων τὸ μέρος τοῦ λόγου τὸ γεγραμμένον, ἐδέοντό μου καὶ συνεβούλευον μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν ἡμιτελῆ μηδ' ἀδιέρ-

conjectura student, apud quos in magna existimatione esse quidam præferant quam apud ceteros, si duplo plures quam nunc sunt, exsistant.

262. « Quum autem inexplebili hoc tempore dicendi cupiditate flagrem et multa habeam quæ dicam tum de te, tum de utraque urbe, tum de oratione hac; tamen omissis illis de eo sententiam dicam, cujus gratia me accersitum esse dicis. Tibi enim auctor sum ut hanc orationem neque comburas neque aboleas, sed sicubi aliquid deest, corrigas et omnibus disputationibus, quæ de ea habitæ sunt, adscriptis legere volentibus impertias, (263) si modo rem gratam facere studes optimis viris inter Græcos et quam verissime, non simulate, philosophantibus, et illos afficere molestia, qui quum tua magis quam alii mirentur, orationes tuas in hominum frequentia proscindunt, in qua plures sunt qui dormiant quam qui auscultent, quique sperant, si vulgus hominum deceperint, suas declamatiunculas cum scriptis a te orationibus posse contendere, ignari nimirum se longius abesse ab excellentia tua, quam a gloria Homeri illos qui in eodem genere poesis elaborarunt. »

264. Quæ quum ille dixisset et ab iis, qui aderant, petiisset ut ea de re, cujus gratia convocati essent, sententiam dicerent, illi non applauserunt, quod iis, qui eleganter disseruerunt, facere solent, sed exclamarunt, quasi excellenter perorasset, factaque circa eum corona laudabant, mirabantur, beatum prædicabant; atque ejus quidem orationi quæ adjicerent, aut demerent, nihil habebant, sed ejus sententiæ assensi ea mihi facienda censebant, quæ ille monuisset. (265) Verum ne ego quidem tacitus astabam, sed quum ingenium ejus laudabam, tum diligentiam. De ceteris autem quæ dixerat, nihil locutus sum, nec quam prope conjecturis suis ad meam sententiam accessisset, nec quam longe aberrasset, sed eam persuasionem, quam a se ipse acceperat, eum tenere sinebam.

266. Ac vero de his quæ proposui, satis dictum esse puto; nam singula quæ prius dicta sunt repetere, alienum est ab hoc genere orationum. Dicam autem de his quæ in hac oratione mihi privatim acciderunt, quam ego scribere institui tot annos natus, quot initio dixi: (267) quum vero dimidia pars scripta esset, morbus me invasit, qui ut nominari verecunde non potest, sic non seniores tantum triduo aut quatriduo tollere potest, sed multos etiam integræ ætatis. Cum quo perpetuum triennium ego sum luctatus, et ea tolerantia singulos dies transegi, ut et ii qui sciunt, et qui e scientibus audiverunt, meam illam tolerantiam mirentur magis, quam ea quæ superiori tempore mihi laudem pepererunt. (268) Quum vero jam et animum despondissem et viribus destitutus essem tum morbo tum senectute, quidam eorum qui me visebant et eam orationis partem, quæ scripta erat, sæpe legerant, rogarunt et suaserunt ne dimidiatam et inelaboratam relinquerem, sed parvi tempo-

γαστον, ἀλλὰ πονῆσαι μικρὸν χρόνον καὶ προσέχειν τοῖς λοιποῖς τὸν νοῦν. (269) Οὐχ ὁμοίως δὲ διελέγοντο περὶ τούτων τοῖς ἀφοσιουμένοις, ἀλλ' ὑπερεπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα, τοιαῦτα δὲ λέγοντες, ὧν εἴ τινες c ἤκουον μήτε συνήθεις ἡμῖν ὄντες μήτ' εὔνοιαν μηδεμίαν ἔχοντες, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν ὑπέλαβον τοὺς μὲν φενακίζειν, ἐμὲ δὲ διεφθάρθαι καὶ παντάπασιν εἶναι μωρόν, εἰ πείσομαι τοῖς λεγομένοις. (270) Οὕτω δ' ἔχων ἐφ' οἷς εἰπεῖν ἐτόλμησαν ἐπείσθην (τί γὰρ δεῖ μακρολογεῖν;) γενέσθαι πρὸς τῇ τῶν λοιπῶν πραγματείᾳ γεγονὼς μὲν ἔτη τρία μόνον ἀπολείποντα τῶν ἑκατόν, οὕτω δὲ διακείμενος ὡς ἕτερος ἔχων οὐχ d ὅπως γράφειν ἂν λόγον ἐπεχείρησεν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλου δεικνύοντος καὶ πονήσαντος ἠθέλησεν ἀκροατὴς γενέσθαι.

271. Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα διῆλθον; οὐ συγγνώμης τυχεῖν ἀξιῶν ὑπὲρ τῶν εἰρημένων (οὐ γὰρ οὕτως οἴομαι διειλέχθαι περὶ αὐτῶν), ἀλλὰ δηλῶσαι βουλόμενος τά τε περὶ ἐμὲ γεγενημένα, καὶ τῶν ἀκροατῶν ἐπαινέσαι μὲν τοὺς τόν τε λόγον ἀποδεχομένους τοῦτον καὶ τῶν ἄλλων σπουδαιοτέρους καὶ φιλοσοφωτέρους εἶναι νομίζοντας e τοὺς διδασκαλικοὺς καὶ τεχνικοὺς τῶν πρὸς τὰς ἐπιδείξεις καὶ τοὺς ἀγῶνας γεγραμμένων, καὶ τοὺς τῆς ἀληθείας στοχαζομένους τῶν τὰς δόξας τῶν ἀκροωμένων
290 παρακρούεσθαι ζητούντων, καὶ τοὺς ἐπιπλήττοντας τοῖς ἁμαρτανομένοις καὶ νουθετοῦντας τῶν πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν λεγομένων, (272) συμβουλεῦσαι δὲ τοῖς τἀναντία τούτων γιγνώσκουσι πρῶτον μὲν μὴ πιστεύειν ταῖς αὑτῶν γνώμαις, μηδὲ νομίζειν ἀληθεῖς εἶναι τὰς κρίσεις τὰς ὑπὸ τῶν ῥᾳθυμούντων γιγνομένας, ἔπειτα μὴ προπετῶς ἀποφαίνεσθαι περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν, ἀλλὰ περιμένειν ἕως ἂν ὁμονοῆσαι δυνηθῶσι τοῖς τῶν ἐπιδεικνυμένων πολλὴν ἐμπειρίαν ἔχουσιν· τῶν γὰρ οὕτω διοικούντων τὰς ἑαυτῶν διανοίας οὐκ ἔστιν ὅστις ἂν τοὺς τοιούτους ἀνοήτους εἶναι νομίσειεν.

ris labore suscepto etiam reliquis absolvendis animum adjicerem. (269) Neque vero ita loquebantur, ut defungendi causa id facerent, sed et quæ scripseram laudibus efferebant et ea dicebant, quæ si qui audivissent neque familiaritate neque benevolentia nobiscum conjuncti, fieri non potuisset, quin existimassent et illos fucum mihi facere et me errore mentis affici et fore stultum, si verbis eorum fidem habuissem. (270) Quanquam autem sic affectus eram, iis, quæ dicere ausi sunt, parui (quid enim prolixa oratione opus est?) ut ad eam partem orationis, quæ deesset, animum applicarem, quum quidem triennio tantum ab anno ætatis centesimo abessem et sic afflicta valetudine, qua alius tantum abest ut orationem scribere instituisset, ut ne ab alio quidem elaboratam et ostensam audire voluisset.

271. Cur vero hæc commemoro? Non utique ut orationi meæ veniam petam (nec enim sic disseruisse mihi videor), sed primum ut ostendam quid mihi usu venerit, deinde, ut eos auditores laudem, qui hanc orationem probant quique existimant eas orationes, quæ docent et artem monstrant, iis quæ vel ad ostentationem vel ad forensia certamina comparatæ sunt præferendas et eruditiores judicandas esse; eas item quæ veritati studeant illis esse potiores quæ auditorum mentibus fucum facere conentur; pluris etiam eas fieri debere, quæ delicta reprehendant atque admoneant, quam quæ voluptati et auræ populari serviant. (272) Eos autem, qui diversum ab his sentiunt, monere volui, primum, ne suis sententiis plus æquo tribuant, neque vera eorum judicia esse putent, qui sunt animis otiosis; secundo loco, ne temere pronuncient de his quæ prorsus ignorant, sed tantisper exspectent ac differant, dum illis assentiri queant, qui de iis quæ ostenduntur orationibus peritissime judicant: nemo enim eos qui hac modestia judicia sua retineant, ineptos et stolidos judicabit.

13.

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

291 Εἰ πάντες ἤθελον οἱ παιδεύειν ἐπιχειροῦντες ἀληθῆ a λέγειν, καὶ μὴ μείζους ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις ὧν ἔμελλον ἐπιτελεῖν, οὐκ ἂν κακῶς ἤκουον ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν· νῦν δ' οἱ τολμῶντες λίαν ἀπερισκέπτως ἀλαζονεύεσθαι πεποιήκασιν ὥστε δοκεῖν ἄμεινον βουλεύεσθαι τοὺς ῥᾳθυμεῖν αἱρουμένους τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατριβόντων. Τίς γὰρ οὐκ ἂν μισήσειεν ἅμα καὶ b καταφρονήσειε πρῶτον μὲν τῶν περὶ τὰς ἔριδας διατριβόντων, οἳ προσποιοῦνται μὲν τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν, εὐθὺς δ' ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπαγγελμάτων ψευδῆ λέγειν ἐπιχειροῦσιν; (2) οἶμαι γὰρ ἅπασιν εἶναι φανερὸν ὅτι τὰ μέλλοντα προγιγνώσκειν οὐ τῆς ἡμετέρας φύσεώς ἐστιν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχομεν ταύτης τῆς φρονήσεως, ὥσθ' Ὅμηρος ὁ μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν εἰληφὼς καὶ τοὺς θεοὺς πεποίηκεν ἔστιν ὅτε βουλευομένους ὑπὲρ αὐτῶν, c

13.

CONTRA SOPHISTAS ORATIO.

Si omnes isti qui docere instituunt, vera dicere vellent neque majora promitterent quam præstare solent, vulgo non male audirent. Nunc eorum audacia, qui se nimis inconsiderate jactant, factum est ut rectius sibi consulere videantur ii qui in otio degere malunt quam sapientiæ studiosi. Quis enim non simul et oderit et contemnat primum eos qui in rixis versantur, qui quum veritatis indagationem præ se ferant, statim ab initio suarum pollicitationum mentiri non dubitent? (2) Omnibus enim perspicuum esse arbitror futurarum rerum prænotionem non esse nostri ingenii, sed humanæ prudentiæ captum usque adeo excedere, ut Homerus, palmam sapientiæ maximam consecutus, etiam deos aliquoties de futuris deliberantes introduxe-

οὐ τὴν ἐκείνων γνώμην εἰδώς, ἀλλ' ἡμῖν ἐνδείξασθαι βουλόμενος ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἓν τοῦτο τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. (3) Οὗτοι τοίνυν εἰς τοῦτο τόλμης ἐληλύθασιν, ὥστε πειρῶνται πείθειν τοὺς νεωτέρους ὡς, ἣν αὐτοῖς πλησιάζωσιν, ἅ τε πρακτέον ἐστὶν εἴσονται καὶ διὰ ταύτης τῆς ἐπιστήμης εὐδαίμονες γενήσονται. Καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν αὐτοὺς διδασκάλους καὶ κυρίους καταστήσαντες, οὐκ αἰσχύνονται τρεῖς ἢ τέτταρας d μνᾶς ὑπὲρ τούτων αἰτοῦντες. (4) Ἀλλ' εἰ μέν τι τῶν ἄλλων κτημάτων πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας ἐπώλουν, οὐκ ἂν ἠμφεσβήτησαν ὡς οὐκ εὖ φρονοῦντες τυγχάνουσι, σύμπασαν δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὕτως ὀλίγου τιμῶντες, ὡς νοῦν ἔχοντες διδάσκαλοι τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι γίγνεσθαι· καὶ λέγουσι μὲν ὡς οὐδὲν δέονται χρημάτων, ἀργυρίδιον καὶ χρυσίδιον τὸν πλοῦτον ἀποκαλοῦντες, μικροῦ δὲ κέρδους ὀρεγόμενοι e μόνον οὐκ ἀθανάτους ὑπισχνοῦνται τοὺς συνόντας ποιήσειν. (5) Ὃ δὲ πάντων καταγελαστότατον, ὅτι παρὰ μὲν ὧν δεῖ λαβεῖν αὐτούς, τούτοις μὲν ἀπιστοῦσιν, οἷς 292 μέλλουσι τὴν δικαιοσύνην παραδώσειν, ὧν δ' οὐδεπώ- a ποτε διδάσκαλοι γεγόνασι, παρὰ τούτοις τὰ παρὰ τῶν μαθητῶν μεσεγγυοῦνται, πρὸς μὲν τὴν ἀσφάλειαν εὖ βουλευόμενοι, τῷ δ' ἐπαγγέλματι τἀναντία πράττοντες. (6) Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλο τι παιδεύοντας προσήκει διακριβοῦσθαι περὶ τῶν διαφερόντων (οὐδὲν γὰρ κωλύει τοὺς περὶ ἕτερα δεινοὺς γενομένους μὴ χρηστοὺς εἶναι περὶ τὰ συμβόλαια)· τοὺς δὲ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σωφροσύνην b ἐνεργαζομένους πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι μὴ τοῖς μαθηταῖς μάλιστα πιστεύειν; οὐ γὰρ δήπου περὶ τοὺς ἄλλους ὄντες καλοὶ κἀγαθοὶ καὶ δίκαιοι περὶ τούτους ἐξαμαρτήσονται, δι' οὓς τοιοῦτοι γεγόνασιν.

7. Ἐπειδὰν οὖν τῶν ἰδιωτῶν τινες, ἅπαντα ταῦτα συλλογισάμενοι, κατίδωσι τοὺς τὴν σοφίαν διδάσκοντας καὶ τὴν εὐδαιμονίαν παραδιδόντας αὐτούς τε πολλῶν δεομένους καὶ τοὺς μαθητὰς μικρὸν πραττομένους, καὶ τὰς ἐναντιώσεις ἐπὶ μὲν τῶν λόγων τηροῦντας, ἐπὶ δὲ c τῶν ἔργων μὴ καθορῶντας, ἔτι δὲ περὶ μὲν τῶν μελλόντων εἰδέναι προσποιουμένους, (8) περὶ δὲ τῶν παρόντων μηδὲν τῶν δεόντων μήτ' εἰπεῖν μήτε συμβουλεῦσαι δυναμένους, ἀλλὰ μᾶλλον ὁμονοοῦντας καὶ πλείω κατορθοῦντας τοὺς ταῖς δόξαις χρωμένους ἢ τοὺς τὴν ἐπιστήμην ἔχειν ἐπαγγελλομένους, εἰκότως οἶμαι καταφρονοῦσι, καὶ νομίζουσιν ἀδολεσχίαν καὶ μικρολο- d γίαν ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν εἶναι τὰς τοιαύτας διατριβάς.

9. Οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τοὺς πολιτικοὺς λόγους ὑπισχνουμένοις ἄξιον ἐπιτιμῆσαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν φροντίζουσιν, ἡγοῦνται δὲ τοῦτ' εἶναι τὴν τέχνην, ἣν ὡς πλείστους τῇ μικρότητι τῶν μισθῶν καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐπαγγελμάτων προσαγάγωνται καὶ λαβεῖν τι παρ' αὐτῶν δυνηθῶσιν· οὕτω δ' ἀναισθήτως αὐτοί τε διάκεινται καὶ τοὺς ἄλλους e ἔχειν ὑπειλήφασιν, ὥστε χεῖρον γράφοντες τοὺς λόγους ἢ τῶν ἰδιωτῶν τινες αὐτοσχεδιάζουσιν, ὅμως ὑπι-

rit: qui etsi animum eorum non perspectum habuit, nobis tamen ostendere voluit, id ex eorum esse numero, quæ vires humanas superarent. (3) Isti autem tanta sunt audacia, ut persuadere conentur adolescentibus eos, si ipsis magistris utantur, et quid agendum sit scituros et per eam scientiam felicitatis fore compotes. Quum autem tantorum bonorum doctores et dominos se constituerint, pro his ternas aut quaternas minas exigere non erubescunt. (4) At si quid aliarum rerum longe infra justum pretium venderent, ne ipsi quidem se desipere negarent; nunc quum virtutem et felicitatem universam tantillo æstimatam venumdent, tanquam sapientes aliorum præceptores esse volunt, et opibus quidem, quum divitias parvulum auri argentique appellent, indigere se negant, dum appetitione parvi lucelli discipulis tantum non immortalitatem pollicentur. (5) Jam quod omnium maxime ridiculum est, iis diffidunt, a quibus numeranda merces est, quibus se justitiam tradituros promittunt; quorum autem magistri nunquam fuerunt, eos pro discipulis spondere jubent. Qua sane re non male sibi cavent, at eadem pollicitationes suas evertunt. (6) Nam qui aliquid aliud docent, eos de iis rebus, quæ in controversiam venire possint, quam accuratissime sibi providere decet (nihil enim impedit quominus ii qui alterius cujuspiam artis peritiam adepti sunt, pacta et conventa violent); eos autem qui et virtutis et temperantiæ præcepta tradunt, quid absurdius quam non discipulis potissimum fidem adhibere? Nam si erga ceteros se bonos et æquos præbuerint, non utique illis injuriam facient, quorum opera tales evaserunt.

7. Quum igitur indoctorum quidam his omnibus consideratis animadvertunt eos qui sapientiam docent et felicitatem tradunt, ipsos angustia rei familiaris premi et a discipulis exiguam mercedem exigere, et quas in sententiis contradictiones observent, easdem in actionibus ipsis non perspicere, et in affectatione scientiæ futurorum, (8) de iis quæ ante pedes sunt nihil opportuni vel dicere posse vel deliberare, sed eos magis inter se consentire et plura dextre perficere, qui opinionibus ducuntur, quam qui se scientiam habere gloriantur: jure, opinor, istos contemnunt, et nugas esse atque ineptiarum studium, non animi eruditionem existimant ejus generis disputationes.

9. Neque vero hi tantum accusandi sunt, sed etiam civilis disciplinæ magistri: qui quum et ipsi veritatem secure negligant, hoc artis esse putant, si quam plurimos et exiguitate mercedum et magnificentia pollicitationum ad se pellexerint, ut aliquid ab eis capere possint; qui adeo stupidi et ipsi sunt et alios esse censent, ut quum deteriores orationes scribant, quam aliqui indocti ex tempore habeant, tamen se discipulos suos ita velle ad artem oratoriam acuere

σχνοῦνται τοιούτους ῥήτορας τοὺς συνόντας ποιήσειν ὥστε μηδὲν τῶν ἐνόντων ἐν τοῖς πράγμασι παραλιπεῖν. 293 (10) Καὶ ταύτης τῆς δυνάμεως οὐδὲν οὔτε ταῖς ἐμ- a πειρίαις οὔτε τῇ φύσει τῇ τοῦ μαθητοῦ μεταδιδόασιν, ἀλλά φασιν ὁμοίως τὴν τῶν λόγων ἐπιστήμην ὥσπερ τὴν τῶν γραμμάτων παραδώσειν, ὡς μὲν ἔχει τούτων ἑκάτερον, οὐκ ἐξετάσαντες, οἰόμενοι δὲ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἐπαγγελμάτων αὐτοί τε θαυμασθήσεσθαι καὶ τὴν παίδευσιν τὴν τῶν λόγων πλέονος ἀξίαν δόξειν εἶναι, κακῶς εἰδότες ὅτι μεγάλας ποιοῦσι τὰς τέχνας οὐχ οἱ τολμῶντες ἀλαζονεύεσθαι περὶ αὐτῶν, b ἀλλ' οἵτινες ἄν, ὅσον ἔνεστιν ἐν ἑκάστῃ, τοῦτ' ἐξευρεῖν δυνηθῶσιν.

11. Ἐγὼ δὲ πρὸ πολλῶν μὲν ἂν χρημάτων ἐτιμησάμην τηλικοῦτον δύνασθαι τὴν φιλοσοφίαν, ὅσον οὗτοι λέγουσιν (ἴσως γὰρ οὐκ ἂν ἡμεῖς πλεῖστον ἀπελείφθημεν, οὐδ' ἂν ἐλάχιστον μέρος ἀπελαύσαμεν αὐτῆς)· ἐπειδὴ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, βουλοίμην ἂν παύσασθαι τοὺς φλυαροῦντας· ὁρῶ γὰρ οὐ μόνον περὶ τοὺς ἐξαμαρτάνοντας τὰς βλασφημίας γιγνομένας, ἀλλὰ καὶ τοὺς c ἄλλους ἅπαντας συνδιαβαλλομένους τοὺς περὶ τὴν αὐτὴν διατριβὴν ὄντας.

12. Θαυμάζω δ' ὅταν ἴδω τούτους μαθητῶν ἀξιουμένους, οἳ ποιητικοῦ πράγματος τεταγμένην τέχνην παράδειγμα φέροντες λελήθασι σφᾶς αὐτούς. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε πλὴν τούτων ὅτι τὸ μὲν τῶν γραμμάτων ἀκινήτως ἔχει καὶ μένει κατὰ ταὐτόν, ὥστε τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν χρώμενοι διατελοῦμεν, τὸ δὲ τῶν λόγων πᾶν τοὐναντίον πέπονθεν· τὸ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ῥη- d θὲν τῷ λέγοντι μετ' ἐκεῖνον οὐχ ὁμοίως χρήσιμόν ἐστιν, ἀλλ' οὗτος εἶναι δοκεῖ τεχνικώτατος, ὅστις ἂν ἀξίως μὲν λέγῃ τῶν πραγμάτων, μηδὲν δὲ τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις εὑρίσκειν δύνηται. (13) Μέγιστον δὲ σημεῖον τῆς ἀνομοιότητος αὐτῶν· τοὺς μὲν γὰρ λόγους οὐχ οἷόν τε καλῶς ἔχειν, ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρεπόντως καὶ τοῦ καινῶς ἔχειν μετάσχωσιν, τοῖς δὲ γράμμασιν οὐδενὸς τούτων προσεδέησεν. Ὥσθ' οἱ χρώμενοι τοῖς τοιούτοις παραδείγμασι πολὺ ἂν δικαιότερον e ἀποτίνοιεν ἢ λαμβάνοιεν ἀργύριον, ὅτι πολλῆς ἐπιμελείας αὐτοὶ δεόμενοι παιδεύειν τοὺς ἄλλους ἐπιχειροῦσιν.

14. Εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον κατηγορεῖν τῶν ἄλλων, ἀλλὰ 294 καὶ τὴν ἐμαυτοῦ δηλῶσαι διάνοιαν, ἡγοῦμαι πάντας ἂν a μοι τοὺς εὖ φρονοῦντας συνειπεῖν ὅτι πολλοὶ μὲν τῶν φιλοσοφησάντων ἰδιῶται διετέλεσαν ὄντες, ἄλλοι δέ τινες οὐδενὶ πώποτε συγγενόμενοι τῶν σοφιστῶν καὶ λέγειν καὶ πολιτεύεσθαι δεινοὶ γεγόνασιν. Αἱ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ τῶν λόγων καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων ἐν τοῖς εὐφυέσιν ἐγγίγνονται καὶ τοῖς περὶ τὰς ἐμπειρίας γεγυμνασμένοις· (15) ἡ δὲ παίδευσις τοὺς μὲν τοιούτους τεχνικωτέρους καὶ πρὸς τὸ ζητεῖν εὐπορωτέ- b ρους ἐποίησεν (οἷς γὰρ νῦν ἐντυγχάνουσι πλανώμενοι, ταῦτ' ἐξ ἑτοιμοτέρου λαμβάνειν αὐτοὺς ἐδίδαξεν), τοὺς δὲ καταδεεστέραν τὴν φύσιν ἔχοντας ἀγωνιστὰς μὲν

polliceantur, ut nihil quod in rebus insit, prætermissuri sint; (10) nec in ea facultate vel usui rerum vel ingenio discipuli quicquam tribuunt, sed eloquentiæ præcepta perinde ut literarum scientiam se tradituros aiunt: quæ utriusque rei natura sit, non considerantes sed, ob excellentiam promissionum rati tum se in admiratione futuros, tum oratoriæ institutioni pretium accessurum esse; in quo certe falluntur, quum nesciant artibus auctoritatem conciliare, non qui multa insolenter de eis jactare audeant, sed qui id eruere ac proferre possint, quod unaquaque contineatur.

11. Ego vero tantum posse philosophiam, quantum isti jactant, magnis opibus anteferrem. Fortassis enim neque nos postremi essemus, neque fructus ex ea minimos caperemus. Sed quum non ita se res habeat, nugatores istos tandem conticescere velim. Non enim delinquentibus tantum male dici, sed ceteros quoque universos, qui in eodem studiorum genere versantur, una peti video.

12. Illis vero discipulos committi miror, qui non animadvertunt se ejus artis quæ et ordinata est et opere cernitur, afferre exemplum. Quis enim istis exceptis ignorat literas loco moveri non posse, semperque easdem manere? unde iisdem in iisdem quidem verbis perpetuo utimur, quum eloquentiæ sit diversissima ratio. Nam quod ab alio dictum est, dicenti post illum non perinde expedit; sed is peritissimus artis esse creditur, qui pro dignitate rerum dixerit, eaque protulerit, quæ ab aliis ante inventa non fuerint. (13) Maximum autem hujus dissimilitudinis argumentum illud est, quod orationes præclaræ esse non possunt, nisi temporum et decori et novi diligens habita ratio fuerit; literæ autem horum nihil desiderant. Qui igitur hujusmodi exemplis utuntur, eos multo æquius esset dependere quam accipere pecuniam, qui, quum ipsi doctoris opera in primis egerent, alios erudire aggrediantur.

14. Quodsi non tantum alii accusandi sunt, sed mea quoque sententia explicanda est: omnes mihi assensuros arbitror, multos artibus eruditos privatam vitam exegisse; alios nullo unquam præceptore usos et dicendi peritiam et reipublicæ gerendæ scientiam esse assecutos. Nam tum eloquentiæ tum ceterarum rerum omnium facultates et a natura dantur hominibus ingeniosis et usu rerum atque exercitatione comparantur; (15) institutio autem eosdem et acuit et ad investigandum reddit instructiores (nam ea in quæ hactenus velut errantes inciderant, quasi e penu confestim depromere docet): at si qui sunt infirmioribus ingeniis præditi, hos nunquam eo promovebit, ut vel dextre

ἀγαθοὺς ἢ λόγων ποιητὰς οὐκ ἂν ἀποτελέσειεν, αὐτοὺς δ' ἂν αὑτῶν προαγάγοι καὶ πρὸς πολλὰ φρονιμωτέρως διακεῖσθαι ποιήσειεν.

16. Βούλομαι δ', ἐπειδή περ εἰς τοῦτο προῆλθον, ἔτι σαφέστερον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. Φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν c μὲν ἰδεῶν, ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας καὶ λέγομεν καὶ συντίθεμεν, λαβεῖν τὴν ἐπιστήμην οὐκ εἶναι τῶν πάνυ χαλεπῶν, ἤν τις αὑτὸν παραδῷ μὴ τοῖς ῥᾳδίως ὑπισχνουμένοις, ἀλλὰ τοῖς εἰδόσι τι περὶ αὐτῶν· τὸ δὲ τούτων ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἃς δεῖ προελέσθαι καὶ μῖξαι πρὸς ἀλλήλας καὶ τάξαι κατὰ τρόπον, ἔτι δὲ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικῖλαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν d εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, (17) ταῦτα δὲ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι καὶ ψυχῆς ἀνδρικῆς καὶ δοξαστικῆς ἔργον εἶναι, καὶ δεῖν τὸν μὲν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν οἵαν χρὴ τὰ μὲν εἴδη τὰ τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι, τὸν δὲ διδάσκαλον τὰ μὲν οὕτως ἀκριβῶς οἷόν τ' εἶναι διελθεῖν ὥστε μηδὲν τῶν διδακτῶν παραλιπεῖν, περὶ δὲ τῶν e λοιπῶν τοιοῦτον αὑτὸν παράδειγμα παρασχεῖν, (18) ὥστε τοὺς ἐκτυπωθέντας καὶ μιμήσασθαι δυναμένους εὐθὺς ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον τῶν ἄλλων φαίνεσθαι λέγοντας. Καὶ τούτων μὲν ἁπάντων συμπεσόντων τε-
295 λείως ἕξουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες· καθ' ὃ δ' ἂν ἐλλειφθῇ a τι τῶν εἰρημένων, ἀνάγκη ταύτῃ χεῖρον διακεῖσθαι τοὺς πλησιάζοντας.

19. Οἱ μὲν οὖν ἄρτι τῶν σοφιστῶν ἀναφυόμενοι καὶ νεωστὶ προσπεπτωκότες ταῖς ἀλαζονείαις, εἰ καὶ νῦν πλεονάζουσιν, εὖ οἶδ' ὅτι πάντες ἐπὶ ταύτην κατενεχθήσονται τὴν ὑπόθεσιν. Λοιποὶ δ' ἡμῖν εἰσιν οἱ πρὸ ἡμῶν γενόμενοι καὶ τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντες, οὓς οὐκ ἀφετέον ἀνεπιτιμήτους· οἵτινες ὑπέσχοντο δικάζεσθαι διδάξειν, ἐκλεξάμενοι τὸ δυσχε- b ρέστατον τῶν ὀνομάτων, ὃ τῶν φθονούντων ἔργον ἦν λέγειν, ἀλλ' οὐ τῶν προεστώτων τῆς τοιαύτης παιδεύσεως, (20) καὶ ταῦτα τοῦ πράγματος, καθ' ὅσον ἐστὶ διδακτόν, οὐδὲν μᾶλλον πρὸς τοὺς δικανικοὺς λόγους ἢ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὠφελεῖν δυναμένου. Τοσούτῳ δὲ χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἔριδας καλινδουμένων, ὅσον οὗτοι μὲν τοιαῦτα λογίδια διεξιόντες, οἷς εἴ τις ἐπὶ τῶν πράξεων ἐμμείνειεν, εὐθὺς ἂν ἐν πᾶσιν εἴη κα- c κοῖς, ὅμως ἀρετὴν ἐπηγγείλαντο καὶ σωφροσύνην περὶ αὐτῶν, ἐκεῖνοι δ' ἐπὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους παρακαλοῦντες, ἀμελήσαντες τῶν ἄλλων τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, πολυπραγμοσύνης καὶ πλεονεξίας ὑπέστησαν εἶναι διδάσκαλοι. (21) Καίτοι τοὺς βουλομένους πειθαρχεῖν τοῖς ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας ταύτης προσταττομένοις πολὺ ἂν θᾶττον πρὸς ἐπιείκειαν ἢ πρὸς ῥητορείαν ὠφελήσειεν. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν ὡς ἔστι d δικαιοσύνη διδακτόν· ὅλως μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἡγοῦμαι τοιαύτην εἶναι τέχνην, ἥτις τοῖς κακῶς πεφυκόσι πρὸς ἀρετὴν σωφροσύνην ἂν καὶ δικαιοσύνην ἐμποιήσειεν· οὐ μὴν ἀλλὰ συμπαρακελεύσασθαί γε καὶ συνα-

in rebus gerendis versentur vel elegantes orationes scribant; id quidem fortasse assequentur, ut ipsi sese quodammodo vincant et multis in rebus prudentiores fiant.

16. Libet autem, postquam huc provectus sum, dilucidius hæc exponere. Dico igitur genera illa præceptionum, ad quarum normam orationes omnes et dicimus et componimus, si quis magistrum non facile pollicentem, sed artis peritum invenerit, cognitu non esse perdifficilia. In singulis autem rebus, quæ prius deligendæ et inter se miscendæ et ordine disponendæ sunt, neque a decoro aberrare, sed et argumentis totam orationem decenter variare et verba ita collocare, ut numerosa sint et musicum quendam concentum efficiant, (17) hæc demum curam ingentem postulant et animum generosum atque sagacem requirunt; et necesse est discipulum, præterquam quod ab ingenio non destituatur, etiam genera causarum nosse et in illarum usu exerceri; magistrum vero et explicare præcepta omnia, quam accuratissime fieri potest, oportet, ita ut nihil quod doceri possit, prætermittat, et discipulis tale exemplum rerum ceterarum se præbere, (18) ut qui id expresserint imitarique potuerint, statim ornatius et elegantius quam alii dicere videantur. Quæ omnia si conjuncta fuerint, tum demum studiosi perfectum aliquid habituri sunt: sin quicquam ex his quæ diximus desiderabitur, necesse erit ab ea parte discipulos minus paratos esse.

19. Equidem scio sophistas istos modo subortos et istam arrogantiam recens amplexos, etsi magna est eorum multitudo, omnes tamen ad hoc argumentum esse referendos. Restant ii qui ante nostram ætatem artes, quas vocant, scribere ausi non sine reprehensione dimittendi sunt. Promiserunt enim se docturos, quomodo in judicio contendendum sit, odiosissimo vocabulo delecto; id quod invidos eorum potius, quam hujus doctrinæ principes facere decuit, (20) præsertim quum ea quæ doctrina comprehendi possunt in illa re, nihilo plus ad forenses controversias quam ad cetera genera orationum conferre queant. Tanto autem sunt deteriores iis qui in contentionibus volutantur, quod hi, quum tales oratiunculas recitent, quibus si quis in rebus gerendis insisteret, statim in omnibus esset malis futurus, tamen virtutem et temperantiam iis contineri profitentur; illi autem quum ad gerendæ reipublicæ doctrinam percipiendam adhortentur, neglectis aliis quæ in ea re insunt commoditatibus, curiositatis et avaritiæ se doctores nominare non dubitant. (21) Atqui ii qui doctrinæ istius præceptis obtemperarent, facilius fortassis ad æquitatem quam ad eloquentiam acuerentur. Neque me quisquam in ea opinione esse putet, quasi justitiam posse doceri sentiam: nullam enim prorsus talem artem esse puto, quæ ingeniis ad virtutem non appositis temperantiam et justitiam inserat; sed tamen aptissimam esse puto eloquen-

σκῆσαι μάλιστ' ἂν οἶμαι τὴν τῶν λόγων τῶν πολιτικῶν ἐπιμέλειαν.

22. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ τὰς μὲν τῶν ἄλλων ὑποσχέσεις διαλύειν, αὐτὸς δὲ μείζω λέγειν τῶν ἐνόντων, ἐξ ὧνπερ e αὐτὸς ἐπείσθην οὕτω ταῦτ' ἔχειν, ῥᾳδίως οἶμαι καὶ τοῖς ἄλλοις φανερὸν καταστήσειν.

14.

ΠΛΑΤΑΙΚΟΣ.

296 Εἰδότες ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις προθύμως βοηθεῖν εἰθισμένους καὶ τοῖς εὐεργέταις
297 μεγίστην χάριν ἀποδιδόντας, ἥκομεν ἱκετεύσοντες μὴ a περιιδεῖν ἡμᾶς εἰρήνης οὔσης ἀναστάτους ὑπὸ Θηβαίων γεγενημένους. Πολλῶν δ' ἤδη πρὸς ὑμᾶς καταφυγόντων καὶ διαπραξαμένων ἅπανθ' ὅσων ἐδεήθησαν, ἡγούμεθα μάλισθ' ὑμῖν προσήκειν περὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως ποιήσασθαι πρόνοιαν· (2) οὔτε γὰρ ἂν ἀδικώτερον οὐδένας ἡμῶν εὕροιτε τηλικαύταις συμφοραῖς περιπεπτωκότας, οὔτ' ἐκ πλείονος χρόνου πρὸς τὴν ὑμετέραν πόλιν οἰκειό- b τερον διακειμένους. Ἔτι δὲ τοιούτων δεησόμενοι πάρεσμεν, ἐν οἷς κίνδυνος μὲν οὐδεὶς ἔνεστιν, ἅπαντες δ' ἄνθρωποι νομιοῦσιν ὑμᾶς πειθομένους ὁσιωτάτους καὶ δικαιοτάτους εἶναι τῶν Ἑλλήνων.

3. Εἰ μὲν οὖν μὴ Θηβαίους ἑωρῶμεν ἐκ παντὸς τρόπου παρεσκευασμένους πείθειν ὑμᾶς ὡς οὐδὲν εἰς ἡμᾶς ἐξημαρτήκασι, διὰ βραχέων ἂν ἐποιησάμεθα τοὺς λόγους· ἐπειδὴ δ' εἰς τοῦθ' ἥκομεν ἀτυχίας, ὥστε μὴ c μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν ἀγῶνα πρὸς τούτους, ἀλλὰ καὶ τῶν ῥητόρων πρὸς τοὺς δυνατωτάτους, οὓς ἀπὸ τῶν ἡμετέρων αὐτοῖς οὗτοι παρεσκευάσαντο συνηγόρους, ἀναγκαῖον διὰ μακροτέρων δηλῶσαι περὶ αὐτῶν.

4. Χαλεπὸν μὲν οὖν μηδὲν καταδεέστερον εἰπεῖν ὧν πεπόνθαμεν· ποῖος γὰρ ἂν λόγος ἐξισωθείη ταῖς ἡμετέραις δυσπραξίαις, ἢ τίς ἂν ῥήτωρ ἱκανὸς γένοιτο κατηγορῆσαι τῶν Θηβαίοις εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένων; ὅμως δὲ πειρατέον οὕτως ὅπως ἂν δυνώμεθα φανερὰν καταστῆσαι τὴν τούτων παρανομίαν. (5) Πολὺ δὲ d μάλιστ' ἀγανακτοῦμεν, ὅτι τοσούτου δέομεν τῶν ἴσων ἀξιοῦσθαι τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὥστ' εἰρήνης οὔσης καὶ συνθηκῶν γεγενημένων οὐχ ὅπως τῆς κοινῆς ἐλευθερίας μετέχομεν, ἀλλ' οὐδὲ δουλείας μετρίας τυχεῖν ἠξιώθημεν.

6. Δεόμεθ' οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων,- ἐνθυμηθέντας ὅτι πάντων ἂν ἡμῖν ἀλογώτατον εἴη συμβεβηκός, εἰ τοῖς μὲν ἅπαντα τὸν χρόνον δυσμενῶς πρὸς τὴν πόλιν ὑμῶν e διακειμένοις αἴτιοι γεγένησθε τῆς ἐλευθερίας, ἡμεῖς δὲ μηδ' ἱκετεύοντες ὑμᾶς τῶν αὐτῶν τοῖς ἐχθίστοις τύχοιμεν.

298 7. Περὶ μὲν οὖν τῶν γεγενημένων οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ a μακρολογεῖν· τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ τὴν χώραν ἡμῶν κατανενέμηνται καὶ τὴν πόλιν κατεσκάφασιν; ἃ δὲ λέγοντες ἐλπίζουσιν ἐξαπατήσειν ὑμᾶς, περὶ τούτων πειρασόμεθα διδάσκειν.

tiæ civilis disciplinam ad præparationem quandam et exercitationem virtutis.

22. Ne vero et aliorum pollicitationes criminari et ipse rem supra modum exaggerare videar, facile aliis quoque, quibus argumentis in hanc sententiam adductus sim, planum me facturum confido. [*Multa desunt.*]

14.

PLATAICUS.

Quum sciamus, Athenienses, vos et affectis injuria libenter opitulari solitos et pro acceptis beneficiis cumulate referre gratiam, venimus supplicaturi, ne nos tempore pacis patrio solo a Thebanis pulsos negligatis. Nam quum jam multi ad vestram fidem confugerint et omnia quæ petierant adepti sint; curam urbis nostræ vobis inprimis putamus suscipiendam. (2) Nec enim ullos qui vel injustius quam nos tantis calamitatibus sint oppressi, vel qui vestram urbem diutius et fidelius coluerint, invenietis. Ea præterea petituri sumus, quæ ut periculi prorsus nihil habent, ita si a vobis impetraverimus, omnes vos sanctissimos et justissimos Græcorum judicabunt.

3. Quodsi Thebanos omnino ita esse paratos non videremus, ut vobis persuadere studerent se nulla nos affecisse injuria, nostram orationem paucis absolveremus: quum autem ea nostra sit infelicitas, ut non cum istis tantum nobis conflictandum sit, sed etiam cum eloquentissimis oratoribus quos nostris bonis conciliatos suæ caussæ patronos adhibuerunt; necessitas postulat ut rem prolixius explicemus.

4. Difficile quidem est non minora dicere quam perpessi sumus. Nam quæ oratio nostris malis æquari queat? aut quis orator Thebanorum in nos crudelitatem satis acriter accuset? Opera tamen danda est ut, sicut possumus, istorum iniquitatem et violentiam patefaciamus. (5) Illud autem maxime indignamur, quod tantum abest ut æqua conditione simus ac ceteri Græci, ut pace constituta fœderibusque sancitis non modo communis libertatis expertes simus, verum ne moderatam quidem servitutem potuerimus impetrare.

6. Oramus igitur, Athenienses, ut cum benevolentia nos audiatis, cogitantes nihil accidere nobis posse, quod cum omni ratione tantopere pugnet, quam quum iis, qui urbis vestræ perpetui inimici fuerint, libertatem restitueritis, nos ne supplicantes quidem eadem quæ inimicissimis data sunt, posse adipisci.

7. Atque expositioni rerum actarum longius immorari non video quorsum attineat: quis enim ignorat eos et agrum nostrum divisisse et urbem evertisse? De iis autem vos præmonendos esse ducimus, per quæ se vobis fucum facturos putant.

8. Ἐνίοτε γὰρ ἐπιχειροῦσι λέγειν ὡς διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς οὕτω προσηνέχθησαν, ὅτι συντελεῖν αὐτοῖς οὐκ ἠθέλομεν. Ὑμεῖς δ' ἐνθυμεῖσθε πρῶτον μὲν εἰ δίκαιόν b ἐστιν ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων οὕτως ἀνόμους καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας, ἔπειτ' εἰ προσήκειν ὑμῖν δοκεῖ μὴ πεισθεῖσαν τὴν Πλαταιέων πόλιν ἀλλὰ βιασθεῖσαν Θηβαίοις συντελεῖν. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδένας ἡγοῦμαι τολμηροτέρους εἶναι τούτων, οἵτινες τὰς μὲν ἰδίας ἡμῶν ἑκάστων πόλεις ἀφανίζουσι, τῆς δὲ σφετέρας αὐτῶν πολιτείας οὐδὲν δεομένους κοινωνεῖν ἀναγκάζουσι. (9) Πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ὁμολογούμενα φαίνονται διαπραττόμενοι πρός τε τοὺς ἄλλους καὶ πρὸς c ἡμᾶς. Ἐχρῆν γὰρ αὐτούς, ἐπειδὴ πείθειν ἡμῶν τὴν πόλιν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν, ὥσπερ τοὺς Θεσπιεῖς καὶ τοὺς Ταναγραίους, συντελεῖν μόνον εἰς τὰς Θήβας ἀναγκάζειν· οὐδὲν γὰρ ἂν τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἦμεν πεπονθότες. Νῦν δὲ φανεροὶ γεγόνασιν οὐ τοῦτο διαπράξασθαι βουληθέντες, ἀλλὰ τῆς χώρας ἡμῶν ἐπιθυμήσαντες. (10) Θαυμάζω δὲ πρὸς τί τῶν γεγενημένων d ἀναφέροντες καὶ πῶς ποτε τὸ δίκαιον κρίνοντες ταῦτα φήσουσι προστάττειν ἡμῖν. Εἰ μὲν γὰρ τὰ πάτρια σκοποῦσιν, οὐ τῶν ἄλλων αὐτοῖς ἀρκτέον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον Ὀρχομενίοις φόρον οἰστέον· οὕτω γὰρ εἶχε τὸ παλαιόν· εἰ δὲ τὰς συνθήκας ἀξιοῦσιν εἶναι κυρίας, ὅπερ ἐστὶ δίκαιον, πῶς οὐχ ὁμολογήσουσιν ἀδικεῖν καὶ παραβαίνειν αὐτάς; ὁμοίως γὰρ τάς τε μικρὰς τῶν πόλεων καὶ τὰς μεγάλας αὐτονόμους κελεύουσιν εἶναι.

11. Οἶμαι δὲ περὶ μὲν τούτων οὐ τολμήσειν αὐτοὺς e ἀναισχυντεῖν, ἐπ' ἐκεῖνον δὲ τρέψεσθαι τὸν λόγον, ὡς μετὰ Λακεδαιμονίων ἐπολεμοῦμεν, καὶ πάσῃ τῇ συμμαχίᾳ διαφθείραντες ἡμᾶς τὰ συμφέροντα πεποιήκασιν. (12) Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν χρῆναι μηδεμίαν μήτ' αἰ- 299 τίαν μήτε κατηγορίαν μεῖζον δύνασθαι τῶν ὅρκων καὶ a τῶν συνθηκῶν· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ δεῖ τινας κακῶς παθεῖν διὰ τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν, οὐκ ἂν Πλαταιεῖς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων προυκρίθησαν δικαίως· οὐ γὰρ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναγκασθέντες αὐτοῖς ἐδουλεύομεν. (13) Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν εἰς τοῦθ' ἡμᾶς ἀνοίας ἐλθεῖν, ὥστε περὶ πλείονος ποιήσασθαι τοὺς ἐξανδραποδισαμένους ἡμῶν τὴν πατρίδα μᾶλλον ἢ τοὺς τῆς πόλεως τῆς αὑτῶν μεταδόντας; Ἀλλὰ γάρ, οἶμαι, χαλεπὸν ἦν b νεωτερίζειν αὐτοὺς μὲν μικρὰν πόλιν οἰκοῦντας, ἐκείνων δ' οὕτω μεγάλην δύναμιν κεκτημένων, ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἁρμοστοῦ καθεστῶτος καὶ φρουρᾶς ἐνούσης καὶ τηλικούτου στρατεύματος ὄντος Θεσπιᾶσιν, (14) ὑφ' ὧν οὐ μόνον ἂν θᾶττον ἢ ὑπὸ Θηβαίων διεφθάρημεν, ἀλλὰ καὶ δικαιότερον· τούτους μὲν γὰρ εἰρήνης οὔσης οὐ προσῆκε μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γεγενημένων, ἐκεῖνοι δ' ἐν τῷ πολέμῳ προδοθέντες εἰκότως ἂν παρ' c ἡμῶν τὴν μεγίστην δίκην ἐλάμβανον. (15) Ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τοῖς μὲν σώμασι μετ' ἐκείνων ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δ' εὐνοίαις μεθ' ὑμῶν ἦσαν. Οὓς τίνα χρὴ

8. Interdum enim dicere instituunt nos propterea sic tractatos esse, quod in eorum concilio esse noluerimus. Vos autem cogitate primum, æquumne sit ob tanta scilicet crimina tam iniquas et acerbas exigere pœnas; deinde an vobis decere videatur Platæensium urbi vim potius fuisse afferendam quam persuadendum, ut cum Thebanis se conjungeret. Equidem nihil istis esse audacius existimo, qui et nostras urbes evertant, et ad suæ reipublicæ communitatem adigant, qua non opus est nobis. (9) Præterea in nos aliter grassantur quam in alios. Quum enim persuadere nostræ urbi non possent, nos, quemadmodum Thespienses et Tanagræos, subigere tantum sub Thebanam jurisdictionem debebant : sic enim intolerabilibus malis oppressi non essemus. Nunc non id eis fuisse propositum, sed agri nostri occupationem, satis apparet. (10) Miror equidem quod vetus exemplum intuentes aut qua juris regula utentes hæc dicturi sint se a nobis postulare. Nam si, quod apud majores in usu fuit, considerant, non aliis imperare, sed Orchomeniis pendere tributum debent; ita enim se res olim habuit. Sin fœdera esse rata volunt, sicut æquum est, negare qui poterunt se per injuriam ea violare? quæ parvas civitates non minus quam magnas suis uti legibus jubeant.

11. Arbitror autem eos non fore tam impudentes, ut hæc negare audeant, sed illam causam arrepturos, nos Lacedæmoniis in bello fuisse conjunctos, se igitur nostro excidio societatis universæ commodis consuluisse. (12) Ego vero æquum esse censeo, ne ullum crimen, ulla excusatio plus valeat fœdere et jurejurando. Verumtamen si qui ob Lacedæmoniorum societatem plectendi sunt, non æquum fuerit Platæenses potissimum ex universis Græcis deligi: nec enim voluntate nostra illis, sed coacti servivimus. (13) Quis vero credat tanta nos fuisse amentia, ut eos qui patriam nostram everterant, iis præferremus, qui sua civitate nos donarant? Enimvero difficile erat, opinor, novis rebus studere, quum et nos pàrvum oppidum haberemus, et tanta esset illorum potentia, atque etiam Harmostes ei cum præsidio præpositus esset, et Thespiis tantus exercitus castra haberet, (14) qui nos non modo citius quam Thebani, sed justius etiam perdidisset. Hos enim non decuit pace constituta veteres offensas ulcisci; illi in bello deserti jure nos maximo supplicio affecissent. (15) Neque illud ignorare nos arbitror, multos etiam ex aliis Græcis coactos esse corporibus illos sequi, animis et benevolentia vobiscum conjunctos fuisse: quibus quid animi fore censendum est, quum au-

προσδοκᾶν γνώμην ἕξειν, ἣν ἀκούσωσιν ὅτι Θηβαῖοι
τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων πεπείκασιν ὡς οὐδενός ἐστι
φειστέον τῶν ὑπὸ Λακεδαιμονίοις γενομένων; (16) ὁ
γὰρ τούτων λόγος οὐδὲν ἀλλ' ἢ τοῦτο φανήσεται δυνά- d
μενος· οὐ γὰρ ἰδίαν κατηγορίαν ποιούμενοι κατὰ τῆς
πόλεως τῆς ἡμετέρας ἀπολωλέκασιν αὐτήν, ἀλλ' ἣν
ὁμοίως καὶ κατ' ἐκείνων ἕξουσιν εἰπεῖν. Ὑπὲρ ὧν
βουλεύεσθαι χρή, καὶ σκοπεῖν ὅπως μὴ τοὺς πρότερον
μισοῦντας τὴν ἀρχὴν τὴν Λακεδαιμονίων ἡ τούτων
ὕβρις διαλλάξει καὶ ποιήσει τὴν ἐκείνων συμμαχίαν
αὑτῶν νομίζειν εἶναι σωτηρίαν.

17. Ἐνθυμεῖσθε δ' ὅτι τὸν πόλεμον ἀνείλεσθε τὸν
ὑπογυιότατον οὐχ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας οὐδ' ὑπὲρ τῆς e
τῶν συμμάχων ἐλευθερίας (ἅπασι γὰρ ὑπῆρχεν ὑμῖν),
ἀλλ' ὑπὲρ τῶν παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας
τῆς αὐτονομίας ἀποστερουμένων. Ὃ δὴ καὶ πάντων
σχετλιώτατον, εἰ τὰς πόλεις ἃς οὐχ ᾤεσθε δεῖν Λακε-
300 δαιμονίοις δουλεύειν, ταύτας περιόψεσθε νῦν ὑπὸ Θη- a
βαίων ἀπολλυμένας, οἳ τοσούτου δέουσι μιμεῖσθαι τὴν
πρᾳότητα τὴν ὑμετέραν, (18) ὥσθ' ὃ δοκεῖ πάντων δει-
νότατον εἶναι, δοριαλώτους γενέσθαι, τοῦτο κρεῖττον
ἦν ἡμῖν παθεῖν ὑπὸ ταύτης τῆς πόλεως ἢ τούτων τυ-
χεῖν ὁμόρους ὄντας· οἱ μὲν γὰρ ὑφ' ὑμῶν κατὰ κράτος
ἁλόντες εὐθὺς μὲν ἁρμοστοῦ καὶ δουλείας ἀπηλλάγησαν,
νῦν δὲ τοῦ συνεδρίου καὶ τῆς ἐλευθερίας μετέχουσιν· οἱ
δὲ τούτων πλησίον οἰκοῦντες οἱ μὲν οὐδὲν ἧττον τῶν ἀρ- b
γυρωνήτων δουλεύουσι, τοὺς δ' οὐ πρότερον παύσονται
πρὶν ἂν οὕτως ὥσπερ ἡμᾶς διαθῶσιν. (19) Καὶ Λακε-
δαιμονίων μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τὴν Καδμείαν κατέλα-
βον καὶ φρουρὰς εἰς τὰς πόλεις καθίστασαν, αὐτοὶ δ'
οὐ φύλακας εἰσπέμποντες, ἀλλὰ τῶν μὲν τὰ τείχη κα-
τασκάπτοντες, τοὺς δ' ἄρδην ἀπολλύοντες οὐδὲν οἴονται
δεινὸν ποιεῖν, ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἀναισχυντίας ἐληλύθασιν, c
ὥστε τῆς μὲν αὑτῶν σωτηρίας τοὺς συμμάχους ἅπαν-
τας ἀξιοῦσιν ἐπιμελεῖσθαι, τῆς δὲ τῶν ἄλλων δουλείας
αὑτοὺς κυρίους καθιστᾶσι. (20) Καίτοι τίς οὐκ ἂν μι-
σήσειε τὴν τούτων πλεονεξίαν, οἳ τῶν μὲν ἀσθενεστέ-
ρων ἄρχειν ζητοῦσι, τοῖς δὲ κρείττοσιν ἴσον ἔχειν οἴον-
ται δεῖν, καὶ τῇ μὲν ὑμετέρᾳ πόλει τῆς γῆς ὑπ' Ὠρω-
πίων δεδομένης φθονοῦσιν, αὐτοὶ δὲ βίᾳ τὴν ἀλλοτρίαν
χώραν κατανέμονται;

21. Καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς λέγουσιν ὡς ὑπὲρ d
τοῦ κοινοῦ τῶν συμμάχων ταῦτ' ἔπραξαν. Καίτοι
χρῆν αὐτούς, ὄντος ἐνθάδε συνεδρίου καὶ τῆς ὑμετέρας
πόλεως ἄμεινον βουλεύεσθαι δυναμένης ἢ τῆς Θηβαίων,
οὐχ ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων ἥκειν ἀπολογησομένους,
ἀλλὰ πρὶν ποιῆσαί τι τούτων ἐλθεῖν ὡς ὑμᾶς βουλευ-
σομένους. (22) Νῦν δὲ τὰς μὲν οὐσίας τὰς ἡμετέρας
ἰδίᾳ διηρπάκασι, τῆς δὲ διαβολῆς ἅπασι τοῖς συμμά-
χοις ἥκουσι μεταδώσοντες. Ἣν ὑμεῖς, ἢν σωφρο- e
νῆτε, φυλάξεσθε· πολὺ γὰρ κάλλιον τούτους ἀναγκά-
σαι μιμήσασθαι τὴν ὁσιότητα τὴν ὑμετέραν, ἢ τῆς
τούτων παρανομίας αὐτοὺς πεισθῆναι μετασχεῖν, οἳ
μηδὲν τῶν αὐτῶν τοῖς ἄλλοις γιγνώσκουσιν. (23) Οἴ-

dierint Thebanos Atheniensi populo persuasisse, nemini esse parcendum, qui subactus a Lacedæmoniis fuerit? (16) non enim alio, quam huc istorum spectare videtur oratio. Nec enim ob crimen aliquod peculiare nostram urbem everterunt, sed idem hoc illis etiam objicere poterunt. Quare cogitandum est et providendum, ne istorum insolentia multos, qui prius Lacedæmoniorum imperium oderunt, reconciliet, atque efficiat ut suam salutem in illorum societate positam arbitrentur.

17. Recordamini porro vos proximum suscepisse bellum non propter vestram aut sociorum libertatem (omnes enim eam habebatis) sed eorum causa, quibus contra jusjurandum et fœdus libertas erepta erat. Acerbissimum igitur fuerit, si eas urbes, quas Lacedæmoniis servire iniquum putastis, nunc a Thebanis everti patiemini, qui vestram clementiam adeo non imitantur, (18) ut, quod omnium miserrimum habetur, bello capi, illud ipsum ab hac urbe nos perpessos esse præstitisset, quam istos vicinos habuisse. Nam quorum vos urbes vi expugnastis, hi statim præfecto Laconico et servitute a se repulsa, nunc concilii par jus et libertatem receperunt; qui autem prope istos habitant, hi partim nihilo minus quam ære empta mancipia serviunt, partim isti prius non desinent quam eos in eandem conditionem quam nos redegerint. (19) Ac Lacedæmonios quidem accusant ob Cadmeam occupatam et præsidia urbibus imposita; ipsi autem se nihil grave committere putant, qui non præsidia imponunt, sed aliorum mœnia subruunt, alios funditus perdunt, tantaque sunt impudentia, ut suæ salutis curam haberi ab omnibus sociis postulent, quum alios servitute opprimendi potestatem sibi arrogent. (20) Quis igitur non oderit cupiditatem istorum, qui et dominari student imbecillioribus et cum potentioribus æquum jus affectant, et vestræ quidem urbi agrum ab Oropiis datum invident, ipsi autem alienum vi partiuntur?

21. Neque hac improbitate contenti se propter communem sociorum utilitatem hæc egisse dictitant. Quum autem hic concilium sit et vestra urbs prudentius quam Thebana deliberare possit, eos non huc venire ad purganda sua facta, sed priusquam hujusmodi quicquam agerent, ad vos consilii capiendi causa profectos esse decuit. (22) Verum nunc, ubi nostras opes ipsi privatim diripuerunt, adveniunt, crimen cum omnibus sociis communicaturi : quod vos, si sapitis, non admittetis. Multo enim honestius est eos ad vestram sanctitatem imitandam cogi, quam persuaderi vobis, ut participes sitis injuriarum quas illi faciunt, qui nihil decernunt, quod cum judiciis aliorum consentiat. (23) Inter omnes enim constare arbitror, prudentium homi-

301 μαι γὰρ ἅπασι φανερὸν εἶναι διότι προσήκει τοὺς εὖ a φρονοῦντας ἐν μὲν τῷ πολέμῳ σκοπεῖν ὅπως ἐκ παντὸς τρόπου πλέον ἕξουσι τῶν ἐχθρῶν, ἐπειδὰν δ' εἰρήνη γένηται, μηδὲν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν. (24) Οὗτοι δὲ τότε μὲν ἐν ἁπάσαις ταῖς πρεσβείαις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας ἐποιοῦντο τοὺς λόγους· ἐπειδὴ δὲ νομίζουσιν αὑτοῖς ἄδειαν γεγενῆσθαι, πάντων τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες ὑπὲρ τῶν ἰδίων κερδῶν καὶ τῆς αὑτῶν βίας λέ- b γειν τολμῶσι, (25) καὶ φασὶ τὸ Θηβαίους ἔχειν τὴν ἡμετέραν, τοῦτο συμφέρον εἶναι τοῖς συμμάχοις, κακῶς εἰδότες ὡς οὐδὲν τοῖς παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτοῦσιν οὐδὲ πώποτε συνήνεγκεν, ἀλλὰ πολλοὶ δὴ τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσαντες περὶ τῆς αὑτῶν δικαίως εἰς τοὺς μεγίστους κινδύνους κατέστησαν.

26. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἕξουσι λέγειν, ὡς αὐτοὶ μὲν μεθ' ὧν ἂν γένωνται πιστοὶ διατελοῦσιν ὄντες, c ἡμᾶς δ' ἄξιον φοβεῖσθαι, μὴ κομισάμενοι τὴν χώραν πρὸς Λακεδαιμονίους ἀποστῶμεν· εὑρήσετε γὰρ ἡμᾶς μὲν δὶς ἐκπεπολιορκημένους ὑπὲρ τῆς φιλίας τῆς ὑμετέρας, τούτους δὲ πολλάκις εἰς ταύτην τὴν πόλιν ἐξημαρτηκότας. (27) Καὶ τὰς μὲν παλαιὰς προδοσίας πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν· γενομένου δὲ τοῦ Κορινθιακοῦ πολέμου διὰ τὴν ὕβριν τὴν τούτων, καὶ Λακεδαιμονίων μὲν ἐπ' αὐτοὺς στρατευσάντων, δι' ὑμᾶς δὲ σωθέντες, οὐχ ὅπως τούτων χάριν ἀπέδοσαν, ἀλλ' d ἐπειδὴ διελύσασθε τὸν πόλεμον, ἀπολιπόντες ὑμᾶς εἰς τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν εἰσῆλθον. (28) Καὶ Χῖοι μὲν καὶ Μυτιληναῖοι καὶ Βυζάντιοι συμπαρέμειναν, οὗτοι δὲ τηλικαύτην πόλιν οἰκοῦντες οὐδὲ κοινοὺς σφᾶς αὐτοὺς παρασχεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' εἰς τοῦτ' ἀνανδρίας καὶ πονηρίας ἦλθον, ὥστ' ὤμοσαν ἦ μὴν ἀκολουθήσειν μετ' ἐκείνων ἐφ' ὑμᾶς τοὺς διασώσαντας e τὴν πόλιν αὐτῶν· ὑπὲρ ὧν δόντες τοῖς θεοῖς δίκην τῆς Καδμείας καταληφθείσης ἠναγκάσθησαν ἐνθάδε καταφυγεῖν· ὅθεν καὶ μάλιστ' ἐπεδείξαντο τὴν αὑτῶν ἀπιστίαν· (29) σωθέντες γὰρ πάλιν διὰ τῆς ὑμετέρας δυνάμεως καὶ κατελθόντες εἰς τὴν αὑτῶν οὐδένα χρόνον
302 ἐνέμειναν, ἀλλ' εὐθὺς εἰς Λακεδαίμονα πρέσβεις ἀπέ- a στελλον, ἕτοιμοι δουλεύειν ὄντες καὶ μηδὲν κινεῖν τῶν πρότερον πρὸς αὐτοὺς ὡμολογημένων. Καὶ τί δεῖ μακρολογεῖν; εἰ γὰρ μὴ προσέταττον ἐκεῖνοι τούς τε φεύγοντας καταδέχεσθαι καὶ τοὺς αὐτόχειρας ἐξείργειν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν αὐτοὺς μετὰ τῶν ἠδικηκότων ἐφ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας στρατεύεσθαι.

30. Καὶ τοιοῦτοι μὲν νεωστὶ περὶ τὴν πόλιν τήνδε γεγενημένοι, τὸ δὲ παλαιὸν ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος προ- b δόται καταστάντες, αὐτοὶ μὲν ὑπὲρ οὕτως ἑκουσίων καὶ μεγάλων ἀδικημάτων συγγνώμης τυχεῖν ἠξιώθησαν, ἡμῖν δ' ὑπὲρ ὧν ἠναγκάσθημεν οὐδεμίαν ἔχειν οἴονται δεῖν συγγνώμην, ἀλλὰ τολμῶσιν ὄντες Θηβαῖοι λακωνισμὸν ἑτέροις ὀνειδίζειν, οὓς πάντες ἴσμεν πλεῖστον χρόνον Λακεδαιμονίοις δεδουλευκότας καὶ προθυμότερον ὑπὲρ τῆς ἐκείνων ἀρχῆς ἢ τῆς αὑτῶν σωτηρίας πεπολε-

num esse munus dare operam ut et in bello quovis modo sint hostibus superiores, et pace constituta, nihil pluris faciant fœderibus et jurejurando. (24) Isti autem tum in omnibus legationibus nihil nisi libertatem, nisi leges singulis usitatas jactabant; postquam vero impunitatem sibi datam esse censent, neglectis ceteris omnibus privata compendia et violentiam suam defendere audent, (25) ac dicere, quod Thebani nostras fortunas occuparint, id vero esse e republica sociorum, suo malo ignorantes nihil unquam injusta lucra cuiquam profuisse; sed multos qui aliena per injuriam appetiverunt, de suis in maxima pericula jure devenisse.

26. Jam ne illud quidem dicere poterunt, se fidem constanter servare iis, cum quibus se conjunxerint; metuendum autem esse, ne recuperata patria nos ad Lacedæmonios deficiamus. Nostrum enim oppidum bis expugnatum esse propter amicitiam vestram, istos sæpe hanc urbem injuriis affecisse reperietis. (27) Ac veteres proditiones recensere operosum fuerit; sed Corinthiaco bello propter istorum injurias conflato quum Lacedæmonii contra eos exercitum duxissent, a vobis conservati non modo gratiam non retulerunt; sed, quum bellum composuissetis, relictis vobis ad Lacedæmonios se contulerunt. (28) Ac Chii quidem et Mytilenæi et Byzantii in fide manserunt; isti autem, qui tantam urbem incolerent, ne quiescere quidem ac neutrarum esse partium sunt ausi: sed ea ignavia et improbitate fuerunt, ut fide data affirmarint se illos contra vos, qui urbem ipsorum servaveratis, secuturos esse. Propterea divinitus illis pœna hæc inflicta est, ut occupata Cadmea sint ad vos confugere coacti. Unde etiam perfidia eorum maxime perspecta est. (29) Nam denuo vestris auxiliis conservati et in patriam restituti, ne minimum quidem tempus in fide manserunt; sed mox legatis Lacedæmonem missis ultro servituti se obtulerunt, parati servare omnia quæ pridem illis promisissent. Quid multis opus est? Nisi enim illi jussissent et exules recipi et facinorosos urbe pelli, nihil obstitisset quominus inita cum Lacedæmoniis, a quibus læsi erant, societate vos optime de se meritos bello petiissent.

30. Qui igitur et nuper erga vestram urbem se tales præbuerunt et olim totam Græciam prodiderunt, veniam tamen adeo voluntariis et magnis injuriis impetrarunt, hi nobis eorum quæ coacti fecimus, nullam gratiam faciendam censent, sed, quum Thebani sint, Laconum studium aliis objicere non dubitant, quos omnes scimus diutissime Lacedæmoniis serviisse et pro illorum imperio promptius

μηκότας. (31) Ποίας γὰρ εἰσβολῆς ἀπελείφθησαν τῶν c εἰς ταύτην τὴν χώραν γεγενημένων; ἢ τίνων οὐκ ἐχθίους ὑμῖν καὶ δυσμενέστεροι διετέλεσαν ὄντες; οὐκ ἐν τῷ Δεκελεικῷ πολέμῳ πλεόνων αἴτιοι κακῶν ἐγένοντο τῶν ἄλλων τῶν συνεισβαλόντων; οὐ δυστυχησάντων ὑμῶν μόνοι τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον ὡς χρὴ τήν τε πόλιν ἐξανδραποδίσασθαι καὶ τὴν χώραν ἀνεῖναι μηλόβοτον ὥσπερ τὸ Κρισαῖον πεδίον; (32) ὥστ' εἰ Λακεδαιμόνιοι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχον Θηβαίοις, οὐδὲν d ἂν ἐκώλυε τοὺς ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν αἰτίους τῆς σωτηρίας γενομένους αὐτοὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐξανδραποδισθῆναι καὶ ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. Καίτοι τίνα τηλικαύτην εὐεργεσίαν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, ἥτις ἱκανὴ γενήσεται διαλῦσαι τὴν ἔχθραν τὴν ἐκ τούτων δικαίως ἂν ὑπάρχουσαν πρὸς αὐτούς;

33. Τούτοις μὲν οὖν οὐδεὶς λόγος ὑπολείπεται τηλικαῦτα τὸ μέγεθος ἐξημαρτηκόσι, τοῖς δὲ συναγορεύειν βουλομένοις ἐκεῖνος μόνος, ὡς νῦν μὲν ἡ Βοιωτία προ- e πολεμεῖ τῆς ὑμετέρας χώρας, ἣν δὲ διαλύσησθε τὴν πρὸς τούτους φιλίαν, ἀσύμφορα τοῖς συμμάχοις διαπράξεσθε· μεγάλην γὰρ ἔσεσθαι τὴν ῥοπήν, εἰ μετὰ Λακεδαιμονίων ἡ τούτων γενήσεται πόλις. (34) Ἐγὼ δ'
303 οὔτε τοῖς συμμάχοις ἡγοῦμαι λυσιτελεῖν τοὺς ἀσθενε- a στέρους τοῖς κρείττοσι δουλεύειν (καὶ γὰρ τὸν παρελθόντα χρόνον ὑπὲρ τούτων ἐπολεμήσαμεν), οὔτε Θηβαίους εἰς τοῦτο μανίας ἥξειν ὥστ' ἀποστάντας τῆς συμμαχίας Λακεδαιμονίοις ἐνδώσειν τὴν πόλιν, οὐχ ὡς πιστεύων τοῖς τούτων ἤθεσιν, ἀλλ' οἶδ' ὅτι γιγνώσκουσιν ὡς δυοῖν θάτερον ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτοῖς, ἢ μένοντας ἀποθνήσκειν καὶ πάσχειν οἷά περ ἐποίησαν, ἢ φεύγον- b τας ἀπορεῖν καὶ τῶν ἐλπίδων ἁπασῶν ἐστερῆσθαι. (35) Πότερα γὰρ τὰ πρὸς τοὺς πολίτας αὐτοῖς ἔχει καλῶς, ὧν τοὺς μὲν ἀποκτείναντες, τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλόντες διηρπάκασι τὰς οὐσίας, ἢ τὰ πρὸς τοὺς ἄλλους Βοιωτούς, ὧν οὐκ ἄρχειν μόνον ἀδίκως ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ τῶν μὲν τὰ τείχη κατεσκάφασι, τῶν δὲ καὶ τὴν χώραν ἀπεστερήκασιν; (36) ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐπὶ τὴν ὑμετέραν πόλιν οἷόντ' αὐτοῖς ἐπανελθεῖν ἐστιν, ἣν οὕτω συνεχῶς φανήσονται προδιδόντες. Ὥστ' οὐκ ἔστιν c ὅπως βουλήσονται πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς ἀλλοτρίας διενεχθέντες τὴν αὑτῶν πόλιν οὕτως εἰκῇ καὶ προδήλως ἀποβαλεῖν, ἀλλὰ πολὺ κοσμιώτερον διακείσονται πρὸς ἁπάσας τὰς πράξεις, καὶ τοσούτῳ πλείω ποιήσονται θεραπείαν ὑμῶν, ὅσῳ περ ἂν μᾶλλον περὶ σφῶν αὐτῶν δεδίωσιν. (37) Ἐπεδείξαντο δ' ὑμῖν ὡς χρὴ τῇ φύσει χρῆσθαι τῇ τούτων, ἐξ ὧν ἔπραξαν περὶ Ὠρωπόν· ὅτε d μὲν γὰρ ἐξουσίαν ἤλπισαν αὐτοῖς ἔσεσθαι ποιεῖν ὅ τι ἂν βουληθῶσιν, οὐχ ὡς συμμάχοις ὑμῖν προσηνέχθησαν, ἀλλ' ἅπερ ἂν εἰς τοὺς πολεμιωτάτους ἐξαμαρτεῖν ἐτόλμησαν· ἐπειδὴ δ' ἐκσπόνδους αὐτοὺς ἀντὶ τούτων ἐψηφίσασθε ποιῆσαι, παυσάμενοι τῶν φρονημάτων ἦλθον ὡς ὑμᾶς, ταπεινότερον διατεθέντες ἢ νῦν ἡμεῖς τυγχάνομεν ἔχοντες. (38) Ὥστ' ἤν τινες ὑμᾶς ἐκφοβῶσι τῶν e ῥητόρων ὡς κίνδυνός ἐστι μὴ μεταβάλωνται καὶ γένων-

quam de sua salute dimicasse. (31) Cui enim incursioni hanc in regionem factæ non interfuerunt? qui vobis perpetuo inimiciores et infestiores quam isti fuerunt? nonne in Deceleico bello vos gravius afflixerunt quam ii qui vestros fines populabantur? nonne quum cladem accepissetis, soli e sociis decreverunt vestram urbem et evertendam esse et agrum in ovium pascua convertendum, quemadmodum Crisæum campum? (32) Itaque si Lacedæmonii Thebanis auscultassent, nihil obstitisset quominus eos, qui Græcos omnes conservarunt, ipsi a Græcis patria et libertate spoliarentur et in maximas calamitates inciderent. Quod vero tantum beneficium commemorabunt, quod ad exstinguendas vestras inimicitias sufficiet, quas his de causis jure subiissent?

33. Nulla igitur istis post tanta delicta excusatio superest. At patronis eorum hoc unum relinquitur, ut dicant Bœotiam nunc propugnare pro vestra regione; si vero vos ab eorum amicitia removeritis, id sociis male cessurum esse : magnum enim in hoc momentum fore, utrum horum urbs cum Lacedæmoniis se conjunxerit. (34) Ego vero nec e re sociorum esse puto ut imbecilliores potentioribus serviant (etenim superiori tempore propter hanc rem bella gessimus), nec Thebanos in eum furorem deventuros, ut vestra societate repudiata Lacedæmoniorum potestati suam urbem permittant, non quod eorum ingeniis fidendum putem, sed quia scio ipsos intelligere alterutrum necessario futurum, vel ut in urbe manentes occidantur et quæ perpetravere simili pœna luant, vel ut in exilium euntes egeant, spe prorsus omni destituti. (35) Num enim cum civibus eis bene convenit, quorum alios interfecerunt, alios urbe ejecerunt direpta eorum re familiari? aut cum ceteris Bœotiis, quibus non modo per injuriam imperare conantur, sed quorundam mœnia subruerunt, quibusdam etiam agros ademerunt? (36) Neque etiam ad vestram civitatem quasi postliminio redire poterunt, toties a se tam aperte proditam et desertam. Quare fieri non potest ut pro alieno oppido vestris susceptis inimicitiis, suam urbem adeo temere ac indubitanter velint amittere, sed in omnibus actionibus multo moderatiores erunt et vos tanto magis observabunt, quanto magis sibimetipsis timuerint. (37) Quibus autem ingeniis et quomodo tractandi sint, rebus de Oropo actis ostenderunt. Nam dum potestatem sibi datam esse putarunt faciendi quod libuisset, vobiscum non ut cum sociis egerunt, sed ut infestissimis hostibus insultare ausi sunt : quum autem ob ea delicta fœderibus eos decreto facto exclusissetis, abjecta superbia et ferocia ad vos humiliore gestu magisque supplices venerunt, quam nos hoc tempore. (38) Quare si qui oratorum vos perterrefacere conabuntur, periculum esse dicentes ne mutata sententia cum hostibus se conjungant,

ται μετὰ τῶν πολεμίων, οὐ χρὴ πιστεύειν· τοιαῦται γὰρ αὐτοὺς ἀνάγκαι κατειλήφασιν, ὥστε πολὺ ἂν θᾶττον τὴν ὑμετέραν ἀρχὴν ἢ τὴν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν ὑπομείναιεν.

304 39. Εἰ δ' οὖν καὶ τἀναντία μέλλοιεν ἅπαντα πρά- a
ξειν, οὐδ' οὕτως ἡγοῦμαι προσήκειν ὑμῖν τῆς Θηβαίων πόλεως πλείω ποιήσασθαι λόγον ἢ τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν, ἐνθυμουμένους πρῶτον μὲν ὡς οὐ τοὺς κινδύνους ἀλλὰ τὰς ἀδοξίας καὶ τὰς αἰσχύνας φοβεῖσθαι πάτριον ὑμῖν ἐστιν, ἔπειθ' ὅτι συμβαίνει κρατεῖν ἐν τοῖς πολέμοις οὐ τοὺς βίᾳ τὰς πόλεις καταστρεφομένους, ἀλλὰ τοὺς ὁσιώτερον καὶ πρᾳότερον τὴν Ἑλλάδα διοι- b
κοῦντας. (40) Καὶ ταῦτ' ἐπὶ πλειόνων μὲν ἄν τις παραδειγμάτων ἔχοι διελθεῖν· τὰ δ' οὖν ἐφ' ἡμῶν γενόμενα τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι τὴν δύναμιν τὴν ὑμετέραν ἀνυπόστατον δοκοῦσαν εἶναι κατέλυσαν μικρὰς μὲν ἀφορμὰς εἰς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ θάλατταν τὸ πρῶτον ἔχοντες, διὰ δὲ τὴν δόξαν ταύτην προσαγόμενοι τοὺς Ἕλληνας, καὶ πάλιν ὑμεῖς τὴν ἀρχὴν ἀφείλεσθε τὴν ἐκείνων ἐξ ἀτειχίστου μὲν τῆς πόλεως ὁρμη- c
θέντες καὶ κακῶς πραττούσης, τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον; (41) καὶ τούτων ὡς οὐ βασιλεὺς αἴτιος ἦν, ὁ τελευταῖος χρόνος σαφῶς ἐπέδειξεν· ἔξω γὰρ αὐτοῦ τῶν πραγμάτων γεγενημένου, καὶ τῶν μὲν ὑμετέρων ἀνελπίστως ἐχόντων, Λακεδαιμονίοις δὲ σχεδὸν ἁπασῶν τῶν πόλεων δουλευουσῶν, ὅμως αὐτῶν τοσοῦτον περιεγένεσθε, πολεμοῦντες, ὥστ' ἐκείνους ἀγαπητῶς ἰδεῖν τὴν εἰρήνην γενομένην.

42. Μηδεὶς οὖν ὑμῶν ὀρρωδείτω μετὰ τοῦ δικαίου d
ποιούμενος τοὺς κινδύνους, μηδ' οἰέσθω συμμάχων ἀπορήσειν, ἐὰν τοῖς ἀδικουμένοις ἐθέλητε βοηθεῖν, ἀλλὰ μὴ Θηβαίοις μόνοις· οἷς νῦν τἀναντία ψηφισάμενοι πολλοὺς ἐπιθυμεῖν ποιήσετε τῆς ὑμετέρας φιλίας. Ἢν γὰρ ἐνδείξησθ' ὡς ὁμοίως ἅπασιν ὑπὲρ τῶν συνθηκῶν παρεσκεύασθε πολεμεῖν, (43) τίνες εἰς τοῦτ' ἀνοίας ἥξουσιν ὥστε βούλεσθαι μετὰ τῶν καταδουλουμένων εἶναι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας e
ἀγωνιζομένων; εἰ δὲ μή, τί λέγοντες, ἢν πάλιν γένηται πόλεμος, ἀξιώσετε προσάγεσθαι τοὺς Ἕλληνας, εἰ τὴν αὐτονομίαν προτείνοντες ἐνδώσετε πορθεῖν Θηβαίοις ἥν-
305 τιν' ἂν βούλωνται τῶν πόλεων; (44) πῶς δ' οὐ τἀναντία a
φανήσεσθε πράττοντες ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ Θηβαίους μὲν μὴ διακωλύσετε παραβαίνοντας τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, πρὸς δὲ Λακεδαιμονίους ὑπὲρ τῶν αὐτῶν τούτων προσποιήσεσθε πολεμεῖν; καὶ τῶν μὲν κτημάτων τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἀπέστητε, βουλόμενοι τὴν συμμαχίαν ὡς μεγίστην ποιῆσαι, τούτους δὲ τὴν ἀλλοτρίαν ἔχειν ἐάσετε καὶ τοιαῦτα ποιεῖν ἐξ ὧν ἅπαντες χείρους ὑμᾶς b
νομιοῦσιν εἶναι; (45) ὃ δὲ πάντων δεινότατον, εἰ τοῖς μὲν συνεχῶς μετὰ Λακεδαιμονίων γεγενημένοις δεδογμένον ὑμῖν ἐστι βοηθεῖν, ἤν τι παράσπονδον αὐτοῖς ἐκεῖνοι προστάττωσιν, ἡμᾶς δ', οἳ τὸν μὲν πλεῖστον χρόνον μεθ' ὑμῶν ὄντες διατετελέκαμεν, τὸν δὲ τελευταῖον μόνον πόλεμον ὑπὸ Λακεδαιμονίοις ἠναγκάσθημεν γενέσθαι,

nihil ea re moveri debetis. Ea enim necessitate premuntur, ut multo libentius vestrum imperium quam societatem Lacedæmoniorum sint subituri.

39. Ut autem contraria omnia facturos concedamus, tamen ne sic quidem decere arbitror majori curæ vobis esse urbem Thebanorum quam fœdus et jusjurandum. Cogitandum enim primum a majoribus vos accepisse ut non pericula, sed probra et dedecus metuatis, deinde usuvenire, ut in bello superiores sint non qui civitates evertant, sed qui sanctius et clementius Græciam administrent. (40) Et hæc pluribus exemplis demonstrari queunt. Sed quis est qui vel ea quæ nostris acciderunt temporibus ignoret, Lacedæmonios vestram potentiam, quæ insuperabilis videbatur, repressisse, quanquam initio non optime ad navale bellum instructos, sed tantum opinione hac Græcis ad se pellectis? vicissim et vos imperium eis eripuisse, quanquam urbem non munitam et rebus adversis conflictatam haberetis, justitiæ societate et præsidio fretos? (41) Atque illa regi Persarum non esse ascribenda, his postremis temporibus est manifesto declaratum. Nam quum ille rerum gestarum expers esset, vos omni spe destituti, omnibus pæne civitatibus Laconum servitute oppressis, bello tamen eis tanto superiores fuistis, ut pacem cupidissime sint amplexi.

42. Nemo igitur vestrûm cohorrescat si pericula propter justitiam adeunda fuerint, neque sibi socios defore putet, si opitulari volueritis injuria oneratis, et non solis Thebanis; contra quos si nunc sententiam tuleritis, ut ad vestram amicitiam multi se conferre velint, efficietis. Ubi enim vos paratos esse bella æque contra omnes pro defensione fœderum suscipere ostenderitis, (43) quinam tam erunt amentes, ut cum oppressoribus se conjungere malint quam vobiscum, libertatis ipsorum defensoribus? Sin aliter animati estis, quibus verbis Græcos allicietis bello iterum ingruente, si libertatem prætendentes Thebanorum libidini quaslibet civitates vastandas permiseritis? (44) quo pacto levitatis et inconstantiæ crimen effugietis, si Thebanos jusjurandum et fœdera violare sinetis, pro quibus ipsis sanciendis vos Lacedæmoniis inferre bellum profiteamini? quum ipsi vestris possessionibus cedere volueritis, ut societatem quam maximam redderetis, istosne aliena tenere et ea facere sinetis, propter quæ universi pejus de vobis existimabunt? (45) Illud autem omnium indignissimum est, si vobis deliberatum erit istis opem ferre, qui continenter a Lacedæmoniis steterunt, si quid eis fœderi contrarium illi imperarint, nos vero, qui longissimo tempore vos constanter secuti sumus, in extremo solum bello parere Lacedæmoniis coacti

c διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν ἀθλιώτατα πάντων ἀνθρώπων περιόψεσθε διακειμένους. (46) Τίνας γὰρ ἂν ἡμῶν εὕροι τις δυστυχεστέρους, οἵτινες καὶ πόλεως καὶ χώρας καὶ χρημάτων ἐν μιᾷ στερηθέντες ἡμέρᾳ, πάντων τῶν ἀναγκαίων ὁμοίως ἐνδεεῖς ὄντες ἀλῆται καὶ πτωχοὶ καθέσταμεν, ἀποροῦντες ὅποι τραπώμεθα καὶ πάσας δυσχεραίνοντες τὰς οἰκήσεις· ἤν τε γὰρ δυστυχοῦντας καταλάβωμεν, ἀλγοῦμεν ἀναγκαζόμενοι πρὸς τοῖς οἰκείοις κακοῖς καὶ τῶν ἀλλοτρίων κοινωνεῖν· (47) ἤν θ' d ὡς εὖ πράττοντας ἔλθωμεν, ἔτι χαλεπώτερον ἔχομεν, οὐ ταῖς ἐκείνων φθονοῦντες εὐπορίαις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τοῖς τῶν πέλας ἀγαθοῖς τὰς ἡμετέρας αὐτῶν συμφορὰς καθορῶντες, ἐφ' αἷς ἡμεῖς οὐδεμίαν ἡμέραν ἀδακρυτὶ διάγομεν, ἀλλὰ πενθοῦντες τὴν πατρίδα καὶ θρηνοῦντες τὴν μεταβολὴν τὴν γεγενημένην ἅπαντα τὸν χρόνον διατελοῦμεν. (48) Τίνα γὰρ ἡμᾶς e οἴεσθε γνώμην ἔχειν ὁρῶντας καὶ τοὺς γονέας αὐτῶν ἀναξίως γηροτροφουμένους καὶ τοὺς παῖδας οὐχ ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν αἷς ἐποιησάμεθα παιδευομένους, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν μικρῶν ἕνεκα συμβολαίων δουλεύοντας, 306 a ἄλλους δ' ἐπὶ θητείαν ἰόντας, τοὺς δ' ὅπως ἕκαστοι δύνανται τὸ καθ' ἡμέραν ποριζομένους, ἀπρεπῶς καὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις καὶ ταῖς αὑτῶν ἡλικίαις καὶ τοῖς φρονήμασι τοῖς ἡμετέροις. (49) Ὃ δὲ πάντων ἄλγιστον, ὅταν τις ἴδῃ χωριζομένους ἀπ' ἀλλήλων μὴ μόνον πολίτας ἀπὸ πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἀπ' ἀνδρῶν καὶ θυγατέρας ἀπὸ μητέρων, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν διαλυομένην, ὃ πολλοῖς τῶν ἡμετέρων πολιτῶν διὰ τὴν ἀπορίαν συμβέβηκεν· ὁ γὰρ κοινὸς βίος ἀπολωλὼς ἰδίας b τὰς ἐλπίδας ἕκαστον ἡμῶν ἔχειν πεποίηκεν. (50) Οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐδὲ τὰς ἄλλας αἰσχύνας ἀγνοεῖν τὰς διὰ πενίαν καὶ φυγὴν γιγνομένας, ἃς ἡμεῖς τῇ μὲν διανοίᾳ χαλεπώτερον τῶν ἄλλων φέρομεν, τῷ δὲ λόγῳ παραλείπομεν, αἰσχυνόμενοι λίαν ἀκριβῶς τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἀτυχίας ἐξετάζειν.

51. Ὧν αὐτοὺς ὑμᾶς ἀξιοῦμεν ἐνθυμουμένους ἐπιμέλειάν τινα ποιήσασθαι περὶ ἡμῶν. Καὶ γὰρ οὐδ' ἀλλότριοι τυγχάνομεν ὑμῖν ὄντες, ἀλλὰ ταῖς μὲν εὐ- c νοίαις ἅπαντες οἰκεῖοι, τῇ δὲ συγγενείᾳ τὸ πλῆθος ἡμῶν· διὰ γὰρ τὰς ἐπιγαμίας τὰς δοθείσας ἐκ πολιτίδων ὑμετέρων γεγόναμεν· ὥστ' οὐχ οἷόνθ' ὑμῖν ἀμελῆσαι περὶ ὧν ἐληλύθαμεν δεησόμενοι. (52) Καὶ γὰρ ἂν πάντων εἴη δεινότατον, εἰ πρότερον μὲν ἡμῖν μετέδοτε τῆς πατρίδος τῆς ὑμετέρας αὐτῶν, νῦν δὲ μηδὲ τὴν ἡμετέραν ἀποδοῦναι δόξειεν ὑμῖν. Ἔπειτ' οὐδ' εἰκὸς ἕνα μὲν ἕκαστον ἐλεεῖσθαι τῶν παρὰ τὸ δίκαιον δυστυχούντων, d ὅλην δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμως διεφθαρμένην μηδὲ κατὰ μικρὸν οἴκτου δυνηθῆναι τυχεῖν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ὑμᾶς καταφυγοῦσαν, οἷς οὐδὲ τὸ πρότερον αἰσχρῶς οὐδ' ἀκλεῶς ἀπέβη τοὺς ἱκέτας ἐλεήσασιν. (53) Ἐλθόντων γὰρ Ἀργείων ὡς τοὺς προγόνους ὑμῶν καὶ δεηθέντων ἀνελέσθαι τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ τελευτήσαντας, πεισθέντες ὑπ' ἐκείνων καὶ Θηβαίους ἀναγκάσαντες βουλεύσασθαι νομιμώτερον οὐ μόνον αὐτοὶ κατ' ἐκείνους e

propter hanc causam mortalium omnium miserrimos esse patiemini. (46) Quos enim nobis miseriores quisquam inveniat, qui et urbe et agro et opibus uno die spoliati, rebus omnibus necessariis æque omnes destituti errones et mendici facti sumus, ignari quo nos convertamus, et omnes habitationes ægre ferentes? sive enim calamitosos aliquos invenerimus, dolemus, qui præter mala domestica etiam alienorum fieri participes cogamur; (47) sive ad felices perventum est, dolor noster recrudescit, non quod illorum opibus invideamus, sed quia in aliorum rebus secundis nostras miserias, quantæ sint, perspicimus, quæ nos nullam diem sine lacrimis exigere sinunt, sed et patriam lugere et hanc mutationem lamentari nullo tempore desistimus. (48) Quid enim nobis animi esse censetis, quum videmus parentes nostros senio confectos longe aliter quam pro dignitate tractari, neque liberos nostros ea spe, qua eos suscepimus, educari, sed multos ob parvas quasdam ratiunculas servire, alios ire mercede locatum suam operam, alios, ut quisque potest, victum quæritare, indigne et aliter quam et gloria majorum et sua ætas et nostrorum animorum magnitudo postulabat. (49) Illud autem omnem doloris acerbitatem vincit, si quis videat a se invicem divelli non cives tantum a civibus, sed et uxores a maritis, et filias a matribus, et totam cognationem dissipari, quod nostrorum civium multis ob egestatem usuvenit. Victus enim communis amissus effecit ut spe privata singuli nitantur. (50) Ac vos ne cetera quidem probra ignorare arbitror, quæ paupertas et exilium afferunt; quæ nos etsi molestius animo quam cetera ferimus, tamen silentio præterimus, non nimis accurate in calamitates nostras inquirendum esse rati.

51. Oramus autem ut ipsi vos illa considerantes aliquam nostri curam suscipiatis. Nec enim vobis alieni sumus, sed quum benevolentia universi vobiscum conjuncti, tum cognatione maxima nostrum pars. Nam propter concessum connubium e vestrorum civium filiabus plerique nati sumus. Quare vobis non licet ea negligere quæ petituri venimus. (52) Quid enim fieret inconvenientius, quam vos, quum olim vestræ patriæ jus nobis dederitis, nunc nostram urbem restituendam non censere? Deinde nec illud consentaneum est, quum singulorum, quos vel fortunæ temeritas afflixit vel hominum injuriæ, misereamini, totam urbem sic contra omnem æquitatem eversam nihil omnino misericordiæ posse a vobis impetrare quum præsertim ad vestram fidem confugerit, quibus etiam antehac semper gloriosum et honorificum fuerit supplicum misereri. (53) Nam majores vestri Argivorum precibus, qui supplices petierant ut sub Cadmea interfectos tollerent, adducti Thebanos æquiora sequi consilia quum coegissent, non ipsi solum illis temporibus clarue-

τοὺς καιροὺς εὐδοκίμησαν, ἀλλὰ καὶ τῇ πόλει δόξαν ἀείμνηστον εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον κατέλιπον, ἧς οὐκ
307 ἄξιον προδότας γενέσθαι. Καὶ γὰρ αἰσχρὸν φιλοτι- a
μεῖσθαι μὲν ἐπὶ τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις, φαίνεσθαι δ' ἐκείνοις τἀναντία περὶ τῶν ἱκετῶν πράττοντας. (54) Καίτοι πολὺ περὶ μειζόνων καὶ δικαιοτέρων ἥκομεν ποιησόμενοι τὰς δεήσεις· οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν στρατεύσαντες ἱκέτευον ὑμᾶς, ἡμεῖς δὲ τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολωλεκότες, κἀκεῖνοι μὲν παρεκάλουν ἐπὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν. (55) Ἔστι δ' οὐχ ἴσον κακὸν οὐδ' ὅμοιον τοὺς τεθνεῶτας ταφῆς εἴργεσθαι καὶ τοὺς ζῶντας πα- b
τρίδος ἀποστερεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἁπάντων, ἀλλὰ τὸ μὲν δεινότερον τοῖς κωλύουσιν ἢ τοῖς ἀτυχοῦσιν, τὸ δὲ μηδεμίαν ἔχοντα καταφυγήν, ἀλλ' ἄπολιν γενόμενον καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν κακοπαθεῖν καὶ τοὺς αὑτοῦ περιορᾶν, μὴ δυνάμενον ἐπαρκεῖν, τί δεῖ λέγειν ὅσον τὰς ἄλλας συμφορὰς ὑπερβέβληκεν;

56. Ὑπὲρ ὧν ἅπαντας ὑμᾶς ἱκετεύομεν ἀποδοῦναι
τὴν χώραν ἡμῖν καὶ τὴν πόλιν, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους c
ὑπομιμνήσκοντες ὡς οἰκτρὸν τοὺς τηλικούτους ὁρᾶσθαι δυστυχοῦντας καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἀποροῦντας, τοὺς δὲ νεωτέρους ἀντιβολοῦντες καὶ δεόμενοι βοηθῆσαι τοῖς ἡλικιώταις καὶ μὴ περιιδεῖν ἔτι πλείω κακὰ τῶν εἰρημένων παθόντας. (57) Ὀφείλετε δὲ μόνοι τῶν Ἑλλήνων τοῦτον τὸν ἔρανον, ἀναστάτοις ἡμῖν γενομένοις ἐπαμῦναι. Καὶ γὰρ τοὺς ἡμετέρους προγόνους φασίν, ἐκλιπόντων τῶν ὑμετέρων πατέρων ἐν τῷ Περσικῷ d
πολέμῳ ταύτην τὴν χώραν, μόνους τῶν ἔξω Πελοποννήσου κοινωνοὺς ἐκείνοις τῶν κινδύνων γενομένους συνανασῶσαι τὴν πόλιν αὐτοῖς· ὥστε δικαίως ἂν τὴν αὐτὴν εὐεργεσίαν ἀπολάβοιμεν, ἥνπερ αὐτοὶ τυγχάνομεν εἰς ὑμᾶς ὑπάρξαντες. (58) Εἰ δ' οὖν καὶ μηδὲν ὑμῖν τῶν σωμάτων τῶν ἡμετέρων δέδοκται φροντίζειν, ἀλλὰ τήν γε χώραν οὐ πρὸς ὑμῶν ἐστιν ἀνέχεσθαι πεπορθημένην, e
ἐν ᾗ μέγιστα σημεῖα τῆς ἀρετῆς τῆς ὑμετέρας καὶ τῶν ἄλλων τῶν συναγωνισαμένων καταλείπεται· (59) τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τρόπαια πόλει πρὸς πόλιν γέγονεν, ἐκεῖνα δ' ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος πρὸς ὅλην τὴν ἐκ τῆς
308 Ἀσίας δύναμιν ἕστηκεν. Ἃ Θηβαῖοι μὲν εἰκότως ἀ- a
φανίζουσι (τὰ γὰρ μνημεῖα τῶν τότε γενομένων αἰσχύνη τούτοις ἐστίν), ὑμῖν δὲ προσήκει διασώζειν· ἐξ ἐκείνων γὰρ τῶν ἔργων ἡγεμόνες κατέστητε τῶν Ἑλλήνων. (60) Ἄξιον δὲ καὶ τῶν θεῶν καὶ τῶν ἡρώων μνησθῆναι τῶν ἐκεῖνον τὸν τόπον κατεχόντων, καὶ μὴ περιορᾶν τὰς τιμὰς αὐτῶν καταλυομένας, οἷς ὑμεῖς καλλιερησάμενοι τοιοῦτον ὑπέστητε κίνδυνον, ὃς καὶ τούτους καὶ b
τοὺς ἄλλους ἅπαντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσεν. Χρὴ δὲ καὶ τῶν προγόνων ποιήσασθαί τινα πρόνοιαν, καὶ μὴ παραμελῆσαι μηδὲ τῆς περὶ ἐκείνους εὐσεβείας, (61) οἳ πῶς ἂν διατεθεῖεν, εἴ τις ἄρα τοῖς ἐκεῖ φρόνησίς ἐστι περὶ τῶν ἐνθάδε γιγνομένων, εἰ κυρίων ὑμῶν ὄντων αἴσθοιντο τοὺς μὲν δουλεύειν τοῖς βαρβάροις ἀξιώσαντας δεσπότας τῶν ἄλλων καθισταμένους, ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὲρ

runt, sed urbi etiam vestræ immortalem gloriam in omne deinceps tempus reliquerunt, quæ vobis nunc temere amittenda non est. Etenim turpe sit facta majorum sibi laudi ducentes interim secus de supplicibus statuere. (54) Atqui nos propter res multo majores et æquiores vobis supplicamus. Nam illi quum prius alienam ditionem oppugnassent, vos rogarunt; nos patria nostra amissa : illi vos ad mortuorum sepulturam vocabant, nos ad reliquiarum conservationem. (55) Neque vero par ac simile est sepultura prohiberi mortuos et viventes patria fortunisque ceteris omnibus spoliari; sed illud quidem iis qui probibent contumeliosius est, quam iis qui prohibentur; sed sine ullo receptu carentem patria singulis diebus affligi et suis opem adeo ferre non posse, ut cura de eis abjicienda sit, quorsum dicere attinet, quanto sit aliis calamitatibus acerbius?

56. Quapropter vobis universis supplicamus, ut nobis nostrum agrum et urbem restituatis; ac seniores commonefacimus ut cogitent quam miserabile sit hac ætate calamitosum conspici et quotidiani victus penuria laborantem; adolescentes oramus et obtestamur ut æquales suos juvent, neve eos despiciant, quum plura mala quam diximus tulerint. (57) Debetis autem nobis soli Græcorum hanc veluti stipem, quibus patria eversa opitulemini. Etenim majores nostros aiunt, quum vestri patres bello Persico hac terra excessissent, solos ex his qui extra Peloponnesum habitant societate periculorum adita conservandæ civitatis adjutores fuisse. Itaque jure nobis idem beneficium reddetis, quod priores in vos contulimus. (58) Quodsi vobis decretum esset corpora nostra omnino negligere, tamen a vestra virtute alienum fuerit committere ut ea regio vasta et inculta jaceret, in qua clarissima vestræ virtutis, ac ceterorum qui illi prælio interfuere, monumenta sint relicta. (59) Nam reliqua tropæa ab alia civitate contra aliam sunt erecta; illa pro tota Græcia contra totius Asiæ potentiam sunt constituta.. Quæ quidem Thebani jure aboleverint, quibus illorum operum memoria contumeliosa est; vobis autem conservanda sunt, quod illa facinora vos Græciæ duces effecerunt. (60) Neque vero deorum atque heroum qui locum illum tenent, obliviscendum est, cavendumque ne illorum honores intercidant, quibus vos quum litassetis, id periculum subiistis, quo et hos et ceteros Græcos omnes in libertatem vindicastis. Est etiam majorum quædam habenda ratio, neque pietatis in illos officia sunt prorsus negligenda, (61) qui quo animo essent (si modo defuncti aliquid rerum nostrarum intelligunt) si animadverterent vobis rerum potientibus eos qui barbaris servire voluerunt, aliorum dominos

τῆς ἐλευθερίας συναγωνισαμένους μόνους τῶν Ἑλλήνων ἀναστάτους γεγενημένους, καὶ τοὺς μὲν τῶν συγκινδυνευ- c σάντων τάφους μὴ τυγχάνοντας τῶν νομιζομένων σπάνει τῶν ἐποισόντων, Θηβαίους δὲ τοὺς τἀναντία παραταξαμένους κρατοῦντας τῆς χώρας ἐκείνης; (62) ἐνθυμεῖσθε δ' ὅτι Λακεδαιμονίων μεγίστην ἐποιεῖσθε κατηγορίαν, ὅτι Θηβαίοις χαριζόμενοι, τοῖς τῶν Ἑλλήνων προδόταις, ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας διέφθειραν. Μὴ τοίνυν ἐάσητε ταύτας τὰς βλασφημίας περὶ τὴν ὑμετέραν γενέσθαι πόλιν, μηδὲ τὴν ὕβριν τὴν τούτων ἀντὶ τῆς d παρούσης ἕλησθε δόξης.

63. Πολλῶν δ' ἐνόντων εἰπεῖν ἐξ ὧν ἄν τις ὑμᾶς ἐπαγάγοιτο μᾶλλον φροντίσαι τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, οὐ δύναμαι πάντα περιλαβεῖν, ἀλλ' αὐτοὺς χρὴ καὶ τὰ παραλελειμμένα συνιδόντας καὶ μνησθέντας μάλιστα μὲν τῶν ὅρκων καὶ τῶν συνθηκῶν, ἔπειτα δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας εὐνοίας καὶ τῆς τούτων ἔχθρας, ψηφίσασθαι τὰ δίκαια περὶ ἡμῶν.

esse factos; nos vero, qui in prœlio pro tuenda libertate facto strenuam operam navavimus soli e Græcis omnibus, esse vastatos, et virorum pro patria pugnantium monumentis justa non persolvi propterea quod nulli adsint qui id faciant, sed Thebanos, qui ab hostibus steterunt, eam regionem tenere? (62) Illud etiam recordamini, Lacedæmonios a vobis acerrime ob hoc fuisse accusatos, quod Thebanis, Græcorum proditoribus, gratificantes nos bene meritos perdidissent. Ne igitur admittatis ut hæc convicia in vestram urbem retorqueantur, neque istorum libidinem existimationi vestræ præferatis.

63. Etsi autem multa dici possunt quibus ad curam nostræ salutis excitemini, tamen non possum complecti omnia. Quamobrem vos decet tum prætermissa perspicere, tum vero jurisjurandi et fœderum, deinde etiam nostræ benevolentiæ et inimicitiarum, quæ cum istis sunt, recordatos ita statuere de nobis, ut jus et æquum postulabit.

15.

ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΔΟΣΕΩΣ.

310 Εἰ μὲν ὅμοιος ἦν ὁ λόγος ὁ μέλλων ἀναγνωσθήσεσθαι a τοῖς ἢ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἢ πρὸς τὰς ἐπιδείξεις γιγνομένοις, οὐδὲν ἂν οἶμαι προδιαλεχθῆναι περὶ αὐτοῦ· νῦν δὲ διὰ τὴν καινότητα καὶ τὴν διαφορὰν ἀναγκαῖόν ἐστι προειπεῖν τὰς αἰτίας, δι' ἃς οὕτως ἀνόμοιον αὐτὸν ὄντα τοῖς ἄλλοις γράφειν προειλόμην· μὴ γὰρ τούτων δηλωθεισῶν πολλοῖς ἂν ἴσως ἄτοπος εἶναι δόξειεν. (2) Ἐγὼ b γὰρ εἰδὼς ἐνίους τῶν σοφιστῶν βλασφημοῦντας περὶ τῆς ἐμῆς διατριβῆς, καὶ λέγοντας ὡς ἔστι περὶ δικογραφίαν, καὶ παραπλήσιον ποιοῦντας ὥσπερ ἂν εἴ τις Φειδίαν τὸν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ἐργασάμενον τολμῴη καλεῖν κοροπλάθον, ἢ Ζεῦξιν καὶ Παρράσιον τὴν αὐτὴν ἔχειν φαίη τέχνην τοῖς τὰ πινάκια γράφουσιν, ὅμως οὐδὲ πώποτε τὴν μικρολογίαν ταύτην ἠμυνάμην αὐτῶν, (3) ἡγούμενος τὰς μὲν ἐκείνων φλυαρίας οὐδεμίαν δύνα- c μιν ἔχειν, αὐτὸς δὲ πᾶσι τοῦτο πεποιηκέναι φανερόν, ὅτι προῄρημαι καὶ λέγειν καὶ γράφειν οὐ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ἀλλ' ὑπὲρ τηλικούτων τὸ μέγεθος καὶ τοιούτων πραγμάτων, ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἂν ἄλλος ἐπιχειρήσειε, πλὴν τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων ἢ τῶν τούτους μιμεῖσθαι βουλομένων. (4) Μέχρι μὲν οὖν πόρρω τῆς ἡλικίας ᾠόμην καὶ διὰ τὴν προαίρεσιν ταύτην καὶ διὰ d τὴν ἄλλην ἀπραγμοσύνην ἐπιεικῶς ἔχειν πρὸς ἅπαντας τοὺς ἰδιώτας· ἤδη δ' ὑπογυίου μοι τῆς τοῦ βίου τελευτῆς οὔσης, ἀντιδόσεως γενομένης περὶ τριηραρχίας
311 καὶ περὶ ταύτης ἀγῶνος ἔγνων καὶ τούτων τινὰς οὐχ a οὕτω πρός με διακειμένους ὥσπερ ἤλπιζον, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολὺ διεψευσμένους τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ῥέποντας ἐπὶ τὸ πείθεσθαι τοῖς ἀνεπιτήδειόν τι λέγουσι, τοὺς δὲ σαφῶς μὲν εἰδότας περὶ ἃ τυγχάνω διατρίβων, φθονοῦντας δὲ καὶ ταὐτὸν πεπονθότας τοῖς σοφισταῖς καὶ χαίροντας ἐπὶ τοῖς ψευδῆ περί μου δόξαν ἔχουσιν. (5)

15.

ORATIO DE PERMUTATIONE.

Si hæc quæ jam legetur oratio, similis esset iis quæ vel ad forenses controversias vel ad ostentationem scribuntur, nihil fuisse puto me de ea præfatum. Nunc propter novitatem et discrimen necesse est causas prius exponere, cur eam aliis ita dissimilem scribere instituerim. His enim non indicatis, absurda multis fortasse videretur. (2) Ego quum scirem quosdam sophistas mea studia calumniari ac dicere me forenses orationes scribere solere, in quo perinde faciunt ac si quis Phidiam, qui Minervæ simulacrum fecit, puparum fictorem appellare auderet, aut Zeuxidis et Parrhasii eandem esse artem diceret, quæ illorum est qui tabellas pingunt: nunquam tamen illam mei extenuationem ultus sum, (3) quod existimabam nugas illorum nullam vim habere et constare inter omnes me et scribere et dicere instituisse non de privatis negotiis, sed de talibus et tantis rebus, de quibus nemo alius quicquam conetur præter eos qui vel me doctore usi sunt vel hos imitari voluerunt. (4) Longo igitur tempore ætatis meæ putabam tum ob institutum hoc, tum ob perpetuum quietis studium omnes indoctos homines æquos me habere. Nunc quum vitæ finis prope mihi instat, facultatum permutatione ob triremium instruendarum munus facta, eaque de re judicio conflato, etiam illorum quosdam non sic erga me affectos esse animadverti, ut speraveram, sed alios de vitæ meæ ratione falsissima persuasione imbutos eo inclinare, ut iis auscultent, qui absurdi aliquid de me dicunt, alios, quum satis sciant, quibus in rebus verser, invidere mihi non minus quam sophistas et delectari iis qui falsam de me habent opinionem. (5) Atque hanc mentem suam esse declararunt:

Ἐδήλωσαν δ' οὕτω διακείμενοι· τοῦ γὰρ ἀντιδίκου περὶ μὲν ὧν ἡ κρίσις ἦν οὐδὲν λέγοντος δίκαιον, διαβάλ- b
λοντος δὲ τὴν τῶν λόγων τῶν ἐμῶν δύναμιν καὶ καταλαζονευομένου περί τε τοῦ πλούτου καὶ τοῦ πλήθους τῶν μαθητῶν, ἔγνωσαν ἐμὴν εἶναι τὴν λειτουργίαν. Τὴν μὲν οὖν δαπάνην οὕτως ἤνεγκα μέν, ὥσπερ προσήκει τοὺς μήτε λίαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐκταραττομένους μήτε παντάπασιν ἀσώτως μηδ' ὀλιγώρως πρὸς χρήματα διακειμένους· (6) ᾐσθημένος δ' ὥσπερ εἶπον πλείους c
ὄντας ὧν ᾤμην τοὺς οὐκ ὀρθῶς περὶ μου γιγνώσκοντας, ἐνεθυμούμην πῶς ἂν δηλώσαιμι καὶ τούτοις καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις καὶ τὸν τρόπον ὃν ἔχω καὶ τὸν βίον ὃν ζῶ καὶ τὴν παιδείαν περὶ ἣν διατρίβω, καὶ μὴ περιίδοιμι περὶ τῶν τοιούτων ἄκριτον ἐμαυτὸν ὄντα, μηδ' ἐπὶ τοῖς βλασφημεῖν εἰθισμένοις ὥσπερ νῦν γενόμενον. (7) Σκοπούμενος οὖν εὕρισκον οὐδαμῶς ἂν ἄλλως τοῦτο d
διαπραξόμενος, πλὴν εἰ γραφείη λόγος ὥσπερ εἰκὼν τῆς ἐμῆς διανοίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων· διὰ τούτου γὰρ ἤλπιζον καὶ τὰ περὶ ἐμὲ μάλιστα γνωσθήσεσθαι, καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον μνημεῖόν μου καταλειφθήσεσθαι πολὺ κάλλιον τῶν χαλκῶν ἀναθημάτων. (8) Εἰ μὲν οὖν ἐπαινεῖν ἐμαυτὸν ἐπιχειροίην, ἑώρων οὔτε περιλαβεῖν ἅπαντα περὶ ὧν διελθεῖν προῃρούμην οἷός τε γενησόμενος, οὔτ' ἐπιχαρίτως οὐδ' ἀνεπιφθόνως εἰπεῖν e
περὶ αὐτῶν δυνησόμενος· εἰ δ' ὑποθείμην ἀγῶνα μὲν καὶ κίνδυνόν τινα περὶ ἐμὲ γιγνόμενον, συκοφάντην δ' ὄντα τὸν γεγραμμένον καὶ τὸν πράγματά μοι παρέχοντα, κἀκεῖνον μὲν ταῖς διαβολαῖς χρώμενον ταῖς ἐπὶ τῆς ἀντιδόσεως ῥηθείσαις, ἐμαυτὸν δ' ἐν ἀπολογίας σχή-
312 ματι τοὺς λόγους ποιούμενον, οὕτως ἂν ἐκγενέσθαι μοι a
μάλιστα διαλεχθῆναι περὶ ἁπάντων ὧν τυγχάνω βουλόμενος. (9) Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἔγραφον τὸν λόγον τοῦτον, οὐκ ἀκμάζων, ἀλλ' ἔτη γεγονὼς δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Διόπερ χρὴ συγγνώμην ἔχειν, ἢν μαλακώτερος ὢν φαίνηται τῶν παρ' ἐμοῦ πρότερον ἐκδεδομένων. Καὶ γὰρ οὐδὲ ῥᾴδιος ἦν οὐδ' ἁπλοῦς, ἀλλὰ πολλὴν ἔχων πραγματείαν. (10) Ἔστι γὰρ τῶν γεγραμμένων ἔνια μὲν ἐν δικαστηρίῳ πρέποντα ῥηθῆναι, τὰ δὲ πρὸς μὲν τοὺς τοιούτους ἀγῶνας οὐχ ἁρμόττοντα, περὶ δὲ φιλο- b
σοφίας πεπαρρησιασμένα καὶ δεδηλωκότα τὴν δύναμιν αὐτῆς· ἔστι δέ τι καὶ τοιοῦτον ὃ τῶν νεωτέρων τοῖς ἐπὶ τὰ μαθήματα καὶ τὴν παιδείαν ὁρμῶσιν ἀκούσασιν ἂν συνενέγκοι, πολλὰ δὲ καὶ τῶν ὑπ' ἐμοῦ πάλαι γεγραμμένων ἐγκαταμεμιγμένα τοῖς νῦν λεγομένοις οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀκαίρως, ἀλλὰ προσηκόντως τοῖς ὑποκειμένοις. (11) Τοσοῦτον οὖν μῆκος λόγου συνιδεῖν, καὶ τοσαύτας ἰδέας c
καὶ τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστώσας συναρμόσαι καὶ συναγαγεῖν, καὶ τὰς ἐπιφερομένας οἰκειῶσαι ταῖς προειρημέναις, καὶ πάσας ποιῆσαι σφίσιν αὐταῖς ὁμολογουμένας, οὐ πάνυ μικρὸν ἦν ἔργον. Ὅμως δ' οὐκ ἀπέστην, καίπερ τηλικοῦτος ὤν, πρὶν αὐτὸν ἀπετέλεσα, μετὰ πολλῆς μὲν ἀληθείας εἰρημένον, τὰ δ' ἄλλα τοιοῦτον οἷος ἂν εἶναι δόξῃ τοῖς ἀκροωμένοις. (12) Χρὴ δὲ τοὺς διεξιόντας αὐτὸν πρῶτον μὲν ὡς ὄντος μικτοῦ τοῦ λόγου d

nam quum adversarius de ipsa causa nihil æqui diceret, sed et eloquentiæ meæ vim calumniaretur et in multitudinem discipulorum et opulentiam insolenter inveheretur; munus illud mihi obeundum esse judicarunt. Ac sumptus quidem ita tulimus, ut eos decet, qui neque rebus hujusmodi nimis percelluntur, neque pecunias negligenter ac temere abjiciendas censent. (6) Quum vero, ut dixi, plures esse sensissem, qui prave de me judicarent, cogitabam qua ratione et illis et posteris ostenderem, tum qui mei mores essent, tum qualem vitam degerem, tum in quo doctrinæ genere versarer: ne sic velut indicta causa me damnari talium criminum sinerem, nec (ut modò factum) in maledicorum potestate essem. (7) Quæ quum animo agitarem, me non alia ratione id assecuturum animadverti, quam si oratio tanquam imago animi mei et totius vitæ meæ scriberetur. Per eam enim spes erat meas rationes maxime cognitum iri, eandemque mihi fore monumentum multo pulchrius dedicatis æreis tabulis. (8) Ac si me quidem laudare vellem, sentiebam nec omnia me complecti posse quæ decrevissem, nec cum gratia de iis et sine invidia posse dicere: si autem me in judicium esse vocatum et in discrimen adductum ponerem, et qui mihi dicam impegisset ac negotium facesseret, esse calumniatorem, qui quidem iis criminationibus uteretur, quas in judicio permutationis attulisset, me autem verba facere per speciem defensionis; sic mihi demum præclaram occasionem datum iri de rebus omnibus arbitratu meo disserendi. (9) Hæc igitur animo agitans hanc orationem scripsi, non florente ætate, sed natus annos duos et octoginta. Quapropter venia danda erit, si prius a me editis mollior esse videbitur. Nec enim facilis fuit neque simplex, sed multum laboris variamque tractationem postulavit. (10) Nam quæ hic scripta sunt, partim in judiciis dici commode queunt, partim ad talia certamina non quadrant, sed de philosophia libere dicta vim ejus ostendunt. Est etiam tale aliquid, quod adolescentibus disciplinarum et eruditionis cupidis audivisse conducat. Multa quoque olim a me scripta inserta sunt his quæ nunc dicuntur, non temere nec intempestive, sed instituto meo convenienter. (11) Tantam igitur orationis prolixitatem contueri et tot formas adeoque inter se distantes conjungere et componere, et sequentes antegressis adaptare atque efficere ut inter se universæ consentirent, non parvi omnino laboris fuit. Tamen non destiti, quanquam adeo natu grandis, priusquam eam absolvissem, verissimam illam omnino quidem, sed cetera talem, qualis videbitur audientibus. (12) Oportebit autem etiam illos qui eam legent aut recitabunt, primum quasi mixta sit oratio et ad hæc argumenta

καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς ὑποθέσεις ταύτας γεγραμμένου
ποιεῖσθαι τὴν ἀκρόασιν, ἔπειτα προσέχειν τὸν νοῦν ἔτι
μᾶλλον τοῖς λέγεσθαι μέλλουσιν ἢ τοῖς ἤδη προειρημέ-
νοις, πρὸς δὲ τούτοις μὴ ζητεῖν εὐθὺς ἐπελθόντας ὅλον
αὐτὸν διελθεῖν, ἀλλὰ τοσοῦτον μέρος ὅσον μὴ λυπήσει
τοὺς παρόντας. Ἐὰν γὰρ ἐμμείνητε τούτοις, μᾶλλον
δυνήσεσθε κατιδεῖν εἴ τι τυγχάνομεν λέγοντες ἄξιον
ἡμῶν αὐτῶν. (13) Ἃ μὲν οὖν ἀναγκαῖον ἦν προειπεῖν,
ταῦτ' ἐστίν· ἤδη δ' ἀναγιγνώσκετε τὴν ἀπολογίαν τὴν e
προσποιουμένην μὲν περὶ κρίσεως γεγράφθαι, βουλομέ-
νην δὲ περὶ ἐμοῦ δηλῶσαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοὺς μὲν
ἀγνοοῦντας εἰδέναι ποιῆσαι, τοὺς δὲ φθονοῦντας ἔτι μᾶλ-
313 λον ὑπὸ τῆς νόσου ταύτης λυπεῖσθαι· μείζω γὰρ δίκην a
οὐκ ἂν δυναίμην λαβεῖν παρ' αὐτῶν.

14. Πάντων ἡγοῦμαι πονηροτάτους εἶναι καὶ μεγί-
στης ζημίας ἀξίους, οἵτινες οἷς αὐτοὶ τυγχάνουσιν ὄντες
ἔνοχοι, ταῦτα τῶν ἄλλων τολμῶσι κατηγορεῖν· ὅπερ
Λυσίμαχος πεποίηκεν. Οὗτος γὰρ αὐτὸς συγγεγραμ-
μένα λέγων περὶ τῶν ἐμῶν συγγραμμάτων πλείω πε-
ποίηται λόγον ἢ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅμοιον ἐργα-
ζόμενος ὥσπερ ἂν εἴ τις ἱεροσυλίας ἕτερον διώκων αὐ-
τὸς τὰ τῶν θεῶν ἐν τοῖν χεροῖν ἔχων φανείη. (15) Πρὸ b
πολλοῦ δ' ἂν ἐποιησάμην οὕτως αὐτὸν νομίζειν εἶναί
με δεινόν, ὥσπερ ἐν ὑμῖν εἴρηκεν· οὐ γὰρ ἄν ποτέ μοι
πράγματα ποιεῖν ἐπεχείρησε. Νῦν δὲ λέγει μὲν ὡς
ἐγὼ τοὺς ἥττους λόγους κρείττους δύναμαι ποιεῖν, το-
σοῦτον δέ μου καταπεφρόνηκεν, ὥστ' αὐτὸς ψευδόμενος
ἐμοῦ τἀληθῆ λέγοντος ἐλπίζει ῥᾳδίως ἐπικρατήσειν. (16)
Οὕτω δέ μοι δυσκόλως ἅπαντα συμβέβηκεν, ὥσθ' οἱ c
μὲν ἄλλοι τοῖς λόγοις διαλύονται τὰς διαβολάς, ἐμοῦ δὲ
Λυσίμαχος αὐτοὺς τοὺς λόγους μάλιστα διαβέβληκεν,
ἵν' ἢν μὲν ἱκανῶς δόξω λέγειν, ἔνοχος ὢν φανῶ τοῖς
ὑπὸ τούτου περὶ τῆς δεινότητος τῆς ἐμῆς προειρημέ-
νοις, ἢν δ' ἐνδεέστερον τύχω διαλεχθεὶς ὧν οὗτος ὑμᾶς
προσδοκᾶν πεποίηκε, τὰς πράξεις ἡγῆσθέ μου χείρους
εἶναι. (17) Δέομαι οὖν ὑμῶν μήτε πιστεύειν πω μήτ'
ἀπιστεῖν τοῖς εἰρημένοις, πρὶν ἂν διὰ τέλους ἀκούσητε d
καὶ τὰ παρ' ἡμῶν, ἐνθυμουμένους ὅτι οὐδὲν ἂν ἔδει δί-
δοσθαι τοῖς φεύγουσιν ἀπολογίαν, εἴπερ οἷόν τ' ἦν ἐκ
τῶν τοῦ διώκοντος λόγων ἐψηφίσθαι τὰ δίκαια. Νῦν
δ' εἰ μὲν εὖ τυγχάνει κατηγορηκὼς ἢ κακῶς, οὐδεὶς ἂν
τῶν παρόντων ἀγνοήσειεν· εἰ δ' ἀληθέσι κέχρηται τοῖς
λόγοις, οὐκέτι τοῦτο τοῖς κρίνουσι γνῶναι ῥᾴδιον ἐξ ὧν
ὁ πρότερος εἴρηκεν, ἀλλ' ἀγαπητὸν ἦν ἐξ ἀμφοτέρων
τῶν λόγων ἐκλαβεῖν δυνηθῶσι τὸ δίκαιον. (18) Οὐ θαυ- e
μάζω δὲ τῶν πλείω χρόνον διατριβόντων ἐπὶ ταῖς τῶν
ἐξαπατώντων κατηγορίαις ἢ ταῖς ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολο-
γίαις, οὐδὲ τῶν λεγόντων ὡς ἔστι μέγιστον κακὸν δια- a
314 βολή· τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης κακουργότερον, ἢ ποιεῖ
τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν, τοὺς δὲ μηδὲν ἡμαρ-
τηκότας δοκεῖν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπιορκεῖν,
ὅλως δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δόξαν
παραστήσασα τοῖς ἀκούουσιν ὃν ἂν τύχῃ τῶν πολιτῶν
ἀδίκως ἀπόλλυσιν; (19) ἃ φυλακτέον ἐστίν, ὅπως μη-

omnia accommodata, sic auscultare; deinde studiosius advertere quid dicendum restet, quam quid ante sit dictum; præterea non id agere, ut primo impetu totam perlegant, sed tantam ejus partem, quæ auditoribus molestiam non pariat. Nam his observatis rectius perspicietis an aliquid dixerimus nostra existimatione dignum. (13) Et hactenus quidem præfandum fuit. Nunc autem defensionem legite, quæ quidem fingitur de judicio esse scripta, sed id propositum habet, ut et veritatem de me ostendat, et ignorantes doceat, et id efficiat, ut qui nobis invideant, magis etiam eo morbo crucientur: gravius enim eis supplicium irrogare non possum.

14. Eos ego improbissimos omnium et maxima pœna dignos esse puto, qui de iis rebus alios accusare audent, quibus ipsi constricti tenentur: quod Lysimachus fecit. Qui quum ipse de scripto dicat, de meis scriptis plura verba fecit, quam ceteris de rebus omnibus, quod perinde est, ac si quis alium sacrilegii reum ageret, qui donaria deorum ipse in manibus haberet. (15) Vehementer autem vellem me ab eo tam eloquentem judicari, quam apud vos dixit. Nunquam enim negotium mihi facessere instituisset. Nunc me, quem causam inferiorem dicendo posse facere superiorem ait, usque adeo contemnit, ut ipse speret se mentientem vera dicente me facile fore superiorem. (16) Tantis equidem ab omni parte difficultatibus conflictor, ut, quum alii calumnias orationibus refutent, meas Lysimachus orationes maxime traduxerit, ut, si quidem satis fecisse causæ videar, in me hærere appareat eloquentiæ crimen ab eo mihi illatum; sin tenuius quam pro ea exspectatione, quam apud vos de me concitavit, disseruero, me causam deteriorem habere putetis. (17) Vos igitur oro, ut verbis adversarii fidem nec habeatis nec abrogetis, antequam defensionem quoque nostram totam audiveritis, cogitantes supervacaneum fuisse reis pro se dicendi potestatem dari, si ex accusatoris oratione recte ferri sententia potuisset. Nunc utrum bene me an male accusaverit, nemo qui adest ignorat; utrum autem vera dixerit, judicibus ex oratione prioris intelligere non ita promptum est, sed boni consulendum, si ex utriusque verbis veritatem elicere possint. (18) Neque vero eos ego miror, qui plus temporis consumunt in accusandis impostoribus, quam in semetipsis defendendis, neque illos etiam, qui dicunt summum malum esse calumniam. Quid enim ea fieri possit maleficentius? quæ facit ut de mentientibus bene existimetur, ut plane innocentes injurii esse videantur, ut judices pejerent, quæ denique veritatem exstinguit, et caligine mendaciorum auditoribus involutis quemvis civium per injuriam interimit? (19) Quare providendum est, ne vobis tale quid usuveniat, aut

84. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν ἐπὶ τὴν σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην προσποιουμένων προτρέπειν ἡμεῖς ἂν ἀληθέστεροι καὶ χρησιμώτεροι φανεῖμεν ὄντες. Οἱ μὲν γὰρ παρακαλοῦσιν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν φρόνησιν τὴν ὑπὸ τῶν ἄλλων μὲν ἀγνοουμένην, ὑπ' αὐτῶν δὲ τούτων ἀντιλεγομένην, ἐγὼ δ' ἐπὶ τὴν ὑπὸ πάντων ὁμολογουμένην. (85) Κἀκείνοις μὲν ἀπόχρη τοσοῦτον, ἣν ἐπαγαγέσθαι τινὰς τῇ δόξῃ τῇ τῶν ὀνομάτων συνηθῶσιν εἰς τὴν αὑτῶν ὁμιλίαν, ἐγὼ δὲ τῶν μὲν ἰδιωτῶν οὐδένα πώποτε φανήσομαι παρακαλέσας ἐπ' ἐμαυτόν, τὴν δὲ πόλιν ὅλην πειρῶμαι πείθειν τοιούτοις πράγμασιν ἐπιχειρεῖν, ἐξ ὧν αὐτοί τ' εὐδαιμονήσουσι καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλάξουσι. (86) Καίτοι τὸν πάντας τοὺς πολίτας προτρέπειν προθυμούμενον πρὸς τὸ βέλτιον καὶ δικαιότερον προστῆναι τῶν Ἑλλήνων, πῶς εἰκὸς τοῦτον τοὺς συνόντας διαφθείρειν; τίς δὲ τοιούτους λόγους εὑρίσκειν δυνάμενος πονηροὺς ἂν καὶ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ζητεῖν ἐπιχειρήσειεν, ἄλλως τε καὶ διαπεπραγμένος ἀπ' αὐτῶν ἅπερ ἐγώ; (87) τούτων γὰρ γραφέντων καὶ διαδοθέντων καὶ δόξαν ἔσχον παρὰ πολλοῖς καὶ μαθητὰς πολλοὺς ἔλαβον, ὧν οὐδεὶς ἂν παρέμεινεν, εἰ μὴ τοιοῦτον ὄντα με κατέλαβον οἷόν περ προσεδόκησαν· νῦν δὲ τοσούτων γεγενημένων, καὶ τῶν μὲν ἔτη τρία, τῶν δὲ τέτταρα συνδιατριβέντων, οὐδεὶς οὐδὲν φανήσεται τῶν παρ' ἐμοὶ μεμψάμενος, (88) ἀλλ' ἐπὶ τελευτῆς, ὅτ' ἤδη μέλλοιεν ἀποπλεῖν ὡς τοὺς γονέας καὶ τοὺς φίλους τοὺς ἑαυτῶν, οὕτως ἠγάπων τὴν διατριβὴν ὥστε μετὰ πόθου καὶ δακρύων ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγήν. Καίτοι πότερα χρὴ πιστεύειν ὑμᾶς τοῖς σαφῶς ἐπισταμένοις καὶ τοὺς λόγους καὶ τὸν τρόπον τὸν ἐμόν, ἢ τῷ μηδὲν μὲν εἰδότι τῶν ἐμῶν, προῃρημένῳ δὲ συκοφαντεῖν; (89) ὃς εἰς τοσοῦτο πονηρίας καὶ τόλμης ἐλήλυθεν, ὥστε γραψάμενος ὡς λόγους διδάσκω δι' ὧν πλεονεκτήσουσι παρὰ τὸ δίκαιον, ἀπόδειξιν μὲν οὐδεμίαν τούτων ἤνεγκε, λέγων δὲ διατετέλεκεν ὡς δεινόν ἐστι διαφθείρεσθαι τοὺς τηλικούτους, ὥσπερ ἀντιλέγοντός τινος περὶ τούτων, ἢ τοῦτο δέον αὐτὸν ἀποφαίνειν ὃ πάντες ὁμολογοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον διδάσκειν ὡς ἐγὼ τυγχάνω ταῦτα διαπραττόμενος. (90) Καὶ εἰ μέν τις τοῦτον ἀπαγαγὼν ἀνδραποδιστὴν καὶ κλέπτην καὶ λωποδύτην μηδὲν μὲν αὐτὸν ἀποφαίνοι τούτων εἰργασμένον, διεξίοι δ' ὡς δεινὸν ἕκαστόν ἐστι τῶν κακουργημάτων, ληρεῖν ἂν φαίη καὶ μαίνεσθαι τὸν κατήγορον, αὐτὸς δὲ τοιούτοις λόγοις κεχρημένος οἴεται λανθάνειν ὑμᾶς. (91) Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοῦτό γε καὶ τοὺς ἀμαθεστάτους γιγνώσκειν, ὅτι δεῖ πιστὰς εἶναι καὶ μέγα δυναμένας τῶν κατηγοριῶν οὐχ αἷς ἔξεστι χρήσασθαι καὶ περὶ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων, ἀλλ' ἃς οὐχ οἷόν τ' εἰπεῖν ἀλλ' ἢ κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων· ὧν αὐτὸς ὀλιγωρήσας οὐδὲν προσήκοντας τῇ γραφῇ λόγους εἴρηκεν. (92) Ἔδει γὰρ αὐτὸν καὶ τοὺς λόγους δεικνύναι τοὺς

esse dixi, sed multo majore illos qui quod difficilius est perficere possunt.

84. Porro etiam iis qui ad continentiam justitiamque adhortari se simulant, nos idem et verius et majore cum fructu facere videamur. Illi enim ad virtutem prudentiamque quæ ab aliis ignoretur, et ab his ipsis addubitetur, adhortantur; ego vero ad eam quæ ab omnibus agnoscatur. (85) Atque illis etiam sufficit si quos fama nominis in sui consuetudinem allicere possint; ego vero privatorum hominum neminem unquam ad me vocasse videbor, sed totam civitatem adhortari ad eas res suscipiendas studeo, quibus et ipsi suam felicitatem augeant et ceteros Græcos calamitatibus iis, quibus nunc conflictentur, liberent. (86) At vero quomodo credibile est ab eo qui omnes cives admoneat ut melius justiusque Græcis præsint, familiares corrumpi? Quis, quum tales orationes invenire possit, pravas de pravis rebus quærere aggrediatur, præsertim si talia inde præmia qualia ego perceperit? (87) His enim scriptis et editis et famam apud multos consecutus sum et multos auditores obtinui, quorum nemo apud me restitisset nisi qualem me exspectaverant, talem cognovissent; nunc vero tanto eorum numero nemo, postquam alii tres annos, alii quattuor mecum fuerint, quidquam vitii in me reperit, (88) sed finita institutione, quando ad parentes amicosque suos erant navigaturi, tanto opere consuetudinem meam adamaverunt, ut cum desiderio et lacrimis discederent. At vero utris par est vos credere, iisne qui et orationes et mores meos cognoverunt, an ei qui rerum mearum ignarus calumniari me voluit? (89) qui tanta impudentia et audacia me persequitur, ut quum nomen meum detulerit eo quod rationes doceam quibus jus evertatur, nihil quo crimen probetur protulit, sed continuo effutiit non esse ferendum ut adolescentes corrumpantur, ac si ei quisquam de hac re contradicat, aut hoc in quo omnes consentiunt, demonstrandum sit, nec illud solum docendum, me esse eum qui faciat. (90) Ac si quis hunc, quod homines plagio surripuerit, furatus sit, parietes perfregerit, in jus vocaret, deinde horum criminum nullum probaret, sed quam indignum facinus unumquodque esset recenseret, nonne delirare accusatorem atque insanire diceret, ipse vero hac accusandi ratione usus fallere se posse putat? (91) Ego vero hoc etiam ab imperitissimis intelligi arbitror, accusationes firmas et validas esse oportere non quibus adversus innocentes uti liceat, sed quæ nisi in sontes adhiberi nequeant. Quibus ille neglectis nihil protulit quod accusationi conveniret. (92) Orationes enim meæ,

ἐμούς, οἷς διαφθείρω τοὺς συνόντας, καὶ τοὺς μαθητὰς φράζειν τοὺς χείρους διὰ τὴν συνουσίαν τὴν ἐμὴν γεγενημένους· νῦν δὲ τούτων μὲν οὐδέτερον πεποίηκε, παραλιπὼν δὲ τὴν δικαιοτάτην τῶν κατηγοριῶν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς ἐπεχείρησεν. Ἐγὼ δ' ἐξ αὐτῶν τούτων ἐν ὧνπερ προσήκει καὶ δίκαιόν ἐστι, ποιήσομαι τὴν ἀπολογίαν.

93. Καὶ τοὺς μὲν λόγους ὀλίγῳ πρότερον ἀνέγνωμεν ὑμῖν, τοὺς δὲ κεχρημένους ἐκ μειρακίων μοι μέχρι γήρως δηλώσω, καὶ μάρτυρας ὑμῶν αὐτῶν παρέξομαι περὶ ὧν ἂν λέγω τοὺς κατὰ τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν γεγενημένους. Ἤρξαντο μὲν οὖν ἐν πρώτοις Εὔνομός μοι καὶ Λυσιθείδης καὶ Κάλλιππος πλησιάζειν, μετὰ δὲ τούτους Ὀνήτωρ, Ἀντικλῆς, Φιλωνίδης, Φιλόμηλος, Χαρμαντίδης. (94) Τούτους ἅπαντας ἡ πόλις χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφάνωσεν, οὐχ ὡς τῶν ἀλλοτρίων ἐφιεμένους, ἀλλ' ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς ὄντας καὶ πολλὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκότας. Πρὸς οὓς ὅπως βούλεσθε θέτε με διακεῖσθαι· πρὸς γὰρ τὸ παρὸν πανταχῶς ἕξει μοι καλῶς. (95) Ἤν τε γὰρ ὑπολάβητε σύμβουλον εἶναί με καὶ διδάσκαλον τούτων, δικαίως ἂν ἔχοιτέ μοι πλείω χάριν ἢ τοῖς δι' ἀρετὴν ἐν πρυτανείῳ σιτουμένοις· τούτων μὲν γὰρ ἕκαστος αὑτὸν μόνον παρέσχε καλὸν κἀγαθόν, ἐγὼ δὲ τοσούτους τὸ πλῆθος ὅσους ὀλίγῳ πρότερον διῆλθον ὑμῖν. (96) Εἴ τε τῶν μὲν πεπραγμένων ἐκείνοις μηδὲν συναίτιος ἐγενόμην, ὡς ἑταίροις δὲ καὶ φίλοις αὐτοῖς ἐχρώμην, ἱκανὴν ὑπὲρ ὧν φεύγω τὴν γραφὴν ἡγοῦμαι καὶ ταύτην εἶναι τὴν ἀπολογίαν· εἰ γὰρ τοῖς μὲν δι' ἀρετὴν δωρεὰς εἰληφόσιν ἤρεσκον, τῷ δὲ συκοφάντῃ μὴ τὴν αὐτὴν ἔχω γνώμην, πῶς ἂν εἰκότως γνωσθείην τοὺς συνόντας διαφθείρειν; (97) ἢ πάντων γ' ἂν εἴην δυστυχέστατος, εἰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἔκ τε τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν συνουσιῶν τῶν μὲν χείρω τῶν δὲ βελτίω δόξαν λαμβανόντων ἐγὼ μόνος μὴ τύχοιμι τῆς δοκιμασίας ταύτης, ἀλλὰ τοιούτοις μὲν ἀνδράσι συμβεβιωκώς, ἀνέγκλητον δ' ἐμαυτὸν μέχρι ταυτησὶ τῆς ἡλικίας παρεσχηκώς, ὅμοιος εἶναι δόξαιμι τοῖς ἔκ τε τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἄλλων συνουσιῶν διαβεβλημένοις. Ἡδέως δ' ἂν εἰδείην τί ποτ' ἂν ἔπαθον, εἴ τίς μοι τοιοῦτος ἦν συγγεγενημένος οἷός πέρ ἐστιν ὁ κατήγορος, ὃς μισῶν ἅπαντας τοὺς τοιούτους καὶ μισούμενος εἰς τουτονὶ καθέστηκα τὸν κίνδυνον.

98. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνος ὁ λόγος δικαίως ἄν με βλάψειεν, ὃν ἴσως ἄν τινες τολμήσαιεν εἰπεῖν τῶν παντάπασι πρός με δυσκόλως διακειμένων, ὡς τούτοις μὲν οἷς εἴρηκα τοσοῦτον μόνον ἐχρώμην ὅσον ὀφθῆναι διαλεγόμενος, ἕτεροι δέ τινές μοι πολλοὶ καὶ πολυπράγμονες μαθηταὶ γεγόνασιν, οὓς ἀποκρύπτομαι πρὸς ὑμᾶς. (99) Ἀξιῶ γάρ, εἰ μέν τινες τῶν ἐμοὶ συγγεγενημένων ἄνδρες ἀγαθοὶ γεγόνασι περὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς φίλους καὶ τὸν ἴδιον οἶκον, ἐκείνους ὑμᾶς ἐπαινεῖν, ἐμοὶ δὲ μηδεμίαν ὑπὲρ τούτων χάριν ἔχειν, εἰ δὲ πονηροὶ καὶ τοιοῦτοι τὰς φύσεις οἷοι φαίνειν καὶ γράφεσθαι καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, παρ' ἐμοῦ δίκην λαμβάνειν. (100) Καίτοι τίς ἂν πρόκλησις γένοιτο ταύτης ἀνεπιφθονωτέρα, καὶ

quibus auditores meos corrumperem, indicandæ erant, et discipuli nominandi, qui consuetudine mea depravati essent. Quibus ille omissis justissimaque accusandi ratione rejecta in fraudem vos inducere conatus est. Ego autem his ipsis quibus par justumque est innisus causam meam dicam.

93. Atque orationes quidem paullo ante vobis recitavimus; adolescentes vero quorum consuetudine ad senectutem usque usus sim, æqualibus meis ex vobismetipsis verborum meorum testibus adhibitis vobis indicabo. Inter primos Eunymus, et Lysithides, et Callippus ad me venire solebant, et post hos Onetor, Anticles, Philonides, Philomelus, Charmantides: (94) quos civitas omnes aureis coronis ornavit, non quod alienis inhiabant, sed quod boni viri facti ex sua re familiari multa in rempublicam contulerunt. Erga quos facite meam utcumque libuerit conditionem; ad rem præsentem ab omni parte bene sese habebit. (95) Si enim me consiliarium eorum et magistrum censeatis, majorem mihi jure habeatis gratiam quam iis qui virtutis causa in Prytaneo epulantur. Horum enim quisque se tantum virum bonum præstitit, ego vero effeci ut tot essent numero quot paulo ante vobis nominavi. (96) Sin illorum res gestæ nihil ad me pertinent, sed iis tantum amicis et sodalibus usus sum, hanc quoque defensionem adversus crimina in me cellata satisfacturam esse arbitror. Si enim hominibus publice ob virtutem donatis placebam, a mente sycophantæ vero abhorrebam, quomodo amicos meos corrupisse videri possim? (97) Aut omnium essem infelicissimus, si quum alii ex institutis suis necessitudinibusque aut melius aut pejus audiant, ego solus ab eodem judicio excluderer, et postquam cum talibus viris vixi integrumque me ad hanc ætatem præbui, iis annumerarer, qui et ob instituta sua et de cetero ob familiares reprehenduntur. Libenter scirem quæ sors mea futura esset, si amicus talis mecum fuisset qualis accusator est, qui omnes tales viros perosus iisque invisus ad hanc accusationem descendit.

98. Ac ne illa quidem accusatio, qua fortasse aliqui ex inimicis meis infensissimis usuri sint, jure me læserit, quod cum illis quos nominaverim, tantum modo temporis fuerim quam diu in publico conspectus sim cum iis versatus; alios autem mihi multos et novarum rerum studiosos discipulos fuisse, quos ego vos celem. (99) Volo enim, si qui familiarium meorum in rempublicam, in amicos, in domum suam boni exstiterunt, hos a vobis laudari, mihi vero eorum causa nullam referri gratiam; sin mali talique ingenio, ut delatores sint et accusent et aliena appetant, de me pœnas sumi. (100) At vero quæ exhortatio hac sit

δικαιοτέρα τῆς τῶν μὲν καλῶν κἀγαθῶν οὐκ ἀμφισβητούσης, εἰ δέ τινες πονηροὶ γεγόνασιν, ὑπὲρ τούτων δίκην ὑποσχεῖν ἐθελούσης; καὶ ταῦτ' οὐ λόγος μάτην εἰρημένος ἐστίν, ἀλλὰ παραχωρῶ καὶ τῷ κατηγόρῳ καὶ τῷ βουλομένῳ τῶν ἄλλων, εἴ τις ἔχει τινὰ φράσαι τοιοῦτον, οὐχ ὡς οὐχ ἡδέως ἄν τινών μου καταψευσαμένων, ἀλλ' ὡς εὐθὺς φανερῶν ἐσομένων ὑμῖν καὶ τῆς ζημίας ἐκείνοις ἀλλ' οὐκ ἐμοὶ γενησομένης.

101. Περὶ μὲν οὖν ὧν φεύγω τὴν γραφὴν καὶ τοῦ μὴ διαφθείρειν τοὺς συνόντας, οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν σαφέστερον ἐπιδεῖξαι δυνηθείην· ἐμνήσθη δὲ καὶ τῆς πρὸς Τιμόθεόν μοι φιλίας γεγενημένης, καὶ διαβάλλειν ἡμᾶς ἀμφοτέρους ἐπεχείρησε, καὶ οὐκ ᾐσχύνθη περὶ ἀνδρὸς τετελευτηκότος καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίου τῇ πόλει βλασφήμους καὶ λίαν ἀσελγεῖς λόγους εἰπών. (102) Ἐγὼ δ' ᾤμην μέν, εἰ καὶ φανερῶς ἐξηλεγχόμην ἀδικῶν, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον φιλίαν σώζεσθαί μοι προσήκειν· ἐπειδὴ δὲ Λυσίμαχος καὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιχειρεῖ με βλάπτειν ἐξ ὧν δικαίως ἂν ὠφελοίμην, ἀναγκαίως ἔχει διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν. Διὰ τοῦτο δ' οὐχ ἅμα περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐποιησάμην τὴν μνείαν, ὅτι πολὺ τὰ πράγματα διέφερεν αὐτῶν. (103) Περὶ μὲν γὰρ ἐκείνων οὐδὲν φλαῦρον εἰπεῖν ὁ κατήγορος ἐτόλμησε, περὶ δὲ τὴν Τιμοθέου κατηγορίαν μᾶλλον ἐσπούδασεν ἢ περὶ ὧν ἀπήνεγκε τὴν γραφήν· ἔπειθ' οἱ μὲν ὀλίγων ἐπεστάτησαν, τῶν δ' ἑκάστῳ προσταχθέντων οὕτως ἐπεμελήθησαν ὥστε τυχεῖν τῆς τιμῆς τῆς ὀλίγῳ πρότερον ὑπ' ἐμοῦ λεχθείσης, ὁ δὲ πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων καὶ πολὺν χρόνον κατέστη κύριος. Ὥστ' οὐκ ἂν ἥρμοσεν ἅμα περὶ τούτου καὶ τῶν ἄλλων χρήσασθαι τοῖς λόγοις, ἀλλ' ἀναγκαίως εἶχεν οὕτω διελέσθαι καὶ διατάξασθαι περὶ αὐτῶν. (104) Χρὴ δὲ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον οὐκ ἀλλότριον εἶναι νομίζειν τοῖς ἐνεστῶσι πράγμασιν, οὐδ' ἐμὲ λέγειν ἔξω τῆς γραφῆς· τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ὑπὲρ ὧν ἕκαστος ἔπραξε προσήκει διαλεχθεῖσι καταβαίνειν ἢ δοκεῖν περιεργάζεσθαι, τοῖς δ' ὑπολαμβανομένοις συμβούλοις εἶναι καὶ διδασκάλοις ὁμοίως ὑπὲρ τῶν συγγεγενημένων ὥσπερ ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὴν ἀπολογίαν, ἄλλως τ' ἢν καὶ τύχῃ τις διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην κρινόμενος· ὅπερ ἐμοὶ συμβέβηκεν. (105) Ἑτέρῳ μὲν οὖν ἀπέχρησεν ἂν τοῦτ' εἰπεῖν, ὡς οὐ δίκαιόν ἐστι μετέχειν εἴ τι Τιμόθεος πράττων μὴ κατώρθωσεν· οὐδὲ γὰρ τῶν δωρεῶν οὐδὲ τῶν τιμῶν οὐδεὶς αὐτῷ μετέδωκε τῶν ἐκείνῳ ψηφισθεισῶν, ἀλλ' οὐδ' ἐπαινέσαι τῶν ῥητόρων οὐδεὶς ἠξίωσεν ὡς σύμβουλον γεγενημένον· εἶναι δὲ δίκαιον ἢ καὶ τῶν ἀγαθῶν κοινωνεῖν ἢ μηδὲ τῶν ἀτυχιῶν ἀπολαύειν. (106) Ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν αἰσχυνθείην ἂν εἰπεῖν, τὴν αὐτὴν δὲ ποιοῦμαι πρόκλησιν ἥνπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων· ἀξιῶ γάρ, εἰ μὲν κακὸς ἀνὴρ γέγονε Τιμόθεος καὶ πολλὰ περὶ ὑμᾶς ἐξήμαρτε, μετέχειν καὶ δίκην διδόναι καὶ πάσχειν ὅμοια τοῖς ἀδικοῦσιν· ἢν δ' ἐπιδειχθῇ καὶ πολίτης ὢν ἀγαθὸς καὶ στρατηγὸς τοιοῦτος οἷος οὐδεὶς ἄλλος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἐκεῖνον μὲν οἶμαι δεῖν ὑμᾶς ἐπαινεῖν

minus invidiosa justiorque, quæ de bonis honestisque rebus non contendit; sin mali evaserint, vindicias pro his non recusat? Neque hæc frustra a me dicta sunt, sed et accusatori et ceterorum cuilibet concedo, si quis talem nominare possit, non quasi non libenter aliqui mendaciis me persequantur, sed ut statim a vobis cogniti illi pœna, non ego, afficiantur.

101. Crimen igitur mihi objectum, et quod corrumpam adolescentes, nescio quomodo planius a me possim defendere. Mentione vero etiam meæ cum Timotheo amicitiæ facta calumniare utrumque nostrûm conatus est, non reveritus in virum defunctum multorumque in urbem collatorum beneficiorum auctorem maledicos nimisque petulantes sermones conjicere. (102) Ego vero etiamsi manifesto crimine tenerer, propter illius amicitiam absolvi me oportere existimabam. Sed quia Lysimachus iis me criminibus adortus est, quibus defensio mea jure inniteretur, de his quoque necesse est dicere. Idcirco autem non simul hujus et ceterorum necessariorum meorum mentionem feci, quod eorum facta valde differunt. (103) Ac de illis quidem accusator mali nihil proferre ausus: sed quo diutius in Timothei accusatione versabatur quam in iis quæ adversus me detulit; deinde illi paucis quidem negotiis præerant, at unoquoque, quod cuique demandatum erat, ita functi sunt, ut eum honorem obtinerent quem paullo ante commemoravi, dum hic et multa et magna negotia eaque diu obibat. Itaque non satis conveniebat et de hoc et de illis simul verba fieri, sed necesse fuit eos sic discerni orationemque divisim institui. (104) Neque vero quisquam mea de illo verba ab instituto negotio aliena neque causam excedere censeat; privatis enim convenit, ubi de rebus suis defensionem finierint, de suggestu descendere aut præter rem laborare videri; qui vero aliorum se consiliarios magistrosque profiteantur, eos æque de necessariis suis ac de se causam dicere necesse est, præsertim si quis, id quod mihi accidit, hanc ipsam ob rem in jus vocatus sit. (105) Atque alii quidem satis erat, si quid Timotheus offendisset, negare ejus delicti jure se fieri participem, quum neque donorum neque honorum, qui illi decreti fuerint, quisquam partem aliquam in se contulerit, neque ullus orator laudaverit, quod Timothei consiliarius fuerit: æquum autem esse aut bonorum fieri participem, aut ab incommodis segregari. (106) Me vero pudet hæc dicere; sed eadem quæ de ceteris palam profiteor: si Timotheus malus vir fuerit multisque in rebus adversus vestram utilitatem publicam offenderit, me nolle ab eo segregari, sed pœnas dare idemque subire supplicium quod delinquentibus constitutum sit: sin et bonus civis et imperator talis, qualem alium nullum cognoverimus, compertus sit, illum censeo

καὶ χάριν ἔχειν αὐτῷ, περὶ δὲ ταυτησὶ τῆς γραφῆς ἐκ τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων, ὅτι ἂν ὑμῖν δίκαιον εἶναι δοκῇ, τοῦτο γιγνώσκειν.

107. Ἀθροώτατον μὲν οὖν τοῦτ' εἰπεῖν ἔχω περὶ Τιμοθέου καὶ μάλιστα καθ' ἁπάντων, ὅτι τοσαύτας ᾕρηκε πόλεις κατὰ κράτος ὅσας οὐδεὶς πώποτε τῶν ἐστρατηγηκότων, οὔτε τῶν ἐκ ταύτης τῆς πόλεως οὔτε τῶν ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, καὶ τούτων ἐνίας, ὧν ληφθεισῶν ἅπας ὁ τόπος ὁ περιέχων οἰκεῖος ἠναγκάσθη τῇ πόλει γενέσθαι· τηλικαύτην ἑκάστη δύναμιν εἶχε. (108) Τίς γὰρ οὐκ οἶδε Κόρκυραν μὲν ἐν ἐπικαιροτάτῳ καὶ κάλλιστα κειμένην τῶν περὶ Πελοπόννησον, Σάμον δὲ τῶν ἐν Ἰωνίᾳ, Σηστὸν δὲ καὶ Κριθώτην τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ, Ποτίδαιαν δὲ καὶ Τορώνην τῶν ἐπὶ Θρᾴκης; ἃς ἐκεῖνος ἁπάσας κτησάμενος παρέδωκεν ὑμῖν, οὐ δαπάναις μεγάλαις, οὐδὲ τοὺς ὑπάρχοντας συμμάχους λυμηνάμενος, οὐδὲ πολλὰς ὑμᾶς εἰσφορὰς ἀναγκάσας εἰσενεγκεῖν, (109) ἀλλ' εἰς μὲν τὸν περίπλουν τὸν περὶ Πελοπόννησον τρία καὶ δέκα μόνον τάλαντα δούσης αὐτῷ τῆς πόλεως καὶ τριήρεις πεντήκοντα, Κόρκυραν εἷλε, πόλιν ὀγδοήκοντα τριήρεις κεκτημένην, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον Λακεδαιμονίους ἐνίκησε ναυμαχῶν, καὶ ταύτην αὐτοὺς ἠνάγκασε συνθέσθαι τὴν εἰρήνην, ἣ τοσαύτην μεταβολὴν ἑκατέρᾳ τῶν πόλεων ἐποίησεν, (110) ὥσθ' ἡμᾶς μὲν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας θύειν αὐτῇ καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν ὡς οὐδεμιᾶς ἄλλης οὕτω τῇ πόλει συνενεγκούσης, Λακεδαιμονίων δὲ μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον μηδ' ὑφ' ἑνὸς ἑωρᾶσθαι μήτε ναυτικὸν ἐντὸς Μαλέας περιπλέον μήτε πεζὸν στρατόπεδον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ πορευόμενον, ὅπερ αὐτοῖς τῆς περὶ Λεῦκτρα συμφορᾶς εὕροι τις ἂν αἴτιον γεγενημένον. (111) Μετὰ δὲ ταύτας τὰς πράξεις ἐπὶ Σάμον στρατεύσας, ἣν Περικλῆς ὁ μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν εἰληφὼς ἀπὸ διακοσίων νεῶν καὶ χιλίων ταλάντων κατεπολέμησε, ταύτην οὔτε πλέον οὔτ' ἔλαττον παρ' ὑμῶν λαβὼν οὔτε παρὰ τῶν συμμάχων ἐκλέξας, ἐν δέκα μησὶν ἐξεπολιόρκησεν ὀκτακισχιλίοις πελτασταῖς καὶ τριήρεσι τριάκοντα, καὶ τούτοις ἅπασιν ἐκ τῆς πολεμίας τὸν μισθὸν ἀπέδωκε. (112) Καίτοι τοιοῦτον ἔργον ἄν τις ἄλλος φανῇ πεποιηκώς, ὁμολογῶ ληρεῖν, ὅτι διαφερόντως ἐπαινεῖν ἐπιχειρῶ τὸν οὐδὲν περιττότερον τῶν ἄλλων διαπεπραγμένον. Ἐντεῦθεν τοίνυν ἀναπλεύσας Σηστὸν καὶ Κριθώτην ἔλαβε, καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἀμελουμένης Χερρονήσου προσέχειν ὑμᾶς αὐτῇ τὸν νοῦν ἐποίησε. (113) Τὸ δὲ τελευταῖον Ποτίδαιαν, εἰς ἣν ἡ πόλις τετρακόσια καὶ δισχίλια τάλαντα τὸ πρότερον ἀνήλωσε, ταύτην εἷλεν ἀπὸ τῶν χρημάτων ὧν αὐτὸς ἐπόρισε καὶ τῶν συντάξεων τῶν ἀπὸ Θρᾴκης· καὶ προσέτι Χαλκιδεῖς ἅπαντας κατεπολέμησεν. Εἰ δὲ δεῖ μὴ καθ' ἕκαστον ἀλλὰ διὰ βραχέων εἰπεῖν, τεττάρων καὶ εἴκοσι πόλεων κυρίους ὑμᾶς ἐποίησεν ἐλάττω δαπανήσας ὧν οἱ πατέρες ἡμῶν εἰς τὴν Μηλίων πολιορκίαν ἀνήλωσαν.

114. Ἠβουλόμην δ' ἄν, ὥσπερ ἐξαριθμῆσαι τὰς πρά-

laude vobis afficiendum esse gratiasque ei agendas, de accusatione vero mea ex rebus gestis meis, quidquid vobis justum visum fuerit, id constituendum.

107. In universum igitur et maxime de omnibus hoc possum dicere, Timotheum tot urbes vi cepisse quot nemo unquam eorum qui exercitus duxerunt, nec modo hujus urbis, sed etiam totius Græciæ, et urbium nonnullas quibus captis tota regio in nostram se fidem dare coacta est, quia tantam quæque potentiam obtinebat. (108) Quis enim nescit inter omnes Corcyram circa Peloponnesum, Samum in Ionia, Sestum et Crithoten in Hellesponto, Potidæam et Toronam in vicinia Thraciæ maxime opportuno pulcherrimoque loco sitas esse? Quas ille omnes captas vobis tradidit, non magno sumptu, neque sociis offensis, neque multis collationibus a vobis exactis, (109) sed quum civitas ei tredecim tantum talenta in circumnavigationem Peloponnesi et triremes quinquaginta dedisset, Corcyram urbem octoginta triremibus instructam cepit, Lacedæmoniosque eodem tempore navali prœlio victos ad hanc pacem ineundam compulit, quæ utrique civitati tantam mutationem attulit, (110) ut nos ab illo inde die sacra pro ea quotannis faceremus ut pro re qua nulla majus emolumentum reipublicæ attulerit; Lacedæmoniorum autem ab illo tempore neque classis intra Maleam circumnavigans neque exercitus per Isthmum proficiscens visus sit, quod causam cladis ad Leuctra acceptæ fuisse jure quis existimaverit. (111) Quibus rebus gestis in Samum profectus, quam Pericles, qui maximam sapientiæ et justitiæ et continentiæ famam consecutus est, ducentis navibus et mille talentis debellavit, hanc nulla a vobis nec majore nec minore impensa facta neque tributis a sociis exactis decem mensibus expugnavit octo millibus ferentariorum et triginta triremibus instructus, quibus ille omnibus ex hostico stipendium solvit. (112) Jam si quis alius tantam rem gesserit, delirare me confiteor, quod eum laudibus extollere studeo, qui ceteris nihil præstantius egerit. Inde igitur navibus profectus Sestum et Crithoten cepit; quo facto nos neglectæ diu Chersonesi rationem habere compulit; (113) postremoque Potidæam, in quam civitas duo millia et quadringenta talenta olim insumpserat, opibus quas ipse sibi comparavit tributisque e Thracia collectis in potestatem suam redegit, et præterea omnes Chalcidenses subegit. Denique si non singula enumeranda sunt, sed breviter dicendum est, urbes viginti quattuor in fidem recepit minore pecunia quam ea erat quam nostri majores in Meliorum obsidionem erogarunt.

114. Vellem autem, ut res gestas enumerare facile fuit,

ξεις ῥᾴδιον γέγονεν, οὕτως οἷόντ' εἶναι συντόμως δηλῶσαι τοὺς καιροὺς ἐν οἷς ἕκαστα τούτων ἐπράχθη, καὶ τὰ τῆς πόλεως ὡς εἶχε, καὶ τὴν τῶν πολεμίων δύναμιν· πολὺ γὰρ ἂν ὑμῖν αἵ τ' εὐεργεσίαι μείζους κἀκεῖνος πλείονος ἄξιος ἔδοξεν εἶναι. (115) Νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἐάσω διὰ τὸ πλῆθος, ἡγοῦμαι δ' ὑμᾶς ἡδέως ἂν ἀκοῦσαι διὰ τί ποτε τῶν μὲν εὐδοκιμούντων ἀνδρῶν παρ' ὑμῖν καὶ πολεμικῶν εἶναι δοκούντων οὐδὲ κώμην ἔνιοι λαβεῖν ἠδυνήθησαν, Τιμόθεος δ' οὔτε τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχων ἐρρωμένην οὔτ' ἐν τοῖς στρατοπέδοις τοῖς πλανωμένοις κατατετριμμένος, ἀλλὰ μεθ' ὑμῶν πολιτευόμενος τηλικαῦτα διεπράξατο τὸ μέγεθος. Ἔστι δ' ὁ λόγος ὁ περὶ τούτων φιλαπεχθήμων μέν, ῥηθῆναι δ' οὐκ ἀσύμφορος. (116) Ἐκεῖνος γὰρ τούτῳ τῶν ἄλλων διήνεγκεν, ὅτι περὶ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ συμμαχικῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἐπιμελείας τῆς τούτων οὐ τὴν αὐτὴν ὑμῖν γνώμην εἶχεν. Ὑμεῖς μὲν γὰρ χειροτονεῖτε στρατηγοὺς τοὺς εὐρωστοτάτους τοῖς σώμασι καὶ πολλάκις ἐν τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασι γεγενημένους, ὡς διὰ τούτων διαπραξόμενοί τι τῶν δεόντων· ὁ δὲ τοῖς μὲν τοιούτοις λοχαγοῖς ἐχρῆτο καὶ ταξιάρχοις, (117) αὐτὸς δὲ περὶ ταῦτα δεινὸς ἦν, περὶ ἅπερ χρὴ φρόνιμον εἶναι τὸν στρατηγὸν τὸν ἀγαθόν. Ἔστι δὲ ταῦτα τίνα δύναμιν ἔχοντα; δεῖ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ σαφῶς φράσαι περὶ αὐτῶν. Πρῶτον μὲν δύνασθαι γνῶναι πρὸς τίνας πολεμητέον καὶ τίνας συμμάχους ποιητέον· ἀρχὴ γὰρ αὕτη στρατηγίας ἐστίν, ἧς ἢν διαμάρτῃ τις, ἀνάγκη τὸν πόλεμον ἀσύμφορον καὶ χαλεπὸν καὶ περίεργον εἶναι. (118) Περὶ τοίνυν τὴν τοιαύτην προαίρεσιν οὐ μόνον οὐδεὶς τοιοῦτος γέγονεν, ἀλλ' οὐδὲ παραπλήσιος. Ῥᾴδιον δ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων γνῶναι· πλείστους γὰρ πολέμους ἄνευ τῆς πόλεως ἀνελόμενος, ἅπαντας τούτους κατώρθωσε καὶ δικαίως ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἔδοξεν αὐτοὺς ποιήσασθαι. Καίτοι τοῦ καλῶς βουλεύσασθαι τίς ἂν ἀπόδειξιν ἔχοι σαφεστέραν καὶ μείζω ταύτης παρασχέσθαι; (119) Δεύτερον τί προσήκει τὸν στρατηγὸν τὸν ἀγαθόν; στρατόπεδον συναγαγεῖν ἁρμόττον τῷ πολέμῳ τῷ παρόντι, καὶ τοῦτο συντάξαι καὶ χρήσασθαι συμφερόντως. Ὡς μὲν τοίνυν ἠπίστατο χρῆσθαι καλῶς, αἱ πράξεις αὐταὶ δεδηλώκασιν· ὡς δὲ καὶ πρὸς τὸ παρασκευάσασθαι μεγαλοπρεπῶς καὶ τῆς πόλεως ἀξίως ἁπάντων διήνεγκεν, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἂν ἄλλως εἰπεῖν τολμήσειεν. (120) Ἔτι τοίνυν πρὸς τούτοις ἀπορίας ἐνεγκεῖν στρατοπέδου καὶ πενίας, καὶ πάλιν εὐπορίας εὑρεῖν, τίς οὐκ ἂν τῶν συνεστρατευμένων πρὸς ἀμφότερα ταῦτα διαφέρειν ἐκεῖνον προκρίνειεν; συνίσασι γὰρ αὐτῷ κατὰ μὲν ἀρχὰς τῶν πολέμων διὰ τὸ μηδὲν παρὰ τῆς πόλεως λαμβάνειν εἰς τὰς ἐσχάτας ἐνδείας καθιστάμενον, ἐκ δὲ τούτων εἰς τοῦτο τὰ πράγματα περιιστάναι δυνάμενον, ὥστε καὶ τῷ πολέμῳ περιγίγνεσθαι καὶ τοῖς στρατιώταις ἐντελεῖς ἀποδιδόναι τοὺς μισθούς. (121) Οὕτω τοίνυν τούτων μεγάλων ὄντων καὶ σφόδρα κατεπειγόντων, ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις δικαίως ἄν τις αὐτὸν ἔτι μᾶλλον ἐπαινέσειεν.

ita etiam breviter me declarare posse quibus quæque res temporibus transacta sit et quæ reipublicæ conditio et hostium potestas fuerit, quo benefacta majora atque ille pluris æstimandus vobis esse videretur. (115) Quibus nunc ob multitudinem omissis, vos tamen libenter audire velle credo cur nonnulli eorum qui magna laude apud vos ferebantur reique militaris peritissimi videbantur, ne vicum quidem capere potuerint; Timotheus contra neque corporis viribus insignis neque in vagis exercitibus versatus, sed vobiscum civis inter cives ætatem agens, tantas res gesserit. Quæ quidem expositio quanquam invidia non caret, tamen non sine fructu audietur. (116) Ille enim ideo ceteris antecelluit, quod de rebus Græcorum sociorumque atque earum administratione a vestra sententia quam maxime recedebat. Vos enim imperatores eligitis corpore validissimos in mercenariisque exercitibus sæpe versatos, ut per hos quod e re sit geratis; his vero ille centurionibus et ordinum ductoribus utebatur, (117) quum ipse illis rebus esset egregius, quibus prudentem et bonum imperatorem excellere necesse est. Atque hæc quidem quamnam vim habent? quæ non sufficit in universum indicasse, sed singula quæque accurate enumeranda sunt. Primum hoc, ut possis cognoscere quibus bellum inferendum quique socii adsciscendi sint. Fundamentum autem illud est artis imperatoriæ, qua in re si quis falsus fuerit, bellum necesse est et inutile fieri et arduum et supervacaneum. (118) In tali igitur consilio nemo non modo talis, sed ne similis quidem fuit: id quod rebus ipsis facile cognoscitur. Plurimis enim bellis injussu civium susceptis rem semper prospere gessit, omnibusque Græcis ea jure fecisse visus est. Prudentis vero consilii quis illo evidentius majusque argumentum exhibere possit? (119) Secundo loco quid convenit bono imperatori? Exercitum posse contrahere bello instanti idoneum, atque ordinare, eumque cum fructu adhibere. Atque scivisse illum exercitu bene uti, res ipsæ documento sunt; deinde apparatu magnifico, ut dignus erat republica, eum omnibus antecelluisse, ne inimicorum quidem quisquam est qui negare ausus sit. (120) Præterea in inopia exercitus toleranda et penuria, et rursus copiis parandis, quis commilitonum eum in utroque excelluisse non judicet? Sciunt enim illum, quum sub initium bellorum, nullo ab urbe commeatu accepto, extrema necessitate laboraret, postea res in eam conditionem adduxisse, ut et bello superior evaderet et militibus stipendium integrum penderet. (121) Quæ quum magna sint atque adeo excellant, ob ea quæ cum his cohæreant, jure illum quis etiam magis prædicet.

Ὁρῶν γὰρ ὑμᾶς τούτους μόνους ἄνδρας νομίζοντας, τοὺς ἀπειλοῦντας καὶ τοὺς ἐκφοβοῦντας τὰς ἄλλας πόλεις καὶ τοὺς ἀεί τι νεωτερίζοντας ἐν τοῖς συμμάχοις, οὐκ ἐπηκολούθησε ταῖς ὑμετέραις γνώμαις, οὐδ' ἠβουλήθη βλάπτων τὴν πόλιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ τοῦτ' ἐφιλοσόφει καὶ τοῦτ' ἔπραττεν, ὅπως μηδεμία τῶν πόλεων αὐτὸν φοβήσεται τῶν Ἑλληνίδων, ἀλλὰ πᾶσαι θαρρήσουσι πλὴν τῶν ἀδικουσῶν. (122) Ἠπίστατο γὰρ τούς τε δεδιότας ὅτι μισοῦσι δι' οὓς ἂν τοῦτο πεπονθότες τυγχάνωσι, τήν τε πόλιν διὰ μὲν τὴν φιλίαν τὴν τῶν ἄλλων εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην γενομένην, διὰ δὲ τὸ μῖσος μικρὸν ἀπολιποῦσαν τοῦ μὴ ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιπεσεῖν. Ὧν ἐνθυμούμενος τῇ μὲν δυνάμει τῇ τῆς πόλεως τοὺς πολεμίους κατεστρέφετο, τῷ δ' ἤθει τῷ αὑτοῦ τὴν εὔνοιαν τὴν τῶν ἄλλων προσήγετο, νομίζων τοῦτο στρατήγημα μεῖζον εἶναι καὶ κάλλιον ἢ πολλὰς πόλεις ἑλεῖν καὶ πολλάκις νικῆσαι μαχόμενος. (123) Οὕτω δ' ἐσπούδαζε περὶ τὸ μηδεμίαν τῶν πόλεων μηδὲ μικρὰν ὑποψίαν περὶ αὐτοῦ λαβεῖν ὡς ἐπιβουλεύοντος, ὥσθ' ὁπότε μέλλοι τινὰ παραπλεῖν τῶν μὴ τὰς συντάξεις διδουσῶν, πέμψας προηγόρευε τοῖς ἄρχουσιν, ἵνα μὴ πρὸ τῶν λιμένων ἐξαίφνης ὀφθεὶς εἰς θόρυβον καὶ ταραχὴν αὐτοὺς καταστήσειεν. (124) Εἰ δὲ τύχοι καθορμισθεὶς πρὸς τὴν χώραν, οὐκ ἂν ἐφῆκε τοῖς στρατιώταις ἁρπάζειν καὶ κλέπτειν καὶ πορθεῖν τὰς οἰκίας, ἀλλὰ τοσαύτην εἶχεν ἐπιμέλειαν ὑπὲρ τοῦ μηδὲν γίγνεσθαι τοιοῦτον, ὅσην περ οἱ δεσπόται τῶν χρημάτων· οὐ γὰρ τούτῳ προσεῖχε τὸν νοῦν, ὅπως ἐκ τῶν τοιούτων αὐτὸς εὐδοκιμήσει παρὰ τοῖς στρατιώταις, ἀλλ' ὅπως ἡ πόλις παρὰ τοῖς Ἕλλησιν. (125) Πρὸς δὲ τούτοις τὰς δοριαλώτους τῶν πόλεων οὕτω πρᾴως διῴκει καὶ νομίμως, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τὰς συμμαχίδας, ἡγούμενος, εἰ τοιοῦτος ὢν φαίνοιτο περὶ τοὺς πολεμήσαντας, τὴν μεγίστην πίστιν ἔσεσθαι δεδωκὼς ὡς οὐδέποτ' ἂν περί γε τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτεῖν τολμήσειεν. (126) Τοιγάρτοι διὰ τὴν δόξαν τὴν ἐκ τούτων γιγνομένην πολλαὶ τῶν πόλεων τῶν πρὸς ὑμᾶς δυσκόλως ἐχουσῶν ἀναπεπταμέναις αὐτὸν ἐδέχοντο ταῖς πύλαις· ἐν αἷς ἐκεῖνος οὐδεμίαν ταραχὴν ἐποίησεν, ἀλλ' ὥσπερ οἰκουμένας αὐτὰς εἰσιὼν κατέλαβεν, οὕτως ἐξιὼν κατέλειπεν. (127) Κεφάλαιον δὲ πάντων τούτων· εἰθισμένων γὰρ τὸν ἄλλον χρόνον πολλῶν γίγνεσθαι καὶ δεινῶν ἐν τοῖς Ἕλλησιν, ἐπὶ τῆς ἐκείνου στρατηγίας οὐδεὶς ἂν οὔτ' ἀναστάσεις εὕροι γεγενημένας οὔτε πολιτειῶν μεταβολὰς οὔτε σφαγὰς καὶ φυγὰς οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν τῶν κακῶν τῶν ἀνηκέστων, ἀλλ' οὕτως αἱ τοιαῦται συμφοραὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐλώφησαν, ὥστε μόνος ὧν ἡμεῖς μνημονεύομεν ἀνέγκλητον τὴν πόλιν τοῖς Ἕλλησι παρέσχε. (128) Καίτοι χρὴ στρατηγὸν ἄριστον νομίζειν οὐχ εἴ τις μιᾷ τύχῃ τηλικοῦτόν τι κατώρθωσεν ὥσπερ Λύσανδρος, ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων διαπράξασθαι συμβέβηκεν, ἀλλ' ὅστις ἐπὶ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν καὶ δυσκόλων πραγμάτων ὀρθῶς ἀεὶ πράττων

Quum enim vos videret eos tantummodo viros habere, qui aliis minitarentur ceterasque civitates terrerent, quique in sociis semper novi quid molirentur, vestræ opinioni non obsecutus est, neque cum reipublicæ detrimento gloriam consequi voluit, sed hoc meditatus est curavitque, ut Græca urbs nulla eum metueret, sed omnes bono essent animo iis exceptis quæ injuriam facerent. (122) Neque enim ignorabat, qui metuerent, eos odio flagrare adversus eos per quos in eam animi affectionem adducti essent, urbemque quæ aliarum benevolentia opulentissima et maxima facta esset, odio non multum abfuisse quin in extremos casus incideret. Quibus reputatis, copiis reipublicæ hostes subegit, sua humanitate voluntatem aliorum sibi conciliavit, majus pulchriusque factum imperatorium id esse ratus quam multas urbes cepisse pugnisque sæpe victorias reportasse. (123) Adeo vero studuit ne vel uni urbi vel minimam suspicionem insidiarum præberet, ut si quando adversus ullam civitatem, quæ tributa non pependisset, navibus esset soluturus, missis nunciis id magistratibus indicaverit, ne ante portus subito conspectus in tumultum et trepidationem eos conjiceret. (124) Atque ubi ad regionem classe appulit, non permisit militibus ut libere prædas agerent et furarentur domosque everterent, sed tanta cura cavit ne tale quid fieret, quanta ipsi possessores divitiarum. Neque enim sua tantum interesse judicavit ut hac disciplina bonam famam apud milites adipisceretur, sed urbs etiam ut apud Græcos inclaresceret. (125) Præterea urbes bello captas tam miti animo, tam juste tractavit, ut nemo alius fœderatas, hac sententia ductus, si tantam clementiam ostendisset rebellibus, fore ut maximum documentum daret se nunquam alios esse violaturum. (126) Quocirca multæ urbes quæ alieno a vobis animo erant, propter famam illius rebus gestis impetratam apertis portis eum susceperunt, neque ille quidquam in iis turbæ excitavit, sed ut eas ingrediens constitutas repererat, ita eas egrediens reliquit. (127) Quorum omnium summum est quod, quum reliquo tempore multæ gravesque calamitates Græcis accidere solerent, illo imperatore nemo neque seditiones factas neque civitatum immutationes neque cædes neque exilia neque aliud ullum ex gravioribus malis incidisse reperiat: quæ clades illo tempore adeo quieverunt, ut solus omnium nostra memoria urbem nostram invidia liberatam Græcis præstiterit. (128) Atqui non is optimus habendus est imperator, si quis uno fortunæ favore, ut Lysander, ejusmodi rem prospere gesserit, qualis nulli alii contigerit; sed is qui in multis ac variis et asperis rebus

καὶ νοῦν ἐχόντως διατετέλεκεν· ὅπερ Τιμοθέῳ συμβέβηκεν.

129. Οἶμαι οὖν ὑμῶν τοὺς πολλοὺς θαυμάζειν τὰ λεγόμενα καὶ νομίζειν τὸν ἔπαινον τὸν ἐκείνου κατηγορίαν εἶναι τῆς πόλεως, εἰ τοσαύτας μὲν πόλεις ἑλόντα, μηδεμίαν δ' ἀπολέσαντα περὶ προδοσίας ἔκρινε, καὶ πάλιν εἰ διδόντος εὐθύνας αὐτοῦ, καὶ τὰς μὲν πράξεις Ἰφικράτους ἀναδεχομένου, τὸν δ' ὑπὲρ τῶν χρημάτων λόγον Μενεσθέως, τούτους μὲν ἀπέλυσε, Τιμόθεον δὲ τοσούτοις ἐζημίωσε χρήμασιν ὅσοις οὐδένα πώποτε τῶν προγεγενημένων. (130) Ἔχει δ' οὕτως· βούλομαι γὰρ καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως λόγον εἰπεῖν. Εἰ μὲν ὑμεῖς πρὸς αὐτὸ τὸ δίκαιον ἀποβλέποντες σκέψεσθε περὶ τούτων, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ δεινὰ καὶ σχέτλια πᾶσιν εἶναι δόξει τὰ πεπραγμένα περὶ Τιμόθεον· ἣν δ' ἀναλογίσησθε τὴν ἄγνοιαν ὅσην ἔχομεν πάντες ἄνθρωποι, καὶ τοὺς φθόνους τοὺς ἐπιγιγνομένους ἡμῖν, ἔτι δὲ τὰς ταραχὰς καὶ τὴν τύρβην ἐν ᾗ ζῶμεν, οὐδὲν τούτων ἀλόγως οὐδ' ἔξω τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εὑρεθήσεται γεγενημένον, ἀλλὰ καὶ Τιμόθεος μέρος τι συμβεβλημένος τοῦ μὴ κατὰ τρόπον γνωσθῆναι περὶ αὐτῶν. (131) Ἐκεῖνος γὰρ οὔτε μισόδημος ὢν οὔτε μισάνθρωπος οὔθ' ὑπερήφανος, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ἔχων τῶν τοιούτων κακῶν, διὰ τὴν μεγαλοφροσύνην τὴν τῇ στρατηγίᾳ μὲν συμφέρουσαν, πρὸς δὲ τὰς χρείας τῶν ἀεὶ προσπιπτόντων οὐχ ἁρμόττουσαν, ἅπασιν ἔδοξεν ἔνοχος εἶναι τοῖς προειρημένοις· οὕτω γὰρ ἀφυὴς ἦν πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων θεραπείαν ὥσπερ δεινὸς περὶ τὴν τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν. (132) Καίτοι πολλάκις καὶ παρ' ἐμοῦ τοιούτους λόγους ἤκουσεν, ὡς χρὴ τοὺς πολιτευομένους καὶ βουλομένους ἀρέσκειν προαιρεῖσθαι μὲν τῶν τε πράξεων τὰς ὠφελιμωτάτας καὶ βελτίστας καὶ τῶν λόγων τοὺς ἀληθεστάτους καὶ δικαιοτάτους, οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο παρατηρεῖν καὶ σκοπεῖν ὅπως ἐπιχαρίτως καὶ φιλανθρώπως ἅπαντα φανήσονται καὶ λέγοντες καὶ πράττοντες, ὡς οἱ τούτων ὀλιγωροῦντες ἐπαχθέστεροι καὶ βαρύτεροι δοκοῦσιν εἶναι τοῖς συμπολιτευομένοις. (133) « Ὁρᾷς δὲ τὴν φύσιν τὴν τῶν πολλῶν ὡς διάκειται πρὸς τὰς ἡδονάς, καὶ διότι μᾶλλον φιλοῦσι τοὺς πρὸς χάριν ὁμιλοῦντας ἢ τοὺς εὖ ποιοῦντας, καὶ τοὺς μετὰ φαιδρότητος καὶ φιλανθρωπίας φενακίζοντας ἢ τοὺς μετ' ὄγκου καὶ σεμνότητος ὠφελοῦντας. Ὧν οὐδέν σοι μεμέληκεν, ἀλλ' ἣν ἐπιεικῶς τῶν ἔξω πραγμάτων ἐπιμεληθῇς, οἴει σοι καὶ τοὺς ἐνθάδε πολιτευομένους καλῶς ἕξειν. (134) Τὸ δ' οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τοὐναντίον φιλεῖ συμβαίνειν. Ἢν γὰρ τούτοις ἀρέσκῃς, ἅπαν ὅ τι ἂν πράξῃς οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν κρινοῦσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σοὶ συμφέρον ὑπολήψονται, καὶ τὰ μὲν ἁμαρτανόμενα παρόψονται, τὸ δὲ κατορθωθὲν οὐρανόμηκες ποιήσουσιν· ἡ γὰρ εὔνοια πάντας οὕτω διατίθησιν. (135) Ἣν σὺ τῇ μὲν πόλει παρὰ τῶν ἄλλων ἐκ παντὸς τρόπου κτήσασθαι ζητεῖς, ἡγούμενος μέγιστον εἶναι τῶν ἀγαθῶν, αὐτὸς δὲ σαυτῷ παρὰ τῆς πόλεως οὐκ οἴει δεῖν τὴν αὐτὴν ταύτην παρασκευά-

semper omnia recte gesserit prudenterque transegerit : id quod in Timotheo evenit.

129. Puto autem vestrûm plerosque hæc dicta mirari illiusque laudem putare urbis esse reprehensionem, quod illum tot captis urbibus nullaque amissa proditionis crimine in judicium vocavit, et rursum quam rationes ab eo poscerentur et res gestas Iphicrates, pecuniarum rationem Menestheus in se recepisset, hos absolvit, Timotheum vero tanta pecunia mulctavit, quanta nullum unquam alium. (130) Res autem ita se habet; volo enim etiam pro urbe causam dicere. Si vos illud quod justum sit, in hac causa solum respicietis, fieri non poterit quin gravia et indigna ea videantur, quæ Timotheo acciderunt; sin considerabitis ignorantiam, qua omnes tenemur homines, et invidiam, cui omnes obnoxii sumus, deinde tumultus turbasque inter quas vivimus, nihil horum sine ratione neque præter humanæ naturæ legem evenisse reperietur, sed Timotheum etiam nonnihil ipsum attulisse, quo minus de his recte judicaretur. (131) Ille enim, qui neque a populo alienus erat, neque inhumanus, neque superbus, neque alio ejusmodi vitio affectus, propter animi celsitudinem imperatorio quidem muneri aptam, usibus tamen quotidianis non convenientem, omnibus vitiis quæ dixi obnoxius esse videbatur. Tam enim ad homines colendos ineptus videbatur, quam ad res gerendas egregius. (132) At vero sæpe etiam a me verbis hujuscemodi admonitus est : debere eos qui rempublicam capessere plebique placere vellent, res utilissimas et optimas aggredi verbisque uti verissimis æquissimisque; sed illud quoque tenere et spectare, ut omnia eleganter et comiter agere et facere viderentur; quod qui negligerent, importuniores et insolentiores civibus suis videri. (133) « Vides (ita loquebar) multitudinis ingenium ad voluptates pronum, ideoque præferre ad gratiam loquentes iis qui beneficia in rempublicam conferant, magisque eos amare qui cum festivitate et elegantia ipsis illudant, quam qui cum fastu et severitate prosint. Quæ tibi nulla ratione curæ fuerunt, sed si res foris recte administraveris, etiam cives bene in te animatos habiturum putas. (134) Quod hoc modo evenire non solet, sed plane contrario. Si enim his placueris, quodcumque egeris, id non pro rei veritate judicabunt, sed utilitatis tuæ rationem habebunt, et peccata negligent, bene gesta in cœlum laudibus efferent. Benevolentia enim efficitur ut omnes ita animati sint. (135) Quam tu quidem apud ceteros omni ratione inire studes, summum bonum ratus, ipsi vero tibi non putas quærendam apud cives; sed postquam plurima beneficia

ζειν, ἀλλὰ πλείστων ἀγαθῶν αἴτιος γεγενημένος χεῖρον διάκεισαι τῶν οὐδὲν ἄξιον λόγου διαπεπραγμένων. (136) Εἰκότως· οἱ μὲν γὰρ τοὺς ῥήτορας καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἰδίοις συλλόγοις λογοποιεῖν δυναμένους καὶ πάντα προσποιουμένους εἰδέναι θεραπεύουσι, σὺ δ' οὐ μόνον ἀμελεῖς, ἀλλὰ καὶ πολεμεῖς τοῖς μέγιστον ἀεὶ δυναμένοις αὐτῶν. Καίτοι πόσους οἴει διὰ τὰς τούτων ψευδολογίας τοὺς μὲν συμφοραῖς περιπεπτωκέναι, τοὺς δ' ἀτίμους εἶναι, πολὺ σπουδαιοτέρους καὶ πλέονος ἀξίους γεγενημένους τῶν ᾀδομένων καὶ τραγῳδουμένων; (137) Ἀλλ' οἱ μέν, οἶμαι, ποιητῶν ἔτυχον καὶ λογοποιῶν, οἱ δ' οὐχ ἔσχον τοὺς ὑμνήσοντας. Ἢν οὖν ἐμοὶ πείθῃ καὶ νοῦν ἔχῃς, οὐ καταφρονήσεις τῶν ἀνδρῶν τούτων, οἷς τὸ πλῆθος εἴθισται πιστεύειν οὐ μόνον περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλων τῶν πραγμάτων· ἀλλ' ἐπιμέλειάν τινα ποιήσει καὶ θεραπείαν αὐτῶν, ἵν' εὐδοκιμήσῃς δι' ἀμφότερα, καὶ διὰ τὰς σαυτοῦ πράξεις καὶ διὰ τοὺς τούτων λόγους. » (138) Ταῦτα δ' ἀκούων ὀρθῶς μὲν ἔφασκέ με λέγειν, οὐ μὴν οἷόστ' ἦν τὴν φύσιν μεταβαλεῖν, ἀλλ' ἦν μὲν καλὸς κἀγαθὸς ἀνὴρ καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἑλλάδος ἄξιος, οὐ μὴν σύμμετρός γε τοῖς τοιούτοις τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι τοῖς ὑπὲρ αὐτοὺς πεφυκόσιν ἀχθόμενοι τυγχάνουσι. Τοιγαροῦν οἱ μὲν ῥήτορες ἔργον εἶχον αἰτίας περὶ αὐτοῦ πολλὰς καὶ ψευδεῖς πλάττειν, τὸ δὲ πλῆθος ἀποδέχεσθαι τὰς ὑπὸ τούτων λεγομένας. (139) Περὶ ὧν ἡδέως ἂν ἀπελογησάμην, εἰ καιρὸν εἶχον· οἶμαι γὰρ ἂν ὑμᾶς ἀκούσαντας μισῆσαι τούς τε προαγαγόντας τὴν πόλιν ἐπὶ τὴν ὀργὴν τὴν πρὸς ἐκεῖνον καὶ τοὺς φλαῦρόν τι περὶ αὐτοῦ λέγειν τολμῶντας. Νῦν δὲ ταῦτα μὲν ἐάσω, περὶ ἐμαυτοῦ δὲ καὶ τῶν ἐνεστώτων πραγμάτων πάλιν ποιήσομαι τοὺς λόγους.

140. Ἀπορῶ δ' ὅ τι χρήσομαι τοῖς ὑπολοίποις, καὶ τίνος πρώτου μνησθῶ καὶ ποίου δευτέρου· τὸ γὰρ ἐφεξῆς με λέγειν διαπέφευγεν. Ἴσως μὲν οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἂν ἕκαστον τύχῃ προσπεσόν, οὕτως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν· ἃ δ' οὖν μοι νῦν ἐπελήλυθε, καὶ περὶ ὧν ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον εἶναι δηλωτέον, ἄλλος δέ τίς μοι συνεβούλευε μὴ λέγειν, οὐκ ἀποκρύψομαι πρὸς ὑμᾶς. (141) Ἐπειδὴ γὰρ ἀπήνεγκε τὴν γραφήν, ἐσκόπουν περὶ αὐτῶν τούτων ὥσπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος, καὶ τόν τε βίον τὸν ἐμαυτοῦ καὶ τὰς πράξεις ἐξήταζον, καὶ πλεῖστον χρόνον περὶ τὰς τοιαύτας διέτριβον ἐφ' αἷς ᾤμην ἐπαινεῖσθαί με προσήκειν. Ἀκροώμενος δέ τις τῶν ἐπιτηδείων ἐτόλμησεν εἰπεῖν πρός με λόγον πάντων σχετλιώτατον, ὡς ἄξια μὲν εἴη τὰ λεγόμενα φιλοτιμίας, οὐ μὴν ἀλλ' αὐτός γε δεδιέναι ταῦτα μάλιστα, μὴ πολλοὺς λυπήσῃ τῶν ἀκουόντων. (142) « Οὕτω γάρ » ἔφη « τινὲς ὑπὸ τοῦ φθόνου καὶ τῶν ἀποριῶν ἐξηγρίωνται καὶ δυσμενῶς ἔχουσιν, ὥστ' οὐ ταῖς πονηρίαις ἀλλὰ ταῖς εὐπραγίαις πολεμοῦσι, καὶ μισοῦσιν οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐπιεικεστάτους, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὰ βέλτιστα, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς τοῖς μὲν ἀδικοῦσι συναγωνίζονται καὶ συγγνώμην ἔχουσιν, οἷς δ' ἂν φθο-

in eos contulisti, iniquiore es conditione quam qui nihil memoratu dignum gesserunt. (136) Idque tibi nonsine causa accidit. Illi enim oratores eosque qui privatis circulis sermones serere possunt et omnia se scire simulant, magno opere colunt: quos tu non modo negligis, sed etiam oppugnas qui quoque tempore plurimum possunt. At vero quam multos putas horum mendaciis partim in summas calamitates incidisse, partim jus civitatis imminutum habere, ceteroquin multo præstantiores plurisque faciendos quam qui carminibus tragœdiisque celebrantur? (137) Atque illis quidem opinor poetæ contigerunt et historici; hi non habuerunt qui se prædicarent. Si igitur mihi obtemperes prudentemque te præstes, eos viros non spernes, quibus multitudo non solum de singulis civibus, sed etiam de totis negotiis fidem habere solet; sed coles eos et observabis, ut utroque modo inclarescas, et rebus gestis et horum laudibus. » (138) Quibus ille auditis recte quidem me judicare aiebat; indolem vero suam immutare non potuit, sed erat bonus probusque homo et urbe nostra Græciaque dignus, neque vero huic generi hominum congruus, qui viros se præstantiores moleste ferunt. Quocirca oratores in eo operam ponebant, ut crimina de eo multa et falsa comminiscerentur, multitudo autem quæ ab illis conficta essent, acciperet. (139) Quæ libenter defenderem, si opportunum tempus esset. Existimo enim vos defensione audita odio adversus eos accensum iri, qui civitatis iram adversus illum concitarunt et de eo iniqui quid dicere audent. Quibus jam pro tempore omissis et de me et de rebus quæ urgent, denuo verba faciam.

140. Neque vero mihi constat quomodo reliqua persequar, quidque primo loco commemorem et quid secundo: nam ex ordine dicere jam me fugit. Fortasse jam necesse est, ut quidque mihi in mentem venerit, ita de eo dicere. Quod vero nunc mihi suggestum est, quodque ego, quum alius omittendum censuerit, vobis aperiendum duco, vos non celabo. (141) Postquam enim causam detulit, in easdem res quas vestrûm unusquisque inquisivi, vitamque meam et instituta explorabam, plurimumque tempus iis ipsis rebus impendebam, quarum causa laudem mihi deberi putabam. Quæ quum quis ex necessariis meis audivisset, omnium insolentissime judicare ausus est ea quæ dicta essent digna quidem esse æmulatione, verum ipsum hoc maxime timere, ne multi auditores offendantur. (142) « Adeo enim, inquit, nonnulli invidia et inopia efferati sunt et infensis animis, ut non delictis, sed benefactis irascantur, nec solum hominibus honestissimis, sed etiam optimis studiis succenseant, et ad cetera mala delinquentibus auxilio sint veniamque tribuant; quibus vero invideant, eos si possint, interimant.

νήσωσιν ἀπολλύουσιν, ἥν περ δυνηθῶσι. (143) Ταῦτα δὲ δρῶντες οὐκ ἀγνοοῦσι περὶ ὧν τὴν ψῆφον οἴσουσιν, ἀλλ' ἀδικήσειν μὲν ἐλπίζοντες, ὀφθήσεσθαι δ' οὐ προσδοκῶντες· σώζοντες οὖν τοὺς ὁμοίους σφίσιν αὐτοῖς βοηθεῖν νομίζουσι. Τούτου δ' ἕνεκά σοι ταῦτα διῆλθον, ἵνα προειδὼς ἄμεινον προσφέρῃ καὶ τοῖς λόγοις ἀσφαλεστέροις χρῇ πρὸς αὐτούς, ἐπεὶ νῦν γε τίνα χρὴ προσδοκᾶν γνώμην ἕξειν τοὺς τοιούτους, ὅταν τόν τε βίον τὸν σαυτοῦ καὶ τὰς πράξεις διεξίῃς μηδὲ κατὰ μικρὸν ὁμοίας οὔσας ταῖς τούτων, ἀλλ' οἵας περ πρὸς ἐμὲ λέγειν ἐπιχειρεῖς; (144) ἀποφαίνεις γὰρ τούς τε λόγους οὓς γέγραφας οὐ μέμψεως ἀλλὰ χάριτος τῆς μεγίστης ἀξίους ὄντας, τῶν τε πεπλησιακότων σοι τοὺς μὲν οὐδὲν ἠδικηκότας οὐδ' ἡμαρτηκότας, τοὺς δὲ δι' ἀρετὴν ὑπὸ τῆς πόλεως ἐστεφανωμένους, τά τε καθ' ἡμέραν οὕτω κοσμίως καὶ τεταγμένως βεβιωκότα σαυτὸν ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος τῶν πολιτῶν, ἔτι δὲ μήτε δεδικασμένον μηδενὶ μήτε πεφευγότα πλὴν περὶ ἀντιδόσεως, μήθ' ἑτέροις συνηγωνισμένον μήτε μεμαρτυρηκότα, μήτ' ἄλλο πεποιηκότα μηδέν, ἐν οἷς ἅπαντες οἱ πολιτευόμενοι τυγχάνουσι. (145) Πρὸς δὲ τούτοις οὕτως ἰδίοις οὖσι καὶ περιττοῖς κἀκεῖνο λέγεις, ὡς τῶν μὲν ἀρχῶν καὶ τῶν ὠφελιῶν τῶν ἐντεῦθεν γιγνομένων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν κοινῶν ἐξέστηκας, εἰς δὲ τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους τοὺς εἰσφέροντας καὶ λειτουργοῦντας οὐ μόνον αὑτὸν παρέχεις, ἀλλὰ καὶ τὸν υἱόν, καὶ τρὶς μὲν ἤδη τετριηραρχήκατε, τὰς δ' ἄλλας λειτουργίας πολυτελέστερον λελειτουργήκατε καὶ κάλλιον ὧν οἱ νόμοι προστάττουσι. (146) Ταῦτ' ἀκούοντας τοὺς τἀναντία πᾶσι τοῖς προειρημένοις ἐπιτετηδευκότας οὐκ οἴει βαρέως οἴσειν καὶ νομιεῖν ἐλέγχεσθαι τὸν βίον τὸν αὑτῶν οὐ σπουδαῖον ὄντα; καὶ γὰρ εἰ μὲν μετὰ πόνου καὶ ταλαιπωρίας ᾐσθάνοντό σε πορίζόμενον εἴς τε τὰς λειτουργίας καὶ περὶ τὴν ἄλλην διοίκησιν, οὐκ ἂν ὁμοίως ἔμελεν αὐτοῖς· νῦν δὲ τά τε παρὰ τῶν ξένων σοι γιγνόμενα πολὺ πλείω νομίζουσιν εἶναι τῶν διδομένων, (147) αὐτόν τε σὲ ῥᾳθυμότερον ἡγοῦνται ζῆν οὐ μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν αὐτήν σοι πραγματείαν ὄντων. Ὁρῶσι γὰρ ἐκείνων μὲν τοὺς πλείστους, πλὴν τῶν τὸν σὸν βίον καὶ τὸν τρόπον ἠγαπηκότων, ἔν τε ταῖς πανηγύρεσι καὶ τοῖς ἰδίοις συλλόγοις ἐπιδείξεις ποιουμένους, διαγωνιζομένους πρὸς ἀλλήλους, καθ' ὑπερβολὴν ὑπισχνουμένους, ἐρίζοντας, λοιδορουμένους, οὐδὲν ἀπολείποντας κακῶν, (148) ἀλλὰ σφίσι μὲν αὐτοῖς πράγματα παρέχοντας, τοῖς δ' ἀκροωμένοις ἐξουσίαν παραδιδόντας τοῖς μὲν καταγελάσαι τῶν λεγομένων, ἐνίοις δ' ἐπαινέσαι, τοῖς δὲ πλείστοις μισῆσαι, τοῖς δ' ὅπως ἕκαστοι βούλονται διατεθῆναι πρὸς αὐτούς· σὲ δ' οὐδενὸς μετέχοντα τούτων, ἀλλ' ἀνομοίως ζῶντα καὶ τοῖς σοφισταῖς καὶ τοῖς ἰδιώταις, καὶ τοῖς πολλὰ κεκτημένοις καὶ τοῖς ἀπόρως διακειμένοις. (149) Ἐφ' οἷς οἱ μὲν λογίζεσθαι δυνάμενοι καὶ νοῦν ἔχοντες ἴσως ἂν σε ζηλώσειαν, οἱ δὲ καταδεέστερον πράττοντες καὶ λυπεῖσθαι μᾶλλον εἰωθότες ἐπὶ ταῖς τῶν ἄλλων ἐπιει-

(143) Quæ quum agant, non ignorant qualia ea sint de quibus ferant sententiam, sentientes quidem se facere injuriam, sed conspectum non iri sperantes : servandis igitur iis, qui ipsis similes sint, sibi prodesse putant. Quæ idcirco tibi exposui, ut sciens melius tibi prospicias et verbis opportunioribus apud illos utaris; quippe nunc quidem quamnam tales mentem habituros putas, quando et vitam tuam et instituta recenseas nullo modo institutis horum congrua, sed qualia mihi exponere studes? (144) Ostendis enim orationes quas scripsisti non reprehensione, sed gratia dignas esse, discipulorumque tuorum alios nullam fecisse injuriam nec ullum commisisse delictum, alios virtutis causa a civitate etiam coronis donatos, vitamque tuam quotidianam tam modestam et compositam, ut nesciam an alius nullus civium ita vixerit; præterea te neque cuiquam diem dixisse neque accusatum esse nisi de permutatione, neque aliis in judiciis auxilio fuisse, neque testimonium dixisse, neque quidquam earum rerum fecisse, in quibus omnes in republica cives versari solent. (145) Præterea ad hæc quæ tibi adeo propria et eximia sunt, etiam illud addis, te abstinuisse a magistratibus emolumentisque inde erogandis et ab omni publica; inter ducentos et mille autem qui tributa pendunt et munera publica obeunt, non te solum perhibes, sed filium quoque, terque vos jam triremes ornasse doces et alia munia majore sumptu exquisitiusque explevisse quam leges jubent. (146) Quibus auditis nonne censes eos qui plane diversum vitæ institutum sequuntur, ægre laturos esse suamque vitam reprehendi existimaturos? Etenim si cum labore et ærumnis te suppeditare quæ in munera ceteramque administrationem requiruntur, cernerent, non perinde curæ haberent; nunc vero tibi ab exteris multo majorem vim pecuniæ quam data est contigisse putant, (147) ipsumque te majore luxuria vivere existimant non solum ceteris hominibus, sed iis etiam qui philosophiæ iisdemque studiis quibus tu operam navant. Vident enim plerosque illorum, præter eos qui tuam vivendi rationem institutumque sequuntur, in solemnibus conventibus privatisque cœtibus orationes ostentationis causa habere, inter se contendere, immania polliceri, certare, conviciari, nihil improbitatis omittere, (148) sed negotia sibi facessere auditoribusque partim opportunitatem dare dicta deridendi, nonnullis laudandi, plurimis aversandi, aliis denique prout quique affecti sint ita de se sentiendi; te vero nullius harum rerum participem, sed vita et a sophistis et ab indoctis hominibus tam opulentis quam egenis discrepantem. (149) Quarum rerum causa te fortasse ii qui quod rectum sit intelligere possunt et mente valent, admirabuntur : qui vero deteriore conditione sunt et alienis

κείαις ἢ ταῖς ἑαυτῶν ἀτυχίαις οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ δυσκολανοῦσι καὶ χαλεπῶς οἴσουσιν. Ὡς οὖν οὕτως αὐτῶν διατεθησομένων σκόπει τί σοι λεκτέον τούτων καὶ τί παραλειπτέον ἐστίν. »

acerbius accusant, pravitatesque eorum qui se sophistas professi aliud quid agunt, in eos transferunt, qui nihil commune cum illis habent. (216) Ego vero non de omnibus qui alios se posse instituere simulant, loquor, sed de iis qui jure hanc famam assecuti sunt. Spero autem fore ut, si ad finem usque me audire volueritis, perspicue ostendam eos qui nos accusent, longe a vero recedere.

217. Primum igitur definiendum est quid appetant quidque consequi studeant qui injuriam nobis facere audent; si enim hæc diligenter constituimus, accusationes, quæ in nos conferantur, rectius perspicietis veræne sint an falsæ. Ego quidem voluptatis aut lucri aut honoris causa omnes omnia facere dico : ultra hæc nullam cupiditatem in homines cadere video. (218) Si autem hæc ita sunt, reliquum est ut videamus, quid horum corrumpendo adolescentes nobis obveniat. Num lætabimur quum eos aut videamus aut audiamus pravos esse et a civibus haberi? Et quis tam obduratus sit qui non doleat, quando in ejusmodi criminationem incidat? (219) At vero admirationi non essemus neque magnum honorem assequeremur, si discipulos ita institutos dimitteremus; sed potius multo magis contemnеremur et odio haberemur quam ii qui ceteris improbitatis generibus tenentur. Ac profecto ne si quidem ista despiceremus, maximam mercedem pro institutione, quam ita moderaremur, acciperemus. (220) Arbitror autem id omnes cognoscere, pulcherrimam esse rhetori mercedem et maximam, si quidam ex suis discipulis boni et honesti et frugi fiant et apud cives suos laudibus excellant. Hi enim multos incitent ut ejusdem institutionis participes fieri cupiant; pravi vero etiam eos qui se in eam disciplinam tradere cupiebant, ab illis avertunt. Itaque quis in his, quod melius sit, non cognoverit, quum res tanto intervallo distent?

221. Fortasse autem quispiam ad hæc respondere audeat multos homines propter suam intemperantiam in iis, quæ ratio suadeat, non acquiescere, sed utilitate contempta in cupidines proruere. Ego quidem concedo et alios multos et nonnullos etiam eorum qui sophistas se profiteantur, hoc esse ingenio præditos; (222) at ne horum quidem quisquam est adeo intemperans, ut etiam discipulos suos tales esse velit. Voluptatibus enim quæ ex incontinentia illis orirentur, frui non posset; infamiæ vero ex illorum improbitate contractæ plurima parte laboraret. Deinde quos tandem corrumperet, et quomodo comparatos discipulos reciperet? nam hæc quoque operæ pretium est perquirere. (223) Num male jam morigeratos et depravatos? Et quis unquam quæ domo attulerit, hæc ab alio discere studeat?

Ἀλλὰ τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμοῦντας; Ἀλλ' οὐδ' ἂν εἷς τῶν τοιούτων τοῖς κακόν τι λέγουσιν ἢ πράττουσι διαλεχθῆναι τολμήσειεν.

224. Ἡδέως δ' ἂν κἀκεῖνο πυθοίμην παρὰ τῶν χαλεπῶς ἐχόντων πρὸς ἡμᾶς, τίνα ποτὲ γνώμην ἔχουσι περὶ τῶν ἐκ Σικελίας καὶ τοῦ Πόντου καὶ τῶν ἄλλων τόπων δεῦρο πλεόντων, ἵνα παιδευθῶσι· πότερον αὐτοὺς οἴονται σπανίζοντας ἐκεῖ πονηρῶν ἀνθρώπων ἐνθάδε ποιεῖσθαι τὴν πορείαν; Ἀλλὰ πανταχοῦ πολλὴν ἀφθονίαν εὕροι τις ἂν τῶν συμπονηρεύεσθαι καὶ συνεξαμαρτάνειν βουλομένων. (225) Ἀλλ' ἵνα κακοπράγμονες καὶ συκοφάνται γένωνται, πολλὰ χρήματα τελέσαντες; Ἀλλὰ πρῶτον μὲν οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν γνώμην πολὺ ἂν ἥδιον τὰ τῶν ἄλλων λάβοιεν ἢ δοῖεν ἑτέροις ὁτιοῦν τῶν σφετέρων αὐτῶν· ἔτι δὲ τίνες ἂν ὑπὲρ πονηρίας ἀργύριον ἀναλώσαιεν, ἐξὸν αὐτοῖς μηδὲν δαπανηθεῖσιν εἶναι τοιούτοις, ὁπόταν βουληθῶσιν; οὐ γὰρ μαθεῖν ἀλλ' ἐπιχειρῆσαι μόνον δεῖ τοῖς τοιούτοις τῶν ἔργων. (226) Ἀλλὰ δῆλον ὅτι καὶ πλέουσι καὶ χρήματα διδόασι καὶ πάντα ποιοῦσι νομίζοντες αὐτοί τε βελτίους γενήσεσθαι καὶ τοὺς ἐνθάδε παιδεύοντας πολὺ φρονιμωτέρους εἶναι τῶν παρὰ σφίσιν αὐτοῖς· ἐφ' οἷς ἄξιον ἦν ἅπαντας τοὺς πολίτας φιλοτιμεῖσθαι, καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τοὺς αἰτίους τῇ πόλει τῆς δόξης ταύτης γενομένους. (227) Ἀλλὰ γὰρ οὕτω τινὲς ἀγνωμόνως ἔχουσιν ὥστ' εἰδότες καὶ τοὺς ξένους τοὺς ἀφικνουμένους καὶ τοὺς προεστῶτας τῆς παιδείας οὐδὲν κακὸν ἐπιτηδεύοντας, ἀλλ' ἀπραγμονεστάτους μὲν ὄντας τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ πλείστην ἡσυχίαν ἄγοντας, προσέχοντας δὲ τὸν νοῦν σφίσιν αὐτοῖς καὶ τὰς συνουσίας μετ' ἀλλήλων ποιουμένους, (228) ἔτι δὲ τὰ καθ' ἡμέραν εὐτελέστατα καὶ κοσμιώτατα ζῶντας, καὶ τῶν λόγων ἐπιθυμοῦντας οὐ τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις λεγομένων οὐδὲ τῶν λυπούντων τινάς, ἀλλὰ τῶν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐδοκιμούντων, ὅμως τολμῶσι βλασφημεῖν περὶ αὐτῶν καὶ λέγειν ὡς ταύτην ποιοῦνται τὴν μελέτην, ἵν' ἐν τοῖς ἀγῶσι παρὰ τὸ δίκαιον πλεονεκτῶσι. (229) Καίτοι τίνες ἂν ἀδικίαν καὶ κακίαν ἀσκοῦντες σωφρονέστερον τῶν ἄλλων ζῆν ἐθελήσαιεν; τίνας δὲ πώποθ' ἑωράκασιν οἱ ταῦτα λέγοντες ἀναβαλλομένους καὶ θησαυριζομένους τὰς πονηρίας, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς τῇ φύσει τῇ παρούσῃ χρωμένους;

230. Χωρὶς δὲ τούτων, εἴπερ ἡ περὶ τοὺς λόγους δεινότης ποιεῖ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιβουλεύειν, προσῆκεν ἅπαντας τοὺς δυναμένους εἰπεῖν πολυπράγμονας καὶ συκοφάντας εἶναι· τὸ γὰρ αἴτιον ἐν ἅπασι ταὐτὸ πέφυκεν ἐνεργάζεσθαι. (231) Νῦν δ' εὑρήσετε καὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι πολιτευομένων καὶ τῶν νεωστὶ τετελευτηκότων τοὺς πλείστην ἐπιμέλειαν τῶν λόγων ποιουμένους βελτίστους ὄντας τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντων, ἔτι δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς ἀρίστους ῥήτορας καὶ μεγίστην δόξαν λαβόντας πλείστων ἀγαθῶν αἰτίους τῇ πόλει γεγενημένους, ἀρξαμένους ἀπὸ Σόλωνος. (232) Ἐκεῖνός τε γὰρ προστάτης τοῦ δήμου καταστὰς οὕτως ἐνομοθέτησε καὶ τὰ πράγματα διέταξε καὶ τὴν πόλιν κατεσκεύασεν, ὥστ'

At modestos et bonorum studiorum cupidos? Verum ex talibus ne unus quidem est qui cum iis, qui prava dicant aut faciant, colloqui audeat.

224. Libenter etiam illud ab iis qui inique de nobis sentiunt, resciscam, quid de iis statuant, qui ex Sicilia et Ponto et aliis locis huc navibus veniunt, ut litteris instituantur. Num eos putant inopia pravorum hominum domi impulsos iter suscipere? At ubique magna abundantia hominum reperiatur, qui ad malas pravasque actiones participandas parati sunt. (225) At ut malefici et sycophantæ evadant, magnam pecuniæ vim impendunt? Sed primum qui hac mente sunt, multo libentius aliorum bona caperent quam ex suis quidquam aliis darent; præterea quinam malitiæ acquirendæ pecuniam impenderent, quum iis liceret nulla facta impensa esse talibus, quando voluerint? non enim discenda, sed suscipienda sunt ejusmodi facinora. (226) At perspicuum est eos iter suscipere et pecuniam impendere et omnia ista facere, quia et ipsos se putant meliores fieri, et magistros qui hic sint multo sapientiores esse quam suos. Quibus rebus par erat omnes cives gloriari maximique hujus gloriæ auctores facere. (227) At sunt homines adeo inconsulti, ut, quum sciant et hospites qui peregre veniant et institutionis moderatores nihil improbi agere, sed a negotiis urbanis alienissimos esse et quietissimos suisque rebus vacare et inter ipsos habere conventus, (228) præterea parce et modeste vivere, et orationes quærere non quæ ad negotia transigenda pertineant, neque quæ alios offendant, sed quæ ab omnibus hominibus laudibus efferantur, tamen iis obtrectare audeant, et affirment ideo eos hæc studia sequi, ut contra jus in judiciis causam obtineant. (229) At vero quinam injustitia et pravitate impulsi continentius ceteris vivere velint? quos unquam illi, qui hæc garriunt, pravitatem suam differre et reponere, nec statim indolem suam sequi viderunt?

230. Quibus omissis, si quidem eloquentia efficitur ut qui eloquentes sint, aliis insidientur, necesse est omnes qui dicendo valeant, esse homines male actuosos et insidiatores: eadem enim causa in omnibus idem solet efficere. (231) Nunc vero inter eos qui hoc ipso tempore rempublicam capessant, et inter eos qui nuper vitam morte finiverunt, illos reperietis, qui plurimam operam eloquentiæ navaverint, omnium optimos esse qui in suggestum ascendant; præterea veterum optimos celebratissimosque oratores inde a Solone plurima beneficia in rempublicam contulisse. (232) Solon enim rector populi electus eas leges tulit et ita res ordinavit civitatemque composuit, ut etiam nunc illius con-

ἔτι καὶ νῦν ἀγαπᾶσθαι τὴν διοίκησιν τὴν ὑπ' ἐκείνου συνταχθεῖσαν· μετὰ δὲ ταῦτα Κλεισθένης ἐκπεσὼν ἐκ τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν τυράννων, λόγῳ πείσας τοὺς Ἀμφικτυόνας δανεῖσαι τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων αὐτῷ, τόν τε δῆμον κατήγαγε καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλε καὶ τὴν δημοκρατίαν ἐκείνην κατέστησε, τὴν αἰτίαν τοῖς Ἕλλησι τῶν μεγίστων ἀγαθῶν γενομένην· (233) ἐπὶ δὲ τούτῳ Θεμιστοκλῆς ἡγεμὼν ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Περσικῷ γενόμενος, συμβουλεύσας τοῖς προγόνοις ἡμῶν ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν (ὃ τίς ἂν οἷόστ' ἐγένετο πεῖσαι μὴ πολὺ τῷ λόγῳ διενεγκών;) εἰς τοῦτ' αὐτῶν τὰ πράγματα προήγαγεν, ὥστ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνάστατοι γενόμενοι πολὺν χρόνον δεσπόται τῶν Ἑλλήνων κατέστησαν· (234) τὸ δὲ τελευταῖον Περικλῆς καὶ δημαγωγὸς ὢν ἀγαθὸς καὶ ῥήτωρ ἄριστος οὕτως ἐκόσμησε τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ἀναθήμασι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν τοὺς εἰσαφικνουμένους εἰς αὐτὴν νομίζειν μὴ μόνον ἄρχειν ἀξίαν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ πρὸς τούτοις εἰς τὴν ἀκρόπολιν οὐκ ἐλάττω μυρίων ταλάντων ἀνήνεγκε. (235) Καὶ τούτων τῶν ἀνδρῶν τῶν τηλικαῦτα διαπραξαμένων οὐδεὶς λόγων ἠμέλησεν, ἀλλὰ τοσούτῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων προσέσχον αὐτοῖς τὸν νοῦν, ὥστε Σόλων μὲν τῶν ἑπτὰ σοφιστῶν ἐκλήθη καὶ ταύτην ἔσχε τὴν ἐπωνυμίαν, τὴν νῦν ἀτιμαζομένην καὶ κρινομένην παρ' ὑμῖν, Περικλῆς δὲ δυοῖν ἐγένετο μαθητής, Ἀναξαγόρου τε τοῦ Κλαζομενίου καὶ Δάμωνος, τοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον φρονιμωτάτου δόξαντος εἶναι τῶν πολιτῶν. (236) Ὥστ' ἐκ τίνων ἄν τις ὑμῖν σαφέστερον ἐπιδείξειεν ὡς οὐχ αἱ δυνάμεις αἱ τῶν λόγων κακοπράγμονας τοὺς ἀνθρώπους ποιοῦσιν; ἀλλ' οἱ τοιαύτην φύσιν ἔχοντες, οἵαν περ ὁ κατήγορος, πονηροῖς οἶμαι καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς πράγμασι χρώμενοι διατελοῦσιν.

237. Ἔχω δὲ δεῖξαι καὶ τόπους ἐν οἷς ἔξεστιν ἰδεῖν τοῖς βουλομένοις τοὺς πολυπράγμονας καὶ τοὺς ταῖς αἰτίαις ἐνόχους ὄντας ἃς οὗτοι τοῖς σοφισταῖς ἐπιφέρουσιν. Ἐν γὰρ ταῖς σανίσι ταῖς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκτιθεμέναις ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἐν μὲν ταῖς ὑπὸ τῶν θεσμοθετῶν ἀμφοτέρους ἐνεῖναι, τούς τε τὴν πόλιν ἀδικοῦντας καὶ τοὺς συκοφαντοῦντας, ἐν δὲ ταῖς τῶν ἕνδεκα τούς τε κακουργοῦντας καὶ τοὺς τούτοις ἐφεστῶτας, ἐν δὲ ταῖς τῶν τετταράκοντα τούς τ' ἐν τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἀδικοῦντας καὶ τοὺς μὴ δικαίως ἐγκαλοῦντας· (238) ἐν αἷς τοῦτον μὲν καὶ τοὺς τούτου φίλους εὕροιτ' ἂν ἐν πολλαῖς ἐγγεγραμμένους, ἐμὲ δὲ καὶ τοὺς περὶ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ διατριβὴν ὄντας οὐδ' ἐν μιᾷ τούτων ἐνόντας, ἀλλ' οὕτω τὰ περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διοικοῦντας ὥστε μηδὲν δεῖσθαι τῶν ἀγώνων τῶν παρ' ὑμῖν. (239) Καίτοι τοὺς μήτ' ἐν ταῖς πραγματείαις ταύταις ὄντας μήτ' ἀκολάστως ζῶντας μήτε περὶ ἄλλην πρᾶξιν μηδεμίαν αἰσχρὰν γεγενημένους πῶς οὐκ ἐπαινεῖσθαι προσήκει μᾶλλον ἢ κρίνεσθαι; δῆλον γὰρ ὅτι τοιαῦτα τοὺς συνόντας παιδεύομεν, οἷά περ αὐτοὶ τυγχάνομεν ἐπιτηδεύοντες.

stitutio magno in pretio habeatur; postea Clisthenes urbe pulsus a tyrannis, ubi Amphictyonibus eloquentia persuasit ut ex dei thesauris pecuniam sibi mutuo darent, et reipublicæ administrationem popularem restituit, et tyrannos expulit, et libertatem populo reddidit, qua impetrata maxima commoda in Græcos redundarunt; (233) post hunc Themistocles dux bello Persico creatus majoribus nostris urbis relinquendæ auctor (quod quis persuasisset, nisi qui eloquentia multum valeret?) eo usque illorum potentiam auxit, ut, quum paucis diebus urbe sua privati fuissent, diuturno tempore Græcorum domini fierent; (234) postremo vero Pericles et rector populi bonus et optimus orator urbem delubris et donariis et ceteris omnibusadeo exornavit, ut advenæ etiam nunc eam, quæ non modo Græcis, sed ceteris omnibus imperet, dignam habeant; et præterea in arce non minus decem millia talentorum reposuit. (235) Atque horum virorum, qui tantas res gesserunt, nemo dicendi facultatem neglexit, ad quam tanto potius ceteris animum applicuerunt, ut Solon unus e septem sophistis vocaretur, idque nomen adipisceretur, quod nunc quidem dedecori habetur et inter vos reprobatur, Pericles autem discipulus duorum fuerit sophistarum, Anaxagoræ Clazomenii et Damonis, qui illo tempore civium sapientissimus esse videbatur. (236) Itaque quomodo quis vobis evidentius ostenderit eloquentiæ facultate homines non fieri maleficos? At vero qui ingenio sunt similes accusatori meo, pravis opinor et orationibus et actionibus nullo non tempore utuntur.

237. Possum vero etiam indicare loca, quibus videre licet volentibus eos qui a se nihil non aversentur iisque criminibus teneantur, quæ hi in sophistas conferunt. Illis enim tabulis, quæ a magistratibus exponuntur, necesse est iis quæ a thesmothetis proponuntur utrosque contineri, et insidiatores reipublicæ et sycophantas; tum tabulis undecimvirorum facinorosos horumque duces; deinde tabulis quadragintavirorum eos qui in privatis negotiis deliquerint injusteve accusaverint : (238) quibus plerisque vos hunc ipsum et hujus necessarios inscriptos reperiatis, me vero eosque qui in iisdem studiis versentur, ne in una quidem notatos, sed ita nostra negotia curantes, ut nihil nobis opus sit contentionibus quæ apud vos disceptantur. (239) At vero qui neque his actionibus occupentur neque dissolute vivant neque ullam aliam turpitudinem suscipiant, quomodo hos non potius laudari convenit quam accusari? Perspicuum est enim familiares nostros nos eadem docere quæ ipsi exerceamus.

240. Ἔτι τοίνυν γνώσεσθε σαφέστερον ἐκ τῶν ῥηθήσεσθαι μελλόντων ὡς πόρρω τοῦ διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους ἐσμέν. Εἰ γάρ τι τοιοῦτον ἐποιοῦμεν, οὐκ ἂν Λυσίμαχος ἦν ὁ λυπούμενος ὑπὲρ αὐτῶν οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν τοιούτων, ἀλλὰ τοὺς πατέρας ἂν ἑωρᾶτε τῶν συνόντων ἡμῖν καὶ τοὺς οἰκείους ἀγανακτοῦντας καὶ γραφομένους καὶ δίκην ζητοῦντας παρ' ἡμῶν λαμβάνειν. (241) Νῦν δ' ἐκεῖνοι μὲν συνιστᾶσι τοὺς παῖδας τοὺς αὑτῶν, καὶ χρήματα διδόασι, καὶ χαίρουσιν ὁπόταν ὁρῶσιν αὐτοὺς μεθ' ἡμῶν ἡμερεύοντας, οἱ δὲ συκοφάνται διαβάλλουσι καὶ πράγματα παρέχουσιν ἡμῖν, ὧν τίνες ἂν ἥδιον ἴδοιεν πολλοὺς τῶν πολιτῶν διαφθειρομένους καὶ πονηροὺς γιγνομένους; ἴσασι γὰρ σφᾶς αὐτοὺς ἐν μὲν τοῖς τοιούτοις δυναστεύοντας, ὑπὸ δὲ τῶν καλῶν κἀγαθῶν καὶ νοῦν ἐχόντων ἀπολλυμένους, ὁπόταν ληφθῶσιν. (242) Ὥσθ' οὗτοι μὲν σωφρονοῦσιν ἀναιρεῖν ζητοῦντες ἁπάσας τὰς τοιαύτας διατριβάς, ἐν αἷς ἡγοῦνται βελτίους γενομένους χαλεπωτέρους ἔσεσθαι ταῖς αὑτῶν πονηρίαις καὶ συκοφαντίαις, ὑμᾶς δὲ προσήκει τἀναντία τούτοις πράττειν, καὶ ταῦτα νομίζειν εἶναι κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷς ἂν τούτους ὁρᾶτε μάλιστα πολεμοῦντας.

243. Ἄτοπον δέ τι τυγχάνω πεπονθώς· εἰρήσεται γάρ, εἰ καί τινες λίαν εὐμετάβολον εἶναί με φήσουσιν. Ὀλίγῳ μὲν γὰρ πρότερον ἔλεγον ὡς πολλοὶ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν διεψευσμένοι τῆς φιλοσοφίας τραχύτερον πρὸς αὐτὴν ἔχουσι· νῦν δ' οὕτως ἐναργεῖς ὑπείληφα τοὺς λόγους εἶναι τοὺς εἰρημένους καὶ πᾶσι φανερούς, ὥστ' οὐδεὶς ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ τὴν δύναμιν αὐτῆς, οὐδὲ καταγιγνώσκειν ἡμῶν ὡς διαφθείρομεν τοὺς μαθητάς, οὐδὲ πεπονθέναι τοιοῦτον οὐδὲν οἷον αὐτοὺς ὀλίγῳ πρότερον ᾐτιώμην· (244) ἀλλ' εἰ δεῖ τἀληθὲς εἰπεῖν καὶ τὸ νῦν ἐν τῇ διανοίᾳ μοι παρεστηκός, ἡγοῦμαι πάντας τοὺς φιλοτίμως διακειμένους ἐπιθυμητικῶς ἔχοντας τοῦ φρονεῖν εὖ καὶ λέγειν, αὐτοὺς μὲν ἀμελεῖν τούτων, τοὺς μὲν διὰ ῥᾳθυμίαν, τοὺς δὲ καταμεμφομένους τὴν φύσιν τὴν αὑτῶν, τοὺς δὲ δι' ἄλλας τινὰς προφάσεις (παμπληθεῖς δ' εἰσί), (245) πρὸς δὲ τοὺς πολλὴν ἐπιμέλειαν ποιουμένους καὶ τυχεῖν βουλομένους ὧν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοὶ καθεστᾶσι, δυσκόλως ἔχειν καὶ ζηλοτυπεῖν καὶ τὰς ψυχὰς τεταραγμένως διακεῖσθαι καὶ πεπονθέναι παραπλήσια τοῖς ἐρῶσι· τίνα γὰρ ἄν τις αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν αἰτίαν ἔχοι πρεπωδεστέραν ταύτης; (246) οἵτινες μακαρίζουσι μὲν καὶ ζηλοῦσι τοὺς καλῶς χρῆσθαι τῷ λόγῳ δυναμένους, ἐπιτιμῶσι δὲ τῶν νεωτέρων τοῖς τυχεῖν ταύτης τῆς τιμῆς βουλομένοις. Καὶ τοῖς μὲν θεοῖς οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐκ ἂν εὔξαιτο μάλιστα μὲν αὐτὸς δύνασθαι λέγειν, εἰ δὲ μή, τοὺς παῖδας καὶ τοὺς οἰκείους τοὺς αὑτοῦ· (247) τοὺς δὲ πόνῳ καὶ φιλοσοφίᾳ τοῦτο κατεργάσασθαι πειρωμένους, ὃ παρὰ τῶν θεῶν αὐτοὶ βούλονται λαβεῖν, οὐδέν φασι τῶν δεόντων πράττειν, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ὡς ἐξηπατημένων καὶ πεφενακισμένων προσποιοῦνται καταγελᾶν αὐτῶν, ὁπόταν δὲ τύχωσι, μεταβαλόντες ὡς περὶ πλεονεκτεῖν δυναμένων τοὺς λό-

240. Manifestius etiam ex iis quæ dicturi sumus intelligetis quam longe ab eo absimus, ut adolescentes corrumpamus. Nam si tale quid faceremus, non Lysimachus is esset qui eo nomine doleret, neque quisquam ejusdem conditionis, sed patres discipulorum nostrorum et propinquos nobis infensos videretis, et diem dicere, idque agere ut pœnam de nobis sumerent. (241) Nunc vero illi filios curæ nostræ permittunt, pecuniamque pendunt, gaudentque si eos nobiscum versari vident; sycophantæ autem calumniantur, nobisque negotia exhibent, quibus quinam libentius multos cives corruptos et depravatos videant? Sciunt enim se inter tales cives imperium obtinere; a bonis honestisque et cordatis viris autem pessumdari, si deprehensi sint. (242) Itaque hi prudenter agunt, si omnia ejusmodi studia delere studeant, quibus cives meliores factos suis pravitatibus et præstigiis minus opportunos fore credant: vos autem quæ his contraria sunt ea facere decet, et illa studia censere optima, quibus hos potissimum adversari videatis.

243. Absurdum quid mihi accidit; dicetur enim, etiam si qui me valde mobilem esse affirmaturi sint. Paullo ante enim dicebam multos bonos honestosque viros falsis de eloquentiæ studio opinionibus ductos ei disciplinæ infensiores esse; nunc vero tam perspicua et evidentia omnibus verba quæ feci esse censeo, ut nemo vim illius ignorare posse mihi videatur, neque nos eo nomine accusare, quod discipulos corrumpamus, neque eo animi affectu esse, quem paullo ante in iis reprehendebam. (244) At si vera dicere eaque quæ menti meæ obversantur, profiteri licet, omnes qui ambitione ducantur, cupidos esse et sapientiæ et eloquentiæ arbitror, negligere vero has artes partim socordia, partim diffidentia virium suarum, partim aliis de causis, quarum numerus magnus est, (245) eosque qui in illis artibus multam operam ponant eaque quæ ipsi cupiant, consequi studeant, moleste ferre et invidia persequi, et animo in eos esse perturbato, in simili que versari conditione atque amantes. Quæ enim hac criminatio decentior iis inferatur? (246) qui quanquam beatos prædicant iisque invident qui recte uti oratione possunt, adolescentes tamen accusant, qui hunc honorem sectentur. Atque nemo est qui hoc votis sibi non potissimum a diis precetur, ut ipse dicendo valeat; sin minus, ut filii et necessarii; (247) qui vero labore et studio id impetrare nituntur, quod ipsi a diis accipere volunt, nihil quod debeant facere aiunt, sed interdum se eos ut deceptos et illusos deridere simulant; postquam vero adolescentes quod quærunt assecuti sunt, mutata sententia tanquam injusta lucra parare sibi possint loquuntur. (248) Et con-

γους ποιοῦνται. (248) Καὶ συμβούλοις μέν, ὅταν κίνδυνός τις καταλάβῃ τὴν πόλιν, τοῖς ἄριστα περὶ τῶν πραγμάτων λέγουσι, τούτοις χρῶνται, καὶ πράττουσιν ὅ τι ἂν οἱ τοιοῦτοι παραινέσωσι· περὶ δὲ τοὺς ἔργον ποιουμένους ὅπως χρησίμους αὑτοὺς ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς τοιούτοις τῇ πόλει παρασχήσουσι, βλασφημεῖν οἴονται χρῆναι· καὶ Θηβαίοις μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐχθροῖς τὴν ἀμαθίαν ὀνειδίζουσι, τοὺς δ' ἐκ παντὸς τρόπου ζητοῦντας τὴν νόσον ταύτην διαφυγεῖν λοιδοροῦντες διατελοῦσιν. (249) Ὃ δ' οὐ μόνον ταραχῆς σημεῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς ὀλιγωρίας· τὴν μὲν γὰρ Πειθὼ μίαν τῶν θεῶν νομίζουσιν εἶναι, καὶ τὴν πόλιν ὁρῶσι καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν θυσίαν αὐτῇ ποιουμένην, τοὺς δὲ τῆς δυνάμεως ἧς ἡ θεὸς ἔχει μετασχεῖν βουλομένους ὡς κακοῦ πράγματος ἐπιθυμοῦντας διαφθείρεσθαί φασιν. (250) Ὃ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι προκρίναιεν μὲν ἂν τὴν ψυχὴν σπουδαιοτέραν εἶναι τοῦ σώματος, οὕτω δὲ γιγνώσκοντες ἀποδέχονται μᾶλλον τοὺς γυμναζομένους τῶν φιλοσοφούντων. Καίτοι πῶς οὐκ ἄλογον τοὺς τοῦ φαυλοτέρου ποιουμένους τὴν ἐπιμέλειαν ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ τοὺς τοῦ σπουδαιοτέρου, καὶ ταῦτα πάντων εἰδότων διὰ μὲν εὐεξίαν σώματος οὐδὲν πώποτε τὴν πόλιν τῶν ἐλλογίμων ἔργων διαπραξαμένην, διὰ δὲ φρόνησιν ἀνδρὸς εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην τῶν Ἑλληνίδων πόλεων γενομένην;

251. Πολὺ δ' ἂν τις ἔχοι πλείους τούτων ἐναντιώσεις συναγαγεῖν τῶν ἀκμαζόντων τε μᾶλλον ἠγὼ καὶ τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος μὴ φροντιζόντων· ἐπεὶ καὶ τάδε περὶ τῶν αὐτῶν τούτων ἔνεστιν εἰπεῖν. Φέρε γὰρ εἴ τινες πολλὰ χρήματα παρὰ τῶν προγόνων παραλαβόντες τῇ μὲν πόλει μηδὲν εἶεν χρήσιμοι, τοὺς δὲ πολίτας ὑβρίζοιεν καὶ τούς τε παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας αἰσχύνοιεν, ἔστιν ὅστις ἂν τοὺς αἰτίους τοῦ πλούτου μέμψασθαι τολμήσειεν, ἀλλ' οὐκ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐξαμαρτάνοντας κολάζειν ἀξιώσειε; (252) τί δ' εἴ τινες ὁπλομαχεῖν μαθόντες πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους μὴ χρῷντο ταῖς ἐπιστήμαις, ἐπανάστασιν δὲ ποιήσαντες πολλοὺς τῶν πολιτῶν διαφθείραιεν, ἢ καὶ πυκτεύειν καὶ παγκρατιάζειν ὡς οἷόν τ' ἄριστα παιδευθέντες τῶν μὲν ἀγώνων ἀμελοῖεν, τοὺς δ' ἀπαντῶντας τύπτοιεν, τίς οὐκ ἂν τούτων τοὺς μὲν διδασκάλους ἐπαινέσειε, τοὺς δὲ κακῶς χρωμένους οἷς ἔμαθον ἀποκτείνειεν; (253) Οὐκοῦν χρὴ καὶ περὶ τῶν λόγων τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ἥν περ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, καὶ μὴ περὶ τῶν ὁμοίων τἀναντία γιγνώσκειν, μηδὲ πρὸς τοιοῦτο πρᾶγμα δυσμενῶς φαίνεσθαι διακειμένους, ὃ πάντων τῶν ἐνόντων ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει πλείστων ἀγαθῶν αἴτιόν ἐστι. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις οἷς ἔχομεν, ἅπερ ἤδη καὶ πρότερον εἶπον, οὐδὲν τῶν ἄλλων ζῴων διαφέρομεν, ἀλλὰ πολλῶν καὶ τῷ τάχει καὶ τῇ ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις εὐπορίαις καταδεέστεροι τυγχάνομεν ὄντες· (254) ἐγγενομένου δ' ἡμῖν τοῦ πείθειν ἀλλήλους καὶ δηλοῦν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ ὧν ἂν βουληθῶμεν, οὐ μόνον τοῦ θηριωδῶς ζῆν ἀπηλλάγημεν, ἀλλὰ καὶ συνελθόντες πόλεις ᾠκίσαμεν καὶ νόμους ἐθέ-

siliariis quidem, quando periculum urbem invaserit, iis utuntur, qui optime pro rerum conditione verba faciant, exsequunturque quod illi tales suaserint; eos autem qui sedulo id quærunt, ut utiles se reipublicæ ejusmodi temporibus exhibeant, calumniandos esse putant. Ac Thebanis quidem aliisque hostibus ignorantiam exprobrant; qui vero omni modo hoc probrum fugere student, eis conviciantur. (249) Quod vero non solum perturbationis indicium est, sed etiam contemptus deorum, Suadam unam dearum esse existimant, civitatemque quotannis sacra ei facere vident; qui vero illius facultatis, quam dea habet, participes fieri volunt, eos tanquam pravæ rei desiderio impulsos corrumpi dicunt. (250) Quod autem omnium insulsissimum est, animam quidem corpori præferunt; hac tamen sententia imbuti eos laudant potius qui vires corporis exercent quam qui philosophantur. Itaque quomodo non absurdum est, qui deterioris rei curam suscipiant, eos magis laudari quam qui melius studium sequantur, et illud quidem quum nemo ignoret bono corporis habitu nullam egregiam rem a civitate unquam patratam esse, prudentia vero humana urbem beatissimam maximamque inter Græcos factam esse?

251. Ac multo plura quæ ita inter se pugnent, aliquis colligat, qui ætate me valentior sit minusque præsentis temporis rationem habeat: quanquam hæc etiam de his ipsis dicere licet. Age enim si qui magnis opibus a majoribus hereditate acceptis civitati nihil prodessent, cives vexarent, liberis et mulieribus vim inferrent, num quis divitiarum auctores vituperaret nec delinquentes ipsos pœna vellet affici? (252) Quid si qui armis pugnare docti in hostes scientia non uterentur, sed seditione facta multos cives perimerent, aut etiam pugilatu et pancratio optime eruditi certaminibus neglectis obvios ferirent, quis horum magistros non laudaret, ipsos vero arte sua male utentes occideret? (253) Itaque etiam de eloquentia idem sentire oportet quod de reliquis artibus, neque contraria de similibus judicare, neque illam disciplinam videri ægre ferre, qua omnium quæ natura humana continentur plurima bona redundarunt. Ceteris enim facultatibus quas habemus, id quod jam ante dicebam, nihil a reliquis animalibus differimus, sed a multis celeritate, viribus, aliis virtutibus superamur; (254) innata autem nobis persuadendi invicem facultate declarandique quid velimus, non modo a vita animalium recessimus, sed in unum locum congregati urbes condidimus et leges tuli-

μεθα καὶ τέχνας εὕρομεν, καὶ σχεδὸν ἅπαντα τὰ δι' ἡμῶν μεμηχανημένα λόγος ἡμῖν ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας. (255) Οὗτος γὰρ περὶ τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀδίκων καὶ τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐνομοθέτησεν, ὧν μὴ διαταχθέντων οὐκ ἂν οἷοίτ' ἦμεν οἰκεῖν μετ' ἀλλήλων· τούτῳ καὶ τοὺς κακοὺς ἐξελέγχομεν καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἐγκωμιάζομεν· διὰ τούτου τούς τ' ἀνοήτους παιδεύομεν καὶ τοὺς φρονίμους δοκιμάζομεν· τὸ γὰρ λέγειν ὡς δεῖ τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα, καὶ λόγος ἀληθὴς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἴδωλόν ἐστι. (256) Μετὰ τούτου καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητησίμων ἀγωνιζόμεθα καὶ περὶ τῶν ἀγνοουμένων σκοπούμεθα· ταῖς γὰρ πίστεσιν αἷς τοὺς ἄλλους λέγοντες πείθομεν, ταῖς αὐταῖς ταύταις βουλευόμενοι χρώμεθα, καὶ ῥητορικοὺς μὲν καλοῦμεν τοὺς ἐν τῷ πλήθει λέγειν δυναμένους, εὐβούλους δὲ νομίζομεν οἵτινες ἂν αὐτοὶ πρὸς αὑτοὺς ἄριστα περὶ τῶν πραγμάτων διαλεχθῶσιν. (257) Εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην περὶ τῆς δυνάμεως ταύτης εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν φρονίμως πραττομένων εὑρήσομεν ἀλόγως γιγνόμενον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοημάτων ἁπάντων ἡγεμόνα λόγον ὄντα, καὶ μάλιστα χρωμένους αὐτῷ τοὺς πλεῖστον νοῦν ἔχοντας. Ὧν οὐδὲν ἐνθυμηθεὶς Λυσίμαχος κατηγορεῖν ἐτόλμησε τῶν ἐπιθυμούντων τοιούτου πράγματος, ὃ τοσούτων τὸ πλῆθος καὶ τηλικούτων τὸ μέγεθος ἀγαθῶν αἴτιον ἐστιν.

258. Καὶ τί δεῖ τούτου θαυμάζειν, ὅπου καὶ τῶν περὶ τὰς ἔριδας σπουδαζόντων ἔνιοί τινες ὁμοίως βλασφημοῦσι περὶ τῶν λόγων τῶν κοινῶν καὶ τῶν χρησίμων ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν δύναμιν αὐτῶν, οὐδ' ὅτι τάχιστ' ἂν οὗτοι τοὺς χρωμένους ὠφελήσαιεν, ἀλλ' ἐλπίζοντες, ἢν τούτους διαβάλλωσι, τοὺς αὑτῶν ἐντιμοτέρους ποιήσειν. (259) Περὶ ὧν δυνηθείην μὲν ἂν ἴσως διαλεχθῆναι πολὺ πικρότερον ἢ 'κεῖνοι περὶ ἡμῶν, οὐδέτερον δ' οἶμαι δεῖν, οὔθ' ὅμοιος γίγνεσθαι τοῖς ὑπὸ τοῦ φθόνου διεφθαρμένοις, οὔτε ψέγειν τοὺς μηδὲν μὲν κακὸν τοὺς συνόντας ἐργαζομένους, ἧττον δ' ἑτέρων εὐεργετεῖν δυναμένους. Οὐ μὴν ἀλλὰ μικρά γε μνησθήσομαι περὶ αὐτῶν, μάλιστα μὲν ὅτι κἀκεῖνοι περὶ ἡμῶν, ἔπειθ' ὅπως ἂν ὑμεῖς σαφέστερον εἰδότες τὴν δύναμιν αὐτῶν οὕτω διακέησθε πρὸς ἑκάστους ἡμῶν ὥσπερ δίκαιόν ἐστι, (260) πρὸς δὲ τούτοις ἵνα καὶ τοῦτο ποιήσω φανερόν, ὅτι περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἡμεῖς ὄντες, οὓς ἐκεῖνοί φασιν εἶναι φιλαπεχθήμονας, πολὺ πρᾳότεροι τυγχάνομεν αὐτῶν ὄντες· οἱ μὲν γὰρ ἀεί τι περὶ ἡμῶν φλαῦρον λέγουσιν, ἐγὼ δ' οὐδὲν ἂν εἴποιμι τοιοῦτον, ἀλλὰ ταῖς ἀληθείαις χρήσομαι περὶ αὐτῶν. (261) Ἡγοῦμαι γὰρ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐριστικοῖς λόγοις δυναστεύοντας καὶ τοὺς περὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὴν γεωμετρίαν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων διατρίβοντας οὐ βλάπτειν ἀλλ' ὠφελεῖν τοὺς συνόντας, ἐλάττω μὲν ὧν ὑπισχνοῦνται, πλείω δ' ὧν τοῖς ἄλλοις δοκοῦσιν. (262) Οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ὑπειλήφασιν ἀδολεσχίαν καὶ μι-

mus et artes invenimus; atque omnia fere quæ a nobis excogitata sunt, oratio ea est quæ comparavit. (255) Hæc enim quæ justa essent et injusta, quæ honesta et turpia, legibus sancivit, quibus non constitutis una habitare non possemus : hac etiam malos arguimus et laudamus bonos; hac imperitos educamus et exploramus sapientes, nam si quis dicat ut oportet, sapientiæ maximum indicium judicamus, et oratio vera et æqua et justa animi boni et sinceri imago est. (256) Orationis ope etiam de controversis disputamus, et de incognitis inquirimus : argumentis enim quibus dicendo aliis persuademus, iisdem consultantes ipsi utimur; et eloquentes quidem vocamus qui pro concione dicere possunt; bene consultos autem appellamus qui apud se optime de rebus gerendis disputant. (257) Quodsi summatim de hac facultate dicendum est, nihil prudenter factum sine oratione transactum cognoscemus, sed et operum et consiliorum omnium ducem orationem esse, eaque prudentissimos quosque maxime uti. Quarum rerum Lysimachus nulla ratione habita eos accusare ausus est, qui hanc artem consequi student, quæ tot tantorumque bonorum effectrix est.

258. Et quid opus est hoc mirari, ubi etiam nonnulli eorum qui in controversiis versantur, similiter orationes communes et utiles ut stultissimi hominum calumniantur, quanquam neque earum vim ignorant, neque iis eloquentes maxime juvari, sed quod sperant eloquentia contempta suam artem factum iri honoratiorem. (259) De quibus acerbius fortasse disserere possim quam illi de nobis; neutrum vero faciendum esse neque imitandos invidia corruptos neque reprehendendos censeo, qui quum mali nihil discipulis suis inferant, minus iis quam ceteri prodesse possunt. Pauca tamen de iis recordabor, eam potissimum ob causam, quod etiam illi de nobis idem fecerunt, deinde ut vos facultate eorum manifestius cognita de utrisque ita statuatis ut par est; (260) præterea ut hoc quoque planum faciam, in orationibus publicis versantes, quibus illi odia excitari dicunt, multo nos ipsis esse suaviores. Illi enim quum semper iniqui quid de nobis profiteantur, ego nihil tale dicam, sed vera de iis narrabo. (261) Existimo enim et eos qui in controversis orationibus dominantur atque in astrologia et geometria et ejusmodi disciplinis versantur, non nocere, sed prodesse auditoribus, minus quidem quam polliceantur, plus tamen quam aliis videantur. (262) Plurimi enim homines has disciplinas nugas esse et minutias credunt : earum

χρολογίαν εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν μαθημάτων· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οὔτ' ἐπὶ τῶν ἰδίων οὔτ' ἐπὶ τῶν κοινῶν εἶναι χρήσιμον, ἀλλ' οὐδ' ἐν ταῖς μνείαις οὐδένα χρόνον ἐμμένειν ταῖς τῶν μαθόντων διὰ τὸ μήτε τῷ βίῳ παρακολουθεῖν μήτε ταῖς πράξεσιν ἐπαμύνειν, ἀλλ' ἔξω παντάπασιν εἶναι τῶν ἀναγκαίων. (263) Ἐγὼ δ' οὔθ' οὕτως οὔτε πόρρω τούτων ἔγνωκα περὶ αὐτῶν, ἀλλ' οἵ τε νομίζοντες μηδὲν χρησίμην εἶναι τὴν παιδείαν ταύτην πρὸς τὰς πράξεις ὀρθῶς μοι δοκοῦσι γιγνώσκειν, οἵ τε ἐπαινοῦντες αὐτὴν ἀληθῆ λέγειν. Διὰ τοῦτο δ' οὐχ ὁμολογούμενον αὐτὸν αὐτῷ τὸν λόγον εἴρηκα, διότι καὶ ταῦτα τὰ μαθήματα τὴν φύσιν οὐδὲν ὁμοίαν ἔχει τοῖς ἄλλοις οἷς διδασκόμεθα. (264) Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τότ' ὠφελεῖν ἡμᾶς πέφυκεν, ὅταν λάβωμεν αὐτῶν τὴν ἐπιστήμην, ταῦτα δὲ τοὺς μὲν ἀπηκριβωμένους οὐδὲν ἂν εὐεργετήσειε, πλὴν τοὺς ἐντεῦθεν ζῆν προῃρημένους, τοὺς δὲ μανθάνοντας ὀνίνησι· περὶ γὰρ τὴν περιττολογίαν καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας διατρίβοντες, (265) καὶ δυσκαταμαθήτοις πράγμασιν ἀναγκαζόμενοι προσέχειν τὸν νοῦν, ἔτι δὲ συνεθιζόμενοι λέγειν καὶ πονεῖν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις καὶ δεικνυμένοις καὶ μὴ πεπλανημένην ἔχειν τὴν διάνοιαν, ἐν τούτοις γυμνασθέντες καὶ παροξυνθέντες ῥᾷον καὶ θᾶττον τὰ σπουδαιότερα καὶ πλέονος ἄξια τῶν πραγμάτων ἀποδέχεσθαι καὶ μανθάνειν δύνανται. (266) Φιλοσοφίαν μὲν οὖν οὐκ οἶμαι δεῖν προσαγορεύειν τὴν μηδὲν ἐν τῷ παρόντι μήτε πρὸς τὸ λέγειν μήτε πρὸς τὸ πράττειν ὠφελοῦσαν, γυμνασίαν μέντοι τῆς ψυχῆς καὶ παρασκευὴν φιλοσοφίας καλῶ τὴν διατριβὴν τὴν τοιαύτην, ἀνδρικωτέραν μὲν ἧς οἱ παῖδες ἐν τοῖς διδασκαλείοις ποιοῦνται, τὰ δὲ πλεῖστα παραπλησίαν· (267) καὶ γὰρ ἐκείνων οἱ περὶ τὴν γραμματικὴν καὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν διαπονηθέντες πρὸς μὲν τὸ βέλτιον εἰπεῖν ἢ βουλεύσασθαι περὶ τῶν πραγμάτων οὐδεμίαν πω λαμβάνουσιν ἐπίδοσιν, αὐτοὶ δ' αὑτῶν εὐμαθέστεροι γίγνονται πρὸς τὰ μείζω καὶ σπουδαιότερα τῶν μαθημάτων. (268) Διατρῖψαι μὲν οὖν περὶ τὰς παιδείας ταύτας χρόνον τινὰ συμβουλεύσαιμ' ἂν τοῖς νεωτέροις, μὴ μέντοι περιιδεῖν τὴν φύσιν τὴν αὑτῶν κατασκελετευθεῖσαν ἐπὶ τούτοις, μηδ' ἐξοκείλασαν εἰς τοὺς λόγους τοὺς τῶν παλαιῶν σοφιστῶν, ὧν ὁ μὲν ἄπειρον τὸ πλῆθος ἔφησεν εἶναι τῶν ὄντων, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τέτταρα, καὶ νεῖκος καὶ φιλίαν ἐν αὐτοῖς, Ἴων δ' οὐ πλείω τριῶν, Ἀλκμαίων δὲ δύο μόνα, Παρμενίδης δὲ καὶ Μέλισσος ἕν, Γοργίας δὲ παντελῶς οὐδέν. (269) Ἡγοῦμαι γὰρ τὰς μὲν τοιαύτας περιττολογίας ὁμοίας εἶναι ταῖς θαυματοποιίαις, ταῖς οὐδὲν μὲν ὠφελούσαις, ὑπὸ δὲ τῶν ἀνοήτων περιστάτοις γιγνομέναις, δεῖν δὲ τοὺς προὔργου τι ποιεῖν βουλομένους καὶ τῶν λόγων τοὺς ματαίους καὶ τῶν πράξεων τὰς μηδὲν πρὸς τὸν βίον φερούσας ἀναιρεῖν ἐξ ἁπασῶν τῶν διατριβῶν.

270. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπόχρη μοι τὸ νῦν εἶναι ταῦτ' εἰρηκέναι καὶ συμβεβουλευκέναι· περὶ δὲ σοφίας

enim nihil neque ad rem privatam neque publicam esse conducibile, neque in memoria discentium ullo tempore insidere, quia neque vitam sequantur, neque rebus gerendis prosint, sed prorsus ex numero rerum necessariarum recedere. (263) De quibus ego neque sic neque multo secus statuo : sed qui hanc institutionem ad res gerendas inutilem esse censent, recte mihi judicare videntur, quique eam laudant vera dicere. Propterea vero hæc minus inter ipsa consentanea dixi, quia etiam hæ disciplinæ alienam ab iis indolem habent, quibus erudimur. (264) Ceteræ enim tunc nobis utilitatem afferre solent, quum earum cognitione imbuti sumus : hæ vero nihil beneficii iis præstant qui eas perfectissime acquisiverint, nisi qui victum inde quærere instituerint; discentes vero juvant. Nam subtili studio et cura astrologiæ et geometriæ ducti, (265) abstrusioribusque disciplinis mentem adhibere coacti, præterea consueti dicere et laborare in præceptis et probationibus, prætereaque mentem habere haudquaquam vagabundam : his igitur rebus exercitati et excitati facilius et celerius utiliores et nobiliores disciplinas percipere et discere possunt. (266) Philosophiam quidem non censeo eam appellandam, quæ præsenti tempore neque ad dicendum neque ad agendum prosit; exercitationem tamen et præparationem philosophiæ voco talem institutionem, robustiorem quidem illam, quam qua pueri in ludis exercentur, similem tamen in plurimis. (267) Etiam ii qui grammaticæ et musicæ et reliquæ puerili institutioni vacant, ut eloquentius dicant aut de rebus accuratius constituant, nihil inde incrementi capiunt; ad majores tamen et nobiliores disciplinas aptiores fiunt. (268) Itaque ut breve tempus huic institutioni insumant, auctor sum adolescentibus; eosdem tamen moneo ne illa ingenium suum exarescere neque ad fabulas veterum sophistarum allidere sinant, quorum alius infinitum esse numerum rerum dixit, Empedocles quattuor elementa et discordiam concordiamque inter ea constituit, Ion haud plura tribus, Alcmæon duo sola, Parmenides et Melissus unum, Gorgias omnino nullum. (269) Existimo enim hujusmodi nugas similes esse præstigiis miraculosis, quæ quanquam nihil prosunt, tamen ab imperitorum corona cinguntur; qui vero aliquid frugi præstare velint, eos oportere et orationes inanes, et actiones quibus nihil commodi in vitam emanet, ex omnibus studiis ejicere.

270. Atque de his quidem rebus hæc mihi sufficit pro tempore et dixisse et suasisse. De Sophiæ autem et Philo-

καὶ φιλοσοφίας τοῖς μὲν περὶ ἄλλων τινῶν ἀγωνιζομένοις οὐκ ἂν ἁρμόσειε λέγειν περὶ τῶν ὀνομάτων τούτων (ἔστι γὰρ ἀλλότρια πάσαις ταῖς πραγματείαις), ἐμοὶ δ' ἐπειδὴ καὶ κρίνομαι περὶ τῶν τοιούτων καὶ τὴν καλουμένην ὑπό τινων φιλοσοφίαν οὐκ εἶναι φημί, προσήκει τὴν δικαίως ἂν νομιζομένην ὁρίσαι καὶ δηλῶσαι πρὸς ὑμᾶς. (271) Ἁπλῶς δέ πως τυγχάνω γιγνώσκων περὶ αὐτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐπιστήμην λαβεῖν ἣν ἔχοντες ἂν εἰδεῖμεν ὅ τι πρακτέον ἢ λεκτέον ἐστίν, ἐκ τῶν λοιπῶν σοφοὺς μὲν νομίζω τοὺς ταῖς δόξαις ἐπιτυγχάνειν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ βελτίστου δυναμένους, φιλοσόφους δὲ τοὺς ἐν τούτοις διατρίβοντας ἐξ ὧν τάχιστα λήψονται τὴν τοιαύτην φρόνησιν. (272) Ἃ δ' ἐστὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ταύτην ἔχοντα τὴν δύναμιν, ἔχω μὲν εἰπεῖν, ὀκνῶ δὲ λέγειν· οὕτω γάρ ἐστι σφόδρα καὶ παράδοξα καὶ πολὺ τῆς τῶν ἄλλων ἀφεστῶτα διανοίας, ὥστε φοβοῦμαι μὴ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἀκούσαντες θορύβου καὶ βοῆς ἅπαν ἐμπλήσητε τὸ δικαστήριον. Ὅμως δὲ καίπερ οὕτω διακείμενος ἐπιχειρήσω διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν· αἰσχύνομαι γὰρ εἴ τισι δόξω δεδιὼς ὑπὲρ γήρως καὶ μικροῦ βίου προδιδόναι τὴν ἀλήθειαν. (273) Δέομαι δ' ὑμῶν μὴ προκαταγνῶναί μου τοιαύτην μανίαν, ὡς ἄρ' ἐγὼ κινδυνεύων προειλόμην ἂν λόγους εἰπεῖν ἐναντίους ταῖς ὑμετέραις γνώμαις, εἰ μὴ καὶ τοῖς προειρημένοις ἀκολούθους αὐτοὺς ἐνόμιζον εἶναι, καὶ τὰς ἀποδείξεις ἀληθεῖς καὶ σαφεῖς ᾤμην ἔχειν ὑπὲρ αὐτῶν. (274) Ἡγοῦμαι δὲ τοιαύτην μὲν τέχνην, ἥτις τοῖς κακῶς πεφυκόσιν ἀρετὴν ἐνεργάσαιτ' ἂν καὶ δικαιοσύνην, οὔτε πρότερον οὔτε νῦν οὐδεμίαν εἶναι, τούς τε τὰς ὑποσχέσεις ποιουμένους περὶ αὐτῶν πρότερον ἀπερεῖν καὶ παύσεσθαι ληροῦντας, πρὶν εὑρεθῆναί τινα παιδείαν τοιαύτην, (275) οὐ μὴν ἀλλ' αὐτούς γ' αὑτῶν βελτίους ἂν γίγνεσθαι καὶ πλέονος ἀξίους, εἰ πρός τε τὸ λέγειν εὖ φιλοτίμως διατεθεῖεν, καὶ τοῦ πείθειν δύνασθαι τοὺς ἀκούοντας ἐρασθεῖεν, καὶ πρὸς τούτοις τῆς πλεονεξίας ἐπιθυμήσαιεν, μὴ τῆς ὑπὸ τῶν ἀνοήτων νομιζομένης, ἀλλὰ τῆς ὡς ἀληθῶς τὴν δύναμιν ταύτην ἐχούσης. (276) Καὶ ταῦθ' ὡς οὕτω πέφυκε, ταχέως οἶμαι δηλώσειν. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁ λέγειν ἢ γράφειν προαιρούμενος λόγους ἀξίους ἐπαίνου καὶ τιμῆς οὐκ ἔστιν ὅπως ποιήσεται τὰς ὑποθέσεις ἀδίκους ἢ μικρὰς ἢ περὶ τῶν ἰδίων συμβολαίων, ἀλλὰ μεγάλας καὶ καλὰς καὶ φιλανθρώπους καὶ περὶ τῶν κοινῶν πραγμάτων· μὴ γὰρ τοιαύτας εὑρίσκων οὐδὲν διαπράξεται τῶν δεόντων. (277) Ἔπειτα τῶν πράξεων τῶν συντεινουσῶν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἐκλέξεται τὰς πρεπωδεστάτας καὶ μάλιστα συμφερούσας· ὁ δὲ τὰς τοιαύτας συνεθιζόμενος θεωρεῖν καὶ δοκιμάζειν οὐ μόνον περὶ τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἄλλας πράξεις τὴν αὐτὴν ἕξει ταύτην δύναμιν, ὥσθ' ἅμα τὸ λέγειν εὖ καὶ τὸ φρονεῖν παραγενήσεται τοῖς φιλοσόφως καὶ φιλοτίμως πρὸς τοὺς λόγους διακειμένοις. (278) Καὶ μὴν οὐδ' ὁ πείθειν τινὰς βουλόμενος ἀμελήσει τῆς ἀρετῆς, ἀλλὰ τούτῳ μάλιστα προσέξει τὸν νοῦν, ὅπως δόξαν ὡς ἐπιεικεστάτην λήψε-

sophiæ nominibus non conveniat dicere qui aliis de rebus disputant (sunt enim aliena omnibus contentionibus); mihi vero qui his de rebus in judicium vocatus sum philosophiamque eam esse nego, quæ vulgo hoc nomine appellatur, eam definire vobisque declarare convenit, quæ jure philosophia habeatur. (271) Simplex autem mea sententia est. Quia enim in natura humana non inest eam acquirere cognitionem, qua instructi sciamus quid faciendum aut dicendum sit, ex reliquis Sophos (*sapientes*) eos esse censeo, qui sua sententia plerumque optimum quidque assequi possunt; philosophos autem qui in his rebus versantur, quibus celerrime talem scientiam acquirant. (272) Quæ autem studia eam vim habeant, quum dicere possim, declarare vereor; adeo enim nimia sunt et mira et a mente plerorumque abhorrentia, ut metuam ne initio eorum audito tumultu et clamore totum judicium impleatis. Verumtamen, quanquam ista mea conditio est, de iis disserere tentabo; pudet enim si quibusdam senectuti meæ brevique vitæ metuens veritatem prodidisse videar. (273) Obsecro vero vos, ne mihi istam insaniam imputetis, ut in judicium vocatus verba eloquar vestris sententiis contraria, nisi iis quæ antea dicta sunt, consentanea putarem et argumenta eorum vera et evidentia habere existimarem. (274) Puto vero talem artem, quæ male a natura institutis virtutem afferat et justitiam, neque olim ullam fuisse neque nunc ullam esse, eosque qui ista polliceantur, prius desituros a nugisque cessaturos quam talis disciplina inveniatur; (275) verumtamen eos censeo meliores fieri et digniores, si ad dicendum studio ducantur eoque incumbant, ut auditoribus persuadere possint, atque præterea alios antevertere cupiant non illo quidem modo, quo imperitis admirationi sint, sed quo ro vera aliis sint superiores. (276) Atque hæc ita comparata esse, celeriter me ostensurum esse puto. Primum qui dicere aut scribere aggreditur orationes laude et honore dignas, fieri non potest ut materiam injustam aut tenuem aut de privatis negotiis repetitam sumat, sed magnificam et honestam et generi humano utilem et de rebus ad omnes communiter pertinentibus. Quam si non invenerit, nihil quod e re sit perficiet. (277) Deinde rerum quæ cum argumento connexæ sint, honestissimas utilissimasque eliget; qui tales dispicere et perpendere consuevit, non solum orationi instanti, sed etiam quod ad alias res pertinet eandem facultatem retinebit, ut una et bene dicere et sapere iis contingat, qui philosophice et studiose in eloquentiam incumbant. (278) At vero qui aliis persuadere cupit, virtutem non vili pendet, sed ad illud potissimum animum advertet, ut apud cives suos

ται παρὰ τοῖς συμπολιτευομένοις. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε καὶ τοὺς λόγους ἀληθεστέρους δοκοῦντας εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν εὖ διακειμένων λεγομένους ἢ τοὺς ὑπὸ τῶν διαβεβλημένων, καὶ τὰς πίστεις μεῖζον δυναμένας τὰς ἐκ τοῦ βίου γεγενημένας ἢ τὰς ὑπὸ τοῦ λόγου πεπορισμένας; ὥσθ' ὅσῳ ἄν τις ἐρρωμενεστέρως ἐπιθυμῇ πείθειν τοὺς ἀκούοντας, τοσούτῳ μᾶλλον ἀσκήσει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι καὶ παρὰ τοῖς πολίταις εὐδοκιμεῖν. (279) Καὶ μηδεὶς ὑμῶν οἰέσθω τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας γιγνώσκειν ὅσην ἔχει ῥοπὴν εἰς τὸ πείθειν τὸ τοῖς κρίνουσιν ἀρέσκειν, τοὺς δὲ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντας μόνους ἀγνοεῖν τὴν τῆς εὐνοίας δύναμιν· πολὺ γὰρ ἀκριβέστερον τῶν ἄλλων καὶ ταῦτ' ἴσασι, (280) καὶ πρὸς τούτοις ὅτι τὰ μὲν εἰκότα καὶ τὰ τεκμήρια καὶ πᾶν τὸ τῶν πίστεων εἶδος τοῦτο μόνον ὠφελεῖ τὸ μέρος, ἐφ' ᾧ ἂν αὐτῶν ἕκαστον τύχῃ ῥηθέν, τὸ δὲ δοκεῖν εἶναι καλὸν κἀγαθὸν οὐ μόνον τὸν λόγον πιστότερον ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πράξεις τοῦ τὴν τοιαύτην δόξαν ἔχοντος ἐντιμοτέρας κατέστησεν, ὑπὲρ οὗ σπουδαστέον ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι μᾶλλον ἢ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων.

281. Τὸ τοίνυν περὶ τὴν πλεονεξίαν, ὃ δυσχερέστατον ἦν τῶν ῥηθέντων· εἰ μέν τις ὑπολαμβάνει τοὺς ἀποστεροῦντας ἢ παραλογιζομένους ἢ κακόν τι ποιοῦντας πλεονεκτεῖν, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκεν· οὐδένες γὰρ ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μᾶλλον ἐλαττοῦνται τῶν τοιούτων, οὐδ' ἐν πλέοσιν ἀπορίαις εἰσίν, οὐδ' ἐπονειδιστότερον ζῶσιν, οὐδ' ὅλως ἀθλιώτεροι τυγχάνουσιν ὄντες· (282) χρὴ δὲ καὶ νῦν πλέον ἔχειν ἡγεῖσθαι καὶ πλεονεκτήσειν νομίζειν παρὰ μὲν τῶν θεῶν τοὺς εὐσεβεστάτους καὶ τοὺς περὶ τὴν θεραπείαν τὴν ἐκείνων ἐπιμελεστάτους ὄντας, παρὰ δὲ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἄριστα πρὸς τούτους μεθ' ὧν ἂν οἰκῶσι καὶ πολιτεύωνται διακειμένους καὶ τοὺς βελτίστους αὐτοὺς εἶναι δοκοῦντας. (283) Καὶ ταῦτα καὶ ταῖς ἀληθείαις οὕτως ἔχει, καὶ συμφέρει τὸν τρόπον τοῦτον λέγεσθαι περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ νῦν γ' οὕτως ἀνέστραπται καὶ συγκέχυται πολλὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ὥστ' οὐδὲ τοῖς ὀνόμασιν ἔνιοί τινες ἔτι χρῶνται κατὰ φύσιν, ἀλλὰ μεταφέρουσιν ἀπὸ τῶν καλλίστων πραγμάτων ἐπὶ τὰ φαυλότατα τῶν ἐπιτηδευμάτων. (284) Τοὺς μέν γε βωμολοχευομένους καὶ σκώπτειν καὶ μιμεῖσθαι δυναμένους εὐφυεῖς καλοῦσι, προσῆκον τῆς προσηγορίας ταύτης τυγχάνειν τοὺς ἄριστα πρὸς ἀρετὴν πεφυκότας· τοὺς δὲ ταῖς κακοηθείαις καὶ ταῖς κακουργίαις χρωμένους, καὶ μικρὰ μὲν λαμβάνοντας, πονηρὰν δὲ δόξαν κτωμένους, πλεονεκτεῖν νομίζουσιν, ἀλλ' οὐ τοὺς ὁσιωτάτους καὶ δικαιοτάτους, οἳ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀλλ' οὐ τῶν κακῶν πλεονεκτοῦσι· (285) τοὺς δὲ τῶν μὲν ἀναγκαίων ἀμελοῦντας, τὰς δὲ τῶν παλαιῶν σοφιστῶν τερατολογίας ἀγαπῶντας φιλοσοφεῖν φασιν, ἀμελήσαντες τοὺς τὰ τοιαῦτα μανθάνοντας καὶ μελετῶντας ἐξ ὧν καὶ τὸν ἴδιον οἶκον καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως καλῶς διοικήσουσιν, ὧνπερ ἕνεκα καὶ πονητέον καὶ φιλοσοφητέον καὶ πάντα πρακτέον ἐστίν. Ἀφ' ὧν ὑμεῖς πολὺν ἤδη χρόνον ἀπελαύνετε τοὺς νεωτέρους, ἀποδεχόμενοι τοὺς λόγους τῶν

æquissimam æstimationem obtineat. Quis enim nescit etiam orationes veriores videri, quæ ab hominibus integræ famæ habeantur, quam quæ ab illis qui male audiant, et argumentationes plus valere quæ ex vita repetantur, quam quæ verbis suppeditantur? Itaque quanto quis evidentius auditoribus persuadere cupiat, tanto magis operam dabit ut bonus laudatusque vir sit. (279) Ac nemo vestrûm putet, quum ceteri omnes intelligant quantam vim ad persuadendum illud habeat, ut placeamus judicibus, philosophiæ studiosos solos ignorare benevolentiæ momentum: id quod aliis multo certius sciunt, (280) ac præterea probabilia et conjecturas et omne argumentorum genus eo usque tantum commodi aliquid afferre, quo eorum quodque dicatur; existimatione autem bona et honesta non solum orationem probabiliorem reddi, sed actiones etiam ejus qui tali fama fruatur, honestiores fieri: qua de re prudentibus hominibus magis laborandum est quam de rebus omnibus.

281. Quod igitur ad studium præstandi aliis pertinet, quod difficillimum dictorum erat, jam dictum est: si quis existimat, qui alios fraudent aut decipiant aut mali quid faciant, eos præstare ceteris, næ is recte non judicat; nulli enim per totam vitam talibus inferiores sunt, neque pluribus necessitatibus urgentur, neque contemptius vivunt, aut omnino infeliciore conditione utuntur. (282) Existimandum est vero et nunc plurimum habere et in posterum a diis accepturos esse eos qui maxima pietate excellant maximaque cura illos colant; ab hominibus vero, qui maxima benevolentia erga eos sunt quibuscum habitent unamque urbem incolant, et qui ipsi optimi esse videantur. (283) Quæ quum re vera ita sese habeant, hoc quoque modo de iis loqui conducit, præsertim quum nunc multa in republica perversa sint et confusa, adeo ut quidam ne nominibus quidem, quibus par est, utantur, sed ea a pulcherrimis institutis ad turpissima studia transferant. (284) Scurras enim et cavillatores et mimos ingeniosos vocant, quum eos qui maxime ad virtutem nati sint, hanc appellationem obtinere deceat; eos autem qui vitiis maleficiisque dediti parva quidem emolumenta assequuntur, at malam famam incurrunt, aliis præstare putant, non integerrimos justissimosque, qui bonitate, non improbitate aliis antecellunt; (285) qui necessaria negligunt, at veterum sophistarum præstigiis delectantur, eos philosophari dicunt, contemptis iis qui ea et discunt et exercent, quibus et suam domum et rempublicam bene administraturi sint, quarum rerum causa et laborandum et philosophandum et unum quodque agendum est. A quibus vos jam dudum adolescentes avertitis, dum eorum sermonibus, qui hanc

διαβαλλόντων τὴν τοιαύτην παιδείαν. (286) Καὶ γάρ τοι πεποιήκατε τοὺς μὲν ἐπιεικεστάτους αὐτῶν ἐν πότοις καὶ συνουσίαις καὶ ῥᾳθυμίαις καὶ παιδιαῖς τὴν ἡλικίαν διάγειν, ἀμελήσαντας τοῦ σπουδάζειν ὅπως ἔσονται βελτίους, τοὺς δὲ χείρω τὴν φύσιν ἔχοντας ἐν τοιαύταις ἀκολασίαις ἡμερεύειν, ἐν αἷς πρότερον οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς οὐδεὶς ἐτόλμησεν· (287) οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τῆς Ἐννεακρούνου ψύχουσιν οἶνον, οἱ δ' ἐν τοῖς καπηλείοις πίνουσιν, ἕτεροι δ' ἐν τοῖς σκιραφείοις κυβεύουσι, πολλοὶ δ' ἐν τοῖς τῶν αὐλητρίδων διδασκαλείοις διατρίβουσι. Καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ ταῦτα προτρέποντας οὐδεὶς πώποτε τῶν κήδεσθαι φασκόντων τῆς ἡλικίας ταύτης εἰς ὑμᾶς εἰσήγαγεν· ἡμῖν δὲ κακὰ παρέχουσιν, οἷς ἄξιον ἦν, εἰ καὶ μηδενὸς ἄλλου, τούτου γε χάριν ἔχειν, ὅτι τοὺς συνόντας τῶν τοιούτων ἐπιτηδευμάτων ἀποτρέπομεν. (288) Οὕτω δ' ἐστὶ δυσμενὲς ἅπασι τὸ τῶν συκοφαντῶν γένος, ὥστε τοῖς μὲν λυομένοις εἴκοσι καὶ τριάκοντα μνῶν τὰς μελλούσας καὶ τὸν ἄλλον οἶκον συναναιρήσειν οὐχ ὅπως ἂν ἐπιπλήξειαν, ἀλλὰ καὶ συγχαίρουσι ταῖς ἀσωτίαις αὐτῶν, τοὺς δ' εἰς τὴν αὑτῶν παιδείαν ὁτιοῦν ἀναλίσκοντας διαφθείρεσθαί φασιν. Ὧν τίνες ἂν ἀδικώτερον ἔχοιεν τὴν αἰτίαν ταύτην; (289) οἵτινες ἐν ταύταις μὲν ταῖς ἀκμαῖς ὄντες ὑπερεῖδον τὰς ἡδονάς, ἐν αἷς οἱ πλεῖστοι τῶν τηλικούτων μάλιστ' αὐτῶν ἐπιθυμοῦσιν, ἐξὸν δ' αὐτοῖς ῥᾳθυμεῖν μηδὲν δαπανωμένοις, εἵλοντο πονεῖν χρήματα τελέσαντες, ἄρτι δ' ἐκ παίδων ἐξεληλυθότες ἔγνωσαν ἃ πολλοὶ τῶν πρεσβυτέρων οὐκ ἴσασιν, (290) ὅτι δεῖ τὸν ὀρθῶς καὶ πρεπόντως προεστῶτα τῆς ἡλικίας καὶ καλὴν ἀρχὴν τοῦ βίου ποιούμενον αὑτοῦ πρότερον ἢ τῶν αὑτοῦ ποιήσασθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ μὴ σπεύδειν μηδὲ ζητεῖν ἑτέρων ἄρχειν πρὶν ἂν τῆς αὑτοῦ διανοίας λάβῃ τὸν ἐπιστατήσοντα, μηδ' οὕτω χαίρειν μηδὲ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὡς ἐπὶ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τὴν παιδείαν ἐγγιγνομένοις. Καίτοι τοὺς τοιούτῳ λογισμῷ κεχρημένους πῶς οὐκ ἐπαινεῖσθαι χρὴ μᾶλλον ἢ ψέγεσθαι, καὶ νομίζεσθαι βελτίστους εἶναι καὶ σωφρονεστάτους τῶν ἡλικιωτῶν;

291. Θαυμάζω δ' ὅσοι τοὺς μὲν φύσει δεινοὺς ὄντας εἰπεῖν εὐδαιμονίζουσιν ὡς ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ πράγματος αὐτοῖς συμβεβηκότος, τοὺς δὲ τοιούτους γενέσθαι βουλομένους λοιδοροῦσιν ὡς ἀδίκου καὶ κακοῦ παιδεύματος ἐπιθυμοῦντας. Καίτοι τί τῶν φύσει καλῶν ὄντων μελέτῃ κατεργασθὲν αἰσχρὸν ἢ κακόν ἐστιν; οὐδὲν γὰρ εὑρήσομεν τοιοῦτον, ἀλλ' ἔν γε τοῖς ἄλλοις ἐπαινοῦμεν τοὺς ταῖς φιλοπονίαις ταῖς αὑτῶν ἀγαθόν τι κτήσασθαι δυνηθέντας μᾶλλον ἢ τοὺς παρὰ τῶν προγόνων παραλαβόντας, εἰκότως· (292) συμφέρει γὰρ ἐπί τε τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ μάλιστ' ἐπὶ τῶν λόγων, μὴ τὰς εὐτυχίας ἀλλὰ τὰς ἐπιμελείας εὐδοκιμεῖν. Οἱ μὲν γὰρ φύσει καὶ τύχῃ δεινοὶ γενόμενοι λέγειν οὐ πρὸς τὸ βέλτιστον ἀποβλέπουσιν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχωσιν, οὕτω χρῆσθαι τοῖς λόγοις εἰώθασιν· οἱ δὲ φιλοσοφίᾳ καὶ λογισμῷ τὴν δύναμιν ταύτην λαβόντες, οὐδὲν ἀσκέ-

institutionem calumniantur, aures præbetis. (286) Quo jam effecistis ut modestissimi eorum in compotationibus et conviviis et lascivia et lusibus ætatem agant, nulla habita ratione ut meliores fiant, quique deteriore indole sint, ut in hac lascivia totos dies consumant, in qua prius ne servus quidem probus versari ausus est. (287) Atque nonnulli eorum ad Enneacrunum vinum refrigerant, alii in cauponis potant, alii in lustris alea ludunt, multi in tibicinarum ludis commorantur. Atque eos qui ad hanc incontinentiam impellunt, nemo unquam eorum qui hanc se ætatem curare dicunt, apud vos accusavit; nobis vero negotia exhibent, quos, si nullam aliam ob causam, certe hujus rei gratiam inire decuit, quod auditores nostros ab his studiis avertimus. (288) Adeo enim omnibus iniquum est sycophantarum genus, ut eos qui viginti vel triginta minis mulieres, quæ reliquam rem familiarem consumpturæ sint, emunt, nullo modo objurgent, sed hac profusione lætentur, dum eos qui nonnihil in suam educationem impendant, corrumpi dicunt. Quorum quibus iniquius illud crimen objiciatur? (289) qui hac ætate, qua plerique voluptates quam maxime appetunt, eas spernunt et, quum nulla impensa facta genio indulgere liceat, laborare cum dispendio malunt, et nuper e pueris egressi cognoverunt quæ multi seniorum ignorant, (290) oportere eum qui recte et decore ætatem suam instituerit pulchrumque vitæ fundamentum jecerit, se prius quam sua curare, neque festinare neque quærere ut aliis imperet, priusquam suæ mentis rectorem invenerit, neque tam gaudere et exsultare reliquis bonis quam iis quæ educatione in animo oriuntur. Jam qui hac mente sint, quomodo non potius sunt laudandi quam vituperandi, æqualiumque optimi prudentissimique habendi?

291. Miror autem quod nonnulli eos qui natura eloquentes sint, beatos prædicant, quod egregia et præclara res iis contigerit; at illos qui idem student impetrare, conviciis lacessunt, quasi iniquam et pravam institutionem appetant. At vero quidnam quod natura sua inter bona referendum est, si cura comparetur, turpe aut pravum sit? nihil enim tale reperiemus; sed in aliis quidem eos laudamus, qui industria sua potius bonum aliquod efficere possunt quam qui a majoribus acceperunt; idque merito: (292) expedit enim in ceteris omnibus et maxime in orationibus non fortunam propitiam, sed curam laudari. Qui enim natura et fortuna eloquentes facti sunt, non optima quæque sibi proponunt, sed ut natura comparati sunt, ita eloquentia uti solent; qui vero philosophando et meditando eandem

πτως λέγοντες, ἧττον περὶ τὰς πράξεις πλημμελοῦσιν. (293) Ὥσθ' ἅπασι μὲν βούλεσθαι προσήκει πολλοὺς εἶναι τοὺς ἐκ παιδείας δεινοὺς εἰπεῖν γιγνομένους, μάλιστα δ' ὑμῖν· καὶ γὰρ αὐτοὶ προέχετε καὶ διαφέρετε τῶν ἄλλων οὐ ταῖς περὶ τὸν πόλεμον ἐπιμελείαις, οὐδ' ὅτι κάλλιστα πολιτεύεσθε καὶ μάλιστα φυλάττετε τοὺς νόμους οὓς ὑμῖν οἱ πρόγονοι κατέλιπον, ἀλλὰ τούτοις οἷσπερ ἡ φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἄλλων ζῴων, καὶ τὸ γένος τὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν βαρβάρων, (294) τῷ καὶ πρὸς τὴν φρόνησιν καὶ πρὸς τοὺς λόγους ἄμεινον πεπαιδεῦσθαι τῶν ἄλλων. Ὥστε πάντων ἂν συμβαίη δεινότατον, εἰ τοὺς βουλομένους τοῖς αὐτοῖς τούτοις διενεγκεῖν τῶν ἡλικιωτῶν, οἷσπερ ὑμεῖς ἁπάντων, διαφθείρεσθαι ψηφίσαισθε, καὶ τοὺς τῇ παιδείᾳ ταύτῃ χρωμένους, ἧς ὑμεῖς ἡγεμόνες γεγένησθε, συμφορᾷ τινι περιβάλοιτε.

295. Χρὴ γὰρ μηδὲ τοῦτο λανθάνειν ὑμᾶς, ὅτι πάντων τῶν δυναμένων λέγειν ἢ παιδεύειν ἡ πόλις ἡμῶν δοκεῖ γεγενῆσθαι διδάσκαλος. Εἰκότως· καὶ γὰρ ἆθλα μέγιστα τιθεῖσαν αὐτὴν ὁρῶσι τοῖς τὴν δύναμιν ταύτην ἔχουσι, καὶ γυμνάσια πλεῖστα καὶ παντοδαπώτατα παρέχουσαν τοῖς ἀγωνίζεσθαι προῃρημένοις καὶ περὶ τὰς τοιαύτας γυμνάζεσθαι βουλομένοις, ἔτι δὲ τὴν ἐμπειρίαν, ἥπερ μάλιστα ποιεῖ δύνασθαι λέγειν, ἐνθένδε πάντας λαμβάνοντας· (296) πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὴν τῆς φωνῆς κοινότητα καὶ μετριότητα καὶ τὴν ἄλλην εὐτραπελίαν καὶ φιλολογίαν οὐ μικρὸν ἡγοῦνται συμβαλέσθαι μέρος πρὸς τὴν τῶν λόγων παιδείαν· ὥστ' οὐκ ἀδίκως ὑπολαμβάνουσιν ἅπαντας τοὺς λέγειν ὄντας δεινοὺς τῆς πόλεως εἶναι μαθητάς. (297) Σκοπεῖτ' οὖν μὴ παντάπασιν ᾖ καταγέλαστον τῆς δόξης ταύτης φλαῦρόν τι καταγιγνώσκειν, ἣν ὑμεῖς ἔχετε παρὰ τοῖς Ἕλλησι πολὺ μᾶλλον ἢ 'γὼ παρ' ὑμῖν· οὐδὲν γὰρ ἄλλ' ἢ φανερῶς ὑμῶν αὐτῶν ἔσεσθε κατεψηφισμένοι τὴν τοιαύτην ἀδικίαν, (298) καὶ πεποιηκότες ὅμοιον ὥσπερ ἂν εἰ Λακεδαιμόνιοι τοὺς τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἀσκοῦντας ζημιοῦν ἐπιχειροῖεν, ἢ Θετταλοὶ παρὰ τῶν ἱππεύειν μελετώντων δίκην λαμβάνειν ἀξιοῖεν. Ὑπὲρ ὧν φυλακτέον ἐστίν, ὅπως μηδὲν τοιοῦτον ἐξαμαρτήσεσθε περὶ ὑμᾶς αὐτούς, μηδὲ πιστοτέρους ποιήσετε τοὺς λόγους τοὺς τῶν κατηγορούντων τῆς πόλεως ἢ τοὺς τῶν ἐπαινούντων. (299) Οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν ὅτι τῶν Ἑλλήνων οἱ μὲν δυσκόλως πρὸς ὑμᾶς ἔχουσιν, οἱ δ' ὡς οἷόντε μάλιστα φιλοῦσι καὶ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἐν ὑμῖν ἔχουσι. Καί φασιν οἱ μὲν τοιοῦτοι μόνην εἶναι ταύτην πόλιν, τὰς δ' ἄλλας κώμας, καὶ δικαίως ἂν αὐτὴν ἄστυ τῆς Ἑλλάδος προσαγορεύεσθαι καὶ διὰ τὸ μέγεθος καὶ διὰ τὰς εὐπορίας τὰς ἐνθένδε τοῖς ἄλλοις γιγνομένας καὶ μάλιστα διὰ τὸν τρόπον τῶν ἐνοικούντων· (300) οὐδένας γὰρ εἶναι πρᾳοτέρους οὐδὲ κοινοτέρους οὐδ' οἷς οἰκειότερον ἄν τις τὸν ἅπαντα βίον συνδιατρίψειεν. Οὕτω δὲ μεγάλαις χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, ὥστ' οὐδὲ τοῦτ' ὀκνοῦσι λέγειν, ὡς ἥδιον ἂν ὑπ' ἀνδρὸς Ἀθηναίου ζημιωθεῖεν ἢ διὰ τῆς ἑτέρων ὠμότητος εὖ πάθοιεν. Οἱ δὲ ταῦτα μὲν

vim obtinuerunt, hi quum nihil inconsiderate dicant, minus in rebus ipsis falluntur. (293) Itaque omnibus optandum est ut multi institutione eloquentes fiant, maxime vobis; etenim ipsi præstantiores et excellentiores ceteris estis, non bellicis studiis, neque optima reipublicæ administratione, neque legum observantia, quas a majoribus accepistis, sed his rebus quibus humana natura reliquis præstat animantibus et Græci barbaris, (294) quod et ad sapientiam et eloquentiam ceteris rectius instituimini. Itaque omnium gravissimum accideret, si eos qui his ipsis virtutibus inter æquales excellere cupiant quibus vos inter universos, corrumpi judicaretis, eosque qui hac institutione utantur, cujus vos duces facti estis, calamitate aliqua implicaretis.

295. Oportet enim ne hoc quidem vos fugere, omnium qui dicere aut educare possint, urbem nostram videri magistram fuisse. Merito : etenim maxima præmia eam iis proposuisse vident, qui hanc vim assecuti sunt, et exercitationes plurimas ac maxime varias exhibere iis qui æmulari et in causis orandis exerceri volunt; præterea experientiam, quæ plurimum valet ad eloquentiam, inde acquiri; (296) ad hæc etiam pronunciationis communem usum et moderationem et reliquos lepores et meditandi industriam non parvi momenti esse ad eloquentiam censent. Itaque non injuria omnes eloquentes urbis nostræ esse discipulos putant. (297) Videte igitur ne prorsus ridiculum sit absurdi quid de hac fama decernere, quam vos apud Græcos multo magis quam ego apud vos obtinetis. Nihil enim aliud nisi contra vosmetipsos talem injuriam constitueritis, (298) neque dissimile feceritis ac si Lacedæmonii militiæ studiosos mulctarent, aut Thessali ab iis qui equitandi studio ducuntur, pœnas repeterent. Quare cavendum est ne quid hujusmodi in vos delinquatis, neque veriores eorum orationes reddatis qui urbem vituperant, quam qui laudant. (299) Existimo autem vos non ignorare Græcorum alios vobis infensos esse, alios quammaxime vobis favere ac salutis spem in vobis reponere. Atque hi quidem solam hanc dicunt urbem esse, reliquas vicos et merito hanc Græcorum astu appellari et propter magnitudinem et commoda quæ inde in reliquos redundent, ac maxime propter cultum incolentium; (300) nullos enim humaniores aut affabiliores esse, neque quibuscum quis lubentius totam ætatem degat. Adeo vero laudibus immodici sunt, ut ne illud quidem dicere vereantur, libentius se ab Atheniensi viro puniri quam aliorum immanitate beneficio affici velle. Illi contra hæc

διασύρουσι, διεξιόντες δὲ τὰς τῶν συκοφαντῶν πικρότητας καὶ κακοπραγίας ὅλης τῆς πόλεως ὡς ἀμίκτου καὶ χαλεπῆς οὔσης κατηγοροῦσιν. (301) Ἔστιν οὖν δικαστῶν νοῦν ἐχόντων τοὺς μὲν τῶν τοιούτων λόγων αἰτίους γιγνομένους ἀποκτείνειν ὡς μεγάλην αἰσχύνην τῇ πόλει περιποιοῦντας, τοὺς δὲ τῶν ἐπαίνων τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς μέρος τι συμβαλλομένους τιμᾶν μᾶλλον ἢ τοὺς ἀθλητὰς τοὺς ἐν τοῖς στεφανίταις ἀγῶσι νικῶντας· (302) πολὺ γὰρ καλλίω δόξαν ἐκείνων κτώμενοι τῇ πόλει τυγχάνουσι καὶ μᾶλλον ἁρμόττουσαν. Περὶ μὲν γὰρ τὴν τῶν σωμάτων ἀγωνίαν πολλοὺς τοὺς ἀμφισβητοῦντας ἔχομεν, περὶ δὲ τὴν παιδείαν ἅπαντες ἂν ἡμᾶς πρωτεύειν προκρίνειαν. Χρὴ δὲ τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις τῶν ἔργων διαφέροντας, ἐν οἷς ἡ πόλις εὐδοκιμεῖ, τιμῶντας φαίνεσθαι, καὶ μὴ φθονερῶς ἔχειν, μηδ' ἐναντία τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι γιγνώσκειν περὶ αὐτῶν. (303) Ὧν ὑμῖν οὐδὲν πώποτ' ἐμέλησεν, ἀλλὰ τοσοῦτον διημαρτήκατε τοῦ συμφέροντος, ὥσθ' ἥδιον ἔχετε δι' οὓς ἀκούετε κακῶς ἢ δι' οὓς ἐπαινεῖσθε, καὶ δημοτικωτέρους εἶναι νομίζετε τοὺς τοῦ μισεῖσθαι τὴν πόλιν ὑπὸ πολλῶν αἰτίους ὄντας, ἢ τοὺς ἅπαντας οἷς πεπλησιάκασιν εὖ διακεῖσθαι πρὸς αὐτὴν πεποιηκότας. (304) Ἣν οὖν σωφρονῆτε, τῆς μὲν ταραχῆς παύσεσθε ταύτης, οὐχ οὕτω δ' ὥσπερ νῦν οἱ μὲν τραχέως οἱ δ' ὀλιγώρως διακείσεσθε πρὸς τὴν φιλοσοφίαν, ἀλλ' ὑπολαβόντες κάλλιστον εἶναι καὶ σπουδαιότατον τῶν ἐπιτηδευμάτων τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν, προτρέψετε τῶν νεωτέρων τοὺς βίον ἱκανὸν κεκτημένους καὶ σχολὴν ἄγειν δυναμένους ἐπὶ τὴν παιδείαν καὶ τὴν ἄσκησιν τὴν τοιαύτην, (305) καὶ τοὺς μὲν πονεῖν ἐθέλοντας καὶ παρασκευάζειν σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους τῇ πόλει περὶ πολλοῦ ποιήσεσθε, τοὺς δὲ καταβεβλημένως ζῶντας καὶ μηδενὸς ἄλλου φροντίζοντας πλὴν ὅπως ἀσελγῶς ἀπολαύσονται τῶν καταλειφθέντων, τούτους δὲ μισήσετε καὶ προδότας νομιεῖτε καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς τῶν προγόνων δόξης· μόλις γὰρ ἦν οὕτως ὑμᾶς αἴσθωνται πρὸς ἑκατέρους αὐτῶν διακειμένους, ἐθελήσουσιν οἱ νεώτεροι καταφρονήσαντες τῆς ῥαθυμίας προσέχειν σφίσιν αὐτοῖς καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ τὸν νοῦν. (306) Ἀναμνήσθετε δὲ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἔργων τῶν τῇ πόλει καὶ τοῖς προγόνοις πεπραγμένων, καὶ διέλθετε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ σκέψασθε ποῖός τις ἦν καὶ πῶς γεγονὼς καὶ τίνα τρόπον πεπαιδευμένος ὁ τοὺς τυράννους ἐκβαλὼν καὶ τὸν δῆμον καταγαγὼν καὶ τὴν δημοκρατίαν καταστήσας, ποῖος δέ τις ὁ τοὺς βαρβάρους Μαραθῶνι τῇ μάχῃ νικήσας καὶ τὴν δόξαν τὴν ἐκ ταύτης γενομένην τῇ πόλει κτησάμενος, (307) τίς δ' ἦν ὁ μετ' ἐκεῖνον τοὺς Ἕλληνας ἐλευθερώσας καὶ τοὺς προγόνους ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν καὶ τὴν δυναστείαν ἣν ἔσχον προαγαγών, ἔτι δὲ τὴν φύσιν τὴν τοῦ Πειραιέως κατιδὼν καὶ τὸ τεῖχος ἀκόντων Λακεδαιμονίων τῇ πόλει περιβαλών, τίς δ' ὁ μετὰ τοῦτον ἀργυρίου καὶ χρυσίου τὴν ἀκρόπολιν ἐμπλήσας καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους μεστοὺς

perstringunt, recensentesque sycophantarum acerbitates et maleficia urbem ut inhospitalem et intractabilem criminantur. (301) Est igitur sagacium judicum, auctores talium sermonum perimere, quod magnum dedecus urbi inferunt; eos vero qui ad laudes, quibus celebratur, pro virili parte contulerunt, majore honore habere quam athletas qui ex certaminibus victores coronas retulerunt: (302) urbi enim multo præclariorem eique convenientiorem famam quam illi comparant. Multos enim habemus qui quod ad corporum exercitationem attinet, nobiscum contendant; in literis vero omnes nobis primas deferunt. Oportet igitur eos qui paulum res æstimare possunt, homines iis rebus, quarum causa urbs laudatur, excellentes honore efferre videri, neque invidia persequi, neque judicare quod ceterorum Græcorum judicio contrarium sit. (303) Quorum nihil unquam vobis curæ fuit, sed tantum a commodo vestro recessistis, ut benevolentiores iis sitis, per quos urbs male audiat, quam per quos laudamini, et populariores eos judicetis, quorum opera factum est ut urbs multis odio sit, quam eos qui omnium quibuscum versantur benevolentiam ei conciliarunt. (304) Si igitur prudenter agere vultis, hoc incommodo eam liberabitis, neque ita ut nunc partim ægre feretis partim contemnetis philosophiam, sed pulcherrimum et honestissimum studium animi cultum rati, adolescentes qui rem habent et in otio vivere possunt, ad hanc institutionem et occupationem hortabimini, (305) eosque qui labores subire seque reipublicæ utiles reddere volunt, magni æstimabitis; qui vero abjecte vivunt neque quidquam aliud cogitant quam ut per luxuriam bonis sibi relictis fruantur, hos odio habebitis, proditoresque et urbis et majorum gloriæ judicabitis. Vix enim, si vos ita erga utrosque animatos viderint, adolescentes lascivia omissa mentem in se philosophiamque convertere volent. (306) In memoriam vero revocate magnitudinem rerum quæ a civitate et majoribus gestæ sunt, atque agitate vobiscum et reputate qualis fuerit et quo loco natus et quomodo institutus qui tyrannos expulit remque publicam restituit et libertatem instauravit, et qualis ille qui barbaros ad Marathonem pugnando devicit et hanc gloriam illo prælio partam reipublicæ comparavit; (307) quis qui post illum Græcos liberavit, majoribus principatum et imperium quod obtinuerunt comparavit, præterea Piræei opportunitatem cognovit urbemque invitis Lacedæmoniis mœnibus cinxit; quis qui deinde argento auroque arcem implevit domosque privatas ingentibus opibus divitiisque instruxit.

πολλῆς εὐδαιμονίας καὶ πλούτου ποιήσας· (308) εὑρή-
σετε γάρ, ἢν ἐξετάζητε τούτων ἕκαστον, οὐ τοὺς συκο-
φαντικῶς βεβιωκότας οὐδὲ τοὺς ἀμελῶς, οὐδὲ τοὺς τοῖς
πολλοῖς ὁμοίους ὄντας, ταῦτα διαπεπραγμένους, ἀλλὰ
τοὺς διαφέροντας καὶ προέχοντας μὴ μόνον ταῖς εὐγε-
νείαις καὶ ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τῷ φρονεῖν καὶ λέγειν,
τούτους ἁπάντων ἀγαθῶν αἰτίους γεγενημένους. (309)
Ὧν εἰκὸς ὑμᾶς ἐνθυμουμένους ὑπὲρ μὲν τοῦ πλήθους
τοῦτο σκοπεῖν, ὅπως ἔν τε τοῖς ἀγῶσι τοῖς περὶ τῶν
συμβολαίων τῶν δικαίων τεύξονται καὶ τῶν ἄλλων τῶν
κοινῶν μεθέξουσι, τοὺς δ' ὑπερέχοντας καὶ τῇ φύσει καὶ
ταῖς μελέταις, καὶ τοὺς τοιούτους γενέσθαι προθυμου-
μένους, ἀγαπᾶν καὶ τιμᾶν καὶ θεραπεύειν, ἐπισταμέ-
νους ὅτι καὶ τὸ καλῶν καὶ μεγάλων ἡγήσασθαι πραγμά-
των καὶ τὸ δύνασθαι τὰς πόλεις ἐκ τῶν κινδύνων σώζειν
καὶ τὴν δημοκρατίαν διαφυλάττειν ἐν τοῖς τοιούτοις
ἔνεστιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς συκοφάνταις.
343 310. Πολλῶν δ' ἐφεστώτων μοι λόγων ἀπορῶ πῶς c
αὐτοὺς διαθῶμαι· δοκεῖ γάρ μοι καθ' αὑτὸ μὲν ἕκαστον
ὧν διανοοῦμαι ῥηθὲν ἐπιεικὲς ἂν φανῆναι, πάντα δὲ
νυνὶ λεγόμενα πολὺν ἂν ὄχλον ἐμοί τε καὶ τοῖς ἀκούουσι d
παρασχεῖν. Ὅπερ καὶ περὶ τῶν ἤδη προειρημένων
δέδοικα, μὴ τοιοῦτόν τι πάθος αὐτοῖς διὰ τὸ πλῆθος
τυγχάνῃ συμβεβηκός. (311) Οὕτω γὰρ ἀπλήστως ἅπαν-
τες ἔχομεν περὶ τοὺς λόγους, ὥστ' ἐπαινοῦμεν μὲν τὴν
εὐκαιρίαν καὶ φαμὲν οὐδὲν εἶναι τοιοῦτον, ἐπειδὰν δ'
οἰηθῶμεν ὡς ἔχομέν τι λέγειν, ἀμελήσαντες τοῦ μετριά-
ζειν, κατὰ μικρὸν ἀεὶ προστιθέντες εἰς τὰς ἐσχάτας
ἀκαιρίας ἐμβάλλομεν ἡμᾶς αὐτούς· ὅπου γε καὶ λέγων e
ἐγὼ ταῦτα καὶ γιγνώσκων, ὅμως ἔτι βούλομαι διαλε-
χθῆναι πρὸς ὑμᾶς. (312) Ἀγανακτῶ γὰρ ὁρῶν τὴν συ-
κοφαντίαν ἄμεινον τῆς φιλοσοφίας φερομένην, καὶ τὴν
344 μὲν κατηγοροῦσαν, τὴν δὲ κρινομένην· ὃ τίς ἂν τῶν a
παλαιῶν ἀνδρῶν γενήσεσθαι προσεδόκησεν, ἄλλως τε
καὶ παρ' ὑμῖν τοῖς ἐπὶ σοφίᾳ μεῖζον τῶν ἄλλων φρο-
νοῦσιν; (313) Οὔκουν ἐπί γε τῶν προγόνων οὕτως εἶχεν,
ἀλλὰ τοὺς μὲν καλουμένους σοφιστὰς ἐθαύμαζον καὶ
τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν, τοὺς δὲ συκοφάντας πλεί-
στων κακῶν αἰτίους ἐνόμιζον εἶναι. Μέγιστον δὲ τε-
κμήριον· Σόλωνα μὲν γάρ, τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν
λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, προστάτην ἠξίωσαν b
τῆς πόλεως εἶναι, περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν χαλεπωτέ-
ρους ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακουργιῶν τοὺς νόμους ἔθεσαν.
(314) Τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἑνὶ
τῶν δικαστηρίων τὴν κρίσιν ἐποίησαν, κατὰ δὲ τούτων
γραφὰς μὲν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς
τὴν βουλήν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ, νομίζοντες τοὺς
ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρωμένους ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς
πονηρίας. (315) Τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀλλ' οὖν πειρᾶ- c
σθαί γε λανθάνειν κακουργοῦντας, τούτους δ' ἐν ἅπασιν
ἐπιδείκνυσθαι τὴν αὑτῶν ὠμότητα καὶ μισανθρωπίαν
καὶ φιλαπεχθημοσύνην. Κἀκεῖνοι μὲν οὕτως ἐγίγνω-
σκον περὶ αὐτῶν· ὑμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχετε τοῦ κολάζειν
αὐτούς, ὥστε τούτοις χρῆσθε καὶ κατηγόροις καὶ νομο-

(308) Quorum si unumquemque examinaveritis, non eos qui per calumniam aut ignaviam ætatem egerint, neque qui vulgo similes sint, hæc effecisse reperietis, sed eos qui insignes essent non solum nobilitate et fama, sed etiam eloquentia et prudentia præstarent, omnium bonorum auctores exstitisse. (309) Quæ par est vos animis reputantes multitudini providere, ut in causis quæ de privatis negotiis oriantur, jus suum obtineant, et reliquorum bonorum reipublicæ participes reddantur; qui vero ingenio et cura inter ceteros emineant, quique tales fieri cupiant, eos amare et honorare et colere, quum sciatis eosdem bonarum et pulchrarum actionum principes esse, utque urbes ex discriminibus possint servari reique publicæ conditio popularis retineatur, in talibus esse repositum, minime vero in sycophantis.

310. Etsi vero multa in mentem mihi veniunt, nescio tamen quid de eis statuere debeam. Nam singula quæ cogito, per se mihi dictu commoda et æqua videntur: si vero nunc omnia proferantur, magna molestia et me et auditores affectura esse. Atque adeo vereor ut prolixa etiam superiorum commemoratio fastidium effugerit. (311) Omnes enim tam insatiabili dicendi cupiditate tenemur, ut opportunitatem laudemus nec quicquam præstabilius esse dicamus; quum vero aliquid habere videmur quod dicamus, neglecto modo semper aliquid prioribus paullatim adjiciendo in extremam importunitatem incidamus. Nam et ego, qui hæc dico ac sentio, tamen pauca adhuc vobiscum disserere volo. (312) Indignor enim, quum sycophantiam conditione meliore esse video quam philosophiam, et illam quidem accusare, hanc vero causam dicere. Quod quis veterum fuit qui futurum esse crederet, apud vos præsertim, qui sapientiores aliis haberi vultis? (313) Apud majores certe quidem alia ratio fuit; nam eos qui sophistæ dicebantur, magni faciebant eorumque familiares beatos judicabant, sycophantas autem perniciosissimos homines existimabant. Cujus rei maximum signum illud est, quod Solonem, qui primus civium hoc cognomen sortitus fuit, principem civitatis esse voluerunt; in sycophantas autem graviores, quam in alios maleficos, leges tulerunt. (314) De summis enim injuriis in uno judicari judicio constituto voluerunt; hos vero et ad thesmothetas citari, et deferri apud senatum, et apud populum accusari sinunt, existimantes istius generis artifices omnem improbitatem excedere; (315) nam alios id certe studere ut sua maleficia tegant, istos ubique ostentare suam crudelitatem et inhumanitatem odiumque de industria quæsitum. Atque illi quidem sic de eis statuerunt; vos vero tantum abest ut puniatis eos, ut his et accusationes aliorum

θέταις περὶ τῶν ἄλλων. Καίτοι προσῆκεν αὐτοὺς νῦν μισεῖσθαι μᾶλλον ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. (316) Τότε μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις μόνον καὶ τοῖς κατὰ τὴν d πόλιν ἔβλαπτον τοὺς συμπολιτευομένους· ἐπειδὴ δ' αὐξηθείσης τῆς πόλεως καὶ λαβούσης τὴν ἀρχὴν οἱ πατέρες ἡμῶν, μᾶλλον θαρρήσαντες τοῦ συμφέροντος, τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν καὶ μεγάλην τὴν πόλιν ποιήσασι διὰ τὰς δυναστείας ἐφθόνησαν, πονηρῶν δ' ἀνθρώπων καὶ μεστῶν θρασύτητος ἐπεθύμησαν, (317) οἰηθέντες ταῖς μὲν τόλμαις καὶ ταῖς φιλαπεχθημοσύναις ἱκανοὺς αὐτοὺς ἔσεσθαι διαφυλάττειν τὴν δημοκρατίαν, e διὰ δὲ τὴν φαυλότητα τῶν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖς ὑπαρξάντων οὐ μέγα φρονήσειν οὐδ' ἐπιθυμήσειν ἑτέρας πολιτείας, ἐκ ταύτης τῆς μεταβολῆς τί τῶν δεινῶν οὐ συνέπεσε
345 τῇ πόλει, τί δὲ τῶν μεγίστων κακῶν οἱ ταύτην ἔχοντες a τὴν φύσιν οὐ καὶ λέγοντες καὶ πράττοντες διετέλεσαν; (318) οὐ τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους τῶν πολιτῶν καὶ μάλιστα δυναμένους ποιῆσαί τι τὴν πόλιν ἀγαθόν, ὀλιγαρχίαν ὀνειδίζοντες καὶ λακωνισμόν, οὐ πρότερον ἐπαύσαντο πρὶν ἠνάγκασαν ὁμοίους γενέσθαι ταῖς αἰτίαις ταῖς λεγομέναις περὶ αὐτῶν; τοὺς δὲ συμμάχους λυμαινόμενοι καὶ συκοφαντοῦντες, καὶ τοὺς βελτίστους ἐκ τῶν ὄντων ἐκβάλλοντες, οὕτω διέθεσαν ὥσθ' ἡμῶν μὲν b ἀποστῆναι, τῆς δὲ Λακεδαιμονίων ἐρασθῆναι φιλίας καὶ συμμαχίας; (319) ἐξ ὧν εἰς πόλεμον καταστάντες πολλοὺς ἐπείδομεν τῶν πολιτῶν τοὺς μὲν τελευτήσαντας, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς πολεμίοις γενομένους, τοὺς δ' εἰς ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων καταστάντας, ἔτι δὲ τὴν δημοκρατίαν δὶς καταλυθεῖσαν καὶ τὰ τείχη τῆς πατρίδος κατασκαφέντα, τὸ δὲ μέγιστον, ὅλην τὴν πόλιν περὶ ἀνδραποδισμοῦ κινδυνεύσασαν καὶ τὴν ἀκρόπολιν τοὺς πολεμίους c οἰκήσαντας.

320. Ἀλλὰ γὰρ αἰσθάνομαι, καίπερ ὑπὸ τῆς ὀργῆς βίᾳ φερόμενος, τὸ μὲν ὕδωρ ἡμᾶς ἐπιλεῖπον, αὐτὸς δ' ἐμπεπτωκὼς εἰς λόγους ἡμερησίους καὶ κατηγορίας. Ὑπερβὰς οὖν τὸ πλῆθος τῶν συμφορῶν τῶν διὰ τούτους γεγενημένων, καὶ διωσάμενος τὸν ὄχλον τῶν ἐνόντων εἰπεῖν περὶ τῆς τούτων συκοφαντίας, μικρῶν ἔτι πάνυ μνησθεὶς ἤδη καταλύσω τὸν λόγον. (321) Τοὺς μὲν d οὖν ἄλλους ὁρῶ τοὺς κινδυνεύοντας, ἐπειδὰν περὶ τὴν τελευτὴν ὦσι τῆς ἀπολογίας, ἱκετεύοντας, δεομένους, τοὺς παῖδας, τοὺς φίλους ἀναβιβαζομένους· ἐγὼ δ' οὔτε πρέπειν οὐδὲν ἡγοῦμαι τῶν τοιούτων τοῖς τηλικούτοις, πρός τε τῷ ταῦτα γιγνώσκειν, αἰσχυνθείην ἄν, εἰ δι' ἄλλο τι σῳζοίμην ἢ διὰ τοὺς λόγους τοὺς προειρημένους. Οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν οὕτως ὁσίως καὶ δικαίως κεχρημένον e αὐτοῖς καὶ περὶ τὴν πόλιν καὶ περὶ τοὺς προγόνους καὶ μάλιστα περὶ τοὺς θεούς, ὥστε, εἴ τι μέλει τῶν ἀνθρωπίνων αὐτοῖς πραγμάτων, οὐδὲ τῶν νῦν περὶ ἐμὲ γιγνο-
346 μένων οὐδὲν αὐτοὺς οἶμαι λανθάνειν. (322) Διόπερ οὐχ ὀρρωδῶ τὸ μέλλον συμβήσεσθαι παρ' ὑμῶν, ἀλλὰ θαρρῶ καὶ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω τότε μοι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν ἥξειν, ὅταν μέλλῃ συνοίσειν ἡμῖν, σημείῳ χρώμενος ὅτι καὶ τὸν παρελθόντα χρόνον οὕτω τυγχάνω βεβιωκὼς

mandetis et iisdem legumlatoribus utamini. Atqui decebat eos nunc in odio majore esse quam olim. (316) Tunc enim in pervulgatis solum negotiis nostræ urbis et subinde in orbem redeuntibus nocebant civibus; nunc vero auctis urbis opibus et imperio impetrato, patres nostri audaciores facti quam oportuit, viris bonis ac præstantibus, quorum virtute respublica est amplificata, quam consecuti sunt auctoritatem inviderunt et homines improbos audaciaque plenos expetiverunt, (317) opinati eos, quod et audaces sint et nullas inimicitias reformident, popularem statum posse tueri, et quum ex infimo loco emerserint, non superbos aut novarum rerum fore studiosos: ex hac mutatione quæ pericula in urbem non inciderunt, quæque maxima mala istis ingeniis homines dicendo aut agendo in rempublicam non invexerunt? (318) nonne laudatissimis civibus et reipublicæ maxime profuturis oligarchiæ et Laconum studium objicientes non prius destiterunt, quam eos perpulissent ut objecta crimina vere in se admitterent, et tales fierent, quales esse ab accusatoribus dictitabantur? socios vero vexando et calumniando et optimos quosque re familiari spoliando nonne eo redegerunt, ut a nobis alienati ac repulsi Lacædæmoniorum amicitiam et societatem adamarint? (319) Quibus de rebus bello nobis concitato, multos civium conspeximus partim trucidatos, partim captos ab hostibus, partim rei familiaris penuria oppressos, atque etiam popularem statum bis abrogatum et patriæ mœnia diruta, et quod maximum est, urbem in periculum servitutis et excidii adductam, et arcem ab hostibus habitatam.

320. Sed enim sentio, quanquam efferor iracundia, aquam nos deficere, atque incidisse me in materiam quæ totum diem postularet, et ad accusationem esse delapsum. Præterita igitur hac multitudine calamitatum, quarum isti auctores fuere, et rejecta molestia et turba eorum quæ de istorum calumniis dici possent, paucis omnino adjectis orationem concludam. (321) Alios quidem reos video, ubi jam defensionis finem attigerunt, supplicare, obtestari, liberos suos atque amicos ad deprecandum producere: ego vero neque decere quicquam istius generis hanc meam ætatem existimo, et præter hoc quod ita sentio, etiam erubescerem, si alia res saluti ac præsidio mihi fuisset, quam orationes ante a me recitatæ. Scio enim me ita sancte et juste locutum esse tum de republica, tum de majoribus nostris, tum inprimis de numinibus, ut, si qua illis rerum humanarum cura est, nec ea quæ mihi nunc accidunt, ab iis ignorari putem. (322) Quare nihil exhorresco, quicquid de me statueritis, sed confido, et in spe optima sum, mihi tunc ultimum vitæ diem adventurum, quando id nobis expediet, hoc signo adductus, quod hactenus etiam in hunc usque diem ita vixi,

μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας, ὥσπερ προσήκει τοὺς εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς τῶν ἀνθρώπων. (323) Ὡς οὖν ἐμοῦ ταύτην ἔχοντος τὴν γνώμην, καὶ νομίζοντος ὅ τι ἂν ὑμῖν δόξῃ, τοῦθ' ἕξειν μοι καλῶς καὶ συμφερόντως, ὅπως ἕκαστος ὑμῶν χαίρει καὶ βούλεται, τοῦτον τὸν τρόπον φερέτω τὴν ψῆφον.

quemadmodum pios homines vivere decet, quorum diis mutua cura est. (323) De me igitur, ut qui hoc animo sim quique existimem, quicquid vobis visum fuerit, id e re mea futurum, ut libitum placitumque fuerit, ita vestrûm quisque suffragium ferat.

16.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΖΕΥΓΟΥΣ.

347 Περὶ μὲν οὖν τοῦ ζεύγους τῶν ἵππων, ὡς οὐκ ἀφελόμενος ὁ πατὴρ Τισίαν εἶχεν, ἀλλὰ πριάμενος παρὰ a τῆς πόλεως τῶν Ἀργείων, τῶν τε πρέσβεων τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰδότων ἀκηκόατε μαρτυρούντων· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἅπαντές εἰσιν εἰθισμένοι με συκοφαντεῖν. (2) Τὰς μὲν γὰρ δίκας ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐγκλημάτων λαγχάνουσι, τὰς δὲ κατηγορίας b ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ποιοῦνται, καὶ πλείω χρόνον διατρίβουσι τὸν πατέρα μου διαβάλλοντες ἢ περὶ ὧν ἀντώμοσαν διδάσκοντες, καὶ τοσοῦτον καταφρονοῦσι τῶν νόμων, ὥστε περὶ ὧν ὑμᾶς ὑπ' ἐκείνου φασὶν ἠδικῆσθαι, τούτων αὐτοὶ δίκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν ἀξιοῦσιν. (3) Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι μὲν οὐδὲν προσήκειν τὰς κοινὰς αἰτίας τοῖς ἰδίοις ἀγῶσιν· ἐπειδὴ δὲ Τισίας πολλάκις ὀνειδίζει μοι τὴν φυγὴν τὴν τοῦ πατρός, καὶ c μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων ἢ τῶν αὑτοῦ σπουδάζει πραγμάτων, ἀνάγκη πρὸς ταῦτα τὴν ἀπολογίαν ποιεῖσθαι· καὶ γὰρ ἂν αἰσχυνοίμην, εἴ τῳ δόξαιμι τῶν πολιτῶν ἧττον φροντίζειν τῆς ἐκείνου δόξης ἢ τῶν ἐμαυτοῦ κινδύνων.

4. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς πρεσβυτέρους βραχὺς ἂν ἐξήρκει λόγος· ἅπαντες γὰρ ἴσασιν ὅτι διὰ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας ἥ τε δημοκρατία κατελύθη κἀκεῖνος ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεσεν· τῶν δὲ νεωτέρων ἕνεκα, οἳ τῶν μὲν d πραγμάτων ὕστεροι γεγόνασι, τῶν δὲ διαβαλλόντων πολλάκις ἀκηκόασι, πορρωτέρωθεν ἄρξομαι διδάσκειν.

5. Οἱ γὰρ τὸ πρῶτον ἐπιβουλεύσαντες τῷ δήμῳ καὶ καταστήσαντες τοὺς τετρακοσίους, ἐπειδὴ παρακαλούμενος ὁ πατὴρ οὐκ ἤθελε γενέσθαι μετ' αὐτῶν, ὁρῶντες αὐτὸν καὶ πρὸς τὰς πράξεις ἐρρωμένως ἔχοντα καὶ πρὸς τὸ πλῆθος πιστῶς διακείμενον, οὐχ ἡγοῦντ' οὐδὲν οἷοίτ' εἶναι κινεῖν τῶν καθεστώτων, πρὶν ἐκποδὼν ἐκεῖνος e αὐτοῖς γένοιτο. (6) Εἰδότες δὲ τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς μάλιστ' ἂν ὀργισθεῖσαν εἴ τις εἰς τὰ μυστήρια φαίνοιτ' ἐξαμαρτάνων, τῶν δ' ἄλλων εἴ τις τὴν δημοκρατίαν τολμῴη καταλύειν, ἀμφοτέρας ταύτας συν-
348 θέντες τὰς αἰτίας εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλήν, λέγοντες a ὡς ὁ πατὴρ μὲν συνάγοι τὴν ἑταιρείαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν, οὗτοι δ' ἐν τῇ Πουλυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες τὰ μυστήρια ποιήσειαν. (7) Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως γενομένης διὰ τὸ μέγεθος τῶν αἰτιῶν, καὶ διὰ ταχέων συλλεγείσης ἐκκλησίας, οὕτω σαφῶς ἐπέδειξεν αὐτοὺς ψευδομένους, ὥστε παρὰ μὲν τῶν κατηγόρων ἡδέως ἂν ὁ δῆμος

16.

ORATIO DE BIGIS.

[*Desunt quædam.*] De jugo igitur equorum, patrem meum eos habuisse non Tisiæ ereptos, sed de civitate Argivorum emptos tam e legatorum qui illinc venerunt, quam ex ceterorum, qui rem noverunt, testimoniis audivistis. Omnes autem eodem modo me calumniari solent. (2) Quum enim de privatis negotiis me in jus vocent, de rebus ab rempublicam pertinentibus accusant, et plus temporis consumunt patre meo criminando, quam eo de quo ipsi calumniam juraverunt explicando, et leges usque adeo contemnunt, ut injuriarum, quibus ab eo vos affectos esse dicunt, a me pœnas exigant. (3) Ego vero sic existimo, crimina publica nihil attinere ad privatas controversias. Sed quia Tisias patris exilium sæpe mihi objicit, in exquirendis vestris quam suis rebus curiosior; de his ipsis me purgare necesse habeo : erubescerem enim si cui civium minus de illius existimatione quam de meis periculis sollicitus esse viderer.

4. Ac quod ad seniores attinet, res paucis absolvi posset : omnes enim sciunt per eosdem viros et popularem statum sublatum esse et patrem meum urbe pulsum : propter juniores autem qui, quum post res illas gestas nati sint, calumniatores sæpe audiverunt, narrationem altius exordiar.

5. Qui populo pridem insidiati sunt et Quadringentos constituerunt, patrem meum ad coeundam secum societatem vocaverunt. Quod quum ille recusasset, quia virum esse videbant in rebus gerendis acrem et populo fidelem, non putarunt se ulla vetera instituta loco movere posse, nisi illum e medio sustulissent. (6) Quia vero sciebant urbem de religione gravissime irasci solere, si quis Cereris initia violasset, cæteris vero in rebus, si popularem statum abrogaret : utrumque crimen hoc commenti detulerunt ad senatum patrem meum arguentes cœtus habere secum ad res novandas, qui quidem in Pulytionis ædibus concœnantes mysteria celebrarent. (7) Urbe igitur propter criminum magnitudinem concitata et concione celeriter convocata, tam evidenter eos mendaciorum coarguit, ut accusatores populus

δίκην ἔλαβε, τὸν δ' εἰς Σικελίαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν. b Μετὰ δὲ ταῦθ' ὁ μὲν ἐξέπλευσεν ὡς ἀπηλλαγμένος ἤδη τῆς διαβολῆς, οἱ δὲ συστήσαντες τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ῥήτορας ὑφ' αὑτοῖς ποιησάμενοι πάλιν ἤγειρον τὸ πρᾶγμα καὶ μηνυτὰς εἰσέπεμπον. (8) Καὶ τί δεῖ μακρολογεῖν; οὐ γὰρ πρότερον ἐπαύσαντο, πρὶν τόν τε πατέρα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετεπέμψαντο, καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλον. Πυθόμενος δὲ τήν τε τῶν ἐχθρῶν δύναμιν καὶ c τὰς τῶν ἐπιτηδείων συμφοράς, καὶ νομίζων δεινὰ πάσχειν, ὅτι παρόντα μὲν αὐτὸν οὐκ ἔκρινον, ἀπόντος δὲ κατεγίγνωσκον, οὐδ' ὣς ἀπελθεῖν ἠξίωσεν εἰς τοὺς πολεμίους· (9) ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τοσαύτην πρόνοιαν ἔσχεν ὑπὲρ τοῦ μηδὲ φεύγων μηδὲν ἐξαμαρτεῖν εἰς τὴν πόλιν, ὥστ' εἰς Ἄργος ἐλθὼν ἡσυχίαν εἶχεν· οἱ δ' εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥστ' ἔπεισαν ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐξ d ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος καὶ στηλίτην ἀναγράφειν καὶ πρέσβεις πέμποντας ἐξαιτεῖν παρ' Ἀργείων. Ἀπορῶν δ' ὅ τι χρήσαιτο τοῖς παροῦσι κακοῖς καὶ πανταχόθεν εἰργόμενος, καὶ σωτηρίας οὐδεμιᾶς ἄλλης αὐτῷ φαινομένης, τελευτῶν ἐπὶ Λακεδαιμονίους ἠναγκάσθη καταφυγεῖν.

10. Καὶ τὰ μὲν γενόμενα ταῦτ' ἐστίν· τοσοῦτον δὲ τοῖς ἐχθροῖς τῆς ὕβρεως περίεστιν, ὥστε οὕτως ἀνόμως τοῦ πατρὸς ἐκπεσόντος ὡς δεινὰ δεδρακότος αὐτοῦ κατηγοροῦσι e καὶ διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν, ὡς Δεκέλειάν τ' ἐπετείχισε καὶ τὰς νήσους ἀπέστησε καὶ τῶν πολεμίων διδάσκαλος κατέστη. Καὶ ἐνίοτε μὲν αὐτοῦ προσποιοῦνται καταφρονεῖν, λέγοντες ὡς οὐδὲν διέφερε τῶν ἄλλων, (11) νυνὶ δ' ἁπάντων αὐτὸν τῶν γεγενημένων αἰτιῶνται, καί φασι παρ' ἐκείνου μαθεῖν Λακεδαιμονίους ὡς χρὴ
349 πολεμεῖν, οἳ καὶ τοὺς ἄλλους διδάσκειν τέχνην ἔχουσιν. a Ἐγὼ δ', εἴ μοι χρόνος ἱκανὸς γένοιτο, ῥᾳδίως ἂν αὐτὸν ἐπιδείξαιμι τὰ μὲν δικαίως πράξαντα, τῶν δ' ἀδίκως αἰτίαν ἔχοντα. Πάντων δ' ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τοῦ πατρὸς μετὰ τὴν φυγὴν δωρεὰν λαβόντος ἐγὼ διὰ τὴν ἐκείνου φυγὴν ζημιωθείην.

12. Ἡγοῦμαι δ' αὐτὸν παρ' ὑμῶν δικαίως ἂν πλείστης συγγνώμης τυγχάνειν· ὑπὸ γὰρ τῶν τριάκοντ' ἐκπεσόντες ταῖς αὐταῖς ἐκείνῳ συμφοραῖς ἐχρήσασθε. Ἐξ ὧν ἐνθυμεῖσθαι χρὴ πῶς ἕκαστος ὑμῶν διέκειτο b καὶ τίνα γνώμην εἶχε καὶ ποῖον κίνδυνον οὐκ ἂν ὑπέμεινεν, ὥστε παύσασθαι μὲν μετοικῶν, κατελθεῖν δ' εἰς τὴν πατρίδα, τιμωρήσασθαι δὲ τοὺς ἐκβαλόντας. (13) Ἐπὶ τίνα δ' ἢ πόλιν ἢ φίλον ἢ ξένον οὐκ ἤλθετε δεησόμενοι συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς; τίνος δ' ἀπέσχεσθε πειρώμενοι κατελθεῖν; οὐ καταλαβόντες τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸν σῖτον τὸν ἐν τῇ χώρᾳ διεφθείρετε καὶ τὴν γῆν ἐτέμνετε καὶ τὰ προάστεια ἐνεπρήσατε καὶ τελευτῶντες c τοῖς τείχεσι προσεβάλετε; (14) καὶ ταῦθ' οὕτω σφόδρ' ἐνομίζετε χρῆναι ποιεῖν, ὥστε τοῖς ἡσυχίαν ἄγουσι τῶν συμφυγάδων μᾶλλον ὠργίζεσθε ἢ τοῖς αἰτίοις τῶν συμφορῶν γεγενημένοις. Ὥστ' οὐκ εἰκὸς ἐπιτιμᾶν τοῖς τῶν αὐτῶν ὑμῖν ἐπιθυμοῦσιν, οὐδὲ κακοὺς ἄνδρας νομί-

libenter pœna affecisset, ipsum vero ducem in Siciliam crearit. Post hæc ipse nave profectus est quasi jam calumnia liberatus. Isti vero senatu sollicitato et oratoribus qui sibi dediti essent comparatis, rem de integro commoverunt et delatores subornarunt. (8) Quid multis opus est? nec enim prius conquierunt, quam et patrem ab exercitu revocassent, et ex ejus amicis alios occidissent, alios urbe ejecissent. Is igitur, audita et inimicorum potentia et familiarium suorum calamitatibus, quamvis indigne secum agi existimans, quod præsens ne in judicium quidem adductus, absens vero condemnatus esset, ne sic tamen ab se impetravit ut ad hostes deficeret, (9) tantaque diligentia cavit ne patriam re ulla vel in exilio offenderet, ut Argos profectus otium egerit. Illi vero tanta insolentia in eum sævierunt, ut persuaderent vobis eum tota Græcia pellendum esse, nomenque statuæ dedecoris causa inscribendum, ipsumque per legatos ab Argivis exposcendum. Quapropter animi dubius quo se in his malis converteret, exclusus undique nullaque spe salutis alibi relicta, tandem ad Lacedæmonios confugere est coactus.

10. Et res quidem sic acta. Inimicorum vero crudelitas usque eo progreditur, ut, quum pater tanta iniquitate pulsus urbe fuerit, eum tamen, quasi summum scelus admisisset, accusent et crimini dare studeant eum et Deceleam contra rempublicam muniisse et insulas ad defectionem impulisse et magistrum hostium exstitisse. Atque alias eum a se contemni simulant, ut qui nihil reliquis antecelluerit; (11) nunc autem omnia quæcumque acta sunt, ei uni ascribunt et ab eo, quo pacto bella gerenda sint, edoctos esse aiunt Lacedæmonios, qui eam artem ipsi alios docere possunt. Ego vero, nisi temporis angustiis excluderer, facile ostenderem eum alia jure egisse, de aliis injuste in crimen vocari. Quid vero fieri queat iniquius, quam, quum pater meus post fugam præmium acceperit, me propter illius exilium plecti?

12. Censeo autem jure illi omnino veniam a vobis esse tribuendam. Nam a triginta tyrannis expulsi iisdem quibus ille malis conflictati estis. Unde in animum revocandum est ut quisque vestrûm affectus fuerit, et quid animi habuerit, et quid periculi non adierit ut ne inquilini loco diutius esse cogeretur, et ut in patriam reversus pœnas de iis sumeret, qui se ejecissent. (13) Quam urbem, quem amicum, quem hospitem non adistis precaturi ut vobis adjumento essent ad patriam recuperandam? quid a vobis ad parandum reditum omissum est? an non occupato Piræeo et segetes vastastis, et agros cæsis arboribus populati estis? non suburbia incendistis? non muros denique oppugnastis? (14) Hæc ita decere atque ex officio facienda censuistis, ut si qui de numero exulum quieti se dedidissent, illis magis irasceremini quam calamitatum auctoribus. Quamobrem culpandi non sunt qui eadem quæ vos concupiverunt, nec in improborum numero habendi viri qui patria

ζειν ὅσοι φυγόντες κατελθεῖν ἐζήτησαν, ἀλλὰ πολὺ d
μᾶλλον ὅσοι μένοντες φυγῆς ἄξια ἐποίησαν· οὐδ' ἐντεῦ-
θεν ἀρξαμένους κρίνειν ὁποῖός τις ἦν ὁ πατὴρ πολίτης,
ὅτ' οὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσῆκεν, (15) ἀλλ' ἐπ'
ἐκείνου τοῦ χρόνου σκοπεῖν, οἷος ἦν πρὶν φυγεῖν περὶ τὸ
πλῆθος, καὶ ὅτι διακοσίους ὁπλίτας ἔχων τὰς μεγίστας
πόλεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Λακεδαιμονίων μὲν ἀπέ-
στησεν, ὑμῶν δὲ συμμάχους ἐποίησε, καὶ εἰς οἵους
κινδύνους αὐτοὺς κατέστησε, καὶ ὡς περὶ Σικελίαν e
ἐστρατήγησεν. Τούτων μὲν γὰρ ἐκείνῳ προσήκει
χάριν ὑμᾶς ἔχειν· τῶν δ' ἐν τῇ συμφορᾷ γενομένων τοὺς
ἐκβαλόντας αὐτὸν δικαίως ἂν αἰτίους νομίζοιτε.

16. Ἀναμνήσθητε δὲ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, ἐπειδὴ κα-
350 τῆλθεν, ὡς πολλ' ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐποίησεν, ἔτι δὲ a
πρότερον, ὡς ἐχόντων τῶν πραγμάτων αὐτὸν κατεδέ-
ξασθε, καταλελυμένου μὲν τοῦ δήμου, στασιαζόντων
δὲ τῶν πολιτῶν, διαφερομένων δὲ τῶν στρατιωτῶν πρὸς
τὰς ἀρχὰς τὰς ἐνθάδε καθεστηκυίας, εἰς τοῦτο δὲ μανίας
ἀμφοτέρων ἀφιγμένων, ὥστε μηδετέροις μηδεμίαν
ἐλπίδ' εἶναι σωτηρίας· (17) οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἔχοντας
τὴν πόλιν ἐχθροὺς ἐνόμιζον μᾶλλον ἢ Λακεδαιμονίους, b
οἱ δὲ τοὺς ἐκ Δεκελείας μετεπέμποντο, ἡγούμενοι
κρεῖττον εἶναι τοῖς πολεμίοις τὴν πατρίδα παραδοῦναι
μᾶλλον ἢ τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατευομένοις τῆς
πολιτείας μεταδοῦναι. (18) Τοιαύτην μὲν οὖν τῶν πο-
λιτῶν γνώμην ἐχόντων, κρατούντων δὲ τῶν πολεμίων
καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης, ἔτι δὲ χρημάτων ὑμῖν
μὲν οὐκ ὄντων, ἐκείνοις δὲ βασιλέως παρέχοντος, πρὸς
δὲ τούτοις ἐνενήκοντα νεῶν ἐκ Φοινίκης εἰς Ἄσπενδον c
ἡκουσῶν καὶ παρεσκευασμένων Λακεδαιμονίοις βοηθεῖν,
ἐν τοσαύταις συμφοραῖς καὶ τοιούτοις κινδύνοις τῆς
πόλεως οὔσης, (19) μεταπεμψαμένων αὐτὸν τῶν στρατη-
γῶν οὐκ ἐσεμνύνατο ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, οὐδ' ἐμέμψατο
περὶ τῶν γεγενημένων, οὐδ' ἐβουλεύσατο περὶ τῶν
μελλόντων, ἀλλ' εὐθὺς εἵλετο μετὰ τῆς πόλεως ὁτιοῦν
πάσχειν μᾶλλον ἢ μετὰ Λακεδαιμονίων εὐτυχεῖν, καὶ
πᾶσι φανερὸν ἐποίησεν ὅτι τοῖς ἐκβαλοῦσιν ἀλλ' οὐχ d
ὑμῖν ἐπολέμει, καὶ ὅτι κατελθεῖν ἀλλ' οὐκ ἀπολέσαι
τὴν πόλιν ἐπεθύμει. (20) Γενόμενος δὲ μεθ' ὑμῶν ἔπεισε
μὲν Τισσαφέρνην μὴ παρέχειν χρήματα Λακεδαιμο-
νίοις, ἔπαυσε δὲ τοὺς συμμάχους ὑμῶν ἀφισταμένους,
διέδωκε δὲ παρ' αὑτοῦ μισθὸν τοῖς στρατιώταις, ἀπέ-
δωκε δὲ τῷ δήμῳ τὴν πολιτείαν, διήλλαξε δὲ τοὺς πολί-
τας, ἀπέστρεψε δὲ τὰς ναῦς τὰς Φοινίσσας. (21) Καὶ
μετὰ ταῦτα καθ' ἕκαστον μὲν ὅσας τριήρεις ἔλαβεν ἢ e
μάχας ἐνίκησεν ἢ πόλεις κατὰ κράτος εἷλεν ἢ λόγῳ
πείσας φίλας ὑμῖν ἐποίησε, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν·
πλείστων δὲ κινδύνων τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν
γενομένων, οὐδεπώποτε τοῦ πατρὸς ἡγουμένου τρόπαιον
ὑμῶν ἔστησαν οἱ πολέμιοι.

351 22. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐστρατηγημένων οἶδα μὲν ὅτι a
πολλὰ παραλείπω, διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἀκριβῶς εἴρηκα
περὶ αὐτῶν, ὅτι σχεδὸν ἅπαντες μνημονεύετε τὰ πρα-
χθέντα· λοιδοροῦσι δὲ λίαν ἀσελγῶς καὶ θρασέως καὶ

pulsi redire ab exilio studuerunt, sed illi potius, qui quum domi manserint, exilio digna perpetrarunt. Neque inde ordiendum est, si judicare velitis, qualis pater meus civis fuerit, quum urbs jam nihil ad eum attineret, (15) sed illo tempore considerandum qualem erga populum se præbuerit, antequam in exilium actus est, ut, quum ducentos tantum armatos haberet, maximas Peloponnesi urbes a societate Lacedæmoniorum abductas ad vestram societatem adduxerit, quanta illis pericula intulerit, ut in Siciliam exercitum duxerit. Nam ob hæc vos gratiam ei habere debetis; quæ vero in calamitate acciderunt, illis, per quos exactus est, imputare.

16. Memoria repetite quanta post reditum beneficia in rempublicam contulerit, atque illud prius etiam, quo statu rerum eum susceperitis, quum quidem imperium populi abrogatum esset, quum cives factiosi tumultuarentur, quum milites a magistratibus hic constitutis dissiderent, et utrique in eam insaniam incidissent, ut neutris spes ulla salutis relinqueretur. (17) Nam alteri eos qui urbem tenebant, inimiciores sibi putabant, quam Lacedæmonios; alteri eos qui Deceleæ erant, accersebant, existimantes satius esse patriam hostibus tradere, quam eos in civitatem recipere, qui bella pro republica gerebant. (18) Quum igitur hi civium animi essent et hostes terra marique tenerent omnia, atque etiam vos pecunias non haberetis, rex Persarum autem illis affatim suppeditaret, prætereaque nonaginta naves e Phœnice Aspendum venirent paratæ ad opem ferendam Lacedæmoniis: quum igitur in tantis malis, in tantis periculis civitas versaretur, (19) a ducibus accersitus non fastum præ se tulit ob eas res, non ob ante acta succensuit, neque consilium cepit de futuris, sed statim cum republica quidvis perpeti maluit, quam cum Lacedæmoniis esse felicissimus, ac planum fecit omnibus se bellum gessisse cum suis inimicis, non vobiscum, et in urbem redire, non delere urbem voluisse. (20) Vobiscum autem conjunctus et Tissapherni persuasit ne pecunias suppeditaret Lacedæmoniis, et effecit ne socii a vobis desciscere pergerent, et de suo militibus stipendia solvit, et libertatem populo restituit, et cives inter ipsos reconciliavit, et Phœnissas naves avertit. (21) Post hæc vero quot triremes ceperit, quot prælia vicerit, quot urbes vi expugnarit, quam multis oratione vestram amicitiam persuaserit, singulatim enumerare immensi negotii esset. Quum autem urbs illis temporibus plurima prælia commiserit, nunquam tamen patre meo duce hostes tropæum de nobis erexerunt.

22. Ac rerum illius ductu gestarum equidem scio multas me præterire, quas accurate commemorare propterea nolui, quod fere omnes illas meministis. Invadunt vero etiam in privatam patris mei vitam libidinose nimis et confidenter, nec

τὸν ἄλλον βίον τὸν τοῦ πατρός, καὶ οὐκ αἰσχύνονται τοιαύτῃ παρρησίᾳ χρώμενοι περὶ τοῦ τεθνεῶτος, ἣν ἔδεισαν ἂν ποιήσασθαι περὶ ζῶντος, (23) ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἐληλύθασιν, ὥστ' οἴονται καὶ παρ' ὑμῖν καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις εὐδοκιμήσειν, ἢν ὡς ἂν δύνωνται πλεῖ- b στα περὶ αὐτοῦ βλασφημήσωσιν, ὥσπερ οὐ πάντας εἰδότας ὅτι καὶ τοῖς φαυλοτάτοις τῶν ἀνθρώπων ἔξεστιν οὐ μόνον περὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀρίστων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν θεῶν ὑβριστικοὺς λόγους εἰπεῖν. (24) Ἴσως μὲν οὖν ἀνόητόν ἐστιν ἁπάντων τῶν εἰρημένων φροντίζειν· ὅμως δ' οὐχ ἥκιστ' ἐπιθυμῶ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων τῶν τοῦ πατρὸς διελθεῖν πρὸς ὑμᾶς, μικρὸν προλαβὼν καὶ τῶν προγόνων ἐπιμνησθείς, ἵν' ἐπίστησθ' ὅτι πόρ- c ρωθεν ἡμῖν ὑπάρχει μέγιστα καὶ κάλλιστα τῶν πολιτῶν.

25. Ὁ γὰρ πατὴρ πρὸς μὲν ἀνδρῶν ἦν Εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι, πρὸς γυναικῶν δ' Ἀλκμαιωνιδῶν, οἳ τοῦ μὲν πλούτου μέγιστον μνημεῖον κατέλιπον (ἵππων γὰρ ζεύγει πρῶτος Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν Ὀλυμπίασιν ἐνίκησε), τὴν δ' εὔνοιαν ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο· συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιστράτου, d καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι μάλιστ' αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐχ ἠξίωσαν μετασχεῖν τῆς ἐκείνου τυραννίδος, ἀλλ' εἵλοντο φυγεῖν μᾶλλον ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας. (26) Τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων τοσούτῳ μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐμισήθησαν, ὥσθ' ὁπότε τἀκείνων κρατήσειεν, οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ e καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον, ὑπὸ δὲ τῶν συμφυγάδων οὕτω σφόδρ' ἐπιστεύθησαν, ὥσθ' ἅπαντα τοῦτον τὸν χρόνον ἡγούμενοι τοῦ δήμου διετέλεσαν. Καὶ τὸ τελευταῖον Ἀλκιβιάδης καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατρός, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ, 352 στρατηγήσαντες τῆς φυγῆς κατήγαγον τὸν δῆμον καὶ a τοὺς τυράννους ἐξέβαλον, (27) καὶ κατέστησαν ἐκείνην τὴν δημοκρατίαν, ἐξ ἧς οἱ πολῖται πρὸς μὲν ἀνδρείαν οὕτως ἐπαιδεύθησαν, ὥστε τοὺς βαρβάρους τοὺς ἐπὶ πᾶσαν ἐλθόντας τὴν Ἑλλάδα μόνοι νικᾶν μαχόμενοι, περὶ δὲ δικαιοσύνης τοσαύτην δόξαν ἔλαβον, ὥσθ' ἑκόντας αὐτοῖς τοὺς Ἕλληνας ἐγχειρίσαι τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης, τὴν δὲ πόλιν τηλικαύτην ἐποίησαν καὶ τῇ δυνάμει καὶ ταῖς ἄλλαις κατασκευαῖς, ὥστε τοὺς φάσκοντας b αὐτὴν ἄστυ τῆς Ἑλλάδος εἶναι καὶ τοιαύταις ὑπερβολαῖς εἰθισμένους χρῆσθαι δοκεῖν ἀληθῆ λέγειν.

28. Τὴν μὲν οὖν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν δῆμον οὕτω παλαιὰν καὶ γνησίαν καὶ διὰ τὰς μεγίστας εὐεργεσίας γεγενημένην παρὰ τῶν προγόνων παρέλαβεν· αὐτὸς δὲ κατελείφθη μὲν ὀρφανός (ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ μαχόμενος ἐν Κορωνείᾳ τοῖς πολεμίοις ἀπέθανεν), ἐπετροπεύθη δ' ὑπὸ Περικλέους, ὃν πάντες ἂν ὁμολογήσειαν c καὶ σωφρονέστατον καὶ δικαιότατον καὶ σοφώτατον γενέσθαι τῶν πολιτῶν. Ἡγοῦμαι γὰρ καὶ τοῦτ' εἶναι τῶν καλῶν, ἐκ τοιούτων γενόμενον ὑπὸ τοιούτοις ἤθεσιν

ea libertate verborum in mortuum invehi dubitant, qua eo vivente uti non auderent; (23) tantaque dementia illum invadunt, ut existiment se tum apud vos, tum apud alios eo majore gloria futuros, quo plura et majora in eum maledicta congesserint : quasi vero quisquam ignoret etiam nequissimis hominibus licere, non de viris tantum præstantissimis, sed de diis etiam immortalibus contumeliose loqui. (24) Fortasse igitur curare sermones omnium dementiæ fuerit; sed tamen vel inprimis cupio de patris moribus ac studiis verba facere apud vos, re paullo altius repetita et mentione majorum facta, ut intelligatis a prima nobis origine maxima inter cives et pulcherrima ornamenta contigisse.

25. Nam pater meus ex Eupatridis fuit, quorum nobilitas de ipso cognomine facile intelligitur; materna stirpe Alcmæonida, qui divitiarum evidentissimum monumentum reliquerunt : Alcmæon enim primus civium Olympiæ bigis equestribus vicit. Benevolentiam autem suam erga populum tyrannicis temporibus declararunt. Quamvis enim cognatione cum Pisistrato conjuncti essent, et priusquam is imperium cepisset, familiarissime illo uterentur; tamen ejus tyrannidis socii ac participes esse noluerunt, sed exulare quam cives servitute oppressos intueri maluerunt; (26) et quum ea seditio per quadraginta durasset annos, tyrannis tanto magis quam ceteri invisi fuerunt, ut eorum factione victoriam adepta non tantum ædes ipsorum diruerentur, sed sepulchra etiam effoderentur; ab exulibus autem tanta eis fides habita est, ut omni eo tempore populi duces fuerint. Postremo Alcibiades et Clisthenes, alter paternus, alter maternus patris mei proavus, imperatores designati ab exilio populum reduxerunt, et tyrannis ejectis, (27) eam democratiam constituerunt, in qua cives ad fortitudinem ita instituti sunt, ut barbaros, qui contra totam Græciam venerant, soli prælio vincerent, justitiæ autem tanta gloria floruerunt, ut ultro eis Græci maris imperium traderent, denique civitatem tantam reddiderunt quum potentia, tum reliquis copiis, ut qui eam astu esse Græciæ dicunt et aliis magnificis verbis ornare solent, vera dicere videantur.

28. Amorem igitur populi tam vetustum et sincerum et beneficiis maximis ortum a majoribus accepit; ipse vero pupillus relictus est : nam pater ejus in Coronensi prælio cum hostibus dimicans ceciderat. Tutorem autem Periclem habuit, quem omnes utique fateantur omnium civium fuisse et modestissimum et justissimum et sapientissimum. Quod ipsum etiam in præclaris habendum esse duco, si cui talibus orto natalibus tam præstans vir et tutor et educator et

ἐπιτροπευθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι. (29) Δοκιμασθεὶς δ' οὐχ ἐνδεέστερος ἐγένετο τῶν προειρημένων, οὐδ' ἠξίωσεν αὐτὸς μὲν ῥαθύμως ζῆν, σεμνύνεσθαι δ' ἐπὶ ταῖς τῶν προγόνων ἀρεταῖς, ἀλλ' εὐθὺς οὕτω μέγ' ἐφρόνησεν, ὥστ' ᾠήθη δεῖν δι' αὐτὸν καὶ d κἀκείνων ἔργα μνημονεύεσθαι. Καὶ πρῶτον μέν, ὅτε Φορμίων ἐξήγαγεν ἐπὶ Θρᾴκης χιλίους Ἀθηναίων ὁπλίτας, ἐπιλεξάμενος τοὺς ἀρίστους, μετὰ τούτων στρατευσάμενος τοιοῦτος ἦν ἐν τοῖς κινδύνοις, ὥστε στεφανωθῆναι καὶ πανοπλίαν λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ. (30) Καίτοι τί χρὴ τὸν τῶν μεγίστων ἐπαίνων ἄξιον; οὐ μετὰ μὲν τῶν βελτίστων ἐκ τῆς πόλεως στρατευόμενον ἀριστείων ἀξιοῦσθαι, πρὸς δὲ τοὺς κρατίστους e τῶν Ἑλλήνων ἀντιστρατηγοῦντ' ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις αὐτῶν φαίνεσθαι περιγιγνόμενον; Ἐκεῖνος τοίνυν τῶν μὲν νέος ὢν ἔτυχε, τὰ δ' ἐπειδὴ πρεσβύτερος ἦν ἔπραξεν.

353 31. Μετὰ δὲ ταῦτα τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ἔγημεν· a ἡγοῦμαι γὰρ καὶ ταύτην ἀριστεῖον αὐτὸν λαβεῖν. Ὁ γὰρ πατὴρ αὐτῆς Ἱππόνικος, πλούτῳ μὲν πρῶτος ὢν τῶν Ἑλλήνων, γένει δ' οὐδενὸς ὕστερος τῶν πολιτῶν, τιμώμενος δὲ καὶ θαυμαζόμενος μάλιστα τῶν ἐφ' αὑτοῦ, μετὰ προικὸς δὲ πλείστης καὶ δόξης μεγίστης ἐκδιδοὺς τὴν θυγατέρα, καὶ τοῦ γάμου τυχεῖν εὐχομένων μὲν ἁπάντων, ἀξιούντων δὲ τῶν πρώτων, τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν ἐξ ἁπάντων ἐκλεξάμενος κηδεστὴν ἐπεθύμησε b ποιήσασθαι.

32. Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ὁρῶν τὴν ἐν Ὀλυμπίᾳ πανήγυριν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀγαπωμένην καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπίδειξιν ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως, καὶ τούς τ' ἀθλητὰς ζηλουμένους καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τὰς τῶν νικώντων, καὶ πρὸς τούτοις ἡγούμενος τὰς μὲν ἐνθάδε λειτουργίας ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρὸς τοὺς πολίτας εἶναι, τὰς δ' εἰς ἐκείνην τὴν πανή- c γυριν ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα γίγνεσθαι, (33) ταῦτα διανοηθείς, οὐδενὸς ἀφυέστερος οὐδ' ἀρρωστότερος τῷ σώματι γενόμενος, τοὺς μὲν γυμνικοὺς ἀγῶνας ὑπερεῖδεν, εἰδὼς ἐνίους τῶν ἀθλητῶν καὶ κακῶς γεγονότας καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντας καὶ ταπεινῶς πεπαιδευμένους, ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστί, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀλλὰ καὶ τοὺς d πώποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο. (34) Ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμόν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν πόλεων ἠγωνίσαντο, τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετήν, ὥστε καὶ πρῶτος καὶ δεύτερος γενέσθαι καὶ τρίτος. Χωρὶς δὲ τούτων ἐν ταῖς θυσίαις καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς περὶ τὴν ἑορτὴν δαπάναις οὕτως ἀφειδῶς διέκειτο καὶ μεγαλοπρεπῶς, ὥστε φαίνεσθαι τὰ κοινὰ τὰ τῶν ἄλλων ἐλάττω e τῶν ἰδίων τῶν ἐκείνου. Κατέλυσε δὲ τὴν θεωρίαν τὰς μὲν τῶν προτέρων εὐτυχίας μικρὰς πρὸς τὰς αὑτοῦ δόξαι ποιήσας, τοὺς δ' ἐφ' αὑτοῦ νικήσαντας παύσας
354 ζηλουμένους, τοῖς δὲ μέλλουσιν ἱπποτροφεῖν οὐδεμίαν a

vitæ magister contigerit. (29) Quum vero adolevisset, a virtute illorum, quos jam diximus, non degeneravit, nec ipse otio ac luxu diffluens majorum virtute gloriari voluit, sed statim tanta fuit magnitudine animi, ut existimaret oportere se propter semetipsum etiam illorum res gestas celebrari. Ac primum quum Phormio mille Athenienses gravis armaturæ contra Thraces duceret, fortissimis delectis, cum his profectus ita se gessit in præliis, ut corona ornaretur et ab imperatore panoplia donaretur. (30) Enimvero quodnam ejus officium esse credi debet, qui laudes maximas mereatur? an non cum præstantissimis civibus militantem primas ferre et ducentem contra Græcorum fortissimos exercitum in omnibus pugnis exsistere superiorem? At ille alterum adolescens adeptus est, alterum jam natu grandior præstitit.

31. Post hæc matrem meam uxorem duxit: nam et hanc eum præmii loco propter excellentem virtutem accepisse censeo. Cujus pater Hipponicus et opibus primus inter Græcos et genere nemine civium inferior, et suis temporibus in summo honore et admiratione habitus, filiam cum dote maxima et gloria insigni elocaturus, quum quidem omnes optarent nuptias illas, principes vero tantum ambirent, patrem meum delectum ex omnibus generum adjungere desideravit.

32. Circa eadem tempora quum videret Olympicam celebritatem ab omnibus amari maximique fieri, et Græcos ibi et opes suas et vires et ingeniorum dexteritatem ostentare, nec eos tantum qui se ibi bene gessissent, in admiratione esse, sed eorum etiam qui vicissent urbes celebrari, prætereaque munera quæ hic obirentur, civibus deberi opinatus pro re familiari ac privata; quæ vero in illam celebritatem conferrentur, ad omnes pertinere Græcos et pro republica nostra fieri: (33) hæc inquam reputans, quamvis nec ingenio nec robore corporis ulli cederet, gymnica tamen certamina despexit, quum sciret pugilum nonnullos et sordido genere ortos et minime liberaliter institutos esse et in obscuris oppidulis habitare; verum ad alendos equos animum adjecit, quod ut beatissimorum munus est, sic nemo humilis præstare queat: nec eos tantum qui tum cum eo contendebant, sed omnes qui unquam vicerant, superavit. (34) Nam et tot bigas immisit, quot bigis ne maximæ quidem urbes certaverunt, et tam egregias, ut et primus esset et secundus et tertius. Ad hæc in sacrificiis et aliis quos feriæ illæ solemnes requirunt sumptibus tanta fuit ejus liberalitas et magnificentia, ut aliorum publicæ opes illius privatis minores haberentur. Denique sic ab illa festivitate discessit, ut principum virorum felicitas præ ejus gloria parva videretur, et qui eo tempore vicerant, in admiratione esse desinerent, et iis qui in posterum equos alere instituerent, nihil reliqui faceret, quo excellentiam ipsius superarent.

ὑπερβολὴν καταλιπών. (35) Περὶ δὲ τῶν ἐνθάδε χορηγιῶν καὶ γυμνασιαρχιῶν καὶ τριηραρχιῶν αἰσχύνομαι λέγειν· τοσοῦτον γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις διήνεγκεν, ὥσθ' οἱ μὲν ἐνδεεστέρως ἐκείνου λειτουργήσαντες ἐκ τούτων σφᾶς αὐτοὺς ἐγκωμιάζουσιν, ὑπὲρ ἐκείνου δ' εἴ τις καὶ τῶν τηλικούτων χάριν ἀπαιτοίη, περὶ μικρῶν ἂν δόξειε τοὺς λόγους ποιεῖσθαι.

8. Demiror autem ceteros quibus vel agendi est vel dicendi aliqua facultas, quod nulla unquam de communibus rebus illorum animos cogitatio subeat, neque moveantur Græciæ calamitatibus, cujus status adeo fœdus est et miserabilis, ut nullus in ea locus reperiatur, qui non bellorum, seditionum, cædium et infinitorum malorum plenus sit: quorum quidem partem longe maximam sustinent ii qui Asiæ maritima incolunt, et a nobis universis in fœderibus sunt dediti, non barbaris tantummodo, sed iis item Græcis, qui etsi nobiscum eadem lingua utantur, a moribus barbarorum nihil discrepant; (9) quos certe, si in nobis quidquam esset sanæ mentis, non sineremus coire nec a quibuslibet in expeditionem educi, majoresque et validiores conflari copias e vagantibus viris quam e civibus in urbe degentibus: qui quum exiguam admodum ditionis regiæ partem devastent, Græcas urbes, ad quamcumque accesserint, evertunt, in quibus alios trucidant, alios exterminant, alios bonis exspoliant; (10) præterea que pueros et feminas contumeliis afficiunt, et in his forma præstantissimas contemerant, ceteras iis exuunt vestimentis quibus teguntur

ἃ περὶ τοῖς σώμασιν ἔχουσι περισπῶντες, ὥσθ' ἃς πρότερον οὐδὲ κεκοσμημένας ἦν ἰδεῖν τοῖς ἀλλοτρίοις, ταύτας ὑπὸ πολλῶν ὁρᾶσθαι γυμνάς, ἐνίας δ' αὐτῶν ἐν ῥάκεσι περιφθειρομένας δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων.

ιι. Ὑπὲρ ὧν πολὺν ἤδη χρόνον γιγνομένων οὔτε πόλις οὐδεμία τῶν προεστάναι τῶν Ἑλλήνων ἀξιουσῶν ἠγανάκτησεν, οὔτ' ἀνὴρ τῶν πρωτευόντων οὐδεὶς βαρέως ἤνεγκε, πλὴν ὁ σὸς πατήρ· μόνος γὰρ Ἀγησίλαος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἐπιθυμῶν ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσε τοὺς μὲν Ἕλληνας ἐλευθερῶσαι, πρὸς δὲ τοὺς βαρβάρους πόλεμον ἐξενεγκεῖν. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἀκεῖνος ἑνὸς πράγματος διήμαρτεν. (12) Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ πρὸς σὲ διαλεγόμενος μνησθήσομαι τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπ' αὐτοῦ γνωσθέντων· εἴθισμαί τε γὰρ μετὰ παρρησίας ἀεὶ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, καὶ δεξαίμην ἂν δικαίως ἐπιτιμήσας ἀπέχθεσθαι μᾶλλον ἢ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπαινέσας χαρίσασθαι. (13) Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν οὕτως ἔχον ἐστίν, ἐκεῖνος δ' ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις διενεγκών, καὶ γενόμενος ἐγκρατέστατος καὶ δικαιότατος καὶ πολιτικώτατος, διττὰς ἔσχεν ἐπιθυμίας, χωρὶς μὲν ἑκατέραν καλὴν εἶναι δοκοῦσαν, οὐ συμφωνούσας δ' ἀλλήλαις οὐδ' ἅμα πράττεσθαι δυναμένας· ἠβούλετο γὰρ βασιλεῖ τε πολεμεῖν, καὶ τῶν φίλων τοὺς φεύγοντας εἰς τὰς πόλεις καταγαγεῖν καὶ κυρίους καταστῆσαι τῶν πραγμάτων. (14) Συνέβαινεν οὖν ἐκ μὲν τῆς πραγματείας τῆς ὑπὲρ τῶν ἑταίρων ἐν κακοῖς καὶ κινδύνοις εἶναι τοὺς Ἕλληνας, διὰ δὲ τὴν ταραχὴν τὴν ἐνθάδε γιγνομένην μὴ σχολὴν ἄγειν μηδὲ δύνασθαι πολεμεῖν τοῖς βαρβάροις. Ὥστ' ἐκ τῶν ἀγνοηθέντων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ῥᾴδιον καταμαθεῖν ὅτι δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους μὴ πρότερον ἐκφέρειν πρὸς βασιλέα πόλεμον, πρὶν ἂν διαλλάξῃ τις τοὺς Ἕλληνας καὶ παύσῃ τῆς μανίας καὶ τῆς φιλονικίας ἡμᾶς. Περὶ ὧν ἐγὼ καὶ πρότερον εἴρηκα καὶ νῦν ποιήσομαι τοὺς λόγους.

ιε. Καίτοι τινὲς τῶν οὐδεμιᾶς μὲν παιδείας μετεσχηκότων, δύνασθαι δὲ παιδεύειν τοὺς ἄλλους ὑπισχνουμένων, καὶ ψέγειν μὲν τἀμὰ τολμώντων, μιμεῖσθαι δὲ γλιχομένων, τάχ' ἂν μανίαν εἶναι φήσαιεν τὸ μέλειν ἐμοὶ τῶν τῆς Ἑλλάδος συμφορῶν, ὥσπερ παρὰ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἢ βέλτιον ἢ χεῖρον αὐτὴν πράξουσαν. Ὧν δικαίως ἂν ἅπαντες πολλὴν ἀνανδρίαν καὶ μικροψυχίαν καταγνοῖεν, ὅτι προσποιούμενοι φιλοσοφεῖν αὐτοὶ μὲν ἐπὶ μικροῖς φιλοτιμοῦνται, τοῖς δὲ δυναμένοις περὶ τῶν μεγίστων συμβουλεύειν φθονοῦντες διατελοῦσιν. (16) Οὗτοι μὲν οὖν βοηθοῦντες ταῖς αὑτῶν ἀσθενείαις καὶ ῥᾳθυμίαις ἴσως τοιαῦτ' ἐροῦσιν· ἐγὼ δ' οὕτως ἐπ' ἐμαυτῷ μέγα φρονῶ, καίπερ ἔτη γεγονὼς ὀγδοήκοντα καὶ παντάπασιν ἀπειρηκώς, ὥστ' οἶμαι καὶ λέγειν ἐμοὶ προσήκειν μάλιστα περὶ τούτων καὶ καλῶς βεβουλεῦσθαι πρὸς σὲ ποιούμενον τοὺς λόγους, καὶ τυχὸν ἀπ' αὐτῶν γενήσεσθαί τι τῶν δεόντων. (17) Ἡγοῦμαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας εἰ δεήσειεν αὐτοὺς ἐξ ἁπάντων ἐκλέξασθαι τόν τε τῷ λόγῳ κάλλιστ' ἂν δυνηθέντα παρακαλέσαι τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ τὴν τῶν βαρβάρων

ipsarum corpora, ut quas antea ne ornatas quidem videre poterant alieni, hæ jam nudæ a multis conspiciantur, et earum nonnullæ in vilibus pannis, ob necessariorum inopiam, pereant.

11. Quæ quum tanto jam tempore mala perdurent, nulla tamen civitas ex iis quæ Græcorum imperium affectant, neque vir aliquis ex Græciæ principibus, molestius tulit, præterquam tuus parens : solus enim Agesilaus eorum quos novimus, in magno semper vixit desiderio, tum Græcos in libertatem vindicandi, tum belli barbaris inferendi. Qui tamen et ipse in re una aberrare visus est. (12) Neque mireris velim, si, tecum ego disserens, eorum mentionem faciam quæ minus ille recte sensit : nam et libere loqui semper soleo, et malim ob justam reprehensionem odium incurrere potius quam per immeritam laudem gratificari. (13) Hæc igitur est mea ratio. Ceterum ille qui in reliquis omnibus superabat alios, idemque erat maxime justus et temperans ac rerum gerendarum peritus, habuit duas cupiditates, præclaram utramque seorsum, sed non inter se consentientes, nec ejus generis quæ simul confieri possint. Quum enim et regi Persarum bellum inferre, et amicos ab exilio in patriam quemque suam restituere ac summæ rerum præficere decrevisset, (14) fiebat, dum amicis studeret impensius, ut et Græci in malis ac bellis versarentur, et ipse propter tumultum hic excitatum, pugnandi contra barbaros otium et facultatem non haberet. Quare ex his quæ illo tempore errata sunt, facile intelligitur eum qui recte rebus consultum velit, non prius regi Persico bellum inferre debere, quam Græcos reconciliarit, illorumque hunc furorem et ambitionem hanc compescuerit. Qua de re ut alias verba feci, ita nunc quoque faciam.

15. At enim quidam ex iis qui alios docere se posse pollicentur, quum sint ipsi doctrinæ omnis expertes, quique mea scripta carpere audent, quæ tamen imitari gestiunt, hoc amentiæ forsan adscribant, quod Græciæ calamitates ego curare profitear, quasi per meam orationem melius cum illa agi deinceps possit aut deterius. (16) Quorum merito sane pusillum nimis ac parum virilem animum omnes reprehendant, quod se tanquam oratores jactitantes, et ipsi ob parva glorientur, et aliis qui de majoribus consilia suggerere possint, non desinant invidere. Atque illi quidem ignaviam et imbecillitatem suam obtegere cupientes, talia fortasse sunt dicturi; ego vero quanquam octogesimum jam annum natus, et ab rebus gerendis me plane abdicaverim, ita magnifice tamen de me adhuc sentio, ut putem mei præsertim fuisse muneris de his dicere, meque tecum agendo præclara suggessisse consilia, ac per hæc forsan aliqua rectius gestum iri. (17) Quin et ceteros Græcos existimo, si inter omnes ipsis deligendus esset is qui Græcos optime posset oratione sua incitare ad invaden-

στρατείαν καὶ τὸν τάχιστα μέλλοντα τὰς πράξεις ἐπιτελεῖν τὰς συμφέρειν δοξάσας, οὐκ ἂν ἄλλους ἀνθ' ἡμῶν προκριθῆναι. Καίτοι πῶς οὐκ ἂν αἰσχρὸν ποιήσαιμεν, εἰ τούτων ἀμελήσαιμεν οὕτως ἐντίμων ὄντων, ὧν ἅπαντες ἂν ἡμᾶς ἀξιώσειαν; (18) Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἔλαττόν ἐστιν· ἀποφήνασθαι γὰρ ἃ γιγνώσκει τις, οὐ πάνυ τῶν χαλεπῶν πέφυκεν· σοὶ δὲ προσήκει προσέχοντι τὸν νοῦν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις βουλεύσασθαι, πότερον ὀλιγωρητέον ἐστὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων γεγονότι μὲν ὥσπερ ὀλίγῳ πρότερον ἐγὼ διῆλθον, ἡγεμόνι δὲ Λακεδαιμονίων ὄντι, βασιλεῖ δὲ προσαγορευομένῳ, μεγίστην δὲ τῶν Ἑλλήνων ἔχοντι δόξαν, ἢ τῶν μὲν ἐνεστώτων πραγμάτων ὑπεροπτέον, μείζοσι δ' ἐπιχειρητέον. (19) Ἐγὼ μὲν γάρ φημι χρῆναί σε πάντων ἀφέμενον τῶν ἄλλων δυοῖν τούτοιν προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως τοὺς μὲν Ἕλληνας ἀπαλλάξεις τῶν πολέμων καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν νῦν αὐτοῖς παρόντων, τοὺς δὲ βαρβάρους παύσεις ὑβρίζοντας καὶ πλείω κεκτημένους ἀγαθὰ τοῦ προσήκοντος. Ὡς δ' ἐστὶ ταῦτα δυνατὰ καὶ συμφέροντα καὶ σοὶ καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἐμὸν ἔργον ἤδη διδάξαι περὶ αὐτῶν ἐστιν.

10.

[ΔΙΟΝΥΣΙῼ.

427 Πρόπομποι και ῥαβδοῦχοι καὶ κήρυκες καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλύς, καὶ διαιρετικώτατος πέφυκε τῶν ἀρετῶν χωρισμός. Οὐχ ἤμειψας μετὰ τῆς τύχης τὴν φύσιν. Ἔτι τὸν θύλακον ἔχεις δερμάτινον· θνητὴν γὰρ ἔχεις ἐκ προοιμίου τὴν σύστασιν. Τί δῆτα τὸ κενὸν τοῦτο δοξάριον ἐπὶ τοσοῦτον τὸν πήλινον ἀσκὸν διεφύσησε; Μεγάλης ἀνοίας ἐνεφορήθης, ὦ δύστηνε, καὶ τῆς φύσεως γνῶσιν ἀφήρησαι. Οὕτω τὰ μετέωρα τῆς τύχης κινήματα ἐκστῆναί σε τῆς πάλαι θεωρίας ἠνάγκασαν, καὶ τῆς σώφρονος ἐκείνης μανίας ἀπαναχωρεῖν παρεσκεύασαν; Ἦν σοι πάλαι μετάρσιον τὸ χαμαίζηλον, νῦν δὲ καὶ χθαμαλὸν καὶ περίγειον ὁ τῆς τύχης ὅρος ἀκρότατος. Οὐκοῦν τῆς ψευδοῦς εὐδαιμονίας ἀφίστασο, καὶ τὴν δραπέτιν τύχην δραπέτευε· προφθάνων γὰρ τὴν ἀγνώμονα, ἄφνω τὴν μεταβολὴν οὐ δυσφορήσεις προσπίπτουσαν.]

dos bello barbaros, tum qui celerrime posset conficere quæ utiliter gerenda viderentur, nullos omnino alios nobis præposituros. At enim quomodo non ageremus turpiter, si tam honorificum omnium de nobis judicium negligeremus? (18) Ac meum quidem munus minoris momenti est, quum non ita soleat esse arduum suam de re aliqua sententiam proferre: te vero decet meis verbis attendentem, perpendere utrum Græciæ res tibi negligendæ sint, iis commendato natalibus quæ modo dicebam, duci Lacedæmoniorum, ipsorumque regi appellato, et maximum inter Græcos nomen sustinenti; an potius præsentia omittenda sint negotia, ut his majora suscipias. (19) Equidem censeo in hæc duo maxime, ceteris omnibus prætermissis, tibi esse incumbendum, ut Græcos bellis ac ceteris miseriis, quibus hodie conflictantur, liberes; utque barbarorum coerceas insolentiam, et nimia ipsorum bona imminuas. Hæc autem confici posse, eademque et tibi, et tuæ civitati, et ceteris omnibus expedire, monere te mei operis est.

10.

[DIONYSIO.

Satellites, lictores, caduceatores, et altissimorum soliorum adeptio, tenebræ sunt sapientiæ obductæ, et a virtutibus separatio maxima. Non cum fortuna naturam mutasti. Adhuc saccum habes pelliceum: mortalem enim ab initio tenes constitutionem. Cur igitur inanis ista gloriola fictilem utrem tantopere inflavit? Magna amentia repletus es, o infelix, et naturæ tuæ cognitione privatus. Itane sublimes fortunæ motus te a veteri contemplatione desciscere coegerunt, et eo redegerunt ut a sapienti illo furore discederes? Fuit olim illustris tibi mediocritas; nunc autem abjecta et humi depressa fortunæ tuæ summitas. Recedito igitur a falsa felicitate, et fugitivam fortunam fugito: cujus levitatem et perfidiam si antevertes, mutatione subita irruente minus perculeris.]

ORATORUM ATTICORUM

VOLUMEN I.

Pars 2.

PARISIIS. —EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ORATORES ATTICI,

ANTIPHON,

ANDOCIDES, LYSIAS,

ISOCRATES, ISÆUS, LYCURGUS, ÆSCHINES, DINARCHUS, DEMADES,

DECLAMATIONES GORGIÆ ET ALIORUM.

GRÆCE.

CUM TRANSLATIONE REFICTA

A

CAROLO MULLERO.

ACCEDUNT SCHOLIA,

ULPIANI COMMENTARII IN DEMOSTHENEM,

ET INDEX NOMINUM ET RERUM

ABSOLUTISSIMUS.

VOLUMEN PRIMUM.



PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI REGII FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC XLVII.

ANTIPHONTIS,

ANDOCIDIS, LYSIÆ,

ISÆI ORATIONES

GRÆCE

EX RECENSIONE BAITERI ET SAUPPII

CUM TRANSLATIONE REFICTA

A

CAROLO MÜLLERO.

ISOCRATES

EX RECOGNITIONE BAITERI

CUM TRANSLATIONE LATINA

AHRENSII.

PRÆFATIO.

Oratorum Atticorum collectio, quæ, sejunctis copiis Demosthenicis, priscæ monumenta eloquentiæ in unum quasi corpus composita præberet, apud Gallos hucusque unica illa sola exstabat, quam Henricus Stephanus anno MDLXXV typis nitidissimis curavit excudendam. Cujus viri celeberrimi post tria fere secula successor æmulusque Firminus Didot, publicam utilitatem commodis suis privatis anteponens, nunc novam hancce oratorum editionem, duobus voluminibus absolvendam, eloquentissimis suis civibus offert. Ac primum quidem volumen, quod jam in publicum prodit, orationes continet Antiphontis, Andocidis, Lysiæ, Isæi et Isocratis : alterum vero, mox illud, uti speramus, subsecuturum, præter reliquos oratores decuriæ Atticæ, Lycurgum, Æschinem et Dinarchum, declamationes complectetur sophistarum, quos vocant, Gorgiæ, Antisthenis, Lesbonactis, Polemonis, Herodis Attici, Alcidamantis. His deinde, tamquam supplementum novumque hujus editionis ornamentum, accedent orationum deperditarum reliquiæ, quæ per veterum scripta dispersæ delitescunt. Subjungemus deinceps tum minora quot supersunt in Demosthenem et Æschinem scholia, tum vero Ulpiani in orationes Demosthenis commentarios, quorum novam editionem tanto gratiorem viris literatis fore speramus, quanto major in tanta operis utilitate exemplorum est raritas. Spretis denique minutis istis indiculis, quos prioribus editionibus adspersos habes, rerum nominumque omnium, quæ per duo nostra orationum scholiorumque volumina commemorantur, tabulas novas et locupletissimas componemus.

Jam ut de ratione prioris hujus voluminis accuratius dicam, fieri omnino non potuit, quin græcorum verborum contextus exprimeretur secundum recensionem diligentissimam, quam post Bekkerum duumviri doctissimi, Baiterus et Sauppius, conjunctis curis instituerunt. Isocrati præterea contigit ut etiam δευτέραις φροντίσιν in usum Firmini Didot a Baitero recognosceretur (Vide præfationem quæ Isocrati jam ante annum separatim in publicum emisso præfixa est). Quodsi vero ab hac

parte faustam nacti fortunam sumus, tanto majores ærumnas versio latina creavit. Etenim quam Reiskius elaboravit interpretationem Antiphontis, Andocidis, Lysiæ et Isæi, etsi perutilem esse censemus, ipsa tamen hæc utilitas in eo maxime posita est, quod non versionem auctor dedit, sed paraphrasin potius et tantum non commentarium perpetuum. Nimirum quæcunque paullo obscurius dicta videntur, ea longis circumlocutionum ambagibus illustrat, adstrictius conclusa vel abruptius juncta interpositis sententiis in ratiocinationem vel inattentiori cuivis patentem diducit. Hoc itaque pacto quum nervosa seculi Antiphontei brevitas in luxuriantem abeat ubertatem, nec tam carnes addantur lacertis, quam orandi vis sæpenumero frangatur volubilitate circulatoria : sponte hinc intelligas solidæ illius et robustæ eloquentiæ non modo non imaginem præberi, sed vix umbram ullam relinqui. Censebat vero Firminus Didot laudem versionis cum commentarii merito haud ultra cumulandam esse quam fieri posset, ut salvo orationis colore sensus aperirentur. Quo accedebat, quod typographicæ quoque rationes impediebant, quominus latina Reiskii græcorum e regione apponerentur. Itaque in Lysia eam dedimus versionem, quæ ab Augero condita græcam orationem ad verbum pæne reddere solet, adeo ut vel nimia circa hoc trepidatione interdum humile quiddam traxerit. Castigavimus eam locis quam plurimis quibus Augerus mentem scriptoris minus erat assecutus vel conjecturas suas inopportune introduxerat. In Antiphonte autem et Andocide et Isæo quum præter Reiskii versionem alia satis idonea non offerretur, ita nos fecimus, ut Reiskiana retineremus ubicunque resectis supervacaneis et paucorum verborum mutatione ad græca accommodari possent, de novo autem verteremus ea omnia, quæ liberius Reiskius suo indulgens ingenio efformaverat. Id vero in Antiphonte et Andocide tam sæpe accidit ut intacta perpauca remanserint. Atque hactenus de priore hoc volumine; de altero, cui major pars laboris reservatur, suo dicemus loco. Vale, lector, faveque.

PARISIIS, mense Augusti MDCCCXLVII.

CAR. MÜLLER.

ΑΝΤΙΦΩΝ.

1.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ ΦΑΡΜΑΚΕΙΑΣ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΜΗΤΡΥΙΑΣ.

111

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Φιλόνεώς τις, ἔχων παλλακήν τινα, φίλος ἦν τοῦ πατρὸς τοῦ λέγοντος τὸν λόγον. Οὗτος καταγνοὺς τῆς παλλακῆς εἰς πορνεῖον στήσειν ἠπείλησεν. Ὁ δὲ πατὴρ τοῦ λέγοντος τὸν λόγον τελευτησάσης αὐτῷ τῆς γυναικὸς μητρυιὰν τῷ παιδὶ ἐπεισήγαγε. Κοινολογησαμένης δὲ ταύτης τῇ παλλακῇ διὰ τὸ γείτονας εἶναι καὶ διὰ τὸ μηδὲ αὐτὴν πάνυ ἀγαπᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἀνδρός, ἔδοξεν ἀμφοτέραις φαρμάκῳ ἀνελεῖν τοὺς ἄνδρας. Κατασκευασάμεναι δὲ ἑορτῆς οὔσης καὶ κοινῇ τῶν ἀνδρῶν σπενδομένων (φίλοι γὰρ ἦσαν) δεδώκασιν ἀμφοτέροις τὸ φάρμακον ἐν ἐκπώματι· καὶ ὁ μὲν Φιλόνεως πλέον λαβὼν παραχρῆμα ἀνῃρέθη, ὁ δὲ τοῦ λέγοντος τὸν λόγον πατὴρ ἔλαττον λαβὼν εἰς νόσον κατέπεσε, καὶ οὕτω τέθνηκεν ἐξ αὐτῆς. Ὁ δὲ παῖς γράφεται τὴν μητρυιὰν φαρμακείας. Καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, ἡ στάσις δὲ στοχασμός, σημεῖον δὲ τὸ μὴ θέλειν δοῦναι τοὺς οἰκέτας εἰς βάσανον.

Νέος μὲν καὶ ἄπειρος δικῶν ἔγωγε ἔτι, δεινῶς δὲ καὶ ἀπόρως ἔχει μοι περὶ τοῦ πράγματος, ὦ ἄνδρες, τοῦτο μὲν εἰ ἐπισκήψαντος τοῦ πατρὸς ἐπεξελθεῖν τοῖς αὐτοῦ φονεῦσι μὴ ἐπέξειμι, τοῦτο δὲ εἰ ἐπεξιόντι ἀναγκαίως ἔχει οἷς ἥκιστα ἐχρῆν ἐν διαφορᾷ καταστῆναι, ἀδελφοῖς ὁμοπατρίοις καὶ μητρὶ ἀδελφῶν. (2) Ἡ γὰρ τύχη καὶ αὐτοὶ οὗτοι ἠνάγκασαν ἐμοὶ πρὸς τούτους αὐτοὺς τὸν ἀγῶνα καταστῆναι, οὓς εἰκὸς ἦν τῷ μὲν τεθνεῶτι τιμωροὺς γενέσθαι, τῷ δ' ἐπεξιόντι βοηθούς. Νῦν δὲ τούτων τἀναντία γεγένηται· αὐτοὶ γὰρ οὗτοι καθεστᾶσιν ἀντίδικοι καὶ φονεῖς, ὡς καὶ ἐγὼ καὶ ἡ γραφὴ λέγει. (3) Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ἐὰν ἐπιδείξω ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ προβουλῆς τὴν τούτων μητέρα φονέα οὖσαν τοῦ ἡμετέρου πατρός, καὶ μὴ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἤδη ληφθεῖσαν τὸν θάνατον τὸν ἐκείνου ἐπ' αὐτοφώρῳ μηχανωμένην, τιμωρῆσαι πρῶτον μὲν
112 τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις, οὓς παρὰ τῶν θεῶν καὶ τῶν προγόνων διαδεξάμενοι κατὰ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις περὶ τῆς καταψηφίσεως δικάζετε, δεύτερον δ' ἐκείνῳ τῷ τεθνηκότι, καὶ ἅμα ἐμοὶ μόνῳ ἀπολελειμμένῳ βοηθῆσαι. (4) Ὑμεῖς γάρ μοι ἀναγκαῖοι· οὓς γὰρ ἐχρῆν τῷ μὲν τεθνεῶτι τιμωροὺς γενέσθαι, ἐμοὶ δὲ βοηθούς, οὗτοι τοῦ μὲν τεθνεῶτος φονεῖς γεγένηνται, ἐμοὶ δ' ἀντίδικοι καθεστᾶσι. Πρὸς τίνας οὖν ἔλθοι τις βοηθούς, ἢ ποῖ τὴν καταφυγὴν ποιήσεται ἄλλοθι ἢ πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸ δίκαιον;

1.

NECIS VENEFICIO PATRATÆ ACCUSATIO IN NOVERCAM.

ARGUMENTUM.

(604—606 ed. Reisk.)

Philoneus quidam, concubina utens, patris hujus oratoris amicus erat. Hic, concubinæ redarguens, ei minatus erat in lupanar traducturum. Pater oratoris, mortua uxore, novercam filio superinduxit. Quæ cum scorto familiaritate contracta (erant enim vicinæ), et, quia non admodum a marito diligebatur, utrique propositum est veneno viros tollere. Quum itaque dies festus esset, et ipsæ ad rem paratæ, jamque viri communiter libarent (amici enim erant), ambobus venenum in poculo propinant. Philoneus, qui plus hauserat, statim enectus est; pater autem oratoris hujus minus hauriens in morbum incidit, ex eoque mortuus est. Quocirca filius novercam veneficii accusat. Hoc argumentum est. Causæ status, conjecturalis: judicium vero, quia servos ad torquendum dare noluit.

Adolescentulus quum sim adhuc et forensium rerum plane imperitus, vehementer sollicitum me et consilii inopem habet hæc causa, Judices: nam ab una parte scelus fuerit, in mandatis exsequendis cessare patris ejus qui necis suæ pœnas ut ab auctoribus repeterem mihi delegavit; ab altera parte peracerbum accidit, quod ista mandata patris exsequens facere non possum quin simultatibus implicer cum iis, cum quibus odia suscipi omnium minime decebat, cum fratribus eodem patre natis et cum eorum matre. (2) Ea est enim sortis meæ ratio, ut ab iis ipsis cogar in hoc adversus ipsos certamen descendere, quos consentaneum erat et perempto ultores succurrere et vindici sanguinis paterni auxiliatum venire. Nunc contra hæc evenerunt omnia. Hi enim ipsi adversantes mihi stant in judicio et parricidæ, ut et ego dico et libellus accusatorius exprimit. (3) Peto autem a vobis, Judices, si planum fecero matrem horum (*novercam meam*) necem ei patri, qui mihi cum fratribus communis est, nefandis artibus volentem conscivisse, quas artes ea non semel sed crebro in patris pestem factitans deprehensa fuit, ut primum quidem leges vestras vindicetis, quas a diis et a majoribus vestris per manus traditas nacti, ad earum præscriptum diligenter statuitis de condemnatione reorum; deinde autem, ut patri perempto, unaque mihi quoque, qui solus ab omnibus derelictus causam ejus ago, subveniatis. (4) Vos enim mihi nunc loco necessariorum estis. Nam quos oportebat sublato ultores, mihi autem socios esse, hi necis in illo patratæ reatu se obligant et in judicio causæ meæ stant adversarii. Jam quosnam ad alios quis accedat auxilium rogatum? quo quis alio perfugiat, quam ad vos, et ad jus æquum?

5. Θαυμάζω δ' ἔγωγε καὶ τοῦ ἀδελφοῦ, ἥντινά ποτε γνώμην ἔχων ἀντίδικος καθέστηκε πρὸς ἐμέ, καὶ εἰ νομίζει τοῦτο εὐσέβειαν εἶναι, τὸ τὴν μητέρα μὴ προδοῦναι. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι πολὺ ἀνοσιώτερον εἶναι ἀφεῖναι τοῦ τεθνεῶτος τὴν τιμωρίαν, ἄλλως τε καὶ τοῦ μὲν ἐκ προβουλῆς ἀκουσίως ἀποθανόντος, τῆς δ' ἑκουσίως ἐκ προνοίας ἀποκτεινάσης. (6) Καὶ οὐ τοῦτό γ' ἐρεῖ ὡς εὖ οἶδεν ὅτι οὐκ ἀπέκτεινεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ τὸν πατέρα τὸν ἡμέτερον. Ἐν οἷς μὲν γὰρ αὐτῷ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι, παρὰ τῆς βασάνου, οὐκ ἠθέλησεν· ἐν οἷς δ' οὐκ ἦν πυθέσθαι, τοῦτ' αὐτὸ προὐθυμήθη. Καίτοι αὐτὸ τοῦτο ἐχρῆν, ὃ καὶ ἐγὼ προὐκαλούμην, προθυμηθῆναι, ὅπως τὸ πραχθὲν ᾖ ἀληθές, ἐπεξελθεῖν. (7) Μὴ γὰρ ὁμολογούντων τῶν ἀνδραπόδων οὗτός τ' εὖ εἰδὼς ἂν ἀπελογεῖτο καὶ ἀντέσπευδε πρὸς ἐμέ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀπήλλακτο ἂν ταύτης τῆς αἰτίας. Ὅπου δὲ μὴ ἠθέλησεν ἔλεγχον ποιήσασθαι τῶν πεπραγμένων, πῶς περί γ' ὧν οὐκ ἠθέλησε πυθέσθαι, ἐγχωρεῖ αὐτῷ περὶ τούτων εἰδέναι; πῶς οὖν περὶ τούτων, ὦ δικάζοντες, αὐτὸν εἰκὸς εἰδέναι, ὧν γε τὴν ἀλήθειαν οὐκ εἴληφε; (8) Τί ποτε ἀπολογήσεσθαι μέλλει μοι; ἐκ μὲν γὰρ τῆς τῶν ἀνδραπόδων βασάνου εὖ ᾔδει ὅτι οὐχ οἷόν τ' ἦν αὐτῇ σωθῆναι, ἐν δὲ τῷ μὴ βασανισθῆναι ἡγεῖτο τὴν σωτηρίαν εἶναι· τὰ γὰρ γενόμενα ἐν τούτῳ ἀφανισθῆναι ᾠήθησαν. Πῶς οὖν εὔορκα ἀντομωμοκὼς ἔσται φάσκων εὖ εἰδέναι, ὃς οὐκ ἠθέλησε σαφῶς πυθέσθαι ἐμοῦ ἐθέλοντος τῇ δικαιοτάτῃ βασάνῳ χρήσασθαι περὶ τούτου τοῦ πράγματος; (9) τοῦτο μὲν γὰρ ἠθέλησα μὲν τὰ τούτων ἀνδράποδα βασανίσαι, ἃ συνῄδει καὶ πρότερον τὴν γυναῖκα ταύτην, μητέρα δὲ τούτων, τῷ πατρὶ τῷ ἡμετέρῳ θάνατον μηχανωμένην φαρμάκοις, καὶ τὸν πατέρα εἰληφότα ἐπ' αὐτοφώρῳ ταύτην οὐκ οὖσαν ἄπαρνον, πλὴν οὐκ ἐπὶ θανάτῳ φάσκουσαν διδόναι ἀλλ' ἐπὶ φίλτροις. (10) Διὰ οὖν ταῦτα ἐγὼ βάσανον ἠθέλησα ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν, γράψας ἐν γραμματείῳ ἃ ἐπαιτιῶμαι τὴν γυναῖκα ταύτην· βασανιστὰς δὲ αὐτοὺς τούτους ἐκέλευον γίνεσθαι ἐμοῦ παρόντος, ἵνα μὴ ἀναγκαζόμενοι ἃ ἐγὼ ἐπερωτῷμι λέγοιεν, ἀλλ' ἐξήρκει μοι τοῖς ἐν τῷ γραμματείῳ χρῆσθαι· καὶ αὐτό μοι τοῦτο τεκμήριον δίκαιον ἔσται, ὅτι ὀρθῶς καὶ δικαίως μετέρχομαι τὸν φονέα τοῦ πατρός· εἰ δὲ ἄπαρνοι γίνοιντο ἢ λέγοιεν μὴ ὁμολογούμενα, [ἡ βάσανος] ἀναγκάζοι τὰ γεγονότα κατηγορεῖν· αὕτη γὰρ καὶ τοὺς τὰ ψευδῆ παρεσκευασμένους λέγειν τἀληθῆ κατηγορεῖν ποιήσει. (11) Καίτοι εὖ οἶδά γ', εἰ οὗτοι πρὸς ἐμὲ ἐλθόντες, ἐπειδὴ τάχιστα αὐτοῖς ἀπηγγέλθη ὅτι ἐπεξίοιμι τοῦ πατρὸς τὸν φονέα, ἠθέλησαν τὰ ἀνδράποδα ἃ ἦν αὐτοῖς παραδοῦναι, ἐγὼ δὲ μὴ ἠθέλησα παραλαβεῖν, αὐτὰ ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ. Νῦν δ' ἐγὼ γάρ εἰμι τοῦτο μὲν ὁ θέλων αὐτὸς βασανιστὴς γενέσθαι, τοῦτο δὲ τούτους αὐτοὺς κελεύων ἀντ' ἐμοῦ βασανίσαι, ἐμοὶ δή που εἰκὸς ταῦτα αὐτὰ τεκμήρια εἶναι ὡς εἰσὶν ἔνοχοι τῷ φόνῳ· (12) εἰ γὰρ τούτων ἐθελόντων διδόναι εἰς βάσανον ἐγὼ

5. Miror qua tandem mente frater causam meæ adversariam tuendam sibi ceperit; et num in hoc solo pietatem erga parentes cerni autumet, si matris commoda filius prodere nolit. Ego vero multo atrocius hoc esse aio impietatis exemplum, si filius insuper habeat paterni sanguinis ultionem exsequi, præsertim in tanta disparitate, illo per insidias violenter perempto, hac consulto structis machinis interficiente. (6) Neque licet fratri hoc excusare, probe se nosse a matre sua peremptum non esse patrem nostrum. Nam id ipsum, qua re poterat certissimam facinoris notitiam sibi comparare, nimirum ex servorum tormentis, id ille aspernatus est : ubi autem quærens indagare nihil poterat, ibi juvit eum quærere. Atqui illud debuerat amplecti ad quod provocabam, sponsionem de servis ad quæsitionem dedendis, strenueque hoc agere, ut rei gestæ veritas in apertum proferretur. (7) Servi enim si sub tormentis non ea quæ dico edidissent, tum licuisset ei matris causam ex certa rei cognitione agere mihique fidenter obloqui ; et mater ejus crimine illo fuisset liberata. Jam vero cunctatus rei gestæ rationem illa, quæ una patet, via indagare, qui potest ea certo nosse, quæ explorare recusavit? qui de his, Judices, consentaneum est eum perspectam rem habere, quorum veritatem percontari nunquam animum induxit? (8) Quid tandem oppositurus est mihi? Servos ad quæsitionem si admitteret, certo norat saluti omnem viam præclusam matri esse ; unica ergo ratio eam servandi hæc erat, ut eluderet quæsitionem per tormenta servorum : nam hoc modo sperabant se consecuturos ut res gesta in occulto maneret. Qui ergo censeri poterit salva fide et religione jurejurando id confirmasse, quod in formula contrajuramenti scripsit, « se probe nosse, » qui quidem manifesta hoc ratione ad liquidum adducere noluerit, quum ego vellem hac in causa modo inquirendi eo uti, qui est omnium æquissimus et justissimus? (9) Nimirum flagitabam ipsis coram illa mancipia torqueri, quæ norant mulierem hanc, matrem horum, jam antea venenis id egisse ut patrem nostrum de medio tolleret, et, a patre nostro quum in ipso delicto esset deprehensa, haud infitiatam esse facinus, sed prætexisse non necis ergo potionem datam fuisse, sed illiciendi ac devinciendi amoris. (10) Hoc ergo de facto postulabam servos dedi in tormenta, et exhibebam libellum, in quo crimina perscripseram, quorum illam mulierem insimulo. Ipsis autem hisce permittebam torquendi negotium, dummodo coram me fieret; nolebam enim servos, me ipso pro lubitu meo quicquid vellem interrogante, cogi respondere, sed sufficiebat mihi illis solummodo capitibus uti quæ in libello scripseram. Vel hoc solum mihi erit prorsus idoneum documentum, jure me bono rectoque necem patris persequi : nam si aut prorsus infitiarentur servi factum aut dicta eorum inter se discreparent, tormenta eos cogerent veras rei gestæ rationes aperire : hæc enim efficiunt ut quantumvis parati ad falsa indicia, vere gesta tandem proferant. (11) At enim hoc certo scio : si illi, ut primum fama ad se allatum accepissent me parare actionem in homicidam patris, actutum mecum congressi suorum mancipiorum mihi deditionem obtulissent, ego autem accipere detrectassem, haud dubie illi hoc essent evidentissimo omnium documento usi ad vincendum, culpa cædis omni se vacare. Nunc enimvero ego, quanquam stimulos ipse servis admoveri peto, partes tamen meas inter torquendum eis ipsis delego : manifesto igitur mihi hæc ipsa testimonio sunt, eos in culpa esse cædis. (12) Certe enim, si ipsi quidem mancipia tormentis

μὴ ἐδεξάμην, τούτοις ἂν ἦν ταῦτα τεκμήρια. Τὸ αὐτὸ οὖν τοῦτο καὶ ἐμοὶ γενέσθω, εἴπερ ἐμοῦ θέλοντος ἔλεγχον λαβεῖν τοῦ πράγματος αὐτοὶ μὴ ἠθέλησαν δοῦναι. Δεινὸν δ' ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, εἰ ὑμᾶς μὲν ζητοῦσιν αἰτεῖσθαι ὅπως αὐτῶν μὴ καταψηφίσησθε, αὐτοὶ δὲ σφίσιν αὐτοῖς οὐκ ἠξίωσαν δικασταὶ γενέσθαι δόντες βασανίσαι τὰ αὐτῶν ἀνδράποδα. (13) Περὶ μὲν οὖν τούτων οὐκ ἄδηλον ὅτι αὐτοὶ ἔφευγον τῶν πραχθέντων τὴν σαφήνειαν πυθέσθαι· ᾔδεσαν γὰρ οἰκεῖον σφίσι τὸ κακὸν ἀναφανησόμενον, ὥστε σιωπώμενον καὶ ἀβασάνιστον αὐτὸ ἐᾶσαι ἐβουλήθησαν. Ἀλλ' οὐχ ὑμεῖς γε, ὦ 113 ἄνδρες, ἔγωγ' εὖ οἶδα, ἀλλὰ σαφὲς ποιήσετε.

Ταῦτα μὲν οὖν μέχρι τούτου· περὶ δὲ τῶν γενομένων πειράσομαι ὑμῖν διηγήσασθαι τὴν ἀλήθειαν· δίκη δὲ κυβερνήσειεν.

14. Ὑπερῷόν τι ἦν τῆς ἡμετέρας οἰκίας, ὃ εἶχε Φιλόνεως ὁπότ' ἐν ἄστει διατρίβοι, ἀνὴρ καλός τε κἀγαθὸς καὶ φίλος τῷ ἡμετέρῳ πατρί· καὶ ἦν αὐτῷ παλλακή, ἣν ὁ Φιλόνεως ἐπὶ πορνεῖον ἔμελλε καταστῆσαι. Ταύτην οὖν πυθομένη ἡ μήτηρ τοῦ ἀδελφοῦ ἐποιήσατο φίλην. (15) Αἰσθομένη δ' ὅτι ἀδικεῖσθαι ἔμελλεν ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω, μεταπέμπεται, καὶ ἐπειδὴ ἦλθεν, ἔλεξεν αὐτῇ ὅτι καὶ αὐτὴ ἀδικοῖτο ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἡμετέρου· εἰ οὖν ἐθέλει πείθεσθαι, ἔφη ἱκανὴ εἶναι ἐκείνη τε τὸν Φιλόνεων φίλον ποιῆσαι καὶ αὐτῇ τὸν ἐμὸν πατέρα, εἶναι φάσκουσα αὐτῆς μὲν τοῦτο εὕρημα, ἐκείνης δ' ὑπηρέτημα. (16) Ἠρώτα οὖν αὐτὴν εἰ ἐθελήσει διακονῆσαί οἱ, καὶ ἣ ὑπέσχετο τάχιστα, ὡς οἶμαι. Μετὰ ταῦτα ἔτυχε τῷ Φιλόνεῳ ἐν Πειραιεῖ ὄντα ἱερὰ Διὶ κτησίῳ, ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐμὸς εἰς Νάξον πλεῖν ἔμελλε. Κάλλιστον οὖν εἶναι ἐδόκει τῷ Φιλόνεῳ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ ἅμα μὲν προπέμψαι εἰς τὸν Πειραιᾶ τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν φίλον ὄντα ἑαυτῷ, ἅμα δὲ θύσαντα τὰ ἱερὰ ἑστιάσαι ἐκεῖνον. (17) Ἡ οὖν παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω ἠκολούθει τῆς θυσίας ἕνεκεν. Καὶ ἐπειδὴ ἦσαν ἐν τῷ Πειραιεῖ, οἷον εἰκός, ἔθυεν· καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἐτέθυτο τὰ ἱερά, ἐντεῦθεν ἐβουλεύετο ἡ ἄνθρωπος ὅπως ἂν αὐτοῖς τὸ φάρμακον δοίη, πότερα πρὸ δείπνου ἢ ἀπὸ δείπνου. Ἔδοξεν οὖν αὐτῇ βουλευομένῃ βέλτιον εἶναι μετὰ δεῖπνον δοῦναι, ταῖς Κλυταιμνήστρας τῆς τούτου μητρὸς ὑποθήκαις ἅμα διακονοῦσα. (18) Καὶ τὰ μὲν ἄλλα μακρότερος ἂν εἴη λόγος περὶ τοῦ δείπνου ἐμοί τε διηγήσασθαι ὑμῖν τ' ἀκοῦσαι· ἀλλὰ πειράσομαι τὰ λοιπὰ ὡς ἐν βραχυτάτοις ὑμῖν διηγήσασθαι, ὡς γεγένηται ἡ δόσις τοῦ φαρμάκου. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδεδειπνήκεισαν, οἷον εἰκός, ὁ μὲν θύων Διὶ κτησίῳ κἀκεῖνον ὑποδεχόμενος, ὁ δ' ἐκπλεῖν τε μέλλων καὶ παρ' ἀνδρὶ ἑταίρῳ δειπνῶν, σπονδάς τ' ἐποιοῦντο καὶ λιβανωτὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐπετίθεσαν. (19) Ἡ δὲ παλλακὴ τοῦ Φιλόνεω τὴν σπονδὴν ἅμα ἐγχέουσα ἐκείνοις εὐχομένοις ἃ οὐκ ἔμελλε τελεῖσθαι, ὦ ἄνδρες, ἐνέχει τὸ φάρμακον· καὶ ἅμα οἰομένη δεξιὸν ποιεῖν πλέον δίδωσι τῷ Φιλόνεῳ, ἴσως, εἰ δοίη πλέον, μᾶλλον φιλησομένη ὑπὸ τοῦ Φιλόνεω· οὔπω γὰρ ᾔδει ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς τῆς ἐμῆς ἐξαπατωμένη,

afficienda obtulissent, ego vero detrectassem, pro ipsis hæc res testimonio fuisset. Liceat ergo mihi quoque meæ causæ veritatem hoc ipso argumento docere, qui certum rei documentum postulaverim ab his præbere recusantibus. Grave profecto mihi videtur esse facinus, si hi vos rogant, ut se absolvatis, qui, si dedere servos voluissent, jus ipsi sibi pro arbitrio suo dicere (*causæ suæ probitatem irrefragabilibus documentis approbare*) potuissent. (13) Jam ergo non amplius obscurum est eos ipsos defugisse quin manifestam facinorum cognitionem pararent : norant nempe, huic discrimini si se committerent, futurum fuisse ut patesceret malum penes ipsos residere; quare quæsitionem servorum omitti voluerunt, mali sedem manere tacitam et ignotam. Verum autem non vos voletis, Judices, certo scio, sed potius totam rem denudabitis.

Sed hæc hactenus : jam ipsius rei, ut vere gesta fuit, seriem coram vobis enarrabo : justitia cursum actionis meæ gubernato.

14. Superius domus nostræ tabulatum Philoneus, quoties in urbe ageret, incolere solebat, vir honestus et frugi, quo pater noster familiarissime utebatur. Erat illi Philoneo pellex, quam decreverat in lupanari prostituere. Eam mater fratris (*noverca mea*) quum intellexisset cuja esset, consuetudinem cum ea contrahebat; (15) et quum sensisset quam injuriam Philoneus ei oblatum iret, ad se eam arcessit. Veniebat pellex : inter sermones aperiebat noverca pellici, se quoque indignis modis haberi a patre nostro : sed in promptu sibi esse artes, quibus amborum erga se animi ita mutarentur, ut quum Philoneus ipsi (*pellici*), tum pater meus sibi (*novercæ*) redderetur amicus : additque, suum esse hoc inventum, illius fore partes subserviendi. (16) Tunc ergo, ait, mihi ministrare voles? Velle ait altera, nihil hæsitans, ut equidem existimo. Post hæc incidebat et Philoneo necessitas, ut sacris interesset quæ Jovi Ctesio in Piræeo fiebant, et patri iter per mare ad insulam Naxum suscipiendi. Convenientissimum itaque videbatur Philoneo, cui ex urbe in Piræeum esset descendendum, eadem opera, per compendium itineris ejusdem, patrem quoque meum, amicitiæ ergo testandæ, ad portum prosequi et sacris peractis, epulis cohonestare. (17) Pellex Philoneum eodem prosequebatur sacrorum et epularum causa. Ubi erant ambo in Piræeo, uti par erat, ille sacris operabatur. Sacris peractis, jam incipiebat pellex secum deliberare, qua ratione potionem venenatam ipsis præberet, ante epulas, an post. Placuit tandem deliberanti, magis expedire ut post epulas daretur, quod ita præceptis Clytæmnestræ istius, matris illorum, esset obsecutura. (18) Cetera quæ illo in convivio evenerint, mihi longius fuerit enarrare vobisque audire : ea vero, quæ nosse refert, quomodo nempe datum fuerit venenum, quam paucissimis exsequar. Dapibus igitur amotis, libabant diis, et thura super se quisque aræ imponebant, id quod eos facere par erat, quorum alter una Jovique Ctesio sacra faceret amicumque epulis exciperet mox iter ingressurum, alter apud amicum epularetur mox cum nave discessurus. (19) Pellex Philonei libationes infundens illis vota facientibus atque deos ea rogantibus, quæ non essent exitum habitura, Judices, immiscebat venenum et Philonei quidem poculo, dextre sibi visa agere, portionem veneni multo spissiorem ingerebat, sperans fortasse futurum ut, quo plus potionis hujus dedisset, eo acrius Philoneus in amorem sui exardesceret : nondum enim tum norat a noverca mea se circumventam esse, id quod tum demum

πρὶν ἐν τῷ κακῷ ἤδη ἦν· τῷ δὲ πατρὶ τῷ ἡμετέρῳ ἔλασσον ἐνέχει. (20) Καὶ ἐκεῖνοι ἐπειδὴ ἀπέσπεισαν, τὸν ἑαυτῶν φονέα μεταχειριζόμενοι ἐκπίνουσιν ὑστάτην πόσιν. Ὁ μὲν οὖν Φιλόνεως εὐθέως παραχρῆμα ἀποθνήσκει, ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἡμέτερος εἰς νόσον ἐμπίπτει, ἐξ ἧς καὶ ἀπώλετο εἰκοσταῖος. Ἀνθ' ὧν ἡ μὲν διακονήσασα ἔχει τὰ ἐπίχειρα ὧν ἀξία ἦν οὐδὲν αἰτία οὖσα (τῷ γὰρ δημοκοίνῳ τροχισθεῖσα παρεδόθη), ἡ δ' αἰτία τε ἤδη καὶ ἐνθυμηθεῖσα καὶ χειρουργήσασα ἕξει, ἐὰν ὑμεῖς τε καὶ οἱ θεοὶ θέλωσιν.

21. Σκέψασθε οὖν ὅσῳ δικαιότερα δεήσομαι ὑμῶν ἐγὼ ἢ ὁ ἀδελφός· ἐγὼ μὲν τῷ τεθνεῶτι ὑμᾶς κελεύω καὶ τῷ ἠδικημένῳ τὸν ἀίδιον χρόνον τιμωροὺς γενέσθαι· οὗτος δὲ τοῦ μὲν τεθνεῶτος πέρι οὐδὲν ὑμᾶς αἰτήσεται, ὃς ἄξιος καὶ ἐλέου καὶ βοηθείας καὶ τιμωρίας παρ' ὑμῶν τυχεῖν, ἀθέως καὶ ἀκλεῶς πρὸ τῆς εἱμαρμένης ὑφ' ὧν ἥκιστ' ἐχρῆν τὸν βίον ἐκλιπών, (22) ὑπὲρ δὲ τῆς ἀποκτεινάσης δεήσεται ἀθέμιτα καὶ ἀτέλεστα καὶ ἀνήκουστα καὶ θεοῖς καὶ ὑμῖν, δεόμενος ὑμῶν ἃ αὐτὴ ἑαυτὴν οὐκ ἔπεισε μὴ κακοτεχνῆσαι. Ὑμεῖς δ' οὐ τῶν ἀποκτεινάντων ἐστὲ βοηθοί, ἀλλὰ τῶν ἐκ προνοίας ἀποθνησκόντων, καὶ ταῦτα ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν αὐτοὺς ἀποθνήσκειν. Ἤδη οὖν ἐν ὑμῖν τοῦτό ἐστιν ὀρθῶς διαγνῶναι, ὃ καὶ ποιήσατε. (23) Δεήσεται δ' ὑμῶν οὗτος μὲν ὑπὲρ τῆς μητρὸς τῆς αὑτοῦ ζώσης, τῆς ἐκεῖνον διαχρησαμένης ἀβούλως τε καὶ ἀθέως, ὅπως δίκην μὴ δῷ, ἂν
114 ὑμᾶς πείθῃ, ὧν ἠδίκηκεν· ἐγὼ δ' ὑμᾶς ὑπὲρ τοῦ πατρός, τοῦ τεθνεῶτος, αἰτοῦμαι, ὅπως παντὶ τρόπῳ δῷ· ὑμεῖς δέ, ὅπως διδῶσι δίκην οἱ ἀδικοῦντες, τούτου γε ἕνεκα καὶ δικασταὶ ἐγένεσθε καὶ ἐκλήθητε. (24) Καὶ ἐγὼ μὲν ἐπεξέρχομαι λέγων, ἵνα δῷ δίκην ὧν ἠδίκηκε καὶ τιμωρήσω τῷ τε πατρὶ τῷ ἡμετέρῳ καὶ τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις· ταύτῃ καὶ ἄξιόν μοι βοηθῆσαι ὑμᾶς ἅπαντας, εἰ ἀληθῆ λέγω· οὗτος δὲ τἀναντία, ὅπως ἡ τοὺς νόμους παριδοῦσα μὴ δῷ δίκην ὧν ἠδίκηκε, ταύτῃ βοηθὸς καθέστηκε. (25) Καίτοι πότερον δικαιότερον τὸν ἐκ προνοίας ἀποκτείναντα δοῦναι δίκην ἢ μή; καὶ πότερον δικαιότερον οἰκτεῖραι μᾶλλον τὸν τεθνεῶτα ἢ τὴν ἀποκτείνασαν; ἐγὼ μὲν οἶμαι τὸν τεθνεῶτα· καὶ γὰρ ἂν δικαιότερον καὶ ὁσιώτερον καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων γίνοιτο ὑμῖν. Ἤδη οὖν ἐγὼ ἀξιῶ, ὥσπερ κἀκεῖνον ἀνελεημόνως καὶ ἀνοικτίστως αὕτη ἀπώλεσεν, οὕτω καὶ αὐτὴν ταύτην ἀπολέσθαι ὑπό τε ὑμῶν καὶ τοῦ δικαίου. (26) Ἡ μὲν γὰρ ἑκουσίως καὶ βουλεύσασα τὸν θάνατον, ὁ δ' ἀκουσίως καὶ βιαίως ἀπέθανε· πῶς γὰρ οὐ βιαίως ἀπέθανεν, ὦ ἄνδρες, ὅς γ' ἐκπλεῖν ἔμελλεν ἐκ τῆς γῆς τῆσδε, παρά τε ἀνδρὶ αὑτοῦ φίλῳ εἱστιᾶτο; ἡ δὲ πέμψασα τὸ φάρμακον καὶ κελεύσασα ἐκείνῳ δοῦναι πιεῖν ἀπέκτεινεν ἡμῶν τὸν πατέρα. Πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ' ὑμῶν ἢ ἄλλου του; ἥτις αὐτὴ οὐκ ἠξίωσεν ἐλεῆσαι τὸν αὑτῆς ἄνδρα, ἀλλ' ἀνοσίως καὶ αἰσχρῶς ἀπώλεσεν. (27) Οὕτω δέ τοι καὶ ἐλεεῖν ἐπὶ τοῖς ἀκουσίοις παθήμασι μᾶλλον προσήκει ἢ τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἐκ προνοίας ἀδικήμασι καὶ ἁμαρτή-

comperit quum jam in perniciem incidisset; patri autem nostro portionem veneni multo parciorem infundebat. (20) Defuncti libationibus illi, sicarium suum pro amica habentes, extremam potionem exhauriunt. Et Philoneus quidem in continenti e vestigio exspirabat; pater autem noster in valetudinem incidebat, quæ eum quoque tandem, die vigesimo, sustulit. Hujus tanti sceleris præmium illa quidem, quæ operam ministram solummodo præstitit, facinore dignum jam abstulit (nam carnifici tradita et rotæ imposita supplicium luit), quanquam nullo modo in culpa erat: quæ autem est in culpa et scelus ipsa prima mente concepit et manibus suis paravit, ea, si cum diis vos quoque voletis, præmium mox auferet.

21. Reputate vobiscum quanto sint, quæ ego vos rogo, æquiora, quam quæ frater rogat. Ego quidem vos jubeo perempti necem, hoc est injuriam ei datam æternam nulloque pacto reparabilem, ulcisci: ille vero patris quidem, insuper habita deorum religione, flagitiosissime, præmature, ab iis, a quibus omnium minime decebat, e vita sublati, ne mentionem quidem ad vos faciet, cujus casum miserabilem vos et commiseratione prosequi et ulcisci par est; (22) pro ea autem femina supplicans, quæ suum maritum sustulit, preces vobis ingeret, infandas, detestabiles, quas et vos ab auribus vestris rejicietis, et dii rejicient, rogabit nempe vos, ut verum credatis esse id quod ne ipsa quidem sibimet credit, se nulla mala fraude hoc in negotio esse usam. Atqui vos non homicidarum estis protectores, sed vindices peremptorum præmeditata fraude, præsertim si fraus illa profecta fuerit ab iis a quibus minime oportebat. Jam penes vos est, ex æquo et vero causam disceptare: id quod hucusque fecistis. (23) Frater quidem vos mox rogabit, ut matrem suam, quæ vivit, salvam esse velitis, eam quæ maritum furioso impetu, juris omnis divini oblita, occidit, ut, si quidem persuadeat vobis, illa pœnas meritas facinorum ab se commissorum ne auferat: ego contra super patre meo vos rogo, patre mortuo, ut illa omni modo pœnas det debitas. Vos vero, quo scelerosi pœnas dent meritas, eo et ad judicandum convocamini et judices appellati estis. (24) Porro cædis hujus machinatricem ego in jure persequens, hoc ago, ut eam supplicio afficiam quod merita est, tum ut patrem nostrum vindicem, denique ut legum vestrarum auctoritatem tuear; quare decet vos, quotquot considetis, mihi præsto esse, si vera me dicere cognoveritis: ille ex adverso hoc agit ut, quæ mulier leges vestras sprevit, pœnis eam auxilio suo eripiat illis, quibus eam scelus suum obstrinxit. (25) Atqui, utrum, quæso vos, æquius est, præmeditatæ necis ream sceleris pœnas dare, an nullas dare? utrum æquius est, misericordia duci per nefas interempti, an ejus mulieris quæ illum sustulit? Equidem illum utique vestra digniorem commiseratione censeam: convenientius enim id sit et humanis et divinis legibus. Quapropter æquum ego arbitror, ut illa, quemadmodum patrem truculenta manu ferreisque præcordiis perdidit, ita ipsa quoque pereat et vestro et justitiæ decreto. (26) Quam enim necem maritus invitissimus, per vim sibi oblatam toleravit necessario, eam mulier ei sponte sua, a nemine coacta, deliberato proposito intulit. Nam qui non mortuus sit per vim, Judices, qui in procinctu staret cum nave peregre proficiscendi, et apud amicum hominem epularetur? ista vero venenum mittens, et mandans ut patri meo bibendum propinaretur, hæc est quæ patrem meum occidit. Qui jam hanc æquum est commiseratione seu reverentia prosequi vos aut alium quempiam? quæ in suum ipsa maritum commiserationem non habuit, sed eum impie et flagitiose necavit. (27) Decet utique misericordem esse erga miseros involuntariis infortuniis oppressos potius quam erga reos scelerum data opera designatorum. Atque ut illa thori sui consortem sustulit

μασι· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνον αὐτὴ οὔτε θεοὺς οὔθ' ἥρωας οὔτ' ἀνθρώπους δείσασα ἀπώλεσεν, οὕτω καὶ αὐτὴ ὑφ' ὑμῶν καὶ τοῦ δικαίου ἀπολομένη, καὶ μὴ τυχοῦσα μήτ' αἰδοῦς μήτ' ἐλέου μήτ' αἰσχύνης μηδεμιᾶς παρ' ὑμῶν, τῆς δικαιοτάτης ἂν τύχοι τιμωρίας.

28. Θαυμάζω δ' ἔγωγε τῆς τόλμης τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τῆς διανοίας τὸ διομόσασθαι ὑπὲρ τῆς μητρὸς εὖ εἰδέναι μὴ πεποιηκέναι ταῦτα. Πῶς γὰρ ἄν τις εὖ εἰδείη οἷς μὴ παρεγένετο αὐτός; οὐ γὰρ δήπου μαρτύρων γ' ἐναντίον οἱ ἐπιβουλεύοντες τοὺς θανάτους τοῖς πέλας μηχανῶνταί τε καὶ παρασκευάζουσιν, ἀλλ' ὡς μάλιστα δύνανται λαθραιότατα καὶ ὡς ἀνθρώπων μηδένα εἰδέναι· (29) οἱ δ' ἐπιβουλευόμενοι οὐδὲν ἴσασι πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη καὶ γινώσκωσι τὸν ὄλεθρον ἐν ᾧ εἰσί. Τότε δέ, ἐὰν μὲν δύνωνται καὶ φθάνωσι πρὶν ἀποθανεῖν, καὶ φίλους καὶ ἀναγκαίους τοὺς σφετέρους καλοῦσι καὶ μαρτύρονται, καὶ λέγουσιν αὐτοῖς ὑφ' ὧν ἀπόλλυνται, καὶ ἐπισκήπτουσι τιμωρῆσαι σφίσιν αὐτοῖς ἠδικημένοις· (30) (ἃ κἀμοὶ παιδὶ ὄντι ὁ πατήρ, τὴν ἀθλίαν καὶ τελευταίαν νόσον νοσῶν, ἐπέσκηπτεν·) ἐὰν δὲ τούτων ἁμαρτάνωσι, γράμματα γράφουσι, καὶ οἰκέτας τοὺς σφετέρους αὐτῶν ἐπικαλοῦνται μάρτυρας, καὶ δηλοῦσιν ὑφ' ὧν ἀπόλλυνται. Κἀκεῖνος ἐμοὶ νέῳ ἔτι ὄντι ταῦτα ἐδήλωσε καὶ ἐπέστειλεν, ὦ ἄνδρες, οὐ τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις.

31. Ἐμοὶ μὲν οὖν διήγηται καὶ βεβοήθηται τῷ τεθνεῶτι καὶ τῷ νόμῳ· ἐν ὑμῖν δ' ἔστι σκοπεῖν τὰ λοιπὰ πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς καὶ δικάζειν τὰ δίκαια. Οἶμαι δὲ καὶ τοῖς θεοῖς τοῖς κάτω μέλειν οἳ ἠδίκηνται.

II.

115 ## ΤΕΤΡΑΛΟΓΙΑ Α.

1.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ ΦΟΝΟΥ ΑΠΑΡΑΣΗΜΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Πανταχοῦ μὲν τὴν οἰκείαν Ἀντιφῶν ἐνδείκνυται δύναμιν, μάλιστα δ' ἐν ταύταις ταῖς τετραλογίαις ἐν αἷς αὐτὸς πρὸς αὑτὸν ἀγωνίζεται· δύο γὰρ ὑπὲρ τοῦ κατηγόρου λόγους εἰπών, δύο καὶ ὑπὲρ τοῦ φεύγοντος ἐμελέτησεν, ὁμοίως ἐν ἀμφοτέροις εὐδοκιμῶν. Ἔοικε μὲν οὖν οὗτος ὁ λόγος τῷ Λυσίου λόγῳ τῷ πρὸς Μιχίνην γεγραμμένῳ, ἔχει δ' αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως ὧδε. Ἀναχωρῶν τις ἀπὸ δείπνου εὑρέθη σὺν τῷ ἀκολούθῳ συγκεκομμένος. Μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν συγγενής τις αὐτοῦ κατηγορεῖ ἐχθροῦ αὐτοῦ ὡς πεποιηκότος τὸν φόνον· ὁ δ' ἀρνεῖται. Ὅθεν στοχασμὸς ἡ στάσις ἀτελής, ἐκ μόνου τοῦ προσώπου συνιστάμενος. Ἡ δὲ τοῦ λόγου διαίρεσις αὕτη. Ἐν μὲν τοῖς προοιμίοις κατάστασιν ὁ λόγος οὐκ ἔχει, διὰ τὸ μήπω τὴν ὅλην ἠκριβῶσθαι τέχνην· ἀρχόμενος δὲ τῶν ἀγώνων πρώτῃ ἐχρήσατο ἀναιρέσει αἰτιῶν, δι' ὧν ἀπέδειξεν ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν τῶν ὀφειλόντων ὑπονοηθῆναι διέφθειρεν. Εἶτα περιίστησι τὸ πρᾶγμα εἰς τὸ δεῖξαι ὅτι ἐξ ἐπιβουλῆς ἀπέθανε, καὶ λοιπὸν ἐμβάλλει εἰς τὴν βούλησιν· τὴν δὲ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησιν λύει τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ δούλου· εἶτα παρέκβασις καὶ ἐπίλογος.

neque deos neque heroes hujus patrii soli præsides neque cives reverita, sic rursus æquissimo jure tractabitur, si vestraque et juris æqui sententia morti damnata, sine commiseratione, sine reverentia sexus ulla, nulla cunctatione pereat.

28. Hic fratris mirari subit audaciam : qua demum is mente in contrajuramento affirmarit, se probe tenere matrem suam tantum scelus non patrasse. Qui tandem ea probe tu teneas, quibus, quum gererentur, haud interfuisses? nam profecto neces qui aliis comparant, hi ad clandestinas suas molitiones non advocant testes, sed machinantur fraudes suas quam possunt occultissime, seduloque cavent ut mortalium nemo resciat : (29) quo fit ut quorum capitibus fraudes consuuntur, hi nihil horum sciant, priusquam pestem sibi objectam jam sentiant in ipso interitu constituti. Tum vero illi, quibus quidem liceat ut ante exitium hoc facere præoccupent, convocatis amicis et necessariis exponunt et testantur de casu suo, nominatim appellantes exitii sui auctores, ultionemque injuriæ suæ ipsis exsequendam demandant; (30) (id quod pater quoque meus erga me, tum adhuc puerum, fecit, ex illa suprema et luctuosa valetudine cubans : sin autem ab hac opportunitate excludantur, literis mandant ea quæ verbis ad amicos edere negatum est, et antestantur servos suos, nominatim homicidas suos ad eos edentes. Ac pater quoque meus me, tum adhuc puerum, per literas de casu suo certiorem fecit, me, inquam, Judices, non servos suos.

31. Jam docui vos totam rem; succurri, quatenus potui, patrique defuncto jurique civili : jam vestrum est quæ agenda supersunt, vobiscum dispicere et jus æquum dicere. Opinor autem diis quoque inferis curæ esse qui per vim periere.

II.

TETRALOGIA I.

1.

ACCUSATIO CÆDIS IN INCERTUM AUCTOREM.

ARGUMENTUM.

Ubique Antiphon innatam ipsi vim dicendi ostendit, maxime vero in sequentibus quattuor orationibus, in quibus secum ipse certat. Duas enim orationes ubi pro accusatore recitavit, duas pro reo habuit, in ambabus æque probatus. Hæc oratio similis est orationi Lysiæ ad Micinen scriptæ. Argumentum ejus hoc est. Quidam, a cœna rediens, cum pedissequo occisus inventus est. Post cujus mortem quidam ex affinibus inimicum ejus accusat ut hujus homicidii reum : ille infitiatur. Unde status, conjectura imperfecta, ex una tantum persona constans. Divisio orationis hæc est. In procemio constitutionem oratio non habet, quia nondum ratio dicendi ad perfectionem adducta erat : contentionem namque incipiens primum accusationis confutatione utitur, qua ostendit neminem ex debitoribus in suspicione esse hujus necis illatæ. Deinde causam urget, ostendens ex insidiis interfectum esse. Denique ad propositum transit, indiciorumque petitionem servi testimonio refellit. Deinde digressio et peroratio sequitur.

Ὁπόσα μὲν τῶν πραγμάτων ὑπὸ τῶν ἐπιτυχόντων ἐπιβουλεύεται, οὐ χαλεπὰ ἐλέγχεσθαί ἐστιν· ἂν δ' οἱ ἱκανῶς μὲν πεφυκότες, ἔμπειροι δὲ τῶν πραγμάτων ὄντες, ἐν δὲ τούτῳ τῆς ἡλικίας καθεστῶτες ἐν ᾧ κράτιστοι φρονεῖν αὑτῶν εἰσί, πράττωσι, χαλεποὶ καὶ διαγνωσθῆναι καὶ δειχθῆναί εἰσι· (2) διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τοῦ κινδύνου ἐκ πολλοῦ τὴν ἀσφάλειαν ὧν ἐπιβουλεύουσι σκοποῦντες, οὐ πρότερον ἐπιχειροῦσιν ἢ πάσης ὑποψίας φυλακὴν ποιήσωνται. Γινώσκοντας οὖν ὑμᾶς χρὴ ταῦτα, κἂν ὁτιοῦν εἰκὸς παραλάβητε, σφόδρα πιστεύειν αὐτῷ· ἡμεῖς δ' οἱ ἐπεξερχόμενοι τὸν φόνον οὐ τὸν αἴτιον ἀφέντες τὸν ἀναίτιον διώκομεν· (3) σαφῶς γὰρ οἴδαμεν ὅτι πάσης τῆς πόλεως μιαινομένης ὑπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν διωχθῇ, τό τ' ἀσέβημα ἡμέτερον γίνεται, τῆς θ' ἡμετέρας ἁμαρτίας ἡ ποινὴ εἰς ἡμᾶς τοὺς μὴ δικαίως διώκοντας ἀναχωρεῖ· ἅπαντος δὲ τοῦ μιάσματος ἀναχωροῦντος εἰς ἡμᾶς, ὡς ἂν δυνώμεθα σαφέστατα, ἐξ ὧν γινώσκομεν, πειρασόμεθα ὑμῖν δηλοῦν ὡς ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα.

4. Οὔτε γὰρ κακούργους εἰκὸς ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον· ἔχοντες γὰρ ἂν τὰ ἱμάτια εὑρέθησαν· οὐδεὶς γὰρ ἂν τὸν ἔσχατον κίνδυνον περὶ τῆς ψυχῆς κινδυνεύων ἑτοίμην καὶ κατειργασμένην τὴν ὠφέλειαν ἀφῆκεν. Οὐ μὴν οὐδὲ παροινήσας οὐδεὶς διέφθειρειν αὐτόν· ἐγινώσκετο γὰρ ἂν ὑπὸ τῶν συμποτῶν. Οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐκ λοιδορίας· οὐ γὰρ ἂν ἀωρὶ τῶν νυκτῶν οὐδ' ἐν ἐρημίᾳ ἐλοιδοροῦντο. Οὐδὲ μὴν ἄλλου στοχαζόμενος ἔτυχε τούτου· οὐ γὰρ ἂν σὺν τῷ ἀκολούθῳ διέφθειρεν αὐτόν. (5) Ἀπολυομένης δὲ τῆς ὑποψίας ἁπάσης αὐτὸς ὁ θάνατος ἐξ ἐπιβουλῆς ἀποθανόντα μηνύει αὐτόν. Ἐπιθέσθαι δὲ τίνα μᾶλλον εἰκός ἐστιν ἢ τὸν μεγάλα μὲν κακὰ προπεπονθότα, ἔτι δὲ μείζονα ἐπίδοξον ὄντα πάσχειν; ἔστι δὲ ὁ διωκόμεγος οὗτος· ἐκ παλαιοῦ γὰρ ἐχθρὸς ὢν αὐτοῦ πολλὰς μὲν καὶ μεγάλας γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷλεν, (6) ἔτι δὲ μείζους καὶ πλείους διωχθεὶς οὐδεπώποτ' ἀποφυγὼν ἱκανὸν μέρος τῶν ὄντων ἀποβέβληκε, τὰ δ' ἄγχιστα ἱερῶν κλοπῆς δυοῖν ταλάντοιν γεγραμμένος ὑπ' αὐτοῦ, συνειδὼς μὲν αὑτῷ τὸ ἀδίκημα, ἔμπειρος δ' ὢν τῆς τούτου δυνάμεως, μνησικακῶν δὲ τῶν ἔμπροσθεν, εἰκότως μὲν ἐπεβούλευσεν, εἰκότως δ' ἀμυνόμενος τὴν ἔχθραν ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα. (7) Ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία τῆς τιμωρίας ἀμνήμονα τῶν κινδύνων καθίστη αὐτόν, ὅ τε φόβος τῶν ἐπιφερομένων κακῶν ἐκπλήσσων θερμότερον ἐπιχειρεῖν ἐπῆρεν· ἤλπιζέ τε τάδε μὲν δράσας καὶ λήσειν ἀποκτείνας αὐτὸν καὶ ἀποφεύξεσθαι τὴν γραφήν· 116 (8) οὔτε γὰρ ἐπεξιέναι οὐδένα, ἀλλ' ἐρήμην αὐτὴν ἔσεσθαι· εἴ τε καὶ ἁλοίη, τιμωρησαμένῳ κάλλιον ἔδοξεν αὑτῷ ταῦτα πάσχειν, ἢ ἀνάνδρως μηδὲν ἀντιδράσαντα ὑπὸ τῆς γραφῆς διαφθαρῆναι. Σαφῶς δ' ᾔδει ἁλωσόμενος αὐτήν· οὐ γὰρ ἂν τόνδε τὸν ἀγῶνα ἐνόμισεν ἀσφαλέστερον εἶναι.

9. Τὰ μὲν βιασάμενα ταῦτά ἐστιν ἀσεβῆσαι αὐτόν. Μάρτυρες δ' εἰ μὲν πολλοὶ παρεγένοντο, πολλοὺς ἂν παρεσχόμεθα· ἑνὸς δὲ τοῦ ἀκολούθου παραγενομένου, οἳ τούτου ἤκουον μαρτυρήσουσιν· ἔμπνους γὰρ ἔτι ἀρθείς,

Quæ quidem fraudes ab hominibus contemnendis comparatæ fuerint, eæ sunt ad coarguendum non admodum difficiles : fraudes autem si quæ constructæ fuerint ab hominibus nobili loco natis rerumque civilium usu tritis, et id ætatis agentibus quo quisque ad prudentiam valentissimus est, ejusmodi veteratores et noscitare et coarguere perquam est arduum. (2) Discriminis enim sui probe tenentes magnitudinem, e longinquo cautionem insidiarum quas parant meditati, prius operi manum non admovent quam suspicioni omni aditum ad se occluserint. Quorum vos gnaros oportet vel minimam veri speciem cupide captare eique fidem adhibere. Nos autem hujus cædis vindictam quærentes, non dimittimus sontem, persequimur insontem : (3) qui quidem probe teneamus, quum homicidii reatus totam civitatem teneat piaculo constrictam, donec homicida demonstretur, tum fore ut reatus ille a civitate in nos solos relabatur, et nostri erroris in nos recidat, qui injuste accusarimus. Certi itaque quum simus tunc omne hujus homicidii piaculum in nos solos esse relapsurum, conabimur ex iis, quæ probe cognita habemus, quam poterimus liquidissime vobis demonstratum dare, cædem hanc ab hoc homine, quem ejus insimulamus, peractam esse.

Ὅτι μὲν αὐτὴ ἡ χρεία παρὰ φύσιν καὶ λέγειν καὶ δρᾶν ἅπαντας ἀναγκάζει, ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ δοκεῖ μοι σημαίνειν οὗτος· ἥκιστα γὰρ ἔν γε τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἀναιδὴς καὶ τολμηρὸς ὤν, νῦν ὑπ' αὐτῆς τῆς συμφορᾶς ἠνάγκασται λέγειν οἷα οὐκ ἄν ποτε ᾤμην ἐγὼ τοῦτον εἰπεῖν. (2) Ἐγώ τε γὰρ πολλῇ ἀνοίᾳ χρώμενος οὐκ ἂν ὑπέλαβον τοῦτον ἀντειπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἕνα λόγον ἀντὶ δυοῖν λέξας τὸ ἥμισυ τῆς κατηγορίας ἐμαυτὸν ἂν ἀπεστέρησα· οὗτός τε μὴ τολμῶν οὐκ ἂν προεῖχε τῷ διπλασίῳ μου, ἕνα μὲν πρὸς ἕνα λόγον ἀπολογηθείς, ἃ δὲ κατηγόρησεν, ἀναποκρίτως εἰπών. (3) Τοσοῦτον δὲ προέχων ἐν τοῖς λόγοις ἡμῶν, ἔτι δὲ ἐν οἷς ἔπρασσε πολλαπλάσια τούτων, οὗτος μὲν οὐχ ὁσίως δεῖται ὑμῶν συγνῶς τὴν ἀπολογίαν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ· ἐγὼ δ' ἔδρασα μὲν οὐδὲν κακόν, παθὼν δὲ ἄθλια καὶ δεινά, καὶ νῦν ἔτι δεινότερα τούτων ἔργῳ καὶ οὐ λόγῳ, εἰς τὸν ὑμέτερον ἔλεον καταπεφευγὼς δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες ἀνοσίων ἔργων τιμωροί, ὁσίων δὲ διαγνώμονες, μὴ ἔργα φανερὰ ὑπὸ πονηρᾶς λόγων ἀκριβείας πεισθέντες, ψευδῆ τὴν ἀλήθειαν [τῶν πραχθέντων ἡγήσησθε· (4) ἡ μὲν γὰρ πιστότερον ἢ ἀληθέστερον σύγκειται, ἡ δ' ἀδολώτερον καὶ ἀδυνατώτερον λεχθήσεται. Τῷ μὲν οὖν δικαίῳ πιστεύων ὑπερορῶ τῆς ἀπολογίας· τῇ δὲ σκληρότητι τοῦ δαίμονος ἀπιστῶν ὀρρωδῶ μὴ οὐ μόνον τῆς χρείας τοῦ παιδὸς ἀποστερηθῶ, ἀλλὰ καὶ αὐθέντην
123 προσκαταγνωσθέντα ὑφ' ὑμῶν ἐπίδω αὐτόν. (5) Εἰς τοῦτο γὰρ τόλμης καὶ ἀναιδείας ἥκει, ὥστε τὸν μὲν βαλόντα καὶ ἀποκτείναντα οὔτε τρῶσαι οὔτε ἀποκτεῖναί φησι, τὸν δὲ οὔτε ψαύσαντα τοῦ ἀκοντίου οὔτε ἐπινοήσαντα ἀκοντίσαι, ἁπάσης μὲν γῆς ἁμαρτόντα,

3.

ACCUSATIO POSTERIOR EJUSDEM CÆDIS.

Ipsam necessitatem præter ingenium et loqui et dicere omnes cogere, id re, non verbo tantum, reus hic declarare mihi videtur. Antea enim minime impudens vel audax, nunc a calamitate sua percitus ea prolocutus est, quæ ego nunquam sperassem esse prolocuturum. (2) Næ ego stultus eram, existimans eum nil esse oblocuturum; id enim si prævidissem, non defunctus sola altera parte orationis, altera memet defraudassem : et rursus hic, contra hiscere non ausus, non altero tanto mihi præstaret, non solum meam accusationem sua defensione exciens, sed etiam me criminibus obruens quibus occurrere non potueram. (3) Ac tanta parte actionis, rebusque ipsis multo pluribus me passibus superans hic contra fas impetrare a vobis studet, ut benevole accipiatis defensionem suam : ego vero, qui nullo crimine commisso misera multa et nefasta perpessus, nunc multo etiam indigniora rebus et non verbis probra atque damna accipio, ad misericordiam vestram, judices, confugiens, qui impia facinora animadvertitis ab iisque recte facta dignoscitis, vos rogo ne in re aperta captiosæ facundiæ præstigiis decepti veritatem pro mendaciis habeatis : (4) nam eloquentia speciosior quam verior; veritas autem simplicitate sua et integritate potentior est. Quare possem quidem, justitia causæ meæ fretus, contentionem defensoris ridere : verumtamen sævities sortis meæ metum injecit, ne, filium non modo amiserim, sed insuper etiam homicidii in semet ipsum commissi a vobis insimulatum videam. (5) Eo enim processit defensor audaciæ atque impudentiæ, ut illum, qui jaculo filium meum interfecit, neget vulnus imposuisse, neget occidisse; contraque eum, qui jaculum neque contigit, neque omnino vo-

πάντων δὲ σωμάτων, διὰ τῶν ἑαυτοῦ πλευρῶν διαπῆξαι λέγει τὸ ἀκόντιον. Ἐγὼ δὲ ἑκουσίως κατηγορῶν ἀποκτεῖναι αὐτὸν πιστότερος ἄν μοι δοκῶ εἶναι ἢ οὗτος, ὃς μήτε βαλεῖν μήτε ἀποκτεῖναί φησι τὸ μειράκιον. (6) Ὁ μὲν γὰρ ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ καλούμενος ὑπὸ τοῦ παιδοτρίβου, ὃς ὑπεδέχετο τοῖς ἀκοντίζουσι τὰ ἀκόντια ἀναιρεῖσθαι, διὰ τὴν τοῦ βαλόντος ἀκολασίαν πολεμίῳ τῷ τούτου βέλει περιπεσών, οὐδὲν εἰς οὐδέν' ἁμαρτών, ἀθλίως ἀπέθανεν· ὁ δὲ περὶ τὸν τῆς ἀναιρέσεως καιρὸν πλημμελήσας οὐ τοῦ σκοποῦ τυχεῖν ἐκωλύθη, ἀλλ' ἄθλιον καὶ πικρὸν σκοπὸν ἐμοὶ ἀκοντίσας ἑκὼν μὲν οὐκ ἀπέκτεινεν, μᾶλλον δὲ ἑκὼν οὔτ' ἔβαλεν οὔτ' ἀπέκτεινεν, ἀκουσίως δὲ οὐχ ἧσσον ἢ ἑκουσίως ἀπέκτεινέ μου τὸν παῖδα. (7) Τὸ παράπαν δ' ἀρνούμενος μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν οὐδ' ὑπὸ τοῦ νόμου καταλαμβάνεσθαί φησιν, ὃς ἀπαγορεύει μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν. Ἀλλὰ τίς ὁ βαλών ἐστιν; ὁ φόνος οὖν ἀνήκει εἰς τοὺς θεωμένους ἢ εἰς τοὺς παιδαγωγούς; ὧν οὐδεὶς οὐδὲν κατηγορεῖ· οὐ γὰρ ἀφανής, ἀλλὰ καὶ λίαν φανερὸς ἔμοιγε αὐτοῦ ὁ θάνατός ἐστιν. Ἐγὼ δὲ τὸν νόμον ὀρθῶς ἀγορεύειν φημὶ τοὺς ἀποκτείναντας κολάζεσθαι· ὅ τε γὰρ ἄκων ἀποκτείνας ἀκουσίοις κακοῖς περιπεσεῖν δίκαιός ἐστιν, ὅ τε διαφθαρεὶς οὐδὲν ἧσσον ἀκουσίως ἢ ἑκουσίως βλαφθεὶς ἀδικοῖτ' ἂν ἀτιμώρητος γενόμενος. (8) Οὐ δίκαιος δὲ ἀποφυγεῖν ἐστὶ διὰ τὴν ἀτυχίαν τῆς ἁμαρτίας. Εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ μηδεμιᾶς ἐπιμελείας τοῦ θεοῦ ἡ ἀτυχία γίνεται, ἁμάρτημα οὖσα τῷ ἁμαρτόντι συμφορὰ δικαία γενέσθαι ἐστίν· εἰ δὲ θεία κηλὶς τῷ δράσαντι προσπίπτει ἀσεβοῦντι, οὐ δίκαιον τὰς θείας προσβολὰς διακωλύειν γίνεσθαι. (9) Ἔλεξαν δὲ καὶ ὡς οὐ πρέπει χρηστὰ ἐπιτηδεύοντας αὐτοὺς κακῶν ἀξιοῦσθαι· ἡμεῖς δὲ πῶς ἂν πρέποντα πάσχοιμεν, εἰ μηδὲν ὑποδεέστερα τούτων μελετῶντες θανάτῳ ζημιούμεθα; Φάσκων δὲ ἀναμάρτητος εἶναι, καὶ ἀξιῶν τὰς συμφορὰς τῶν ἁμαρτόντων εἶναι καὶ μὴ εἰς τοὺς ἀναμαρτήτους ἐκτρέπεσθαι, ὑπὲρ ἡμῶν λέγει. Ὅ τε γὰρ παῖς μου εἰς οὐδένα οὐδὲν ἁμαρτών, ὑπὸ τούτου τοῦ μειρακίου ἀποθανών, ἀδικοῖτ' ἂν ἀτιμώρητος γενόμενος· ἐγώ τε τοῦδε μᾶλλον ἀναμάρτητος ὢν δεινὰ πείσομαι, ἃ ὁ νόμος δίδωσί μοι μὴ τυχὼν παρ' ὑμῶν. (10) Ὡς δὲ οὐδὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδὲ τοῦ ἀκουσίως ἀποκτεῖναι, ἐξ ὧν αὐτοὶ λέγουσιν, ἀπολύεται, ἀλλὰ κοινὰ ἀμφότερα ταῦτα ἀμφοῖν αὐτοῖν ἐστί, δηλώσω. Εἴπερ ὁ παῖς διὰ τὸ ὑπὸ τὴν φορὰν τοῦ ἀκοντίου ἐλθεῖν καὶ μὴ ἀτρέμας ἑστάναι φονεὺς αὐτὸς αὑτοῦ δίκαιος εἶναί ἐστιν, οὐδὲ τὸ μειράκιον καθαρὸν τῆς αἰτίας ἐστίν, ἀλλ' εἴπερ τούτου μὴ ἀκοντίζοντος, ἀλλ' ἀτρέμα ἑστῶτος ἀπέθανεν ὁ παῖς. Ἐξ ἀμφοῖν δὲ τοῦ φόνου γενομένου, ὁ μὲν παῖς εἰς αὑτὸν ἁμαρτὼν μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἑαυτὸν τετιμώρηται (τέθνηκε γάρ), ὁ δὲ συλλήπτωρ καὶ κοινωνὸς εἰς τοὺς οὐ προσήκοντας τῆς ἁμαρτίας γενόμενος πῶς δίκαιος ἀζήμιος ἀποφυγεῖν ἐστίν;

11. Ἐκ δὲ τῆς αὐτῶν τῶν ἀπολογουμένων ἀπολογίας

luit jaculari, ideoque neque corpus ullum ferire potuit, tamen aiat ipsum suis manibus illud jaculum per latus suum transadegisse. Ego vero, si data opera illum interfecisse contenderem, facilius, puto, persuaderem quam hicce, qui a filio suo neque ictum neque occisum esse puerum dicit. (6) Filius meus tum temporis, quum adolescens hic jaculum expediret, a pædotriba jaculantium tela excipiente et colligente vocabatur : interea dum puer accurrit, adolescens temeritatis intemperantia infestum intorquebat jaculum, quo ictus, filius meus, ab omni culpa vacans misere periit : ille autem, eo quod laberetur in æstimando tempore quod insumi solet jaculis colligendis, non scopum ferire impeditus est, sed miserum et peracerbum mihi scopum attingens filium meum non volens quidem interfecit, imo vero volens neque feriit neque occidit, at invitus nihilo tamen minus occidit, quam si volens fecisset. (7) Negans itaque puerum a se interemptum, negat quoque se lege teneri illa, quæ cæde omni interdicit sive justa sive injusta. Atqui si hic homicida non est, in quemnam culpa cædis relabetur? in spectatores ergo, an in pædagogos? Atqui horum quidem nemo quenquam ulla ex parte incusat. Et tamen non obscura, sed vel nimis etiam certa cædes ejus est. Porro recte mihi lex præcipere videtur, ut homicida puniatur. Nam etiamsi invitus occiderit, non ideo tamen absolvendus erit pœnis præter voluntatem contractis : et peremptus, nihil ideo minus læsus, quod a nolente peremptus sit, quam si a volente peremptus esset, injuriam acciperet, si inultus maneret. (8) Neque propter erroris sui infelicitatem homicida absolutione dignus est. Nam, si infelicitate quadam usus est, a qua numen divinum prorsus abfuit, peccavit tamen et pœnas peccati dare commeruit : sin autem insuper divina quædam macula homicidæ insederit utpote viro impio, intercedere velle numinis verberibus nefas est. (9) Verum opponunt, haud decere malis affici homines frugi; nos autem, qui morum nostrorum haud minus approbaverimus sanctitatem, mortis luctu cruciari ecqui conveniat? Sed culpa se ait vacare; calamitates iis postulat relinqui qui peccaverint, non autem in insontium capita detorqueri : verum, ea dicens, pro nobis dicit. Nam filius meus neminem ulla in re offendit; quod si ergo inultus maneat, ab hoc adolescente peremptus, injuriam utique accipiat : et ego, qui magis etiam quam filius meus culpa vaco, infanda patiar, si a vobis non assequar, quod lex mihi contribuit. (10) Ex illis autem quæ hi disputant consequi, adolescentem ne ab ipso quidem defectu voluntatis et propositi in cæde committenda absolvi, sed errorem et pœnam ambobus pueris communia esse, planum faciam. Nam si filius meus ideo homicida suimet habebitur, quia non constitit quietus, sed venienti jaculo se obtulit, ne istius quidem filius culpa est liberandus, qua vacaturus esset, si filius meus illo quiescente nullumque telum jaciente concidisset. Cæde itaque ab ambobus pariter peracta, filius quidem meus erroris sui in semet admissi majorem etiam pœnam quam pro modo erroris sibi ipse dedit moriens : qui ergo par sit impunitum discedere eum, qui se illi consortem et adjutorem delicti in eos, quos non decebat eo delicto lædi, præbuerit?

11. Ex ipsa horum defensione constat adolescentem hujus

μετόχου τοῦ μειρακίου ὄντος τοῦ φόνου, οὐκ ἂν δικαίως οὐδὲ ὁσίως ἀπολύοιτε αὐτόν. Οὔτε γὰρ ἡμεῖς, οἱ διὰ τὴν τούτων ἁμαρτίαν διαφθαρέντες, αὐθένται καταγνωσθέντες ὅσια, ἀλλ' ἀνόσι' ἂν πάθοιμεν ὑφ' ὑμῶν· οὔθ' οἱ θανατώσαντες ἡμᾶς μὴ εἰργόμενοι τῶν προσηκόντων εὐσεβοῖντ' ἂν ὑπὸ τῶν ἀπολυσάντων τοὺς ἀνοσίους. Πάσης δ' ὑπὲρ πάντων τῆς κηλῖδος εἰς ὑμᾶς ἀναφερομένης, πολλὴ εὐλάβεια ὑμῖν τούτων ποιητέα ἐστί· καταλαβόντες μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ εἴρξαντες ὧν ὁ νόμος εἴργει καθαροὶ τῶν ἐγκλημάτων ἔσεσθε, ἀπολύσαντες δὲ ὑπαί- 124 τιοι καθίστασθε. (12) Τῆς οὖν ὑμετέρας εὐσεβείας ἕνεκα καὶ τῶν νόμων ἀπάγοντες τιμωρεῖσθε αὐτόν, αὐτοί τε μὴ μεταλάβητε τῆς τούτου μιαρίας, ἡμῖν τε τοῖς γονεῦσιν, οἱ ζῶντες κατορωρύγμεθα ὑπ' αὐτοῦ, δόξῃ γοῦν ἐλαφροτέραν τὴν συμφορὰν καταστήσατε.

cædis participem esse : nullo igitur pacto eum salvo divino humanoque jure absolvatis. Nos certe, quos horum error perdidit, non justa, sed nefanda patiamur, si homicidæ declaremur esse : sin ii qui necem istam nobis attulerunt, non arceantur a quibus locis arcendi sunt, religionem non observetis absolventes impios. Itaque quum macula piaculi vobis solis foret insessura, summa cautione hac in causa vobis utendum erit. Nam si homicidii reum hunc adolescentem pronunciaveritis eique locis sanctis interdixeritis, vacabitis crimine : sin autem eum absolveritis, ipsi eritis culpæ obnoxii. (12) Vestræ itaque pietatis ergo legumque tuendarum, abducentes hunc punite; sic enim cavebitis, ut spurcitiem ejus ne participetis, nobisque parentibus, qui ab isto vivi adhuc defossi sumus, calamitatem reddetis opinione saltim tolerabiliorem.

δ.

ΕΞ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ Ο ΥΣΤΕΡΟΣ.

Τοῦτον μὲν εἰκὸς πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κατηγορίαν προσέχοντα τὸν νοῦν μὴ μαθεῖν τὴν ἀπολογίαν μου, ὑμᾶς δὲ χρὴ γινώσκειν ὅτι ἡμεῖς μὲν οἱ ἀντίδικοι κατ' εὔνοιαν κρίνοντες τὸ πρᾶγμα εἰκότως δίκαια ἑκάτεροι αὑτοὺς οἰόμεθα λέγειν, ὑμᾶς δὲ ὁσίως ὁρᾶν προσήκει τὰ πραχθέντα· (2) ἐκ τῶν λεγομένων γὰρ ἡ ἀλήθεια σκεπτέα αὐτῶν ἐστιν. Ἐγὼ δέ, εἰ μέν τι ψεῦδος εἴρηκα, ὁμολογῶ καὶ τὰ ὀρθῶς εἰρημένα προσδιαβάλλειν ἄδικα εἶναι· εἰ δὲ ἀληθῆ μέν, λεπτὰ δὲ καὶ ἀκριβῆ, οὐκ ἐγὼ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ πράξας τὴν ἀπέχθειαν αὐτῶν δίκαιος φέρεσθαί ἐστι.

3. Θέλω δὲ ὑμᾶς πρῶτον μαθεῖν ὅτι οὐκ ἐάν τις φάσκῃ ἀποκτεῖναι, τοῦτ' ἔστιν, ἀλλ' ἐάν τις ἐλεγχθῇ. Οὗτος δὲ ὁμολογῶν τὸ ἔργον ὡς ἡμεῖς λέγομεν γενέσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἀποκτείναντος ἀμφισβητεῖ, ὃν ἀδύνατον ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν πραχθέντων δηλοῦσθαι. (4) Σχετλιάζει δὲ κακῶς ἀκούειν φάσκων τὸν παῖδα, εἰ μήτε ἀκοντίσας μήτ' ἐπινοήσας αὐθέντης ὢν ἀποδέδεικται, καὶ οὐ πρὸς τὰ λεγόμενα ἀπολογεῖται· οὐ γὰρ ἀκοντίσαι οὐδὲ βαλεῖν αὐτόν φημι τὸν παῖδα, ἀλλ' ὑπὸ τὴν πληγὴν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθόντα οὐχ ὑπὸ τοῦ μειρακίου, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτοῦ διαφθαρῆναι· οὐ γὰρ ἀτρεμίζων ἀπέθανε. Τῆς δὲ διαδρομῆς αἰτίας ταύτης γινομένης, εἰ μὲν ὑπὸ τοῦ παιδοτρίβου καλούμενος διέτρεχεν, ὁ παιδοτρίβης ἂν ἀποκτείνας αὐτὸν εἴη, εἰ δ' ὑφ' ἑαυτοῦ πεισθεὶς ὑπῆλθεν, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διέφθαρται. (5) Θέλω δὲ μὴ πρότερον ἐπ' ἄλλον λόγον ὁρμῆσαι ἢ τὸ ἔργον ἔτι φανερώτερον καταστῆσαι, ὁποτέρου αὐτῶν ἐστί. Τὸ μὲν μειράκιον οὐδενὸς μᾶλλον τῶν συμμελετώντων ἐστὶ τοῦ σκοποῦ ἁμαρτόν, οὐδὲ τῶν ἐπικαλουμένων τι διὰ τὴν αὑτοῦ ἁμαρτίαν δέδρακεν· ὁ δὲ παῖς οὐ ταὐτὰ τοῖς συνθεωμένοις δρῶν, ἀλλ' εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθών, σαφῶς δηλοῦται παρὰ τὴν αὑτοῦ ἁμαρτίαν περισσοτέροις

4.

DEFENSIO POSTERIOR EJUSDEM CÆDIS.

Consentaneum nempe erat hunc, accusationi suæ intentum in eaque defixum, defensionem meam haud percipere; vos autem par est tenere, nos quidem adversarios causam quemque suam amplectentes justa et æqua dicere nobis videri, vos autem decere sancte et severe rem intueri. (2) Nam e disputatis veritas rerum gestarum eruenda est. Mentitus ego si quid fuero, profiteor, eo reliquis quoque recte dictis invidiam fraudis affricari : sin autem a me dicta, tametsi subtiliter et limate, vere tamen dicta sunt, non ego, qui ista dico, sed natura rerum oratione mea agitatarum meretur odiosam hanc appellationem ferre.

3. Volo itaque ante omnia probe vos tenere, non si quis cædis reum aliquem aiat, homicidam fieri, sed crimine comprobato. Hic autem confitens rem ita actam esse, ut nos exposuimus, tamen de auctore cædis ambitiose quærit, de quo aliunde quam e factis constare nequit. (4) Porro lamentatur de injuria filio suo facta, quod eum homicidam sui demonstraverim esse, qui tamen nec intorserit jaculum nec cogitaverit de intorquendo. Ego ipse quoque nego puerum jaculum expediisse, nego quenquam ab eo ictum esse; verumtamen, eo quod venienti telo se objecit, aio illum a semet ipso, non a filio meo, esse peremptum : nam si quietus constitisset, foret culpa necis in pædotribam transferenda, si is vocando puerum ad discurrendum invitasset; verum puer, a se ipso impulsus occurrit telo; quapropter ipse se sustulisse dicendus est. (5) Nolo ad alia transire, priusquam adhuc liquidius excussero, utrinam casus hic sit imputandus. Filius meus nihilo magis quam socii ejus a meta aberravit, neque per errorem quicquam eorum fecit quorum incusatur : puer autem non secutus exemplum reliquorum spectatorum, obviam se telo dedit; unde patet eum per suam ipsius culpam in malum incidisse, quod ad quiete stantes non pertinuit.

ἀτυχήμασι τῶν ἀτρεμιζόντων περιπεσών. Ὁ μὲν γὰρ ἀφεὶς οὐδὲν ἂν ἥμαρτε μηδενὸς ὑπὸ τὸ βέλος ὑπελθόντος· αὐτὸς δ' οὐκ ἂν ἐβλήθη μετὰ τῶν θεωμένων ἑστώς. (6) Ὡς δ' οὐδενὸς μᾶλλον τῶν συνακοντιζόντων μέτοχός ἐστι τοῦ φόνου, διδάξω. Εἰ γὰρ διὰ τὸ τοῦτον ἀκοντίζειν ὁ παῖς ἀπέθανε, πάντες ἂν οἱ συμμελετῶντες συμπράκτορες εἴησαν τῆς αἰτίας· οὗτοι γὰρ οὐ διὰ τὸ μὴ ἀκοντίζειν οὐκ ἔβαλον αὐτόν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδενὶ ὑπὸ τὸ ἀκόντιον ὑπελθεῖν· ὁ δὲ νεανίσκος οὐδὲν περισσὸν τούτων ἁμαρτών, ὁμοίως τούτοις οὐκ ἂν ἔβαλεν αὐτὸν ἀτρέμα σὺν τοῖς θεωμένοις ἑστῶτα. (7) Ἔστι δὲ οὐδὲ τὸ ἁμάρτημα τοῦ παιδὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀφυλαξία· ὁ μὲν γὰρ οὐδένα ὁρῶν διατρέχοντα πῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδένα βαλεῖν; ὁ δ' ἰδὼν τοὺς ἀκοντίζοντας εὐπετῶς ἂν ἐφυλάξατο μηδένα μὴ βαλεῖν· ἐξῆν γὰρ αὐτῷ ἀτρέμας ἑστάναι. (8) Τὸν δὲ νόμον ὃν παραφέρουσιν, ἐπαινεῖν δεῖ· ὀρθῶς γὰρ καὶ δικαίως τοὺς ἀκουσίως ἀποκτείναντας ἀκουσίοις παθήμασι κολάζει. Τὸ μὲν οὖν μειράκιον ἀναμάρτητον ὂν οὐκ ἂν δικαίως ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτόντος κολάζοιτο· ἱκανὸν γὰρ αὐτῷ ἐστὶ τὰς αὑτοῦ ἁμαρτίας φέρειν· ὁ δὲ παῖς ταῖς αὑτοῦ ἁμαρτίαις διαφθαρεὶς ἅμα ἥμαρτέ τε καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐκολάσθη· κεκολασμένου δὲ τοῦ ἀποκτείναντος οὐκ ἀτιμώρητος ὁ φόνος ἐστίν, ἔχοντός γε τὴν δίκην τοῦ φονέως.

9. Οὐκ ἐὰν οὖν ἀπολύσητε ἡμᾶς, ἀλλ' ἐὰν καταλάβητε, ἐνθύμιον ὑπολείψεσθε. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὸς τὰς αὑτοῦ ἁμαρτίας φέρων οὐδενὶ οὐδὲν προστρόπαιον καταλείψει· ὁ δὲ καθαρὸς τῆς αἰτίας ἐὰν διαφθαρῇ, τοῖς καταλαμβάνουσι μεῖζον τὸ ἐνθύμιον γενήσεται. Εἰ δὲ αὐθέντης ἐκ τῶν λεγομένων ἐπιδείκνυται, οὐχ ἡμεῖς αὐτῷ οἱ λέγοντες αἴτιοί ἐσμεν, ἀλλ' ἡ πρᾶξις τῶν ἔργων. (10) Ὀρθῶς δὲ τῶν ἐλέγχων ἐλεγχόντων τὸν παῖδα αὐθέντην ὄντα, ὁ νόμος ἀπολύων ἡμᾶς τῆς αἰτίας τὸν ἀποκτείναντα καταλαμβάνει. Μήτε οὖν ἡμᾶς εἰς μὴ προσηκούσας συμφορὰς ἐμβάλητε, μήτε αὐτοὶ ταῖς τούτων ἀτυχίαις βοηθοῦντες ἐναντία τοῦ δαίμονος γνῶτε, ἀλλ' ὥσπερ ὅσιον καὶ δίκαιον, μεμνημένοι τοῦ πάθους ὅτι διὰ τὸν ὑπὸ τὴν φορὰν τοῦ ἀκοντίου ὑπελθόντα ἐγένετο, ἀπολύετε ἡμᾶς· οὐ γὰρ αἴτιοι τοῦ φόνου ἐσμέν.

Nam si nemo in teli conjectum venisset, intortor jaculi nil peccasset; et ipse puer, stans cum reliquis spectatoribus, ictus non fuisset. (6) Quod autem filius meus non magis, quam ullus alius jaculationis sociorum, cædis hujus particeps sit, sic docebo. Si propterea, quod hic jaculum intorsit, puer cecidisset, deberent reliqui omnes exercitationis consortes etiam hujus criminis cooperatores haberi; nam hi, non ideo, quod jaculari omiserunt, puerum non ferierunt, sed ideo, quod eorum nemini in conjectum teli venit: pari modo adolescens, qui nihilo plus quam reliquorum quisquam deliquit, illum, si quiete cum spectatoribus stetisset, non fuisset sauciaturus. (7) Neque error solum pueri fuit, sed etiam negligentia cautionis. Nam filius meus neminem videns discurrentem, quomodo poterat cavere ne quem feriret? Ille autem, videns istos jaculantes, facile cavere poterat ne feriretur a quopiam : licebat enim perstare quieto. (8) Legem quod attinet, quam citant, oportet utique eam laudare. Recte enim et juste facit homicidas involuntarios involuntariis malis puniens. Adolescens autem non peccavit; ergo injuria ei fiat, si plectatur ipse in vicem ejus, qui vere peccavit; nam satis ipsi est peccatorum suorum pœnas ferre : puer autem errore suo interemptus, simul peccavit, et a semet ipso punitus est. Punitus autem homicida pœna non caret : habet enim pœnam cædis.

9. Non ergo scrupulum mentibus vestris injicietis nos absolventes, sed condemnantes. Nam qui sui propria peccata luit, is nemini piaculum ultione expiandum relinquit : purus autem a crimine si tollatur, vehementer is condemnantium cruciabit conscientiam. Quod autem e disputatione nostra elucescit, puerum peremptum homicidam esse, non nos sumus in culpa, sed natura facti. (10) Quod si ergo argumenta nostra puerum cogunt homicidam esse, lex nos absolvit, damnat interfectorem. Neque nos ergo in calamitates immeritas præcipitate, neque succurrere horum infelicitati conantes, sciscite divino numini adversantia, sed, prout sanctum et justum est, absolvite nos, recordati, casum hunc ex imprudentia ejus exstitisse qui telo venienti sese ipse obtulit : nos enim profecto culpa cædis vacamus.

IV.

ΤΕΤΡΑΛΟΓΙΑ Γ.

α.

ΚΑΤΗΓΟΡΙΑ ΦΟΝΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΛΕΓΟΝΤΟΣ ΑΜΥΝΑΣΘΑΙ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Νέος καὶ πρεσβύτης ἐκ λοιδορίας συμπεσόντες ἀλλήλοις ἐμάχοντο, ἰσχυρότερον δὲ τοῦ νέου πλήξαντος τέθνηκεν ὁ πρεσβύτης· καὶ περὶ τούτου κατηγορεῖ τις τοῦ νέου ὡς τὸν φόνον πεποιηκότος· ὁ δὲ πρῶτον τὸν πρεσβύτην ἀδίκων ἄρξαι λέγει χειρῶν. Ὅθεν ἀντέγκλημα ἡ στάσις γίνεται.

Νενόμισται μὲν ὀρθῶς τὰς φονικὰς δίκας περὶ πλείστου τοὺς κρίνοντας ποιεῖσθαι διώκειν τε καὶ μαρτυρεῖν κατὰ τὸ δίκαιον, μήτε τοὺς ἐνόχους ἀφιέντας μήτε τοὺς καθαροὺς εἰς ἀγῶνα καθιστάντας. (2) Ὅ τε γὰρ θεὸς βουλόμενος ποιῆσαι τὸ ἀνθρώπινον γένος τοὺς πρῶτον γενομένους ἔφυσεν ἡμῶν, τροφέας τε παρέδωκε τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ἵνα μὴ σπάνει τῶν ἀναγκαίων προαποθνήσκοιμεν τῆς γηραιοῦ τελευτῆς. Ὅστις οὖν τούτων ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀξιωθεὶς τοῦ βίου ἡμῶν ἀνόμως τινὰ ἀποκτείνει, ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεούς, συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων. (3) Ὅ τε γὰρ ἀποθανών, στερόμενος ὧν ὁ θεὸς ἔδωκεν αὐτῷ, εἰκότως θεοῦ τιμωρίαν ὑπολείπει τὴν τῶν ἀλιτηρίων δυσμένειαν, ἣν οἱ παρὰ τὸ δίκαιον κρίνοντες ἢ μαρτυροῦντες, συνασεβοῦντες τῷ ταῦτα δρῶντι, οὐ προσῆκον μίασμα εἰς τοὺς ἰδίους οἴκους εἰσάγονται· (4) ἡμεῖς τε οἱ τιμωροὶ τῶν διεφθαρμένων, εἰ δι' ἄλλην τινὰ ἔχθραν τοὺς ἀναιτίους διώκοιμεν, τῷ μὲν ἀποθανόντι οὐ τιμωροῦντες δεινοὺς ἀλιτηρίους ἕξομεν τοὺς τῶν ἀποθανόντων προστροπαίους, τοὺς δὲ καθαροὺς ἀδίκως ἀποκτείνοντες ἔνοχοι τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις ἐσμέν, ὑμᾶς τε ἄνομα δρᾶν πείθοντες καὶ τοῦ ὑμετέρου ἁμαρτήματος ὑπαίτιοι γιγνόμεθα. (5) Ἐγὼ μὲν οὖν δεδιὼς ταῦτα, εἰς ὑμᾶς παράγων τὸν ἀσεβήσαντα καθαρὸς τῶν ἐγκλημάτων εἰμί· ὑμεῖς δὲ ἀξίως τῶν προειρημένων τῇ κρίσει προσέχοντες τὸν νοῦν, ἀξίαν δίκην τοῦ πάθους τῷ εἰργασμένῳ ἐπιθέντες, ἅπασαν τὴν πόλιν καθαρὰν τοῦ μιάσματος καταστήσετε. (6) Εἰ μὲν γὰρ ἄκων ἀπέκτεινε τὸν ἄνδρα, ἄξιος ἂν ἦν συγγνώμης τυχεῖν τινός· ὕβρει δὲ καὶ ἀκολασίᾳ παροινῶν εἰς ἄνδρα πρεσβύτην, τύπτων τε καὶ πνίγων ἕως τῆς ψυχῆς ἀπεστέρησεν αὐτόν, ὡς μὲν ἀποκτείνας τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις ἔνοχός ἐστιν, ὡς δὲ συγχέων ἅπαντα τῶν γεραιοτέρων τὰ νόμιμα οὐδενὸς ἁμαρτεῖν, οἷς οἱ τοιοῦτοι κολάζονται, δίκαιός ἐστιν. (7) Ὁ μὲν τοίνυν νόμος ὀρθῶς ὑμῖν τιμωρεῖσθαι παραδίδωσιν αὐτόν· τῶν δὲ μαρτύρων ἀκηκόατε, οἳ παρῆσαν παροινοῦντι αὐτῷ· ὑμᾶς δὲ χρὴ τήν τε ἀνομίαν τοῦ παθήματος ἀμύνοντας, τήν τε ὕβριν κολάζοντας ἀξίως τοῦ πάθους, τὴν βουλεύσασαν ψυχὴν ἀνταφελέσθαι αὐτόν.

IV.

TETRALOGIA III.

1.

ACCUSATIO CÆDIS AB EO FACTÆ QUI SE DICERET VIM OBLATAM DEFENDISSE.

ARGUMENTUM.

Juvenis et senex convitiis concurrentes pugnaverunt. Violentius vero juniore percutiente, senex interemptus est: quare quidam juvenem accusat, tanquam homicidii patratorem. Qui dicit senem primum manibus lædere cœpisse. Unde causæ status recriminatio est.

Recte solent judices homicidiorum causas disceptantes hoc maxime providere, ut et accusatores et testes æquo et vero studeant; quo neque sontes dimittantur neque insontes in discrimina capitalia conjiciantur. (2) Deus enim humanum genus creare volens primis hominibus altores dedit terram mareque, ne penuria victus necessarii ante terminum senilis ætatis tollerentur. Quod si ergo aliquis, tantis bonis a deo ornatus vita contra fas nostrum aliquem privat, impius is in deos est, et jura humana conturbat. (3) Peremptus enim, quum bonis divinitus datis privatus sit, uti par est, divinam vindictam post se relinquit furiarum sævitiem, quam etiam iniqui judices et falsi testes, eo quod pari scelere se obligant atque homicidæ ipsi, piaculum alienum ultro ipsi suas in domos inducunt: (4) et nos, qui peremptorum ultores nos ferimus, si ob aliam quampiam simultatem insontes insectemur, perempti manes ultione nulla placantes in nos irritamus Furias interfectorum; innocentes vero exitio nefando pessumdantes, pœnis homicidii innectimur; denique vobis persuadentes ut iniqua faciatis, culpam vestri erroris ipsi nobis contrahimus. (5) Hæc ego cavens, cædis patratorem ad vos adduco; quod faciens, reprehensione vaco: vos autem pro gravitate eorum quæ modo commemoravi, causæ hujus cognitioni animum attendentes, justaque reum pœna afficientes piaculi maculam a tota civitate abstergetis. (6) Nam si invitus peremisset, esset forsitan venia quadam dignus: verum per petulantiæ intemperantiam in senem sæviens, quem tamdiu strangulavit atque verberavit donec anima eum desereret, primum quod cædem commisit, homicidii pœnæ obnoxius est, dein quod senum jura omnia temeravit, nihil non meruit eorum, quibus tales castigantur. (7) Recte itaque jus civile vobis hunc hominem tradidit puniendum: audistis testes, qui intererant, quum hic temulentiæ actus in senem sæviret: vos jam decet facinus auctori rependentes et insolentiam ejus pro sceleris magnitudine coercentes, vitam invicem eripere ei qui alii eripuit de proposito.

2.

β.

126 ## ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΦΟΝΟΥ, ΩΣ ΑΜΥΝΟΜΕΝΟΣ ΑΠΕΚΤΕΙΝΕΝ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἡ στάσις μετάστασις· μεταφέρει γὰρ ἐπὶ τὸν θεραπεύσαντα ἰατρὸν τὸν φόνον· τὸ γὰρ ἀντεγκληματικὸν ὡς παρεπόμενον ἔλαβεν.

Ὅτι μὲν βραχεῖς τοὺς λόγους ἐποιήσαντο, οὐ θαυμάζω αὐτῶν· οὐ γὰρ ὡς μὴ πάθωσιν ὁ κίνδυνος αὐτοῖς ἐστίν, ἀλλ' ὡς ἐμὲ μὴ δικαίως δι' ἔχθραν διαφθείρωσιν· ὅτι δ' ἐξισοῦν τοῖς μεγίστοις ἐγκλήμασιν ἤθελον τὸ πρᾶγμα, οὗ ὁ ἀποθανὼν αὑτῷ αἴτιος καὶ μᾶλλον ἢ ἐγὼ ἐγένετο, εἰκότως ἂν ἀγανακτεῖν μοι δοκῶ. Ἄρχων γὰρ χειρῶν ἀδίκων, καὶ παροινῶν εἰς ἄνδρα πολὺ αὑτοῦ σωφρονέστερον, οὐχ αὑτῷ μόνον τῆς συμφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ αἴτιος τοῦ ἐγκλήματος γέγονεν. (2) Οἶμαι μὲν οὖν ἔγωγε οὔτε δίκαια τούτους οὔθ' ὅσια δρᾶν ἐγκαλοῦντας ἐμοί. Τὸν γὰρ ἄρξαντα τῆς πληγῆς, εἰ μὲν σιδήρῳ ἢ λίθῳ ἢ ξύλῳ ἠμυνάμην αὐτόν, ἠδίκουν μὲν οὐδ' οὕτως (οὐ γὰρ ταὐτά, ἀλλὰ μείζονα καὶ πλείονα δίκαιοι οἱ ἄρχοντες ἀντιπάσχειν εἰσίν)· ταῖς δὲ χερσὶ τυπτόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ταῖς χερσὶν ἅπερ ἔπασχον ἀντιδρῶν, πότερα ἠδίκουν; (3) Εἶεν· ἐρεῖ δέ « ἀλλ' ὁ νόμος εἴργων μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν ἔνοχον τοῦ φόνου τοῖς ἐπιτιμίοις ἀποφαίνει σε ὄντα· ὁ γὰρ ἀνὴρ τέθνηκεν. » Ἐγὼ δὲ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον οὐκ ἀποκτεῖναί φημι. Εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν πληγῶν ὁ ἀνὴρ παραχρῆμα ἀπέθανεν, ὑπ' ἐμοῦ μέν, δικαίως δ' ἂν ἐτεθνήκει (οὐ γὰρ ταὐτά, ἀλλὰ μείζονα καὶ πλείονα οἱ ἄρξαντες δίκαιοι ἀντιπάσχειν εἰσίν)· (4) νῦν δὲ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον πονηρῷ ἰατρῷ ἐπιτρεφθεὶς διὰ τὴν τοῦ ἰατροῦ μοχθηρίαν καὶ οὐ διὰ τὰς πληγὰς ἀπέθανε. Προλεγόντων γὰρ αὐτῷ τῶν ἄλλων ἰατρῶν, εἰ ταύτην τὴν θεραπείαν θεραπεύσοιτο, ὅτι ἰάσιμος ὢν διαφθαρήσοιτο, δι' ὑμᾶς τοὺς συμβούλους διαφθαρεὶς ἐμοὶ ἀνόσιον ἔγκλημα προσέβαλεν. (5) Ἀπολύει δέ με καὶ ὁ νόμος καθ' ὃν διώκομαι· τὸν γὰρ ἐπιβουλεύσαντα κελεύει φονέα εἶναι. Ἐγὼ μὲν οὖν πῶς ἂν ἐπιβουλεύσαιμι αὐτῷ, εἰ μὴ καὶ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτοῦ; τοῖς γὰρ αὐτοῖς ἀμυνόμενος αὐτὸν καὶ τὰ αὐτὰ δρῶν ἅπερ ἔπασχον, σαφὲς ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπεβούλευσα καὶ ἐπεβουλεύθην. (6) Εἰ δέ τις ἐκ τῶν πληγῶν τὸν θάνατον οἰόμενος γενέσθαι φονέα με αὐτοῦ ἡγεῖται εἶναι, ἀντιλογισάσθω ὅτι διὰ τὸν ἄρξαντα αἱ πληγαὶ γενόμεναι τοῦτον αἴτιον τοῦ θανάτου καὶ οὐκ ἐμὲ ἀποφαίνουσιν ὄντα· οὐ γὰρ ἂν ἠμυνάμην μὴ τυπτόμενος ὑπ' αὐτοῦ. Ἀπολυόμενος δὲ ὑπό τε τοῦ [νόμου ὑπό τε τοῦ] ἄρξαντος τῆς πληγῆς, ἐγὼ μὲν οὐδενὶ τρόπῳ φονεὺς αὐτοῦ εἰμί, ὁ δὲ ἀποθανών, εἰ μὲν ἀτυχίᾳ τέθνηκεν, τῇ ἑαυτοῦ ἀτυχίᾳ κέχρηται (ἠτύχησε γὰρ ἄρξας τῆς πληγῆς), εἰ δ' ἀβουλίᾳ τινί, τῇ ἑαυτοῦ ἀβουλίᾳ διέφθαρται· οὐ γὰρ εὖ φρονῶν ἔτυπτέ με.

7. Ὡς μὲν οὖν οὐ δικαίως κατηγοροῦμαι, ἐπιδέδει-

2.

DEFENSIO CÆDIS AGGRESSORI OBLATÆ.

ARGUMENTUM.

Status causæ translatio est : transfert enim in curantem medicum causam cædis. Recriminatorium enim ut consequens cepit.

Brevi oratione defunctos esse accusatores mei, nil miror : neque enim hoc ipsis nunc agitur, quo nil mali patiantur ipsi; sed istud, ut satisfacientes simultati erga me suæ, per nefas me pessumdent : quod autem teterrimis exæquare criminibus hunc casum contendunt, cujus ipse sibi potius quam ego ipsi auctor, hoc recte indignari mihi videor. Ipse injuriarum initium faciens et per temulentiam lacessens me multo ipso temperantiorem, non sibi modo calamitatem istam, sed mihi etiam hanc actionem creavit. (2) Nego itaque eos me incusantes recte facere justeque. Nam si aggressorem aut ferro aut saxo aut fuste repulissem, ne sic quidem injuste egissem (aggressores enim non eadem modo sed majora etiam et plura vicissim pati merentur) : ego vero ictus pugnorum ab eo mihi ingestos pugnis ipsi retudi : in hoc num injuste egi? (3) Sit. Dicet vero : « Atqui lex, ne quis neque jure neque injuria occidatur vetans, homicidii te pœnis obnoxium esse declarat : vir enim periit. » Ego vero iterum atque iterum nego eum a me peremptum esse. Nam si protinus ab plagis exspirasset, tum sane a me peremtus sed juste tamen foret (nam juste non eadem tantum, sed etiam majora et plura aggressoribus rependuntur) : (4) ille vero, manibus medici imperiti commissus, multis diebus post periit, non a plagis, sed mali medici culpa; reliquis enim medicis denuntiantibus, ista si ægroto adhiberetur medendi ratio, ægrotum, quum sanabile malum sit, tamen moriturum esse, per errorem consilii vestri ille moriens injustam mihi hanc accusationem excitavit. (5) Verum etiam lex, ex qua reus agor, me absolvit. Declarat ea homicidam esse vitæ alterius insidiatum. Atqui quo pacto ego dicar insidiatus esse, nisi si concedant etiam illum mihi insidiatum esse? Nam quum defendens me eodem modo in eum egerim quod ipse egit in me, aperte haud magis sum insidiatus ei, quam ipse mihi insidiatus est. (6) Jam si quis plagas esse mortis causam putat ideoque me interfectorem viri habet, contra is secum reputet, plagas illas, quum propterea, quod alter initium earum fecerit, ego inflixerim, testari potius non me sed illum mortis auctorem esse : nam nisi vapulassem, non reverberassem. Quum itaque [et lex] et aggressoris culpa me absolvant, ego nullo pacto homicida ejus sum; mortuus vero si per infelicitatem quandam periit, ea ipsius est infelicitas (infelix nempe fuit eo quod prior me incessit) ; sin temeritate periit, item illa sua periit : nam sanæ mentis si fuisset, non verberasset me.

7. Planum feci accusatores injuste agere, me incusantes.

κταί μοι. Ἐθέλω δὲ τοὺς κατηγοροῦντάς μου πᾶσιν οἷς ἐγκαλοῦσιν ἐνόχους αὐτοὺς ὄντας ἐπιδεῖξαι. Καθαρῷ μέν μοι τῆς αἰτίας ὄντι φόνον ἐπιβουλεύοντες, ἀποστεροῦντές δέ με τοῦ βίου ὃν ὁ θεὸς παρέδωκέ μοι, περὶ τὸν θεὸν ἀσεβοῦσιν· ἀδίκως δὲ θάνατον ἐπιβουλεύοντες, τά τε νόμιμα συγχέουσι φονεῖς τέ μου γίνονται· ἀνοσίως δ' ἀποκτεῖναι ὑμᾶς με πείθοντες, καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας αὐτοὶ φονεῖς εἰσί.

8. Τούτοις μὲν οὖν ὁ θεὸς ἐπιθείη τὴν δίκην· ὑμᾶς δὲ χρὴ τὸ ὑμέτερον σκοποῦντας ἀπολῦσαί με μᾶλλον ἢ καταλαβεῖν βούλεσθαι. Ἀδίκως μὲν γὰρ ἀπολυθείς, διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς διδαχθῆναι ὑμᾶς ἀποφυγών, τοῦ μὴ διδάξαντος καὶ οὐχ ὑμέτερον τὸν προστρόπαιον τοῦ
127 ἀποθανόντος καταστήσω· μὴ ὀρθῶς δὲ καταληφθεὶς ὑφ' ὑμῶν, ὑμῖν καὶ οὐ τούτῳ τὸ μήνιμα τῶν ἀλιτηρίων προστρίψομαι. (9) Ταῦτ' οὖν εἰδότες, τουτοισὶ τὸ ἀσέβημα τοῦτο ἀναθέντες, αὐτοί τε καθαροὶ τῆς αἰτίας γένεσθε, ἐμέ τε ὁσίως καὶ δικαίως ἀπολύετε· οὕτω γὰρ ἂν καθαρώτατοι πάντες οἱ πολῖται εἴημεν.

Jam docebo, eosdem illis ipsis omnibus obnoxios esse, quorum me insimulant. Contendentes enim per insidias suas vitam innocenti mihi eripere, qua divino munere gaudeo, pietatem erga deum violant: deinde necem mihi per nefas machinantes, jura humana conturbant et ipsi fiunt homicidæ mei: impia denique cohortatione qua vos ad decernendam mihi necem instigant, vestram quoque religionem jugulant.

8. Atque illos quidem deus merita mercede mactet: vos autem decet vobis ipsis consulentes me absolvere potius quam condemnare velle. Nam si contra fas absolvar eo quod non recte vos instruxerim, mihi, qui deceperim vos, non vobis infestas perempti pœnas excitabo: contra vero a vobis injuria damnatus ego vobis, non huic accusatori meo, iram numinum ultorum affricabo. (9) Horum igitur memores, impietatem hanc istis relinquentes et ipsos puros vos a macula conservetis et me uti jus et fas est, absolvite: sic enim universæ civitatis sanctimonia salva erit.

γ.

ΕΚ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ Ο ΥΣΤΕΡΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τούτῳ φησί· « θαυμάζω ὅτι οὐκ εἰκὸς ἄρξαι χειρῶν ἀδικῶν τὸν πρεσβύτερον· » εἶτα ὅτι εἰ καὶ οὕτως ἔχει, ὁ μέχρι φόνου ἀμυνόμενος ὑπεύθυνος. Καὶ περὶ τοῦ ἰατροῦ, ὡς δι' ἀπειρίαν ἐσφάλη, ἀνεύθυνος ὤν.

Τοῦτόν τε οὐ θαυμάζω ἀνόσια δράσαντα ὅμοια οἷς εἴργασται λέγειν, ὑμῖν τε συγγινώσκω βουλομένοις τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραχθέντων μαθεῖν, τοιαῦτα ἀνέχεσθαι ἀκούοντας αὐτοῦ, ἃ ἐκβάλλεσθαι ἄξιά ἐστι. Τὸν γὰρ ἄνδρα ὁμολογῶν τύπτειν τὰς πληγὰς ἐξ ὧν ἀπέθανεν, αὐτὸς μὲν τοῦ τεθνηκότος οὔ φησι φονεὺς εἶναι, ἡμᾶς δὲ τοὺς τιμωροῦντας αὐτῷ ζῶν τε καὶ βλέπων φονέας αὐτοῦ φησιν εἶναι. Θέλω δὲ καὶ τἄλλα παραπλήσια ἀπολογηθέντα τούτοις ἐπιδεῖξαι αὐτόν.

2. Εἶπε δὲ πρῶτον μέν, εἰ καὶ ἐκ τῶν πληγῶν ἀπέθανεν ὁ ἀνήρ, ὡς οὐκ ἀπέκτεινεν αὐτόν· τὸν γὰρ ἄρξαντα τῆς πληγῆς, τοῦτον αἴτιον τῶν πραχθέντων γενόμενον καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τοῦ νόμου, ἄρξαι δὲ τὸν ἀποθανόντα. Μάθετε δὴ πρῶτον μὲν ὅτι ἄρξαι καὶ παροινεῖν τοὺς νεωτέρους τῶν πρεσβυτέρων εἰκότερόν ἐστι· τοὺς μὲν γὰρ ἥ τε μεγαλοφροσύνη τοῦ γένους ἥ τε ἀκμὴ τῆς ῥώμης ἥ τε ἀπειρία τῆς μέθης ἐπαίρει τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι, τοὺς δὲ ἥ τε ἐμπειρία τῶν παροινουμένων ἥ τε ἀσθένεια τοῦ γήρως ἥ τε δύναμις τῶν νέων φοβοῦσα σωφρονίζει. (3) Ὡς δὲ οὐ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐναντιωτάτοις ἠμύνατο αὐτόν, αὐτὸ τὸ ἔργον σημαίνει. Ὁ μὲν γὰρ ἀκμαζούσῃ τῇ ῥώμῃ τῶν χειρῶν χρώμενος ἀπέκτεινεν· ὁ δὲ ἀδυνάτως τὸν κρείσσονα ἀμυνόμενος,

3.

ACCUSATIO POSTERIOR EJUSDEM CÆDIS.

ARGUMENTUM.

In hac oratione dicit, Miror, quia verisimile non est, seniorem primum lædere cœpisse. Deinde concesso rem sic se habere, eum qui se usque ad mortem defendit, crimini obnoxium esse, et de medico, quando propter imperitiam erravit, eum crimini non obnoxium.

Hunc nil miror impiis factis similes orationes adjungere; et vobis ignosco, quod studio totam rem penitus cognoscendi, ejusmodi sermones patienter auditis, quos explodi par erat. Hic enim, tametsi fatetur verbera homini illa ingessisse unde exspiravit, tamen negat se homicidam ejus esse; nos autem, qui mortem ejus ulcisci studemus, vivus vidensque homicidas ipsius esse dicit. Sed et reliquorum argumentorum stultitiam huic parem esse demonstrabo.

2. Primum itaque asseveravit hoc, etiam si e plagis exspirasset vir, a se tamen ideo non esse sublatum: rixæ enim principem a lege condemnari ideo, quod penes eum causa eventorum esset; sed peremptum rixam exorsum esse. Jam scire vos velim, judices, probabilius esse, ut juvenes rixam ordiantur quam ut seniores. Juvenes enim aut superbia generis nobilitate fidens aut corporis robur aut imperitia temulentiæ impellit ad indulgendum iracundiæ; seniores autem sapere admonet conscientia eorum quæ per temulentiam committi solent, tum senii imbecillitas, denique vis juvenum ipsis metuenda. (3) Porro reum non iisdem armis, sed prorsus contrariis, peremptum oppugnasse, res ipsa docet. Hic enim vigente manuum robore senem necavit; senex autem, fortiorem debiliter repellens,

οὐδὲ σημεῖον οὐδὲν ὑπολιπὼν ὧν ἠμύνατο, ἀπέθανεν. Εἰ δὲ ταῖς χερσὶν ἀπέκτεινε καὶ οὐ σιδήρῳ, ὅσον αἱ χεῖρες τοῦ σιδήρου οἰκειότεραι τούτῳ εἰσί, τοσούτῳ μᾶλλον φονεύς ἐστιν. (4) Ἐτόλμησε δὲ εἰπεῖν ὡς ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς καὶ μὴ διαφθείρας μᾶλλον τοῦ ἀποκτείναντος φονεύς ἐστι· τοῦτον γὰρ βουλευτὴν τοῦ θανάτου φησὶ γενέσθαι. Ἐγὼ δὲ πολὺ τἀναντία τούτων φημί. Εἰ γὰρ αἱ χεῖρες ἃ διανοούμεθα ἑκάστῳ ἡμῶν ὑπουργοῦσιν, ὁ μὲν πατάξας καὶ μὴ ἀποκτείνας τῆς πληγῆς βουλευτὴς ἐγένετο, ὁ δὲ θανασίμως τύπτων τοῦ θανάτου· ἐκ γὰρ ὧν ἐκεῖνος διανοηθεὶς ἔδρασεν, ὁ ἀνὴρ τέθνηκεν. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ἀτυχία τοῦ πατάξαντος, ἡ δὲ συμφορὰ τοῦ παθόντος. Ὁ μὲν γὰρ ἐξ ὧν ἔδρασεν ἐκεῖνος διαφθαρείς, οὐ τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ τῇ τοῦ πατάξαντος χρησάμενος ἀπέθανεν· ὁ δὲ μείζω ὧν ἤθελε πράξας, τῇ ἑαυτοῦ ἀτυχίᾳ ὃν οὐχ ἤθελεν ἀπέκτεινεν. (5) Ὑπὸ δὲ τοῦ ἰατροῦ φάσκων αὐτὸν ἀποθανεῖν, θαυμάζω ὅτι οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν συμβουλευσάντων ἐπιτρεφθῆναί φησιν αὐτὸν διαφθαρῆναι. Καὶ γὰρ ἂν εἰ μὴ ἐπετρέψαμεν, ὑπ' ἀθεραπείας ἂν ἔφη διαφθαρῆναι αὐτόν. Εἰ δέ τοι καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ἀπέθανεν, ὁ μὲν ἰατρὸς οὐ φονεὺς αὐτοῦ ἐστίν (ὁ γὰρ νόμος ἀπολύει αὐτόν), διὰ δὲ τὰς τούτου πληγὰς ἐπιτρεψάντων ἡμῶν αὐτῷ, πῶς ἂν ἄλλος τις ἢ ὁ βιασάμενος ἡμᾶς χρῆσθαι αὐτῷ φονεὺς εἴη ἄν;

6. Οὕτω δὲ φανερῶς ἐλεγχόμενος ἐκ παντὸς τρόπου ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα, εἰς τοῦτο τόλμης καὶ ἀναιδείας ἥκει, ὥστ' οὐκ ἀρκοῦν αὐτῷ ἐστὶν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ ἀσεβείας ἀπολογεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς, οἳ τὸ τούτου μίασμα
128 ἐπεξερχόμεθα, ἀθέμιστα καὶ ἀνόσια δρᾶν φησί. Τούτῳ μὲν οὖν πρέπει καὶ ταῦτα καὶ ἔτι τούτων δεινότερα λέγειν, τοιαῦτα δεδρακότι· (7) ἡμεῖς δὲ τὸν θάνατον φανερὸν ἀποδεικνύντες, τήν τε πληγὴν ὁμολογουμένην ἐξ ἧς ἀπέθανε, τόν τε νόμον εἰς τὸν πατάξαντα τὸν φόνον ἀνάγοντα, ἀντὶ τοῦ παθόντος ἐπισκήπτομεν ὑμῖν τῷ τούτου φόνῳ τὸ μήνιμα τῶν ἀλιτηρίων ἀκεσαμένους πᾶσαν τὴν πόλιν καθαρὰν τοῦ μιάσματος καταστῆσαι.

exspiravit, ne relicto quidem ullo defensionis vestigio. Manibus si cædem, non ferro, peregit, manus quo magis ei propriæ quam ferrum erant, tanto magis est homicida. (4) Audet porro affirmare, principem rixæ, tametsi adversarium non peremerit, magis tamen quam ipsum interfectorem homicidam esse : nam qui aggrediatur, eum esse mortis præmeditatorem. Ego vero alia omnia censeo. Nam si manus ea quæ meditamur unicuique nostrum exsequantur, is qui plagam inflixerit haud letalem, plagæ tantum præmeditator est; qui autem letaliter ferit, is præmeditator est necis. nam quæ ille de consilio patravit, ex his hic mortuus est. Infelicitas cædentis est, malum perpessi. Hic enim illius factis interemptus, non sua culpa, sed cædentis, periit : ille autem, in cædendo ultra quam voluerat evectus, infelicitate sua sustulit quem tollere non decreverat. (5) Culpam mortis in medicum quum transfert, miror qui, non peremptum a nobis aiat, qui ipsi auctores fuimus ut se huic medico committeret. Porro si medico non commissus a nobis esset, dicturus foret reus, illum defectu medicationis periisse. At fac medici culpa ita eum periisse, ut non periit : non homicida ejus foret medicus (nam lex eum absolvit), propter verbera autem ab hoc illi ingesta quum medicum arcessiverimus, quomodo alius aliquis homicida sit, quam is qui nos coegit opera medici uti?

6. Quanquam itaque tam perspicue genere omni argumentorum coarguitur, nostrum peremisse, eo tamen audaciæ atque impudentiæ procedit, ut non satis habeat suam impietatem purgare, verum etiam nos, piaculum ejus insectantes, aiat illegitima et impia agere. Sed hunc quidem, talium facinorum reum, tales voces et adhuc etiam atrociores jactare decet : (7) nos autem, qui necem sine controversia factam doceamus, et plagam lethalem fuisse, et legem proferamus verberatori homicidium imputantem, defuncti nomine vobis demandamus, ut hujus homicidæ sanguine iracundiam deorum pœnalium placetis totamque sic civitatem a piaculo repurgetis.

δ.

ΕΞ ΑΠΟΛΟΓΙΑΣ Ο ΥΣΤΕΡΟΣ.

Ὁ μὲν ἀνήρ, οὐ καταγνοὺς αὐτὸς αὑτοῦ, ἀλλὰ τὴν σπουδὴν τῶν κατηγόρων φοβηθείς, ὑπαπέστη· ἡμῖν δὲ τοῖς φίλοις ζῶντι ἢ ἀποθανόντι εὐσεβέστερον ἀμύνειν αὐτῷ. Ἄριστα μὲν οὖν αὐτὸς ἂν ὑπὲρ αὑτοῦ ἀπελογεῖτο· ἐπεὶ δὲ τάδε ἀκινδυνότερον ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι, οἷς μέγιστον ἂν πένθος γένοιτο στερηθεῖσιν αὐτοῦ, ἀπολογητέον.

2. Δοκεῖ δέ μοι περὶ τὸν ἄρξαντα τῆς πληγῆς τὸ ἀδίκημα εἶναι. Ὁ μὲν οὖν διώκων οὐκ εἰκόσι τεκμηρίοις χρώμενος τοῦτον τὸν ἄρξαντά φησιν εἶναι. Εἰ μὲν γὰρ ὥσπερ βλέπειν μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀκούειν δὲ

4.

DEFENSIO POSTERIOR EJUSDEM CÆDIS.

Urbe reus excessit, non quo semet ipse condemnaret, sed accusatorum contentionem reformidans : nobis autem, qui ejus amici sumus, ad pietatem tuendam satius est, superstiti adhuc quam sublato succurrere. Optime quidem ipse suam dixisset causam : verum quia posterioris defensionis periculum nos subire tutius erat, quam ipsum, age partes ejus agamus nos, quibus desiderium ejus ingentem luctum sit allaturum.

2. Videtur itaque mihi quidem injuria penes principem verberum residere. Quem adversarius aiens amicum nostrum esse, utitur argumentis parum consentaneis. Nam si, quemadmodum oculis a natura datum est ut cernant,

τοῖς ὠσίν, οὕτω κατὰ φύσιν ἦν ὑβρίζειν μὲν τοὺς νέους σωφρονεῖν δὲ τοὺς γέροντας, οὐδὲν ἂν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἔδει· αὐτὴ γὰρ ἡ ἡλικία τὸν νέον κατέκρινε· νῦν δὲ πολλοὶ μὲν νέοι σωφρονοῦντες πολλοὶ δὲ πρεσβῦται παροινοῦντες οὐδὲν μᾶλλον τῷ διώκοντι ἢ τῷ φεύγοντι τεκμήριον γίνονται. (3) Κοινοῦ δὲ τοῦ τεκμηρίου ἡμῖν ὄντος, τούτῳ τῷ παντὶ προέχομεν· οἱ γὰρ μάρτυρες τοῦτόν φασιν ἄρξαι τῆς πληγῆς. Ἄρξαντος δὲ τούτου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κατηγορουμένων, ἀπολύεται τῆς αἰτίας. Εἴ τε γὰρ ὁ πατάξας, διὰ τὴν πληγὴν βιασάμενος ὑμᾶς ἐπιτρεφθῆναι ἰατρῷ, μᾶλλον τοῦ ἀποκτείναντος φονεύς ἐστιν, ὁ ἄρξας τῆς πληγῆς φονεὺς γίνεται· οὗτος γὰρ ἠνάγκασε τόν τε ἀμυνόμενον ἀντιτύπτειν τόν τε πληγέντα ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ἐλθεῖν. Ἀνόσια γὰρ ἂν ὅ γε διωκόμενος πάθοι, εἰ μήτε ἀποκτείνας ὑπὲρ τοῦ ἀποκτείναντος μήτε ἄρξας ὑπὲρ τοῦ ἄρξαντος φονεὺς ἔσται. (4) Ἔστι δὲ οὐδὲ ὁ ἐπιβουλεύσας οὐδὲν μᾶλλον ὁ διωκόμενος τοῦ διώκοντος. Εἰ γὰρ ὁ μὲν ἄρξας τῆς πληγῆς τύπτειν καὶ μὴ ἀποκτείνειν διενοήθη, ὁ δὲ ἀμυνόμενος ἀποκτεῖναι, οὗτος ἂν ὁ ἐπιβουλεύσας εἴη. Νῦν δὲ καὶ ὁ ἀμυνόμενος τύπτειν καὶ οὐχ ἀποκτεῖναι διανοηθεὶς ἥμαρτεν, εἰς ἃ οὐκ ἐβούλετο πατάξας. (5) Τῆς μὲν οὖν πληγῆς βουλευτὴς ἐγένετο, τὸν δὲ θάνατον πῶς ἂν ἐπεβούλευσεν, ὅς γε ἀκουσίως ἐπάταξεν; οἰκεῖον δὲ τὸ ἁμάρτημα τῷ ἄρξαντι μᾶλλον ἢ τῷ ἀμυνομένῳ ἐστίν. Ὁ μὲν γὰρ ἃ ἔπασχεν ἀντιδρᾶν ζητῶν, ὑπ' ἐκείνου βιαζόμενος ἐξήμαρτεν· ὁ δὲ διὰ τὴν αὑτοῦ ἀκολασίαν πάντα δρῶν καὶ πάσχων, καὶ τῆς ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου ἁμαρτίας δίκαιος φονεὺς εἶναί ἐστιν. (6) Ὡς δὲ οὐδὲ κρεισσόνως, ἀλλὰ πολὺ ὑποδεεστέρως ὧν ἔπασχεν ἠμύνετο, διδάξω. Ὁ μὲν ὑβρίζων καὶ παροινῶν πάντ' ἔδρα καὶ οὐδὲν ἠμύνατο· ὁ δὲ μὴ πάσχειν, ἀλλὰ ἀπωθεῖσθαι ζητῶν, ἅ τε ἔπασχεν ἀκουσίως ἔπασχεν, ἅ τ' ἔδρασε τὰ παθήματα βουλόμενος διαφυγεῖν ἐλασσόνως ἢ κατ' ἀξίαν τὸν ἄρξαντα ἠμύνετο, καὶ οὐκ ἔδρα. (7) Εἰ δὲ κρείσσων ὢν τὰς χεῖρας κρεισσόνως ἠμύνετο ἢ ἔπασχεν, οὐδ' οὕτω δίκαιος ὑφ' ὑμῶν καταλαμβάνεσθαί ἐστι. Τῷ μὲν γὰρ ἄρξαντι πανταχοῦ μεγάλα ἐπιτίμια ἐπίκειται, τῷ δὲ ἀμυνομένῳ οὐδαμοῦ οὐδὲν ἐπιτίμιον γέγραπται. (8) Πρὸς δὲ τὸ μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν ἀποκέχρηται· οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν πληγῶν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ὁ ἀνὴρ ἀπέθανεν, ὡς οἱ μάρτυρες μαρτυροῦσιν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τύχη τοῦ ἄρξαντος καὶ οὐ τοῦ ἀμυνομένου. Ὁ μὲν γὰρ ἀκουσίως πάντα δράσας καὶ παθὼν ἀλλοτρίᾳ τύχῃ κέχρηται·
1296 δὲ ἑκουσίως πάντα δράσας, ἐκ τῶν αὑτοῦ ἔργων τὴν τύχην προσαγόμενος, τῇ αὑτοῦ ἀτυχίᾳ ἥμαρτεν.

9. Ὡς μὲν οὖν οὐδενὶ ἔνοχος τῶν κατηγορημένων ὁ διωκόμενός ἐστιν, ἀποδέδεικται. Εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν πρᾶξιν, κοινὴν δὲ τὴν ἀτυχίαν αὐτῶν ἡγούμενος εἶναι, μηδὲν ἀπολύσιμον μᾶλλον ἢ καταλήψιμον ἐκ τῶν λεγομένων γινώσκει αὐτὸν ὄντα, καὶ οὕτως ἀπολύειν μᾶλλον ἢ καταλαμβάνειν δίκαιόν ἐστι. Τόν τε γὰρ διώκοντα οὐ δίκαιον καταλαμβάνειν, μὴ σαφῶς διδά-

et auribus ut audiant, ita juventuti cognata esset insolentia, et senio pudor, nil egeremus vestra disceptatione, judices; ipsa enim ætas juvenem condemnaret: jam vero quum multi juvenum sint pudentes, multi senum lascivi, hic quidem locus communis est, non accusatori magis quam defensori patens. (3) At hoc argumentum nobis est proprium, eoque præstamus adversariis : testes aiunt peremptum verberandi fecisse initium. Quod si est, quæcunque tandem alia amico nostro vitio vertantur, hoc eum omni culpa absolvit. Nam si ex vestra sententia is, qui propter inflicta a se verbera in causa fuit, ut ad medici artem recurrere deberetis, magis quam is medicus qui (inscitia sua) necavit, homicida habendus est : tum verus homicida erit is qui prior verbera intulit. Hic enim in causa fuit, ut alter par pari referendo ipse verberatus medico se committere cogeretur. Infanda sane reus noster pateretur, si, quum non occidisset, pro vero occisore, et, quum non orsus esset rixam, loco ejus qui exorsus eam est, diceretur homicida. (4) Accusator porro si vitæ perempti insidiatus non fuit, non magis reus fuit. Nam si, qui verberandi fecit initium, verberare, non autem occidere intendisset, verberatus autem non reverberare, sed occidere, tum utique hic illius vitæ insidiatus esset. Jam vero quum hic quoque, dum se defenderet, verberare modo, sed non occidere intendisset, infelici casu lapsus est, feriens quo ferire noluerat. (5) Verberis itaque dici is quidem designator queat; at necis designator, quonam pacto appelletur is, qui invitus reverberavit? Inceptori magis est proprius error quam ultori. Nam hic verbera in se intorta retorquens, quicquid peccavit, ab altero coactus peccavit : iste vero intemperantiæ suæ debet, quicquid aut dedit malorum aut accepit; et sic altero tanto dignior est qui homicida appelletur, ex errore geminato, cum suo proprio tum alieno. (6) Reum autem non acrius, sed mollius ultum esse accepta verbera, jam docebo. Alter enim, petulanter injurians vim inferebat, non repellebat : alter autem injuriam, non pati, sed repellere contendens, ea quæ passus est invitus passus est; quæ vero fecit hæc devitandi causa, iis non intulit vim, sed illatam minus quam pro modo aggressionis propulit. (7) Sin manuum robore præstantior majora rependit quam accepit, ne sic quidem condemnari a vobis meretur. Nam inceptoribus rixarum leges ubique gravissimas pœnas denunciant; repellenti autem vim, nusquam pœnæ quicquam præscriptum est. (8) Ad illam causationem a lege repetitam, vetante quenquam quocunque titulo sive jure sive injuria occidi, satis jam responsum est : non enim verbera hominem, sed imperitia medici necavit, de quo testes confirmarunt. Inceptoris quoque fortuna, non defensoris, incusanda est. Nam hic, qui et accepit et reddidit omnia invitus, aliena fortuna, non sua, est usus : alter autem, sponte sua omnia agens, factis sibi suis suam arcessivit fortunam, suaque infelicitate lapsus est.

9. Jam planum factum est, reum homicidii prorsus obnoxium non esse. Quod si tamen, ut communem ambobus actionem, ita infortunium quoque commune existimans quis esse, colligat e disputatis, neutrum altero, sive absolutione, sive condemnatione, digniorem esse : vos vel sic magis deceat reum absolvere, quam condemnare. Nam haud æquum est condemnationem obtinere accusatorem qui perspicue non docuerit injuriam a reo sibi factam esse;

ξαντα ὅτι ἀδικεῖται· τόν τε φεύγοντα ἀνόσιον ἁλῶναι, μὴ φανερῶς ἐλεγχθέντα ἃ ἐπικαλεῖται. (10) Οὑτωσὶ δὲ ἐκ παντὸς τρόπου τῶν ἐγκλημάτων ἀπολυομένου τοῦ ἀνδρὸς, ἡμεῖς ὁσιώτερον ὑμῖν ἐπισκήπτομεν ὑπὲρ αὐτοῦ, μὴ τὸν φονέα ζητοῦντας κολάζειν τὸν καθαρὸν ἀποκτείνειν. Ὅ τε γὰρ ἀποκτείνας τούτου ἀποθανόντος οὐδὲν ἧσσον τοῖς αἰτίοις προστρόπαιός ἐστιν, οὗτός τε ἀνοσίως διαφθαρεὶς διπλάσιον καθίστησι τὸ μίασμα τῶν ἀλιτηρίων τοῖς ἀποκτείνασιν αὐτόν. (11) Ταῦτα οὖν δεδιότες τὸν μὲν καθαρὸν ὑμέτερον ἡγεῖσθε εἶναι ἀπολύειν τῆς αἰτίας, τὸν δὲ μιαρὸν τῷ χρόνῳ ἀποδόντες φῆναι τοῖς ἔγγιστα τιμωρεῖσθαι ὑπολείπετε· οὕτω γὰρ δικαιότατα καὶ ὁσιώτατα πράξαιτ' ἄν.

ita impium fuerit reum condemnare, qui non perspicue fuerit incusatorum coargutus. (10) Modis itaque omnibus hunc virum ab hoc crimine absolventibus, nos pro eo religiosius vobis injungimus, ut, studentes homicidam punire, insontem tollere ne properetis. Nam manes perempti (?), hoc mortuo, nihilo minus auctoribus cædis infensi erunt, hic vero per nefas supplicio affectus alterum excitabit piaculum occisoribus suis. (11) Hæc vos reformidantes, existimate vestrum esse, ut insontem crimine absolvatis; impurum vero tempori permittentes aliquando patefaciendum, relinquite proximis perempti necessariis ad ultionem : sic agatis juri et humano et divino convenientissime.

Ε.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΗΡΩΔΟΥ ΦΟΝΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἕλος τις Μυτιληναῖος ἀνὴρ ἐξ Ἀθηνῶν κατὰ ταὐτὸν ἀνήγετο Ἡρώδῃ εἰς τὴν Αἶνον· ὡς δὲ πλέοντες ἐγένοντο ἐν τῇ Μηθύμνῃ τῆς Λέσβου, ἐπειδὴ ἀστέγαστον ἦν τὸ πλοῖον, εὑρόντες ἕτερον ἐστεγασμένον μετέβησαν. Εἰσελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν αὐτῷ ἐξῆλθε περὶ τὴν ἑσπέραν ὁ Ἡρώδης καὶ οὐκέτι εἰσῆλθεν. Ἐπανελθόντος οὖν αὐτοῦ τοῦ Ἕλου μόνου, οἱ συγγενεῖς τοῦ τελευτήσαντος ἐγράψαντο μὲν τὸν Ἕλον ὡς κακοῦργον, ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ ἀγωνιζόμενοι εἶπον, ὅτι καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ὁ δὲ τὸ μὲν τῆς κακουργίας ἔγκλημα ἀπολύεται παραγραφικῶς, λέγων κακούργους εἶναι τοὺς κλέπτας καὶ λωποδύτας, ὧν οὐδὲν ἀπέδειξάν με ποιήσαντα· μεταβαίνει δ' ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ φόνου ἀπολογίαν, καὶ στοχαστικῶς ἀγωνίζεται. Τὰ δὲ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους κοινά.

Ἐβουλόμην μέν, ὦ ἄνδρες, τὴν δύναμιν τοῦ λέγειν καὶ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων ἐξ ἴσου μοι καθεστάναι τῇ τε συμφορᾷ καὶ τοῖς κακοῖς τοῖς γεγενημένοις· νῦν δὲ τοῦ μὲν πεπείραμαι πέρα τοῦ προσήκοντος, τοῦ δὲ ἐνδεής εἰμι μᾶλλον τοῦ συμφέροντος. (2) Οὗ μὲν γάρ με ἔδει κακοπαθεῖν τῷ σώματι μετὰ τῆς αἰτίας τῆς οὐ προσηκούσης, ἐνταυθοῖ οὐδέν με ὠφέλησεν ἡ ἐμπειρία· οὗ δέ με δεῖ σωθῆναι μετὰ τῆς ἀληθείας εἰπόντα τὰ γενόμενα, ἐν τούτῳ με βλάπτει ἡ τοῦ λέγειν ἀδυναμία. (3) Πολλοὶ γὰρ ἤδη τῶν οὐ δυναμένων λέγειν ἄπιστοι γενόμενοι τοῖς ἀληθέσιν, αὐτοῖς τούτοις ἀπώλοντο, οὐ δυνάμενοι δηλῶσαι αὐτά· πολλοὶ δὲ τῶν λέγειν δυναμένων πιστοὶ γενόμενοι τῷ ψεύδεσθαι, τούτῳ ἐσώθησαν, διότι ἐψεύσαντο. Ἀνάγκη οὖν, ὅταν τις ἄπειρος ᾖ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἐπὶ τοῖς τῶν κατηγόρων λόγοις εἶναι μᾶλλον ἢ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς ἔργοις καὶ τῇ ἀληθείᾳ τῶν πραγμάτων. (4) Ἐγὼ οὖν, ὦ ἄνδρες, αἰτήσομαι ὑμᾶς, οὐχ ἅπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἀγωνιζομένων ἀκροᾶσθαι σφῶν αὐτῶν αἰτοῦνται, σφίσι μὲν αὐτοῖς ἀπιστοῦντες, ὑμῶν δὲ προκατεγνωκότες ἄδικόν τι (εἰκὸς γὰρ ἐν ἀνδράσι γε ἀγαθοῖς καὶ ἄνευ τῆς αἰτήσεως τὴν ἀκρόασιν ὑπάρχειν τοῖς φεύγουσιν, οὗπερ καὶ οἱ διώκοντες ἐτυ-

5.

DE NECE HERODIS ORATIO.

ARGUMENTUM.

Helus quidam Mytilenæus Athenis eadem navi cum Herode Ænum solvit : cum navigando Methymnam Lesbi pervenissent, quoniam navis tecta non erat, aliam opertam invenientes conscenderunt. Quam ingressi, circa noctem Herode egresso neque amplius ingrediente, Heloque ipso solo redeunte, affines mortui Helum ut malefactorem accusaverunt : et in judicio certantes dixerunt, eum Herodem interfecisse. Hic vero translative crimen diluit, dicens, malefactores dici fures et grassatores, quorum operum me nihil fecisse ostenderunt. Transit deinde ad homicidii defensionem, et sollerter certat. Quæ omnia a principio usque ad finem sunt communia.

Vellem, viri, facundiamque rerumque usum mihi esse, magnitudini malorum meorum parem : jam vero plus malorum expertus sum quam oportebat, facundia careo plus quam nunc expediebat. (2) Nam in carcere usus rerum nil mihi profuit, ubi corpore meo tolerandæ mihi fuerunt molestiæ, ob crimen cujus nihil ad me pertinet : ubi autem salus mea versatur in enarratione rei gestæ cum veritate consentanea, ibi me lædit infacundia. Quod fieri solet. (3) Multi jam eo quod vera, quæ dicenda pro se haberent, non possent diserte proloqui, fidem non invenientes, perierunt : multi contra eorum qui facundia pollent mendaciis suis fidem conciliantes, eo ipso, quod mentirentur, salvi discesserunt. Necesse igitur est homini ab usu eloquentiæ forensis destituto, ut fortuna ejus magis penes accusatores quam penes rerum gestarum veritatem sit. (4) Quare vos rogo, judices, non quod plerique reorum rogare vos solent, ut audire se velitis, quasi causæ suæ diffidentes vestramque addubitantes æquitatem (quum tamen consentaneum sit reos, coram viris honestis dicentes, etiam sine audientiæ deprecatione id idem consequi, quod accusatores absque precibus adipiscuntur) — : (5) sed

80. Κατὰ μὲν τὸ ψήφισμα τουτὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ἐποιήσατε· τοὺς δὲ φεύγοντας οὔτε Πατροκλείδης εἶπε κατιέναι οὔθ' ὑμεῖς ἐψηφίσασθε. Ἐπεὶ δ' αἱ σπονδαὶ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐγένοντο, καὶ τὰ τείχη καθείλετε, καὶ τοὺς φεύγοντας κατεδέξασθε, καὶ κατέστησαν οἱ τριάκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα Φυλή τε κατελήφθη Μουνυχίαν τε κατέλαβον, ἐγένετο ὑμῖν ὧν ἐγὼ οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι οὐδ' ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γεγενημένων κακῶν. (81) Ἐπειδὴ δ' ἐπανήλθετε ἐκ Πειραιέως, γενόμενον ἐφ' ὑμῖν τιμωρεῖσθαι ἔγνωτε ἐᾶν τὰ γεγενημένα, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσασθε σώζειν τὴν πόλιν ἢ τὰς ἰδίας τιμωρίας, καὶ ἔδοξε μὴ μνησικακεῖν ἀλλήλοις τῶν γεγενημένων. Δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα εἵλεσθε ἄνδρας εἴκοσι· τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πόλεως, ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν· τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. (82) Ἐπειδὴ δὲ βουλήν τε ἀπεκληρώσατε νομοθέτας τε εἵλεσθε, εὑρίσκοντες τῶν νόμων τῶν τε Σόλωνος καὶ τῶν Δράκοντος πολλοὺς ὄντας οἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔνοχοι ἦσαν τῶν πρότερον ἕνεκα γενομένων, ἐκκλησίαν ποιήσαντες ἐβουλεύσασθε περὶ αὐτῶν, καὶ ἐψηφίσασθε, δοκιμάσαντες πάντας τοὺς νόμους, εἶτ' ἀναγράψαι ἐν τῇ στοᾷ τούτους τῶν νόμων οἳ ἂν δοκιμασθῶσι. Καί μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

83. Ἔδοξε τῷ δήμῳ, Τισαμενὸς εἶπε, πολι-

si quorundam e Quadringentis nomina in tabulis adhuc supersint, aut si quod aliud cujuspiam crimen sub paucorum dominatu commissum uspiam annotatum sit: ut, inquam, populus jubeat horum omnium nomina (exempta tamen sunto nomina stelis inscripta eorum qui in exilio degunt, propterea quod causa sive in Areopago sive coram Ephetis sive in Prytaneo sive in Delphinio sive coram Rege agitata; aut exilii aut mortis pœna ipsis fuit adjudicata, velut homicidis aut tyrannis) (79) ut igitur, exceptis his, reliquorum omnium nomina mandet populus exactoribus et senatui expungenda in ærarii tabulariis, aut si uspiam alias locorum ejusmodi documentorum publicorum exemplaria prostant, ut Thesmothetæ reliquique magistratus ea senatui exhibeant abolenda. Sed ut hæc intra triduum fiant, ex quo populus hanc sciverit rogationem, si sciverit. Dicta exempla expunguntor, neminique liceto ea privatim secum habere, neque liceto cuiquam ærario facto hanc labem exprobrare: secus qui fecerit, ut is pœnis teneatur iisdem, quibus tenentur qui sententia senatus Areopagitici perculsi solum verterunt, quo firmissima Atheniensibus inter se fides sit et nunc et in futurum tempus.

80. Per hoc decretum, viri, honorem quidem reddidistis eo carentibus; exulibus autem ut venia daretur domum redeundi, neque Patroclides auctor vobis fuit, neque vos scivistis. Ut autem, induciis cum Lacedæmoniis contractis, mœnia diruebatis, exules quoque recipiebatis, et triginta tyranni cooriebantur, et Phyle postmodum occupabatur et Munychia, illa infanda evenerunt, quorum ut me meminisse nil juvat, ita vestram quoque refricari memoriam nil attinet. (81) Ut autem e Piræeo tandem in urbem redistis, quum liceret vobis pœnas sumere, decrevistis, quæcunque accidissent oblivioni tradere, plurisque fecistis reip. salutem quam privatarum simultatum ultiones, acceptarumque injuriarum oblivionem lege sanxistis. Quæ ut vobis placuit rata esse, creastis vigintiviros, qui civitati præessent, donec leges latæ essent; interim placuit Solonis legibus et Dracontis statutis uti. (82) Ut autem senatu per sortem, legislatoribus autem per delectum creatis, reperiebatis in utroque genere legum tam a Solone quam a Dracone profectarum inesse multas, quibus civium bene multi ob ea quæ in ista reip. procella evenissent tenerentur, concione convocata, proposuistis his de legibus deliberationem, atque decrevistis ut leges omnes examinarentur, eoque in examine probatæ in tabulis conscriberentur in Stoa Pœcile figendis. Recita tu mihi hoc decretum.

DECRETUM.

83. Placuit populo, Tisamenus auctor fuit

τεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια, νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις καὶ σταθμοῖς, χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, οἷσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Ὁπόσων δ' ἂν προσδέῃ, οἵδε ᾑρημένοι νομοθέται ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀναγράφοντες ἐν σανίσιν ἐκτιθέντων πρὸς τοὺς ἐπωνύμους, σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ, καὶ παραδιδόντων ταῖς ἀρχαῖς ἐν τῷδε τῷ μηνί. (84) Τοὺς δὲ παραδιδομένους νόμους δοκιμασάτω πρότερον ἡ βουλὴ καὶ οἱ νομοθέται οἱ πεντακόσιοι, οὓς οἱ δημόται εἵλοντο, ἐπειδὴ ὀμωμόκασιν. Ἐξεῖναι δὲ καὶ ἰδιώτῃ τῷ βουλομένῳ, εἰσιόντι εἰς τὴν βουλὴν συμβουλεύειν ὅ τι ἂν ἀγαθὸν ἔχῃ περὶ τῶν νόμων. Ἐπειδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελείσθω ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται. Τοὺς δὲ κυρουμένους τῶν νόμων ἀναγράφειν εἰς τὸν τοῖχον, ἵνα περ πρότερον ἀνεγράφησαν, σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ.

85. Ἐδοκιμάσθησαν μὲν οὖν οἱ νόμοι, ὦ ἄνδρες, κατὰ τὸ ψήφισμα τουτί, τοὺς δὲ κυρωθέντας ἀνέγραψαν εἰς τὴν στοάν. Ἐπειδὴ δ' ἀνεγράφησαν, ἐθέμεθα νόμον, ᾧ πάντες χρῆσθε. Καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

Ἀγράφῳ δὲ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι μηδὲ περὶ ἑνός.

86. Ἆρά γέ ἐστι τοῦτο ὅτι περιελείπετο περὶ ὅτου οἷόν τε ἢ ἀρχὴν εἰσάγειν ἢ ὑμῶν πρᾶξαί τινι, ἀλλ' ἢ κατὰ τοὺς ἀναγεγραμμένους νόμους; ὅπου οὖν ἀγράφῳ νόμῳ οὐκ ἔξεστι χρήσασθαι, ἦ που ἀγράφῳ γε ψηφίσματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι. Ἐπειδὴ τοίνυν ἑωρῶμεν ὅτι πολλοῖς τῶν πολιτῶν εἶεν συμφοραί, τοῖς μὲν κατὰ νόμους, τοῖς δὲ κατὰ ψηφίσματα τὰ πρότερον γενόμενα, τουτουσὶ τοὺς νόμους ἐθέμεθα, αὐτῶν εἵνεκα τῶν νυνὶ ποιουμένων, ἵνα τούτων μηδὲν γίνηται μηδὲ ἐξῇ συκοφαντεῖν μηδενί. Καί μοι ἀνάγνωθι τοὺς νόμους.

ΝΟΜΟΙ.

87. Ἀγράφῳ δὲ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι μηδὲ περὶ ἑνός. Ψήφισμα δὲ μηδὲν μήτε βουλῆς
12 μήτε δήμου κυριώτερον εἶναι. Μηδὲ ἐπ' ἀνδρὶ νόμον ἐξεῖναι θεῖναι, ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ κρύβδην ψηφιζομένοις.

Τί οὖν ἦν ἐπίλοιπον; οὑτοσὶ ὁ νόμος. Καί μοι ἀνάγνωθι τοῦτον.

sententiæ, Athenienses remp. gerere secundum ritus patrios, et Solonis uti legibus et mensuris ponderibusque, uti quoque thesmorum a Dracone positorum iis, quibus antehac usi sumus. Quascunque novas autem leges condi usus ferat, Nomothetæ a senatu lecti eas in tabulis perscribentes coram Eponymis exponunto ad contemplandum volenti cuique, et senatui hoc ipso mense tradunto. (84) Traditas autem sibi leges senatus prius explorato, et legislatores quingenti a popularibus per demos delecti, postquam sacramento adacti fuerint : sed et privato cuique liceto volenti in senatum intrare, et bonum si quid habeat de legibus suadere, id edere. Latæ autem ubi fuerint leges, senatus Areopagiticus earum curam gerito atque provideto, ut magistratus legibus ratis utantur. Legum quæcunque sint perlatæ atque in ratis habitæ, eas perscribunto in pariete, ubi priores leges perscriptæ olim erant, ut volens quisque spectare possit.

85. Secundum hoc decretum revocatæ sunt, o viri, leges ad scrutinium; probatasque consignarunt et in porticu exposuerunt. Quo facto legem nobis ferri curavimus, qua vos utimini omnes. Recita tu mihi hanc legem.

Lex.

Lege literis non consignata magistratus ne utuntor ulla in re.

86. Estne jam aliquid huic Cephisio reliquum, de quo aut referre magistratus aliquis, aut in quo vestrûm quisquam, o viri, agere et exsequi quidquam possit, præterquam secundum leges scriptas? Quando ergo lege non scripta uti non licet, quanto minus uti licebit non scripto psephismate? Quoniam itaque videbamus civium multis multas magnasque clades impendere, aliis e vetustis legibus, aliis e vetustis plebiscitis, ideo leges novas ferri curavimus, propter illa ipsa, quæ nunc fiunt, quominus fierent, et quominus liceret quadruplatorem agere. Recita tu mihi has leges.

Leges.

87. Lege literis non consignata magistratus ne utuntor ulla in re. Psephisma nullum sive senatus sive plebis validius esto lege. Nullius hominis singularis ergo liceto legem ferre, quæ non perinde de omnibus Atheniensibus valeat, nisi secus visum fuerit sexies mille viris, clam per tabellas suffragatis.

Quid nunc? superestne adhuc aliquid? Superest nimirum hæc lex, quam tu mihi recites velim.

ΝΟΜΟΣ.

Τὰς δὲ δίκας καὶ τὰς διαίτας κυρίας εἶναι, ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει ἐγένοντο· τοῖς δὲ νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος.

88. Τὰς μὲν δίκας, ὦ ἄνδρες, καὶ τὰς διαίτας ἐποιήσατε κυρίας εἶναι, ὁπόσαι ἐν δημοκρατουμένῃ τῇ πόλει ἐγένοντο, ὅπως μήτε χρεῶν ἀποκοπαὶ εἶεν μήτε δίκαι ἀνάδικοι γίγνοιντο, ἀλλὰ τῶν ἰδίων συμβολαίων αἱ πράξεις εἶεν· τῶν δὲ δημοσίων ὁπόσοις ἢ γραφαί εἰσιν ἢ φάσεις ἢ ἐνδείξεις ἢ ἀπαγωγαί, τούτων ἕνεκα τοῖς νόμοις ἐψηφίσασθε χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. (89) Ὁπότ' οὖν ἔδοξεν ὑμῖν δοκιμάσαι μὲν τοὺς νόμους, δοκιμάσαντας δὲ ἀναγράψαι, ἀγράφῳ δὲ νόμῳ τὰς ἀρχὰς μὴ χρῆσθαι μηδὲ περὶ ἑνός, ψήφισμα δὲ μήτε βουλῆς μήτε δήμου νόμου κυριώτερον εἶναι, μηδ' ἐπ' ἀνδρὶ νόμον τιθέναι ἐὰν μὴ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν Ἀθηναίοις, τοῖς δὲ νόμοις τοῖς κειμένοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἐνταυθοῖ ἔστιν ὅ τι ὑπολείπεται ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον τῶν γενομένων πρότερον ψηφισμάτων, πρὶν Εὐκλείδην ἄρξαι, ὅπως κύριον ἔσται; οὐκ οἶμαι ἔγωγε, ἄνδρες. Σκοπεῖτε δὲ καὶ αὐτοί.

90. Φέρε δὴ τοίνυν, οἱ ὅρκοι ὑμῖν πῶς ἔχουσιν; ὁ μὲν κοινὸς τῇ πόλει ἁπάσῃ, ὃν ὀμωμόκατε πάντες μετὰ τὰς διαλλαγάς, « Καὶ οὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν οὐδενὶ πλὴν τῶν τριάκοντα καὶ τῶν ἕνδεκα [καὶ τῶν δέκα]· οὐδὲ τούτων ὃς ἂν ἐθέλῃ εὐθύνας διδόναι τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν. » Ὅπου τοίνυν αὐτοῖς τοῖς τριάκοντα ὤμνυτε μὴ μνησικακήσειν, τοῖς μεγίστων κακῶν αἰτίοις, εἰ διδοῖεν εὐθύνας, ἦ που σχολῇ τῶν γε ἄλλων πολιτῶν τινι ἠξιοῦτε μνησικακεῖν. (91) Ἡ δὲ βουλὴ αὖ ἡ ἀεὶ βουλεύουσα τί ὄμνυσι; « Καὶ οὐ δέξομαι ἔνδειξιν οὐδὲ ἀπαγωγὴν ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων, πλὴν τῶν φυγόντων. » Ὑμεῖς δ' αὖ, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ὀμόσαντες δικάζετε; « Καὶ οὐ μνησικακήσω, οὐδὲ ἄλλῳ πείσομαι, ψηφιοῦμαι δὲ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους. » Ἃ χρὴ σκοπεῖν, εἰ δοκῶ ὀρθῶς ὑμῖν λέγειν ὡς ὑπὲρ ὑμῶν λέγω καὶ τῶν νόμων.

92. Σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, καὶ τοὺς νόμους καὶ τοὺς κατηγόρους, τί αὐτοῖς ὑπάρχον ἑτέρων κατηγοροῦσι. Κηφίσιος μὲν οὑτοσὶ πριάμενος ὠνὴν ἐκ τοῦ δημοσίου, τὰς ἐκ ταύτης ἐπικαρπίας τῶν ἐν τῇ γῇ γεωργούντων ἐνενήκοντα μνᾶς ἐκλέξας, οὐ κατέβαλε τῇ πόλει καὶ ἔφυγεν· εἰ γὰρ ἦλθεν, ἐδέδετ' ἂν ἐν τῷ ξύλῳ. (93) Ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχε, κυρίαν εἶναι τὴν βουλήν, ὃς ἂν πριάμενος τέλος μὴ καταβάλῃ, δεῖν εἰς τὸ ξύλον. Οὗτος τοίνυν, ὅτι τοῖς νόμοις ἐψηφίσασθ' ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος χρῆσθαι, ἀξιοῖ ἃ ἔχει ὑμῶν ἐκλέξας μὴ ἀποδοῦναι, καὶ νῦν γεγένηται ἀντὶ μὲν φυγάδος πολίτης, ἀντὶ δὲ ἀτίμου συκοφάντης, ὅτι τοῖς νόμοις τοῖς νῦν κειμένοις χρῆσθε. (94) Μέλητος δ' αὖ οὑτοσὶ ἀπήγαγεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα Λέοντα, ὡς ὑμεῖς ἅπαντες ἴστε, καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖνος ἄκριτος· καὶ οὗτος ὁ νόμος καὶ πρότερον ἦν καὶ ὡς καλῶς ἔχων καὶ νῦν ἔστι, καὶ χρῆσθε

Lex.

Judicia et arbitria rata sunto, quæcunque in urbe libera fiunt a legibus gubernata : legibus utuntor ab Euclide archonte inde.

88. Judicia et arbitria rata et valida sanxistis esse, o viri, quæcunque in civitate libera facta sint, quo neque novæ tabulæ fierent neque judicia jam transacta rescinderentur, sed rata essent pacta privata : quæ autem crimina publica sunt ejusmodi, ut super iis liceat in reos agere ex titulo γραφῆς sive φάσεως sive ἐνδείξεως sive ἀπαγωγῆς, illorum causa decreto sanxistis, utendum legibus esse ab Euclide archonte inde. (89) Quandoquidem igitur vobis placuit leges examini submitti, et probatas literis consignare, magistratibus autem interdici ne qua lege non scripta utantur quacunque tandem in re, item, decretum nullum sive senatus sit sive plebis lege validius esse, neque in unius hominis gratiam ferri legem quæ non item de omnibus sit Atheniensibus valitura, tandem legibus uti ratis inde ab archonte Euclide : ullumne reliquum esse potest psephisma archonte Euclide vetustius sive majoris momenti rem sive minoris spectet, quod adhuc ratum sit? Ego non arbitror. Sed ipsi vos quoque vobiscum velim existimetis.

90. Verum videamus nunc quomodo jurajuranda vestra habeant. Illud quidem universæ civitati commune quod omnes juravistis post reconciliationem sic habet : *Injuriarum nemini ero memor, prœterquam trigintaviris, undecimviris* [*et decemviris*] *: et ne horum quidem iis qui rationes gestorum magistratuum reddere velint.* Vos igitur, qui jurastis in ipsis adeo trigintaviris, qui mala vobis crearunt atrocissima, non esse memores acceptarum injuriarum, si rerum gestarum rationem reddant; multo magis de alio quopiam civium jusjurandum valebit. (91) Senatus rursus hic statis vicibus remp. regens, quid is jurat? *Neque admittam, ait, actionem* ἐνδείξεως *vel* ἀπαγωγῆς *de antehac factis, prœterquam contra exules.* Vos denique, Athenienses, quo jurejurando astricti judicatis? *Non ulciscar injurias neque alii ad id hortanti obtemperabo, sed secundum ratas leges sententiam dicam.* Quæ quum alo a me pro vobis et pro legibus vestris disputari, decet vos arbitrari num recte aiam.

92. Jam considerate, viri, leges quoque et accusatores, quales ipsi quum sint, alios accusent. Cephisius hic, vectigale aliquo ab ærario redempto, quum nonaginta minarum contributionem a colonis agrum exercentibus collegisset, mercedem reip. pactam non dependit, ideoque fuga salutem quæsivit : nam si tum rediisset, datus utique in carcerem et cippo alligatus fuisset. (93) Sic enim edicit lex, ut senatui quingentorum virorum liceat, quicunque vectigalis a se redempti mercedem haud dependerit, eum ad truncum alligare. Jam vero quum decreveritis iis tantum legibus uti, quæ inde ab Euclide archonte probatæ sint, Cephisius æquum censet, ut, quas extorsit pecunias, vobis haud reddat, et pro exule civis, pro deminuto capitis quadruplator factus est. (94) Ad Meletum transeo, qui sub triginta viris Leontem, quem vos omnes nostis, ad undecimviros abduxit. Atqui lex hæc et olim fuit in usu, et nunc ut sapiens adhuc viget, ut, qui consilium sceleri exsequendo dederit, pœnis

αὐτῷ, τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον. Μέλητον τοίνυν τοῖς παισὶ τοῖς τοῦ Λέοντος οὐκ ἔστι φόνου διώκειν, ὅτι τοῖς νόμοις δεῖ χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἐπεὶ ὥς γε οὐχ ἀπήγαγεν, οὐδ' αὐτὸς ἀντιλέγει. (95) Ἐπιχάρης δ' οὗτος, ὁ πάντων πονηρότατος καὶ βουλόμενος εἶναι τοιοῦτος, ὁ μνησικακῶν αὐτὸς αὑτῷ, — οὗτος γὰρ ἐβούλευεν ἐπὶ τῶν τριάκοντα· ὁ δὲ νόμος τί κελεύει, ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου; « Ὃς ἂν ἄρξῃ ἐν τῇ πόλει τῆς δημοκρατίας καταλυθείσης, νηποινὶ τεθνάναι, καὶ τὸν ἀποκτείναντα ὅσιον εἶναι, καὶ τὰ χρήματα ἔχειν τοῦ ἀποθανόντος. » Ἄλλο τι οὖν, ὦ Ἐπίχαρες, ἢ νῦν ὁ ἀποκτείνας σε καθαρὸς τὰς χεῖρας
13 ἔσται, κατά γε τὸν Σόλωνος νόμον; (96) Καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον τὸν ἐκ τῆς στήλης.

ΝΟΜΟΣ. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Αἰαντὶς ἐπρυτάνευε, Κλεογένης ἐγραμμάτευε, Βοηθὸς ἐπεστάτει. Τάδε Δημόφαντος συνέγραψεν. Ἄρχει χρόνος τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι οἱ λαχόντες τῷ κυάμῳ, ὅτε Κλεογένης πρῶτος ἐγραμμάτευεν. Ἐάν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησιν, ἢ ἀρχήν τινα ἄρχῃ καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων καὶ νηποινὶ τεθνάτω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον· (97) ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα καὶ ὁ συμβουλεύσας ὅσιος ἔστω καὶ εὐαγής. Ὀμόσαι δ' Ἀθηναίους ἅπαντας καθ' ἱερῶν τελείων, κατὰ φυλὰς καὶ κατὰ δήμους, ἀποκτείνειν τὸν ταῦτα ποιήσαντα. Ὁ δὲ ὅρκος ἔστω ὅδε· « Κτενῶ [καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ ψήφῳ καὶ] τῇ ἐμαυτοῦ χειρί, ἂν δυνατὸς ὦ, ὃς ἂν καταλύσῃ τὴν δημοκρατίαν τὴν Ἀθήνησι, καὶ ἐάν τις ἄρξῃ τινὰ ἀρχὴν καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας τὸ λοιπόν, καὶ ἐάν τις τυραννεῖν ἐπαναστῇ ἢ τὸν τύραννον συγκαταστήσῃ. Καὶ ἐάν τις ἄλλος ἀποκτείνῃ, ὅσιον αὐτὸν νομιῶ εἶναι καὶ πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων, ὡς πολέμιον κτείναντα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι, καὶ οὐκ ἀποστερήσω οὐδέν. (98) Ἐὰν δέ τις κτείνων τινὰ τούτων ἀποθάνῃ ἢ ἐπιχειρῶν, εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Ὁπόσοι δὲ ὅρκοι ὀμώμονται Ἀθήνησιν ἢ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἢ ἄλλοθί που ἐναντίοι τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων,

teneatur iisdem, quibus qui scelus suis manibus perpetrarit. Verumtamen ideo, quod leges vobis ab archonte Euclide inde validæ sunt, non licet Leontis liberis actionem cædis in hunc Meletum intendere : nam ne ipse quidem Meletus infitietur Leontem a se ad undecimviros abductum esse. (95) Epichares denique hic non modo est, sed haberi quoque vult mortalium omnium nequissimus : nam scelerum suorum pœnas ipse a semet repetit. Sub triginta tyrannis senator fuit : hujusmodi autem de hominibus quid statuit lex pilæ incisa coram curia fixæ? *Magistratum* (ait) *in urbe qui gesserit post eversum statum popularem, impune moritor, eumque qui occiderit, is purus a piaculo esto, et bona perempti possideto.* Profecto, Epichares, si quis te nunc occiderit, puræ ei manus forent secundum Solonis quidem leges. (96) Recita tu mihi hanc legem a pila.

Lex. Placuit senatui populoque. Quum tribus Æantis prytaneatu fungeretur, Cleogene scribam agente, Boetho epistatæ honorem gerente, factus est hujus literis consignatæ sententiæ auctor Demophantus. — Orditur hoc psephisma commemoratione temporis quo latum fuit, scilicet eo senatu rempubl. gubernante qui sorte ductus sedit eo anno quo Cleogenes scripturam primus fecit. Verba psephismatis autem ipsa sic se habent : Statum libertatis popularis si quis Athenis everterit, aut oppressa rep. honorem quempiam gesserit, is hostis Atheniensium habetor, atque inulto moritor, et facultates ejus publicantor, et decima pars earum Minervæ sacra esto : (97) reum autem qui aut manu sua peremerit, aut qui peremptori cædis auctor fuerit, ambo sancti et p habentor. Et Athenienses omnes tributim et curiatim super hostiis juranto, ut, qui istæc fecerit, eum occidere velint. Jusjurandum autem hoc esto : *Populi Atheniensis rempublicam si quis everterit, aut qui, illa oppressa jacente, honorem ullum gesserit, aut si quis exsistat qui tyrannidem moliatur aut adjutorem se præstet tyrannidem affectanti, eum et ego ipse occidam, si potero, et alius si quis occiderit, hunc pium erga deos et dæmones habebo, ut qui hostem Atheniensium peremerit, fortunasque perempti cunctas sub hasta quum vendidero, tum partem dimidiam pecuniæ inde redactæ peremptori reddam nil defraudans; hoc ita faciendum esse, et verbis factisque ero auctor et tabella mea in cadum injicienda confirmabo.* (98) *Sin autem quis in ipsa cæde aut in conatu cædis occubuerit, ornabo ipsumque ejusque liberos, perinde atque Harmodium cum Aristogitone eorumque posteros ornare solemus. Quæcunque sacramenta aut Athenis aut in castris aut uspiam alibi locorum in fraudem populi Athen. dicta fuerint, ea rescindo atque irrita pro-*

λύω καὶ ἀφίημι.» Ταῦτα δὲ ὀμοσάντων Ἀθηναῖοι πάντες καθ' ἱερῶν τελείων, τὸν νόμιμον ὅρκον, πρὸ Διονυσίων· καὶ ἐπεύχεσθαι εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δ' ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος.

99. Πότερον, ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος, κύριος ὁ νόμος ὅδ' ἐστὶν ἢ οὐ κύριος; διὰ τοῦτο δ' οἶμαι γεγένηται ἄκυρος, ὅτι τοῖς νόμοις δεῖ χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος. Καὶ σὺ ζῇς καὶ περιέρχῃ τὴν πόλιν ταύτην, οὐκ ἄξιος ὤν· ὃς ἐν δημοκρατίᾳ μὲν συκοφαντῶν ἔζης, ἐν ὀλιγαρχίᾳ δέ, ὡς μὴ ἀναγκασθείης τὰ χρήματα ἀποδοῦναι ὅσα συκοφαντῶν ἔλαβες, ἐδούλευες τοῖς τριάκοντα. (100) Εἶτα σὺ περὶ ἑταιρείας ἐμοὶ μνείαν ποιῇ καὶ κακῶς τινας λέγεις; ὃς ἑνὶ μὲν οὐχ ἡταίρησας (καλῶς γὰρ ἄν σοι εἶχε), πραττόμενος δ' οὐ πολὺ ἀργύριον τὸν βουλόμενον ἀνθρώπων, ὡς οὗτοι ἴσασιν, ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἔργοις ἔζης, καὶ ταῦτα οὕτω μοχθηρὸς ὢν τὴν ἰδέαν. Ἀλλ' ὅμως οὗτος ἑτέρων ἐτόλμα κατηγορεῖν, ᾧ κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους οὐδ' αὐτῷ ὑπὲρ αὑτοῦ ἔστιν ἀπολογεῖσθαι. (101) Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες, καθήμενος ἡνίκα μου κατηγόρει, βλέπων εἰς αὐτὸν οὐδὲν ἄλλο ἢ ὑπὸ τῶν τριάκοντα συνειλημμένος ἔδοξα κρίνεσθαι. Εἰ γὰρ τότε ἠγωνιζόμην, τίς ἄν μου κατηγόρει; οὐχ οὗτος ὑπῆρχεν, εἰ μὴ ἐδίδουν ἀργύριον; καὶ γὰρ νῦν. Ἀνέκρινε δ' ἄν με τίς ἄλλος ἢ Χαρικλῆς, ἐρωτῶν, Εἰπέ μοι, ὦ Ἀνδοκίδη, ἦλθες εἰς Δεκέλειαν, καὶ ἐπετείχισας τῇ πατρίδι τῇ σεαυτοῦ; Οὐκ ἔγωγε. Τί δέ; ἔτεμες τὴν χώραν, καὶ ἐλῄσω ἢ κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν τοὺς πολίτας τοὺς ἑαυτοῦ; Οὐ δῆτα. Οὐδ' ἐναυμάχησας ἐναντία τῇ πόλει, οὐδὲ συγκατέσκαψας τὰ τείχη, οὐδὲ συγκατέλυσας τὸν δῆμον, οὐδὲ βίᾳ κατῆλθες εἰς τὴν πόλιν; Οὐδὲν τούτων πεποίηκα. Οὐδέν; δοκεῖς οὖν χαιρήσειν ἢ οὐκ ἀποθανεῖσθαι, ὡς ἕτεροι πολλοί; (102) Ἆρ' ἂν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες, ἄλλων τινῶν τυχεῖν με δι' ὑμᾶς, εἰ ἐλήφθην ὑπ' αὐτῶν; οὐκ οὖν δεινὸν εἰ ὑπὸ μὲν τούτων διὰ τοῦτ' ἂν ἀπωλόμην, ὅτι εἰς τὴν πόλιν οὐδὲν ἥμαρτον, ὥσπερ καὶ ἑτέρους ἀπέκτειναν, ἐν ὑμῖν δὲ κρινόμενος, οὓς οὐδὲν κακὸν πεποίηκα, οὐ σωθήσομαι; πάντως δήπου· ἢ σχολῇ γέ τις ἄλλος ἀνθρώπων. (103) Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες, τὴν μὲν ἔνδειξιν ἐποιήσαντό μου κατὰ νόμον κείμενον, τὴν δὲ κατηγορίαν κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ πρότερον γεγενημένον περὶ ἑτέρων. Εἰ οὖν ἐμοῦ καταψηφιεῖσθε, ὁρᾶτε μὴ οὐκ ἐμοὶ μάλιστα τῶν πολιτῶν προσήκει λόγον δοῦναι τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ πολλοῖς ἑτέροις μᾶλλον, τοῦτο μὲν οἷς ὑμεῖς ἐναντία μαχεσάμενοι διηλλάγητε καὶ ὅρκους ὠμόσατε, τοῦτο δὲ οὓς φεύγοντας κατηγάγετε, τοῦτο δὲ οὓς ἀτίμους ὄντας ἐπιτίμους ἐποιήσατε, ὧν εἵνεκα καὶ στήλας ἀνείλετε καὶ νόμους ἀκύρους ἐποιήσατε καὶ ψηφίσματα ἐξηλείψατε· οἳ νυνὶ μένουσιν ἐν τῇ πόλει πιστεύοντες ὑμῖν, ὦ ἄνδρες. (104) Εἰ οὖν γνώσονται ὑμᾶς ἀποδεχομένους τὰς κατηγορίας τῶν

nuntio. Hanc in formulam juranto Athenienses omnes super hostiis perfectis, rite ante Liberalia; et precari memento, ut sancte juranti multæ prosperitates eveniant, pejerans autem ut una cum prole male pereat.

99. Jam responde tu mihi, quadruplator et ardelio, quem dii evertant, estne hæc lex rata an irrita? Propterea irrita est quod vos uti legibus vultis sub Euclide archonte latis: propterea tu spiras adhuc et per hanc urbem deambulas, haud meritus; quippe qui, tenente adhuc statu populari e calumniis et delationibus victum quæreres, triginta tyrannis autem rerum potitis servires, quo quæstum calumniis partum revomere ne cogerere. (100) Itane vero tu nihilominus de quæstu meretricio factitato me compellabis? aliosque ibis infamatum, qui uni quidem homini te pro pellice non substravisti — quod si fecisses, fuisset id utique tibi præclarius —, sed unicuique volenti morem gessisti, id quod hi judices norunt, et pro minimo lucello turpissima quæque stupra passus es, tametsi esses ore tam deformi. Et nihilominus tamen alios accusare ausus est hic, cui ne pro se quidem ipso causam dicere per leges nostras licet. (101) Verumenimvero, quum, illo me accusante, in os ejus intuerer, videbar mihi haud aliter atque a triginta viris comprehensus judicium eorum tolerare. Nam, si tunc illis obtinentibus capitis periculum mihi decertandum fuisset, ecquis alius me, præterquam hic, accusasset? Fecisset enim, nisi periculum ego nummis redemissem. Nam nunc quoque nulla alia de causa me accusavit, quam quod cum eo decidere nolui. Ecquis me tunc alius, præterquam Charicles, percontatus fuisset in hunc modum? « Dic mihi, Andocide, venistine Deceleam? castellum patriæ tuæ finibus imposuisti? » Ego nego me fecisse. « At agrum tamen depopulatus es, et in cives tuos latrocinia exercuisti sive in continente sive per mare? » Profecto non feci. « Tune in prælio navali adversus patriam non dimicasti? neque operam navasti mœnia demolientibus et statum civilem evertentibus? non redisti in urbem per vim? » Horum nihil patravi. « Nihil? jamne tamen tu speras te salvum abiturum, nec capite daturum pœnas ut alii multi? » (102) Existimatisne, viri, alia me sorte vestri causa usurum fuisse, si ab illis comprehensus fuissem? Jam qui acerbum non sit, a vobis me nunc judicatum, quos nulla injuria læserim, non absolvi, qui sicuti alii complures ab illis morte damnatus fuissem, quod in vos nihil deliquissem? Ego vero certo certius absolvar, aut multo etiam minus alius quispiam absolvetur. (103) Verum, o viri, detulerunt quidem me secundum legem validam, accusarunt autem psephismate nitentes prisco et de aliis agente. Quodsi ergo contra me detis sententiam, videte ne committatis, ut non mihi uni maxime danda sit eorum quæ dudum evenerunt ratio, sed magis etiam multis aliis, quorum alii quum acie vobiscum dimicassent, postmodum tamen cum illis in gratiam redistis mutuo date jurejurando: alios ex exilio revocastis, aliis honorem reddidistis, eorumque gratia stelas sustulistis, leges abrogastis, plebiscita expunxistis: qui quidem fidentes vobis in hac urbe degunt. (104) Quodsi ergo nunc intelligent vos admittere accusationes super criminibus pridem commissis, quam putatis illis de semet ipsis fiduciam fore? aut quemnam

πρότερον γεγενημένων, τίνα αὐτοὺς οἴεσθε γνώμην ἕξειν περὶ σφῶν αὐτῶν; ἢ τίνα αὐτῶν ἐθελήσειν εἰς ἀγῶνας καθίστασθαι ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων; φανήσονται γὰρ πολλοὶ μὲν ἐχθροί, πολλοὶ δὲ συκοφάνται, οἳ καταστήσουσιν αὐτῶν ἕκαστον εἰς ἀγῶνα. (105) Ἥκουσι δὲ νυνὶ ἀκροασόμενοι ἀμφότεροι, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες ἀλλήλοις, ἀλλ' οἱ μὲν εἰσόμενοι εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις καὶ τοῖς ὅρκοις οὓς ὠμόσατε ἀλλήλοις, οἱ δὲ ἀποπειρώμενοι τῆς ὑμετέρας γνώμης, εἰ αὐτοῖς ἐξέσται ἀδεῶς συκοφαντεῖν καὶ γράφεσθαι, τοὺς δὲ ἐνδεικνύναι, τοὺς δὲ ἀπάγειν. Οὕτως οὖν ἔχει, ὦ ἄνδρες· ὁ μὲν ἀγὼν ἐν τῷ σώματι τῷ ἐμῷ καθέστηκεν, ἡ δὲ ψῆφος ἡ ὑμετέρα δημοσίᾳ κρινεῖ, πότερον χρὴ τοῖς νόμοις τοῖς ὑμετέροις πιστεύειν ἢ τοὺς συκοφάντας παρασκευάζεσθαι, ἢ φεύγειν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἀπιέναι ὡς τάχιστα.

106. Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες, ὅτι τὰ πεποιημένα ὑμῖν εἰς ὁμόνοιαν οὐ κακῶς ἔχει, ἀλλὰ τὰ προσήκοντα καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῖν αὐτοῖς ἐποιήσατε, βραχέα βούλομαι καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν. Οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφυγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, στρατηγοῦντος Λεωγόρου τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ καὶ Χαρίου οὗ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες ἠτίμωσαν. (107) Ὕστερον δὲ ἡνίκα βασιλεὺς ἐπεστράτευσεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, γνόντες τῶν συμφορῶν τῶν ἐπιουσῶν τὸ μέγεθος καὶ τὴν παρασκευὴν τοῦ βασιλέως, ἔγνωσαν τούς τε φεύγοντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι καὶ κοινὴν τήν τε σωτηρίαν καὶ τοὺς κινδύνους ποιήσασθαι. Πράξαντες δὲ ταῦτα, καὶ δόντες ἀλλήλοις πίστεις καὶ ὅρκους μεγάλους, ἠξίουν σφᾶς αὐτοὺς προτάξαντες πρὸ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἀπαντῆσαι τοῖς βαρβάροις Μαραθῶνάδε, νομίσαντες τὴν σφετέραν αὐτῶν ἀρετὴν ἱκανὴν εἶναι τῷ πλήθει τῷ ἐκείνων ἀντιτάξασθαι· μαχεσάμενοί τε ἐνίκων, καὶ τήν τε Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν καὶ τὴν πατρίδα ἔσωσαν. (108) Ἔργον δὲ τοιοῦτον ἐργασάμενοι οὐκ ἠξίωσάν τινι τῶν πρότερον γενομένων μνησικακῆσαι· τοιγάρτοι διὰ ταῦτα τὴν πόλιν ἀνάστατον παραλαβόντες ἱερά τε κατακεκαυμένα τείχη τε καὶ οἰκίας καταπεπτωκυίας, ἀφορμήν τε οὐδεμίαν ἔχοντες, διὰ τὸ ἀλλήλοις ὁμονοεῖν τὴν ἀρχὴν τῶν Ἑλλήνων κατειργάσαντο καὶ τὴν πόλιν ὑμῖν τοιαύτην καὶ τοσαύτην παρέδοσαν. (109) Ὑμεῖς οὖν καὶ αὐτοὶ ὕστερον, κακῶν οὐκ ἐλαττόνων ἢ ἐκείνοις γεγενημένων, ἀγαθοὶ ἐξ ἀγαθῶν ὄντες ἀπέδοτε τὴν ὑπάρχουσαν ἀρετήν· ἠξιώσατε γὰρ τούς τε φεύγοντας καταδέξασθαι καὶ τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι. Τί οὖν ὑμῖν ὑπόλοιπόν ἐστι τῆς ἐκείνων ἀρετῆς; μὴ μνησικακῆσαι, εἰδότας, ὦ ἄνδρες, ὅτι ἡ πόλις ἐκ πολὺ ἐλάττονος ἀφορμῆς ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ μεγάλη καὶ εὐδαίμων ἐγένετο· ἃ νῦν

eorum censetis ob vetusta illa facta ausurum in certamina forensia descendere? Multi enim in ipsos prodibunt inimici atque quadruplatores, qui eorum unumquemque in certamen sint conjecturi. (105) Hi jam nunc ambo hoc ad judicium venerunt, alteri quidem ut comperiant, num legibus in rep. obtinentibus datoque jurijurando confidere debeant; alteri autem periculum facere volunt vestrorum animorum, num veniam sibi sitis daturi impune calumniandi et deferendi et ad undecimviros alios abducendi. Res sic se habet, viri: certamen hoc in mea quidem unius persona consistit; judicium autem vestrum publice decernet, vestrisne legibus oporteat quemque confidere, an quadruplatores sibi adjungere, an denique ex urbe excedere atque se proripere quam celerrime.

106. Quo autem intelligatis, viri, ea quæ ad concordiam constabiliendam fecistis non mala esse, sed percommoda et utilia rebus vestris, pauca quædam etiam de his disputabo. Majores vestri, rep. magnis malis afflicta, Pisistratidarum tyrannidem fuga devitarunt, urbem servitute oppressam tenentium: concurritur ad Pallenium: prælio vincuntur tyranni: Leogoras avi mei pater et socer ejus Charias copias tum vestras ducebant; nam ex hujus Chariæ filia meus avus natus est; jam domum reversi, alios sustulerunt, alios in exilium egerunt, et, si quos in urbe manere sinerent, eos capite minuerunt. (107) Verum tempore post, quum rex Persarum copias Græciæ admoveret, perspecta calamitatum imminentium magnitudine regisque apparatu, decreverunt exules domum revocare capiteque minutis jura civilia reddere salutemque perinde atque pericula cum omnibus communicare. Quibus factis, sponsionum mutuarum et sacramentorum religionibus inter se obligati quam sanctissimis, audebant, id dignum se putantes, primam occupare aciem, cunctisque pro Græcis objecto capite suo, barbaris ad Marathonem occurrere, arbitrati virtutem suam vel solam idoneam esse quæ istorum multitudini opponeretur: commisso sic prælio, Græciamque liberarunt et patriam periculo eripuerunt. (108) Verum opere tanto defuncti, de sumendis a quoquam pristinarum injuriarum pœnis nil cogitabant. Quo factum est ut, quamvis urbem desolatam recuperassent, fana combusta, mœnia domosque collapsas, et omni opum præsidio carerent, tamen concordia subnixi principatum Græciæ sibi pararent vobisque remp. talem ac tantam relinquerent. (109) Vos ipsi quoque haud minora illis postmodum mala experti, quum essetis fortes e fortibus nati, virtutem insitam protulistis: æquum enim censuistis, vos exulibus redeundi veniam dare statumque civilem capite minutis reddere. Quænam igitur adhuc superest pars virtutis illorum vobis ad imitandum reliqua? Hæc nempe, ut pristina illa oblivioni mandetis, bene gnari, remp. ex multo minoribus initiis olim magnam evasisse et fortunatam: quod

αὐτῇ ὑπάρχει, εἰ ἐθέλοιμεν οἱ πολῖται σωφρονεῖν τε καὶ ὁμονοεῖν ἀλλήλοις.

110. Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῆς ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, νόμος δ' εἴη πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. Καὶ οὕτως εἰσὶ τολμηροὶ ὥσθ' ἃ αὐτοὶ κατεσκεύασαν, οὐκ ἀρκεῖ αὐτοῖς ὅτι οὐ κατέσχον ἃ ἐπεβούλευσαν, ἀλλὰ καὶ κατηγορίαν ἐμοῦ ποιοῦνται ὡς ἀδικοῦντος. (111) Ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν καὶ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο, προσῄει ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν γεγενημένων Ἐλευσῖνι κατὰ τὴν τελετήν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν, οἱ δὲ πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλήν, ἐπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον· ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. (112) Καὶ παρῆμεν κατὰ τὰ προειρημένα. Καὶ ἡ βουλὴ ἐπειδὴ ἦν πλήρης, ἀναστὰς Καλλίας ὁ Ἱππονίκου τὴν σκευὴν ἔχων λέγει ὅτι ἱκετηρία κεῖται ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, καὶ ἔδειξεν αὐτοῖς. Κᾆτα ὁ κῆρυξ ἐκήρυττε τίς τὴν ἱκετηρίαν καταθείη, καὶ οὐδεὶς ὑπήκουεν. Ἡμεῖς δὲ παρέστημεν, καὶ οὗτος ἡμᾶς ἑώρα. Ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ὑπήκουεν καὶ ᾤχετο εἰσιών, ἐπεξελθὼν Εὐκλῆς οὑτοσί, — καί μοι κάλει αὐτόν. Πρῶτα μὲν οὖν ταῦτα εἰ ἀληθῆ λέγω, μαρτύρησον, Εὔκλεις.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

113. Ὡς μὲν ἀληθῆ λέγω μεμαρτύρηται· πολὺ δέ μοι δοκεῖ τὸ ἐναντίον εἶναι ἢ οἱ κατήγοροι εἶπον. Ἔλεξαν γάρ, εἰ μέμνησθε, ὅτι αὐτώ με τὼ θεὼ παραγάγοιεν ὥστε θεῖναι τὴν ἱκετηρίαν μὴ εἰδότα τὸν νόμον, ἵνα δῶ δίκην. Ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, εἰ ὡς μάλιστα ἀληθῆ λέγουσιν οἱ κατήγοροι, ὑπ' αὐτοῖν μέν φημι τοῖν θεοῖν σεσῶσθαι. (114) Εἰ γὰρ ἔθηκα μὲν τὴν ἱκετηρίαν, ὑπήκουσα δὲ μή, ἄλλο τι ἢ αὐτὸς μὲν αὑτὸν ἀπώλλυον τιθεὶς τὴν ἱκετηρίαν, ἐσωζόμην δὲ τῇ τύχῃ διὰ τὸ μὴ ὑπακοῦσαι, δῆλον ὅτι διὰ τὼ θεώ; εἰ γὰρ ἐβουλέσθην με ἀπολλύναι τὼ θεώ, ἐχρῆν δήπου καὶ μὴ θέντα με τὴν ἱκετηρίαν ὁμολογῆσαι. Ἀλλ' οὔτε ὑπήκουσα οὔτ' ἔθηκα. (115) Ἐπειδὴ δ' ἔλεγε τῇ βουλῇ Εὐκλῆς ὅτι οὐδεὶς ὑπακούοι, πάλιν ὁ Καλλίας στὰς ἔλεγεν ὅτι εἴη νόμος πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, ἄκριτον ἀποθανεῖν, καὶ ὁ πατήρ ποτ' αὐτοῦ Ἱππόνικος ἐξηγήσαιτο ταῦτα Ἀθηναίοις, ἀκούσειε δὲ ὅτι ἐγὼ θείην τὴν ἱκετηρίαν. (116) Ἐντεῦθεν ἀναπηδᾷ Κέφαλος οὑτοσὶ καὶ λέγει· « Ὦ Καλλία, πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε, πρῶτον μὲν ἐξηγῇ Κηρύκων ὤν, οὐχ ὅσιόν σοι ἐξηγεῖσθαι· ἔπειτα δὲ νόμον πάτριον λέγεις, ἡ δὲ στήλη παρ' ᾗ ἕστηκας χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. Ἔπειτα δὲ τίνος ἤκουσας ὅτι Ἀνδοκίδης θείη τὴν ἱκετηρίαν; κάλεσον αὐτὸν τῇ βουλῇ, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν. » Ἐπειδὴ δὲ ἀνεγνώσθη ἡ στήλη κἀκεῖνος οὐκ εἶχεν εἰπεῖν ὅτου ἤκουσε,

nunc quoque ei continget, si volemus nos cives qui sumus, sapienter agere et concordiam colere.

110. Verum de ramo quoque me accusarunt supplicatorio, quasi ego eum in Eleusinio deposuissem, et lex patria esset ut is qui Eleusiniis ramum supplicatorium ponat, morti detur. Ac tam sunt hi audaces, ut, quod ipsi commiserunt, non satis habeant impune sibi fuisse, sed etiam culpam ejus in meum caput intorserint. (111) Nam ut ab Eleusine redieramus, et contra me exhibita fuerat indicatio, adibat rex sacrorum ad prytanes de commissis in Eleusiniorum festo relaturus, uti mos est : prytanes dicebant se ipsum ad senatum introducturos esse ; interim mandabant ei, ut me et Cephisium adesse juberet in Eleusinio; ibi enim consessurum esse senatum ex lege Solonis illa, quæ senatui injungit, ut postridie mysteriorum in Eleusinio consideat. (112) Aderamus, prout indictum fuerat; numeroque senatorum completo, Callias Hipponici filius, quum ad dicendum assurrexisset in habitu Cerycum, nuntiat ramum supplicatorium super ara jacere, monstrabatque ibi jacentem. Et tum præco prædicabat, Quisnam eum ibi deposuit : verum nemo respondebat. Adstabamus nos, et hic Cephisius nos videbat. Callias itaque intro ad senatores redibat : secundum eum hic Eucles egressus. — Cita tu mihi Euclem. Ante omnia edic, Eucle, atque testare, num vera hæc dicam.

TESTIMONIUM.

113. Vera esse quæ dixi, hoc testimonio confirmatum est : multo mihi videtur aliter habere res, quam accusatores jactabant. Ipsas nempe deas, si memineritis, me egisse aiebant, ut legis ignarus ramum deponerem, eoque facto pœnas darem. Ego vero, viri, si vel maxime vera dixerint, ab ipsis deabus me servatum esse contendam. (114) Nam, si deposui quidem ramum, interrogatus autem non respondi, quid aliud inde colligitur quam hoc, ponendo ramum memet me perditum isse, secunda autem fortuna eo quod non respondi, me servatum esse deabus ita volentibus? Deæ enim si me perditum voluissent, debuissem, etiamsi ramum non deposuissem, tamen deposuisse fateri. Verum neque respondi interrogatus me posuisse, neque reapse posui. (115) Ut autem Eucles ad senatum renuntiavit, interroganti sibi neminem respondisse, rursus assurrexit Callias atque lege patria affirmavit esse sancitum, ut indicta causa morte sit afficiendus, si quis in Eleusinio ramum supplicatorium deposuisset : sic enim patrem suum Hipponicum olim respondisse Atheniensibus : a me autem ramum illum esse depositum fando se inaudivisse. (116) Ibi Cephalus hic exsiliens, *O Callia,* inquit, *impietatis antesignane! primum quidem de jure sacrorum respondes, quum ex Cerycum ordine sis, quibus fas non est de jure sacrorum respondere. Deinde commentum tuum pro lege patria venditas; nam stela, cui stas proximus, mulctam mille drachmarum ramum in Eleusinio deponenti irrogat. Denique a quonam audivisti, ab Andocide depositum esse? Arcesse eum ad senatum, ut nos quoque audiamus.* Ut autem lex e pila erat recitata, et Callias nominare non poterat a quo id audivisset, constabat

καταφανὴς ἦν τῇ βουλῇ αὐτὸς θεὶς τὴν ἱκετηρίαν.

117. Φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες (τάχα γὰρ ἂν αὐτὸ βούλοισθε πυθέσθαι), ὁ δὲ Καλλίας τί βουλόμενος ἐτίθει τὴν ἱκετηρίαν; ἐγὼ δὲ ὑμῖν διηγήσομαι ὧν ὑπ' αὐτοῦ εἵνεκα ἐπεβουλεύθην. Ἐπίλυχος ἦν ὁ Τισάνδρου θεῖός μοι, ἀδελφὸς τῆς μητρὸς τῆς ἐμῆς· ἀπέθανε δὲ ἐν Σικελίᾳ ἄπαις ἀρρένων παίδων, θυγατέρας δὲ δύο καταλιπών, αἳ ἐγίνοντο εἴς τε ἐμὲ καὶ Λέαγρον. (118) Τὰ δὲ πράγματα τὰ οἴκοι πονήρως εἶχε· τὴν μὲν γὰρ φανερὰν οὐσίαν οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν κατέλιπε, τὰ δὲ ὀφειλόμενα πλέον ἦν ἢ πέντε τάλαντα. Ὅμως δ' ἐγὼ καλέσας Λέαγρον ἐναντίον τῶν φίλων ἔλεγον ὅτι ταῦτ' εἴη ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἐν τοῖς τοιούτοις δεικνύναι τὰς οἰκειότητας ἀλλήλοις. (119) « Ἡμᾶς γὰρ οὐ δίκαιόν ἐστιν οὔτε χρήματα ἕτερα οὔτ' εὐτυχίαν ἀνδρὸς ἑλέσθαι, ὥστε καταφρονῆσαι τῶν Ἐπιλύχου θυγατέρων. Καὶ γὰρ εἰ ἔζη Ἐπίλυχος ἢ τεθνεὼς πολλὰ κατέλιπε χρήματα, ἠξιοῦμεν ἂν γένει ὄντες ἐγγυτάτω ἔχειν τὰς παῖδας. Τοιγάρτοι ἐκεῖνα μὲν δι' Ἐπίλυχον ἂν ἦν ἢ διὰ τὰ χρήματα· νῦν δὲ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν τάδε ἔσται. Τῆς μὲν οὖν σὺ ἐπιδικάζου, τῆς δὲ ἐγώ. » (120) Ὡμολόγησέ μοι, ὦ ἄνδρες. Ἐπεδικασάμεθα ἄμφω κατὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμολογίαν· καὶ ἧς μὲν ἐγὼ ἐπεδικασάμην, ἡ παῖς τύχῃ χρησαμένη χαμοῦσα ἀπέθανεν· ἡ δ' ἑτέρα ἔστιν ἔτι. Ταύτην Καλλίας ἔπειθε Λέαγρον, χρήματα ὑπισχνούμενος, ἐᾶν αὐτὸν λαβεῖν· αἰσθόμενος δ' ἐγὼ εὐθὺς ἔθηκα παράστασιν, καὶ ἔλαχον προτέρῳ μὲν Λεάγρῳ, ὅτι « εἰ μὲν σὺ βούλει ἐπιδικάζεσθαι, ἔχε τύχῃ ἀγαθῇ, εἰ δὲ μή, ἐγὼ ἐπιδικάσομαι. » (121) Γνοὺς ταῦτα Καλλίας λαγχάνει τῷ υἱεῖ τῷ ἑαυτοῦ τῆς ἐπικλήρου, τῇ δεκάτῃ ἱσταμένου, ἵνα μὴ ἐπιδικάσωμαι ἐγώ. Ταῖς δ' εἰκάσι, μυστηρίοις τούτοις, δοὺς Κηφισίῳ χιλίας δραχμὰς ἐνδείκνυσί με καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα τοῦτον καθίστησιν. Ἐπειδὴ δ' ἑώρα με ὑπομένοντα, τίθησι τὴν ἱκετηρίαν, ὡς ἐμὲ μὲν ἀποκτενῶν ἄκριτον ἢ ἐξελῶν, αὐτὸς δὲ πείσων Λέαγρον χρήμασι συνοικήσων τῇ Ἐπιλύχου θυγατρί. (122) Ἐπειδὴ δ' οὐδ' ὣς ἄνευ ἀγῶνος ἑώρα ἐσόμενα τὰ πράγματα, τότε δὴ προσιὼν Λυσίστρατον, Ἡγήμονα, Ἐπιχάρην, ὁρῶν φίλους ὄντας ἐμοὶ καὶ χρωμένους, εἰς τοῦτο βδελυρίας ἦλθε καὶ παρανομίας, ὥστ' ἔλεγε πρὸς τούτους ὡς εἰ ἔτι καὶ νῦν βουλοίμην ἀποστῆναι τῆς Ἐπιλύχου θυγατρός, ἕτοιμος εἴη παύσασθαί με κακῶς ποιῶν, ἀπαλλάξαι δὲ Κηφίσιον, δίκην δ' ἐν τοῖς φίλοις δοῦναί μοι τῶν πεποιημένων. (123) Εἶπον αὐτῷ καὶ κατηγορεῖν καὶ παρασκευάζειν ἄλλους· εἰ δ' ἐγὼ αὐτὸν ἀποφεύξομαι καὶ γνώσονται Ἀθηναῖοι περὶ ἐμοῦ τὰ δίκαια, ἐγὼ αὐτὸν οἴομαι περὶ τοῦ σώματος τοῦ ἑαυτοῦ ἐν τῷ μέρει κινδυνεύσειν. Ἅπερ αὐτὸν οὐ ψεύσομαι, ἐὰν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, δοκῇ. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

124. Ἀλλὰ γὰρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τοῦτον, ᾧ λαχεῖν ἠξίωσε τῆς Ἐπιλύχου θυγατρός, σκέψασθε πῶς γέγονεν,

jam senatui ramum illum ab ipso Callia depositum fuisse.

117. Verum quanam tandem Callias de causa id fecisset? — nam de hoc vos quærere consentaneum est. Ego vero dicam vobis cur mihi insidias struxerit. Epilycus erat Tisandri filius avunculus mihi, matris meæ frater : hic in Sicilia decessit, nulla relicta prole mascula : duæ filiæ, quas solas reliquerat, ex jure consanguinitatis mihique atque Leagro cedebant, ut eas domum duceremus. (118) Res Epilyci familiaris male habebat : apertam enim substantiam ne duorum quidem talentorum reliquerat, plus autem quam quinque talenta debebat. Nihilominus tamen ego Leagrum quum ad me arcessivissem, coram amicis ita cum eo egi : *Bonorum est* (inquam) *virorum, In ejusmodi temporibus testatum facere, quænam cognatorum officia sint.* (119) *Proinde nos decet Epilyci filias non contemnere, neque conditiones lautiores ipsis præferre: Epilycus enim si adhuc in vivis esset aut si magnas opes reliquisset defunctus, procul dubio filias ejus in matrimonium ambiremus. Tum tamen Epilyci vel opum gratia fecisse hæc visi essemus, nunc idem propter animi virtutem nostrum faciemus. Tu igitur alteram a prætore tibi postules, alteram ego postulabo.* (120) Ita se facturum promisit mihi. Ex pacto igitur ambo curamus puellas nobis adjudicari. Verum quam ego postulabam filia fatali morbo correpta decessit, soror vero adhuc superest. Hanc Callias promissa mercede Leagro persuadebat ut sibi uxorem permitteret : id quod ego sentiens, statim pecuniam in judicio deposui; quo facto actionem exorsus sum, primam quidem adversus Leagrum, cui conditionem hanc deferebam : *Tu quidem* (inquam) *si domum ducere puellam vis, habe tibi, quod bene tibi vertat; sin minus, tum ego eam ab archonte postulo.* (121) Callias autem, eo comperto, actionem adversus me pro filio suo capessivit, die decima mensis quo ego minus possem litem persequi. Die vigesimo et proximis insequentibus, tenentibus mysteriis, per Cephisium hunc, mille drachmarum mercede redemptum, me detulit, et in hocce certamen conjecit. Ut autem me videbat in urbe manentem, deponebat ramum illum supplicatorium, quo me aut indicta causa tolleret aut patria expelleret, ipse autem, Leagro nummis placato, filiam Epilyci domi uxorem haberet. (122) Videns autem, ne sic quidem sibi rem sine certamine successuram, Lysistratum adiit Hegemonemque et Epicharem, quos cernebat mihi amicos et familiares esse, eoque impudentiæ et improbitatis processit, ut ad hos declararet adhuc si velim ab Epilyci filia desistere, se quoque finem mei vexandi facere velle, Cephisioque silentium esse impositurum, et luitionem injuriarum arbitrio amicorum esse permissurum. (123) Ego vero ei renuntiavi, me auctorem ipsi esse, ut et accusationem persequeretur, et alios mihi immitteret : verum si æqua judicum sententia absolutus fuerim, fore profecto, ut ipse vicissim de suo capite per me sit periclitaturus. Neque de his falsus ei vates fuero, si vobis, o judices, placebit. Vera autem hæc a me dici, ut vobis constet, cita tu mihi testes.

TESTES.

124. Sed et hic filius, quem Callias subornavit, ut super Epilyci filia mecum contenderet, videte, viri, cujas sit, et

καὶ πῶς ἐποιήσατ' αὐτόν· ταῦτα γὰρ καὶ ἄξιον ἀκοῦσαι, ὦ ἄνδρες. Γαμεῖ μὲν Ἰσχομάχου θυγατέρα· ταύτῃ δὲ συνοικήσας οὐδ' ἐνιαυτὸν τὴν μητέρα αὐτῆς ἔλαβε, καὶ συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί, ἱερεὺς ὢν τῆς μητρὸς καὶ τῆς θυγατρός, καὶ εἶχεν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀμφοτέρας. (125) Καὶ οὗτος μὲν οὐκ ᾐσχύνθη οὐδ' ἔδεισε τὼ θεώ· ἡ δὲ τοῦ Ἰσχομάχου θυγάτηρ τεθνάναι νομίσασα λυσιτελεῖν ἢ ζῆν ὁρῶσα τὰ γινόμενα, ἀπαγχομένη μεταξὺ κατελύθη, καὶ ἐπειδὴ ἀνεβίω, ἀποδρᾶσα ἐκ τῆς οἰκίας ᾤχετο καὶ ἐξήλασεν ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα. Ταύτης δ' αὖ διαπεπλησμένος ἐξέβαλε καὶ ταύτην. Ἡ δ' ἔφη κυεῖν ἐξ αὐτοῦ· καὶ ἐπειδὴ ἔτεκεν υἱόν, ἔξαρνος ἦν μὴ εἶναι ἐξ αὐτοῦ τὸ παιδίον. (126) Λαβόντες δὲ οἱ προσήκοντες τῇ γυναικὶ τὸ παιδίον ἧκον ἐπὶ τὸν βωμὸν Ἀπατουρίοις, ἔχοντες ἱερεῖον, καὶ ἐκέλευον κατάρξασθαι τὸν Καλλίαν. Ὁ δ' ἠρώτα τίνος εἴη τὸ παιδίον· ἔλεγον « Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου. » « Ἐγώ εἰμι οὗτος. » « Καὶ ἔστι γε σὸν τὸ παιδίον. » Λαβόμενος τοῦ βωμοῦ ὤμοσεν ἦ μὴν μὴ εἶναί οἱ υἱὸν ἄλλον μηδὲ γενέσθαι πώποτε, εἰ μὴ Ἱππόνικον ἐκ τῆς Γλαύκωνος θυγατρός· ἢ ἐξώλη εἶναι καὶ αὐτὸν καὶ τὴν οἰκίαν, ὥσπερ ἔσται. (127) Μετὰ ταῦτα τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ὑστέρῳ πάλιν χρόνῳ τῆς γραὸς τολμηροτάτης γυναικὸς ἀνηράσθη, καὶ κομίζεται αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ τὸν παῖδα ἤδη μέγαν ὄντα εἰσάγει εἰς Κήρυκας, φάσκων εἶναι υἱὸν αὑτοῦ. Ἀντεῖπε μὲν Καλλίδης μὴ εἰσδέξασθαι, ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Κήρυκες κατὰ τὸν νόμον ὅς ἐστιν αὐτοῖς πατέρα ὀμόσαντα εἰσάγειν ἦ μὴν υἱὸν ὄντα ἑαυτοῦ εἰσάγειν. Λαβόμενος τοῦ βωμοῦ ὤμοσεν ἦ μὴν τὸν παῖδα ἑαυτοῦ εἶναι γνήσιον, ἐκ Χρυσιάδος γεγονότα· ὃν ἀπώμοσε. Καί μοι τούτων ἁπάντων τοὺς μάρτυρας κάλει.

quo pacto a Callia adoptatus : refert enim vos hæc tenere. Callias Ischomachi filiæ domum ductæ secundam uxorem, matrem ejus, anno primo matrimonii nondum exacto, superinduxit : sic homo omnium consceleratissimus cum filia et cum matre ejus rem habuit; ad exemplum nempe dearum, quarum sacerdotio fungitur, matrisque et filiæ, ambas una domo secum habebat. (125) Et ille quidem nullo ducebatur pudore, nulla reverentia dearum : Ischomachi autem filia mortem sibi magis expedire arbitrata, quam vitam tam acerbam, laqueo collum jam innexerat; sed exsoluta est. Tum ad vitam reversa e domo Calliæ discessit : sic mater filiam in fugam egit. Verum illa quoque mox exsatiatus etiam matrem ejecit. At illa se gravidam e Callia fatetur : denique puerum enititur, Callias vero illum infitiatur a se procreatum. (126) Tum necessarii mulieris puerum festo Apaturiorum ad aram adducebant, et Calliam exordiri sacra jubebant. Ille tum percontari, cujas infans esset; hi respondere, esse Calliæ, filii Hipponici. « Ego is sum, » inquit Callias. « Et hic est filius tuus. » Callias vero, aram manu tenens, negavit jurans, alium sibi filium esse aut unquam fuisse præter Hipponicum e Glauconis filia susceptum : sin autem sciens fallat, velle ut dii se ipsumque genusque totum perdant : id quod etiam sic fiet. (127) Interjecto tempore rursus, o viri, amore captus Callias anus audacissimæ ipsamque domi suæ recipit, et filium ejus jam adultum, aiens filium suum esse, in Cerycum inducit collegium. Obloquebatur quidem Callides, negans hunc puerum recipi oportere; Ceryces tamen secundum illam legem sciscebant ex qua licet patri filium inducere, ubi juraverit eum revera filium suum esse. Jam Callias, aram manibus tenens, jurejurando confirmavit, hunc suum esse filium, legitime sibi e Chrysiade natum; illum ipsum quem pridem jurans negaverat suum esse. Cita tu mihi horum omnium testes.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

TESTES.

128. Φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, σκεψώμεθα εἴ πώποτε ἐν τοῖς Ἕλλησι πρᾶγμα τοιοῦτον ἐγένετο, ὅπου γυναῖκά τις γήμας ἐπέγημε τῇ θυγατρὶ τὴν μητέρα καὶ
17 ἐξήλασεν ἡ μήτηρ τὴν θυγατέρα· ταύτῃ δὲ συνοικῶν βούλεται τὴν Ἐπιλύκου θυγατέρα λαβεῖν, ἵν' ἐξελάσῃ τὴν τήθην ἡ θυγατριδῆ. (129) Ἀλλὰ γὰρ τῷ παιδίῳ αὐτοῦ τί χρὴ τοὔνομα θέσθαι; οἶμαι γὰρ ἔγωγε οὐδένα οὕτως ἀγαθὸν εἶναι λογίζεσθαι, ὅστις ἐξευρήσει τοὔνομα αὐτοῦ. Τριῶν γὰρ οὐσῶν γυναικῶν αἷς συνῳκηκὼς ἔσται ὁ πατὴρ αὐτοῦ, τῆς μὲν υἱός ἐστιν, ὥς φησι, τῆς δὲ ἀδελφός, τῆς δὲ θεῖος. Τίς ἂν εἴη οὗτος; Οἰδίπους, ἢ Αἴγισθος; ἢ τί χρὴ αὐτὸν ὀνομάσαι;

128. Age, viri, circumspectemus, num usquam Græciæ patratum sit ejusmodi facinus, ut, quam quis uxorem duxisset, ejusdem mulieris matrem superinduceret, filiamque expelleret mater : cui cohabitans nunc Epilyci filiam adhuc vult superinducere, quo nempe neptis aviam expellat. (129) At filio Calliæ ecquod nomen imponi par erit? Nam ego quidem despero tam solertem repertum iri conjectorem, qui id divinet. Tres enim quum sint mulieres, quibus pater ejus uxoribus usus est, idem erit earum unius filius, quem ipse sese fert, alterius frater, tertiæ patruus. Ecquis hic erit? Œdipus an Ægisthus? aut quo tandem nomine appellandus est?

130. Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες, βραχύ τι ὑμᾶς ἀναμνῆσαι περὶ Καλλίου βούλομαι. Εἰ γὰρ μέμνησθε, ὅτε ἡ πόλις ἦρχε τῶν Ἑλλήνων καὶ εὐδαιμόνει μάλιστα, Ἱππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων, τότε μέντοι πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν, ὅτι Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ

130. Superest adhuc unum, viri, minutum quid de Callia vobis in memoriam revocandum. Temporum adhuc si meministis quibus civitas nostra Græciæ princeps erat, et Hipponicus Græcorum locupletissimus, nostis in ore puerulorum vel infantissimorum et muliercularum versatam esse famam, tota urbe diditam, Hipponicum domi sibi alere hominem piacularem, qui mensam ejus sit eversurus.

τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει. Μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες. (131) Πῶς οὖν ἡ φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν τρέφειν ἀλιτήριον αὐτῷ ἔτρεφεν, ὃς ἀνατέτροφεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα. Οὕτως οὖν χρὴ περὶ τούτου γιγνώσκειν, ὡς ὄντος Ἱππονίκου ἀλιτηρίου.

132. Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες, διὰ τί ποτε τοῖς ἐμοὶ νυνὶ ἐπιτιθεμένοις μετὰ Καλλίου καὶ συμπαρασκευάσασι τὸν ἀγῶνα καὶ χρήματα εἰσενεγκοῦσιν ἐπ' ἐμοὶ τρία μὲν ἔτη ἐπιδημῶν καὶ ἥκων ἐκ Κύπρου οὐκ ἀσεβεῖν ἐδόκουν αὐτοῖς, μυῶν μὲν Ἀ.... Δελφόν, ἔτι δὲ ἄλλους ξένους ἐμαυτοῦ, καὶ εἰσιὼν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον καὶ θύων, ὥσπερ ἐμαυτὸν ἄξιον νομίζω εἶναι· ἀλλὰ τοὐναντίον λειτουργεῖν οὗτοι προὐβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμνασίαρχον Ἡφαιστείοις, ἔπειτα ἀρχιθεωρὸν εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων· νῦν δὲ ἀσεβῶ καὶ ἀδικῶ εἰσιὼν εἰς τὰ ἱερά; (133) Ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ διότι οὗτοι ταῦτα νῦν γιγνώσκουσιν. Ἀγύρριος γὰρ οὑτοσί, ὁ καλὸς κἀγαθός, ἀρχώνης ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος, καὶ ἐπρίατο τριάκοντα ταλάντων, μετέσχον δ' αὐτῷ οὗτοι πάντες οἱ παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν λεύκην, οὓς ὑμεῖς ἴστε οἷοί εἰσιν· οἳ διὰ τοῦτο ἔμοιγε δοκοῦσι συλλεγῆναι ἐκεῖσε, ἵν' αὐτοῖς ἀμφότερα ᾖ, καὶ μὴ ὑπερβάλλωσι λαβεῖν ἀργύριον καὶ ὀλίγου πραθείσης μετασχεῖν. (134) Κερδάναντες δὲ τρία τάλαντα, γνόντες τὸ πρᾶγμα οἷον εἴη, ὡς πολλοῦ ἄξιον, συνέστησαν πάντες, καὶ μεταδόντες τοῖς ἄλλοις ἐωνοῦντο πάλιν τριάκοντα ταλάντων· ἐπεὶ δ' οὐκ ἀντωνεῖτο οὐδείς, παρελθὼν ἐγὼ εἰς τὴν βουλὴν ὑπερέβαλλον, ἕως ἐπριάμην ἓξ καὶ τριάκοντα ταλάντων. Ἀπελάσας δὲ τούτους καὶ καταστήσας ὑμῖν ἐγγυητὰς ἐξέλεξα τὰ χρήματα καὶ κατέβαλον τῇ πόλει καὶ αὐτὸς οὐκ ἐζημιώθην, ἀλλὰ καὶ βραχέα ἀπεκερδαίνομεν οἱ μετασχόντες· τούτους δ' ἐποίησα τῶν ὑμετέρων μὴ διανείμασθαι ἓξ τάλαντα ἀργυρίου. (135) Ἃ οὗτοι γνόντες ἔδοσαν σφίσιν αὐτοῖς λόγον, ὅτι « ἄνθρωπος οὑτοσὶ οὔτε αὐτὸς λήψεται τῶν κοινῶν χρημάτων οὔθ' ἡμᾶς ἐάσει, φυλάξει δὲ καὶ ἐμποδὼν ἔσται διανείμασθαι τὰ κοινά· πρὸς δὲ τούτοις, ὃν ἂν ἡμῶν ἀδικοῦντα λάβῃ, εἰσάξει εἰς τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων καὶ ἀπολεῖ. Δεῖ οὖν τοῦτον ἐκποδὼν ἡμῖν εἶναι καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως. » (136) Ταῦτα μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τούτοις ποιητέα ἦν, ὑμῖν δὲ τὸ ἐναντίον τούτων· τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι ὑμῖν ἤθελον ἂν τοιούσδε οἷόσπερ ἐγώ, τούτους δὲ μάλιστα [μὲν] ἀπολωλέναι, εἰ δὲ μή, εἶναι τοὺς μὴ ἐπιτρέψοντας αὐτοῖς, οἷς καὶ προσήκει ἀνδράσιν εἶναι καὶ ἀγαθοῖς καὶ δικαίοις περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον, καὶ βουλόμενοι δυνήσονται εὖ ποιεῖν ὑμᾶς. Ἐγὼ οὖν ὑμῖν ὑπισχνοῦμαι ἢ παύσειν τούτους ταῦτα ποιοῦντας καὶ βελτίους παρέξειν, ἢ εἰς ὑμᾶς εἰσαγαγὼν κολάσειν τοὺς ἀδικοῦντας αὐτῶν.

137. Κατηγόρησαν δέ μου καὶ περὶ τῶν ναυκληριῶν
18 καὶ περὶ τῆς ἐμπορίας, ὡς ἄρα οἱ θεοὶ διὰ τοῦτό με ἐκ τῶν κινδύνων σώσαιεν, ἵνα ἐλθὼν δεῦρο, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ Κηφισίου ἀπολοίμην. ἐγὼ δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, οὐκ ἀξιῶ τοὺς

Meministis, viri, hujus famæ. (131) Ecquid ergo? exitus fidem famæ fecit? Nimirum quem sperabat Hipponicus a se filium ali, illum alebat sibi malum genium, qui patris sui evertit divitias, honestatem, reliquam omnem vitæ prosperitatem. Oportet itaque vos de Callia existimare ut de numine quodam furiali.

132. Sed qui factum est ut his, qui cum Callia mihi nunc insidiantur, eique in hac certaminis machina construenda consiliis pecuniisque conferendis præsto sunt, per triennium quod e Cypro reversus in urbe exegi, non modo impietatis crimine teneri visus non essem, tametsi... Delphum aliosque hospites peregre venientes initiarem, et ad Eleusinium adirem et sacra facerem, sicuti me decere arbitror: sed etiam ipsi me ad obeundas functiones munerarias designarent, primum ut gymnasiarchus in Vulcani ludis essem, deinde ut princeps legationis ad ludos Isthmicos atque Olympiacos mittendæ, denique ut quæstor sacrorum thesaurorum essem: nunc vero in fana ingrediens jura divina et humana violare videar? (133) Dicam vobis, viri, cur hac nunc erga me mente sint. Triennium est, quum Agyrrhius, vir egregius, princeps fieret collegii redemptorum quinquagesimæ: redimebat hoc vectigal triginta talentis: collegæ ipsi hac in redemptura erant isti omnes, qui cœtus apud illam albam populum agitant, quos quales sint probe nostis. Hi mihi illuc coire videntur, quo horum duorum alterutro potiantur; ut aut taceant in licendo atque sic mercedem auferant; aut si vectigalis redemptio exiguo veneat, ipsi in communionem lucri coeant. (134) Ex illa itaque redemptione quinquagesimæ quum, facto trium talentorum compendio, didicissent quam fructuosa res esset, coibant in sodalitium, et quum reliquis suo de lucro offulam objecissent, iterum triginta talenta offerebant. Ibi nemine licente, progressus ego ad senatum plus licebar, et tandem mihi redemptio pro sex et triginta talentis adjudicata fuit. Hoc pacto illis dejectis, quum reip. fidejussoribus datis cavissem, collegi vectigal hoc atque ærario dependi, ex eoque non tantum nullum accepi damnum, sed etiam lucelli parum quid fecimus nos, qui consortes hujus redemptionis eramus; unaque Calliam ejusque consortes facultate exclusi sex talenta inter sese diribendi. (135) Coierunt itaque et hac oratione usi sunt: « Hic homo neque ipse de publico peculio furabitur neque nos furari patietur, sed fures observabit intercedetque quominus opes publicas inter se discerpant: præterea nostrûm si quem in fraude deprehenderit, inducet eum in concionem perdetque. Opera itaque nobis est danda, ut hic homo de medio tollatur quoquo pacto per fas nefasque. » (136) Non poterant illi quidem aliter agere; vos autem, viri, decet illis agere contraria omnia. Vellem equidem, esse vobis cives quam plurimos mei similes, hos autem aut mala peste interire, id quod utique foret præstabilius, aut, si fieri tamen hoc minus queat, saltem esse qui cupiditatem eorum refrenent; quos quum dignitas personæ suæ admoneat, ut boni fortesque velint esse vestrique studiosi, tum præter voluntatem facultate quoque gaudeant bene de vobis merendi. Ego quidem vobis recipio, me hos aut meliores redditurum ut ab hac fraude desistant, aut in judicium eos inducturum ubi meritas pœnas luent.

137. Denique quod navicularíam et mercaturam fecerim, accusatores mihi vitio dederunt, a diis dicentes ideo me maritimis e periculis servatum huc esse perductum, quo a Cephisio videlicet pessumdarer. Ego vero nego, viri, talem

θεοὺς τοιαύτην γνώμην ἔχειν, ὥστ' εἰ ἐνόμιζον ὑπ' ἐμοῦ ἀδικεῖσθαι, λαμβάνοντάς με ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις μὴ τιμωρεῖσθαι· τίς γὰρ κίνδυνος μείζων ἀνθρώποις ἢ χειμῶνος ὥρᾳ πλεῖν τὴν θάλατταν; ἐν οἷς ἔχοντες μὲν τὸ σῶμα τοὐμόν, κρατοῦντες δὲ τοῦ βίου καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς, εἶτα ἔσωζον, οὗπερ ἦν αὐτοῖς ποιῆσαι μηδὲ ταφῆς τὸ σῶμα ἀξιωθῆναι; (138) ἔτι δὲ πολέμου γενομένου καὶ τριήρων ἀεὶ κατὰ θάλατταν οὐσῶν καὶ λῃστῶν, ὑφ' ὧν πολλοὶ ληφθέντες, ἀπολέσαντες τὰ ὄντα, δουλεύοντες τὸν βίον διετέλεσαν, οὔσης δὲ χώρας βαρβάρου, εἰς ἣν πολλοὶ ἤδη ἐκπεσόντες αἰκίαις ταῖς μεγίσταις περιέπεσον καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν σώματα αἰκισθέντες ἀπέθανον, — (139) εἶτα οἱ μὲν θεοὶ ἐκ τοσούτων κινδύνων ἔσωζόν με, σφῶν δὲ αὐτῶν προυστήσαντο τιμωρὸν γενέσθαι Κηφίσιον τὸν πονηρότατον Ἀθηναίων, ὧν οὗτός φησι πολίτης εἶναι οὐχ ὤν, ᾧ οὐδ' ὑμῶν τῶν καθημένων οὐδεὶς ἂν ἐπιτρέψειεν οὐδὲν τῶν ἰδίων, εἰδὼς τοῦτον οἷός ἐστιν; Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, ἡγοῦμαι χρῆναι νομίζειν τοὺς τοιούτους κινδύνους ἀνθρωπίνους, τοὺς δὲ κατὰ θάλατταν θείους. Εἴπερ οὖν δεῖ τὰ τῶν θεῶν ὑπονοεῖν, πολὺ ἂν αὐτοὺς οἶμαι ἐγὼ ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ τοὺς ὑφ' ἑαυτῶν σωζομένους ὑπ' ἄλλων ἀπολλυμένους ὁρῷεν.

140. Καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε ὑμῖν ἄξιον, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμηθῆναι, ὅτι νυνὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἄνδρες ἄριστοι καὶ εὐβουλότατοι δοκεῖτε γεγενῆσθαι οὐκ ἐπὶ τιμωρίαν τραπόμενοι τῶν γεγενημένων, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίαν τῆς πόλεως καὶ ὁμόνοιαν τῶν πολιτῶν. Συμφοραὶ μὲν γὰρ ἤδη καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένοντο οὐκ ἐλάττους ἢ καὶ ἡμῖν· τὸ δὲ τὰς γενομένας διαφορὰς πρὸς ἀλλήλους θέσθαι καλῶς, τοῦτ' εἰκότως ἤδη δοκεῖ ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ σωφρόνων ἔργον εἶναι. Ἐπειδὴ τοίνυν παρὰ πάντων ὁμολογουμένως ταῦθ' ὑμῖν ὑπάρχει, καὶ εἴ τις φίλος ὢν τυγχάνει καὶ εἴ τις ἐχθρός, μὴ μεταγνῶτε, μηδὲ βούλεσθε τὴν πόλιν ἀποστερῆσαι ταύτης τῆς δόξης, μηδὲ αὐτοὶ δοκεῖν τύχῃ ταῦτα μᾶλλον ἢ γνώμῃ ψηφίσασθαι.

141. Δέομαι οὖν ἁπάντων περὶ ἐμοῦ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, ἥνπερ καὶ περὶ τῶν ἐμῶν προγόνων, ἵνα κἀμοὶ ἐγγένηται ἐκείνους μιμήσασθαι, ἀναμνησθέντας αὐτῶν ὅτι ὅμοιοι τοῖς πλείστων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίοις τῇ πόλει γεγένηνται, πολλῶν ἕνεκεν σφᾶς αὐτοὺς παρέχοντες τοιούτους, μάλιστα δὲ τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας, καὶ ὅπως εἴ ποτέ τις αὐτοῖς ἢ τῶν ἐξ ἐκείνων τινὶ κίνδυνος γένηται ἢ συμφορά, σώζοιντο συγγνώμης παρ' ὑμῶν τυγχάνοντες. (142) Εἰκότως δ' ἂν αὐτῶν μεμνῆσθε· καὶ γὰρ τῇ πόλει ἁπάσῃ αἱ τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρεταὶ πλείστου ἄξιαι ἐγένοντο· ἐπειδὴ γάρ, ὦ ἄνδρες, αἱ νῆες διεφθάρησαν, πολλῶν βουλομένων τὴν πόλιν ἀνηκέστοις συμφοραῖς περιβαλεῖν, Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν ὅμως τότε ἐχθροὶ ὄντες σώζειν τὴν πόλιν διὰ τὰς ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀρετάς, οἳ ὑπῆρξαν τῆς ἐλευθερίας ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. (143) Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ἡ πόλις ἐσώθη δημοσίᾳ διὰ τὰς τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων ἀρετάς, ἀξιῶ κἀμοὶ διὰ τὰς τῶν προγόνων τῶν

diis mentem esse ut, si injuriam a me accepisse putassent, nacti me maximis periculis septum effugere impunem passuri fuissent. Ecquod enim majus homini potest periculum esse, quam sævientibus procellis mare peragrare? Ibi dii, quanquam corpus meum ultioni suæ obnoxium spiritumque atque fortunas meas in potestate habebant, atque, si voluissent, efficere poterant ut exuviæ meæ ipsis sepulturæ carerent honoribus, tamen salvum me superesse voluerunt. (138) Bellatum quoque illo tempore fuit, et triremes piraticique lembi mare persultarunt, a quibus capti multi, bonis spoliati, totam reliquam vitam in servitute protulerunt: haud pauci quoque in oras ejecti a barbaris insessas, in supplicia inciderunt crudelissima, quibus contruncati exspirarunt: (139) itane vero dii me tantis periculis eripuerunt, ut partes puniendi mei suas Cephisio demandarent? Cephisio scelestissimo omnium Atheniensium, quorum tametsi se civem fert, neutiquam tamen est. Vestrûm profecto; quotquot hic assidetis, nemo facile, qui quidem cognitum Cephisium habeat, ei rerum suarum partem ullam commiserit. Ego, viri, reliqua ista pericula in humanis arbitror habenda esse, maris autem incerta divini rem numinis. Quodsi ergo fas est de natura deorum opinari, tantum absum ut deos mihi suspicer iratos esse verearve, ut maxime eos putem succensere atque indignari, si qui perditum eant eos, quos ipsi servassent.

140. Recordari denique vobiscum, viri, decet etiam hoc, Græcis omnibus videri vos viros esse fortissimos et prudentissimos, quod non ad ultionem præteritorum conversi sitis, sed ad stabiliendam salutem reip. civiumque concordiam. Nam aliis quoque permultis suæ clades contigerunt, haud illæ vestris leviores: dissidia autem, si quæ forte inter cives coorta fuerint, bene componere, hoc vero merito habeatur virorum civilium atque compositorum esse. Quæ laus quum consensu atque confessione omnium vobis tribuatur, sive amici vobis sunt sive inimici, nolite mutanda mente vestra committere, ut hac laude privemini, videaminique egregia ista temeritate magis fortunæ quam certo consilio sanxisse.

141. Rogo itaque vos, ut quam de meis majoribus sententiam habetis, eandem de me quoque velitis habere, quo mihi quoque liceat eos imitari: recordamini illos nemini concessisse eorum qui vel maximis plurimisque vos ornamentis condecorarunt; sed multis de causis se tales erga vos gessisse, verum inprimis caritate nostri qui eorum posteri sumus, ut, si quando periculum aut calamitas nos opprimeret, venia a vobis digni habiti, sospites discederemus. (142) Merito autem vos majorum nostrorum memineritis; quia virtutes eorum cunctæ reip. præsidio fuerunt tutissimo. Classe enim nostra funditus deleta, quum multi civitatem malis implicatum irent insanabilibus, Lacedæmonii tamen, tametsi tum hostes, urbi parcere decreverunt, memores virtutis illorum, qui universæ Græciæ libertatis auctores fuissent. (143) Quodsi ergo majorum nostrorum virtus universam civitatem tuita est, postulo ego quoque, ut meorum majorum

ἐμῶν ἀρετὰς σωτηρίαν γενέσθαι· καὶ γὰρ αὐτῶν τῶν ἔργων, δι' ἅπερ ἡ πόλις ἐσώθη, οὐχ ἐλάχιστον μέρος οἱ ἐμοὶ πρόγονοι συνεβάλοντο· ὧν ἕνεκα καὶ ἐμοὶ δίκαιον ὑμᾶς μεταδοῦναι τῆς σωτηρίας, ἧσπερ καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐτύχετε.

144. Σκέψασθε τοίνυν καὶ τάδε, ἄν με σώσητε, οἷον ἕξετε πολίτην· ὃς πρῶτον μὲν ἐκ πολλοῦ πλούτου, ὅσον ὑμεῖς ἴστε, οὐ δι' ἐμαυτόν, ἀλλὰ διὰ τὰς τῆς πόλεως συμφορὰς εἰς πενίαν πολλὴν καὶ ἀπορίαν κατέστην, ἔπειτα δὲ καὶ βίον εἰργασάμην ἐκ τοῦ δικαίου, τῇ γνώμῃ καὶ ταῖν χεροῖν ταῖν ἐμαυτοῦ· ἔτι δὲ εἰδότα μὲν οἷόν ἐστι πόλεως τοιαύτης πολίτην εἶναι, εἰδότα δὲ οἷόν ἐστι ξένον εἶναι καὶ μέτοικον ἐν τῇ τῶν πλησίον, (145) ἐπιστάμενον δὲ οἷον τὸ σωφρονεῖν καὶ ὀρθῶς βουλεύεσθαι, ἐπιστάμενον δ' οἷον τὸ ἁμαρτόντα πρᾶξαι κακῶς, πολλοῖς συγγενόμενος καὶ πλείστων πειραθείς, ἀφ' ὧν ἐμοὶ ξενίαι καὶ φιλότητες πρὸς πολλοὺς καὶ βασιλέας καὶ πόλεις καὶ ἄλλους ἰδίᾳ ξένους γεγένηνται, ὧν ἐμὲ σώσαντες μεθέξετε, καὶ ἔστιν ὑμῖν χρῆσθαι τούτοις, ὅπου ἂν ἐν καιρῷ τι ὑμῖν γίνηται. (146) Ἔχει δὲ καὶ ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως· ἐάν με νυνὶ διαφθείρητε, οὐκ ἔστιν ὑμῖν ἔτι λοιπὸς τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου οὐδείς, ἀλλ' οἴχεται πᾶν πρόρριζον· καίτοι οὐκ ὄνειδος ὑμῖν ἐστιν ἡ Ἀνδοκίδου καὶ Λεωγόρου οἰκία οὖσα, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τότ' ὄνειδος, ὅτ' ἐμοῦ φεύγοντος Κλεοφῶν αὐτὴν ὁ λυροποιὸς ᾤκει. Οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις πώποτε ὑμῶν παριὼν τὴν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν ἀνεμνήσθη ἢ ἰδίᾳ τι ἢ δημοσίᾳ κακὸν παθὼν ὑπ' ἐκείνων, (147) οἳ πλείστας μὲν στρατηγήσαντες στρατηγίας πολλὰ τρόπαια τῶν πολεμίων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ὑμῖν ἀπέδειξαν, πλείστας δὲ ἄλλας ἀρχὰς ἄρξαντες καὶ χρήματα διαχειρίσαντες τὰ ὑμέτερα οὐδὲν πώποτε ὦφλον, οὐδ' ἡμάρτηται οὐδὲν οὔτε ἡμῖν εἰς ὑμᾶς οὔτε ὑμῖν εἰς ἡμᾶς, οἰκία δὲ πασῶν ἀρχαιοτάτη καὶ κοινοτάτη ἀεὶ τῷ δεομένῳ· οὐδ' ἔστιν ὅπου ἐκείνων τις τῶν ἀνδρῶν καταστὰς εἰς ἀγῶνα ἀπήτησεν ὑμᾶς χάριν τούτων τῶν ἔργων. (148) Μὴ τοίνυν, εἰ αὐτοὶ τεθνᾶσι, καὶ περὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἐπιλάθησθε, ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῶν ἔργων νομίσατε τὰ σώματα αὐτῶν ὁρᾶν αἰτουμένων ἐμὲ παρ' ὑμῶν σῶσαι. Τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν· ἀλλὰ τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται. (149) Ὑμεῖς τοίνυν καὶ ἀντὶ πατρὸς ἐμοὶ καὶ ἀντὶ ἀδελφῶν καὶ ἀντὶ παίδων γένεσθε· εἰς ὑμᾶς καταφεύγω καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω· ὑμεῖς με παρ' ὑμῶν αὐτῶν αἰτησάμενοι σώσατε, καὶ μὴ βούλεσθε Θετταλοὺς καὶ Ἀνδρίους πολίτας ποιεῖσθαι δι' ἀπορίαν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ ὄντας πολίτας ὁμολογουμένως, οἷς προσήκει ἀνδράσιν ἀγαθοῖς εἶναι καὶ βουλόμενοι δυνήσονται, τούτους δὲ ἀπόλλυτε. Μὴ δῆτα. Ἔπειτα καὶ ταῦθ' ὑμῶν δέομαι, εὖ ποιῶν ὑμᾶς ὑφ' ὑμῶν τιμᾶσθαι· ὥστ' ἐμοὶ μὲν πειθόμενοι οὐκ ἀποστερεῖσθε εἴ τι ἐγὼ δυνήσομαι ὑμᾶς εὖ ποιεῖν· ἐὰν δὲ τοῖς ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς πεισθῆτε, οὐδ' ἂν ὑστέρῳ χρόνῳ ὑμῖν με-

merita meam salutem in tuto ponant. Ipsorum enim illorum facinorum, per quæ salus tum parta fuit civitati, majores mei partem haud minimam de suo contulerunt : quapropter mihi quoque fas est a vobis salutem pari modo impertiri atque vos ipsi a Græcis universis salutem impetravistis

144. Etiam hoc considerate, viri, qualem me civem sitis habituri, nunc absolventes : primum e magnis opibus, quarum vos ipsi nostis magnitudinem, non mea culpa, sed per clades reip., ad egestatem decidi pæne incredibilem ; deinde victum quæsivi modis legitimis, ingenii mei manuumque mearum industria ; tum meo doctus usu novi quæ sit felicitas talis civitatis civem esse, et quæ sit miseria extorrem errare et inquilinum in regionibus finitimis commorari ; (145) novi quanti referat temperantiæ studere rectisque uti consiliis : novi item contra, quam acerbum sit delicto sibi mala contraxisse ; denique cum multis versatus habui multorum usum, unde contracta mihi sunt hospitia familiaritatesque multis cum regibusque et civitatibus aliisque hominibus privatis, quorum omnium fructum vos, reddita mihi salute, participabitis, prout vobis pro re nata videbitur. (146) Hoc quoque reputate : quodsi me perdideritis, nemo vobis alius de genere meo supererit, sed totum stirpitus erit eradicatum. Atqui Andocidis atque Leogoræ domus, donec superfuit, dedecori vobis utique non fuit ; sed hoc multo magis fuit dedecus, quod Cleophon, ille lyrarum faber, extorre me agente, illam domum nostram incoluit. Nemo enim fuit unquam, qui, domum nostram præteriens, ab ea in memoriam ullius mali sive publice sive privatim ab ea accepti induceretur : (147) nostri potius majores in bellis, quæ suis auspiciis gesserunt quamplurima, de hostibus terra marique devictis tropæa fixerunt, honores gesserunt alios quamplurimos pecuniasque vestras publicas administrarunt, et nullam tamen unquam mulctam debuerunt ; neque nos quicquam in vos deliquimus, neque rursus a vobis injuriam accepimus ; domus nostra omnium fuit antiquissima et communis omnibus qui ope nostra indigerent, neque fuit in illis excellentibus viris, qui, conjectus in certamen forense, vos horum meritorum gratiam poposcisset. (148) Nolite itaque committere ut, ipsis e rebus humanis exemptis, præclara eorum facinora obliti fuisse videamini : recordati potius operum ab ipsis profectorum, opinamini corpora eorum vos cernere, rogantium ut me servare velitis. Ecquemnam enim ego alium huc ascendere jussero pro me deprecaturum? Num patrem? Atqui vivere desiit. Num fratres? Atqui nulli mihi sunt. Sed liberos? Atqui nati nondum sunt. (149) Vos itaque mihi et patris loco et fratrum et liberorum estote ; ad vos receptum habeo, vos oro supplex, vos obsecro, servate me, ipsimet a vobis me exorate : nolite Thessalos quidem et Andrios civibus propter virorum penuriam ascribere, eos vero, qui jam sunt cives sine controversia et quibus viros fortes esse convenit, et qui esse, si volunt, etiam poterunt, hos, obsecro, nolite perdere. Etiam hoc vos rogo, ut bene mei de vobis merentis justam rationem habeatis. Mihi enim si obsecundabitis, non fraudabimini bonis quæ a me ad vos proficisci poterunt ; sin autem, inimicis meis morem gerentes, me sustuleritis, nil quicquam profeceritis, ne si quidem tempore post fiat ut severitatis vestræ vos

ταμελήσῃ, οὐδὲν ἔτι πλέον ποιήσετε. (150) Μὴ τοίνυν μήθ' ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν ἀπ' ἐμοῦ ἐλπίδων ἀποστερήσητε μήτ' ἐμὲ τῶν εἰς ὑμᾶς. Ἀξιῶ δ' ἔγωγε τούτους οἵτινες ὑμῖν ἀρετῆς ἤδη τῆς μεγίστης εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ἔλεγχον ἔδοσαν, ἀναβάντας ἐνταυθοῖ συμβουλεύειν ὑμῖν ἃ γιγνώσκουσι περὶ ἐμοῦ. Δεῦρο Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ φυλέται οἱ ᾑρημένοι μοι συνδικεῖν, Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι.

pœniteat. (150) Neque igitur vosmet ipsi spe bonorum a me impetrandorum private, neque me spe bonorum a vobis proventurorum. Tandem hos ego viros, qui virtutis maximæ plebi vestræ documenta ediderunt, rogo ut ascendentes huc vos de me quid sibi videatur doceant consiliorumque vobis auctores fiant. Huc ades Anyte, huc Cephale, huc adeste vos tribules qui a tribu mea delecti estis ad causam mecum defendendam, tu, puta, Thrasylle et quotquot estis reliqui.

Β'.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΘΟΔΟΥ.

Εἰ μέν, ὦ ἄνδρες, ἐν ἑτέρῳ τῳ πράγματι οἱ παριόντες μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες πάντες ἐφαίνοντο, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἐνόμιζον· ὅπου μέντοι δεῖ τὴν πόλιν ἐμέ τι ποιῆσαι ἀγαθόν, ἢ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο ἐμοῦ κακίων, δεινότατον ἁπάντων χρημάτων ἡγοῦμαι, εἰ τῷ μὲν δοκεῖ ταῦτα, τῷ δὲ μή, ἀλλὰ μὴ πᾶσιν ὁμοίως. Εἴπερ γὰρ ἡ πόλις ἁπάντων τῶν πολιτευομένων κοινή ἐστι, καὶ τὰ γινόμενα δήπου ἀγαθὰ τῇ πόλει κοινά ἐστι. (2) Τουτὶ τοίνυν τὸ μέγα καὶ δεινὸν πάρεστιν ὑμῖν ὁρᾶν τοὺς μὲν ἤδη πράττοντας, τοὺς δὲ τάχα μέλλοντας· καί μοι μέγιστον θαῦμα παρέστηκε, τί ποτε οὗτοι οἱ ἄνδρες δεινῶς οὕτως περικαίονται, εἴ τι ὑμᾶς χρὴ ἀγαθὸν ἐμοῦ ἐπαυρέσθαι. Δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἤτοι ἀμαθεστάτους εἶναι πάντων ἀνθρώπων, ἢ τῇ πόλει ταύτῃ δυσμενεστάτους. Εἰ μέν γε νομίζουσι τῆς πόλεως εὖ πραττούσης καὶ τὰ ἴδια σφῶν αὐτῶν ἄμεινον ἂν φέρεσθαι, ἀμαθέστατοί εἰσι τὰ ἐναντία νῦν τῇ ἑαυτῶν ὠφελείᾳ σπεύδοντες· (3) εἰ δὲ μὴ ταὐτὰ ἡγοῦνται σφίσι τε αὐτοῖς συμφέρειν καὶ τῷ ὑμετέρῳ κοινῷ, δυσμενεῖς ἂν τῇ πόλει εἶεν· οἵτινες εἰσαγγείλαντός μου ἀπόρρητα εἰς τὴν βουλὴν περὶ τῶν πραγμάτων, ὧν ἀποτελεσθέντων οὐχ εἰσὶ τῇ πόλει ταύτῃ μείζονες ὠφέλειαι, καὶ τούτων ἀποδεικνύντος μου τοῖς βουλευταῖς σαφεῖς τε καὶ βεβαίους τὰς ἀποδείξεις, ἐκεῖ μὲν οὔτε τούτων τῶν ἀνδρῶν οἱ παραγενόμενοι ἐλέγξαντες οἷοί τ' ἦσαν ἀποδεῖξαι εἴ τι μὴ ὀρθῶς ἐλέγετο, οὔτ' ἄλλος οὐδείς, ἐνθάδε δὲ νῦν πειρῶνται διαβάλλειν. (4) Σημεῖον οὖν τοῦτο ὅτι οὗτοι οὐχ ἀφ' αὑτῶν ταῦτα πράττουσιν (εὐθὺς γὰρ ἂν τότε ἠναντιοῦντο), ἀλλ' ἀπ' ἀνδρῶν ἑτέρων, οἷοί εἰσιν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, οὐδενὸς ἂν χρήματος δεξάμενοι ὑμᾶς τι ἀγαθὸν ἐξ ἐμοῦ πρᾶξαι. Καὶ αὐτοὶ μὲν οὗτοι οἱ ἄνδρες οὐ τολμῶσι σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον καταστήσαντες διισχυρίζεσθαι περὶ τούτων, φοβούμενοι ἔλεγχον διδόναι εἴ τι εἰς ὑμᾶς τυγχάνουσι μὴ εὖ φρονοῦντες· ἑτέρους δὲ εἰσπέμπουσι, τοιούτους ἀνθρώπους οἷς εἰθισμένοις ἤδη ἀναισχυντεῖν οὐδὲν διαφέρει εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι τὰ μέγιστα τῶν κακῶν. (5) Τὸ δ' ἰσχυρὸν τοῦτο μόνον εὕροι τις ἂν αὐτῶν ἐν τοῖς λόγοις, τὰς ἐμὰς συμφορὰς ἐπὶ παντὶ ὀνειδίζειν, καὶ ταῦτα ἐν εἰδόσι δήπου κάλλιον ὑμῖν, ὥστε μηδὲν ἂν

II.

DE SUO REDITU ORATIO.

Alia quidem quapiam in re, viri, si sententia non sit eadem omnibus ad dicendum prodeuntibus, haud equidem mirer : ubi autem hoc agitur, ut resp. a me beneficio quodam ornetur alio quopiam modo, quam quo quis alius velit me inferior, ibi mecum alios consentire, alios dissentire, neque sensum omnibus eundem inesse, id vero arbitror omnium esse indignissimum. Civitas enim si communis est civibus omnibus, necesse est ut, quæ civitati salutaria eveniunt, cunctis quoque sint civibus communia. (2) Hoc autem, quod grave et indignum aio esse, licet cernere alios id jam agentes, alios paullo post forsitan acturos : miror equidem majorem in modum, ecquid tandem sit, cur hi tam urantur vehementer, quod a me boni quicquam ad vos sit perventurum. Oportet eos utique aut hominum omnium tardissimos, aut reipublicæ vestræ malevolentissimos esse. Nam si persuasum sibi habent, rep. florente, res quoque suas privatas meliore loco futuras esse, stultissimi sunt commodis ipsi suis officientes; (3) sin autem sua sibi habent privata commoda a vestris publicis sejuncta, infensi reip. fuerint. Arcana quum ad senatum intronuntiassem iis de rebus, quæ si exitum sortiantur, maxima afferent reip. emolumenta, eorumque documenta senatoribus proposuissem perspicua et certa, tum neque horum virorum, qui præsentes aderant, neque alius quispiam, me erroris ullius convincere poterat; nunc autem me in suspicionem odiumque adducere conantur. (4) Id quod documento est, eos non sponte sua hoc facere (nam alias tum statim fuissent adversati), sed subornatos ab aliis quibusdam, cujusmodi sunt hac in urbe, qui nullo modo se adduci patiantur, ut emolumentum aliquod ad rempublicam a me proficiscatur. Hi ipsi quidem non audent in medium prodire palamque sententiam suam pronuntiare, suæ nempe erga vos malevolentiæ ulcus metuentes ne sic denudetur; sed alios immittunt hujusmodi homines, qui, quod dudum insuevere impudentiæ, æquissimo animo, quæ in alios intorquent probra turpissima, eadem in se retorta ferunt. (5) Solum id in eorum orationibus inveniatur quodammodo solidum, ut ubique meas mihi calamitates exprobrent, quasi vos eas ignoretis, qui melius etiam nostis : adeo ut non sit, cur gratia ejus rei ipsis habeatur. Mihi vero, viri, quicumque fuit qui primus

τούτων δικαίως τιμὴν αὐτοῖς τινα φέρειν. Ἐμοὶ δέ, ὦ ἄνδρες, καὶ τῷ πρώτῳ τοῦτο εἰπόντι ὀρθῶς δοκεῖ εἰρῆσθαι, ὅτι πάντες ἄνθρωποι γίνονται ἐπὶ τῷ εὖ καὶ κακῶς πράττειν, μεγάλη δὲ δήπου καὶ τὸ ἐξαμαρτεῖν δυσπραξία ἐστί, (6) καί εἰσιν εὐτυχέστατοι μὲν οἱ ἐλάχιστα ἐξαμαρτάνοντες, σωφρονέστατοι δὲ οἳ ἂν τάχιστα μεταγινώσκωσι. Καὶ ταῦτα οὐ διακέκριται τοῖς μὲν γίνεσθαι, τοῖς δὲ μή, ἀλλ' ἔστιν ἐν τῷ κοινῷ πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ ἐξαμαρτεῖν τι καὶ κακῶς πρᾶξαι. Ὧν ἕνεκα, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γινώσκοιτε, εἴητε ἂν ἄνδρες εὐγνωμονέστεροι. (7) Οὐ γὰρ φθόνου μᾶλλον ἢ οἴκτου ἄξιά μοί ἐστι τὰ γεγενημένα· ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθον τῆς ἐμαυτοῦ δυσδαιμονίας, εἴτε χρὴ εἰπεῖν νεότητί τε καὶ ἀνοίᾳ, εἴτε καὶ δυνάμει τῶν πεισάντων με ἐλθεῖν εἰς τοιαύτην συμφορὰν τῶν φρενῶν, ὥστ' ἀνάγκην μοι γενέσθαι δυοῖν κακοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ μὴ βουληθέντι κατειπεῖν τοὺς ταῦτα ποιήσαντας οὐ περὶ ἐμοῦ μόνου ὀρρωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα οὐδὲν ἀδικοῦντα σὺν ἐμαυτῷ ἀποκτεῖναι (ὅπερ ἀνάγκη παθεῖν ἦν αὐτῷ, εἰ ἐγὼ μὴ ἐβουλόμην ταῦτα ποιῆσαι), ἢ κατειπόντι τὰ γεγενημένα αὐτὸν μὲν ἀφεθέντα μὴ τεθνάναι, τοῦ δὲ ἐμαυτοῦ πατρὸς μὴ φονέα γενέσθαι. Τί δ' ἂν οὐ πρό γε τούτου τολμήσειεν ἄνθρωπος ποιῆσαι; (8) Ἐγὼ τοίνυν ἐκ τῶν παρόντων εἱλόμην ταῦτα, ἃ ἐμοὶ μὲν λύπας ἐπὶ χρόνον πλεῖστον οἴσειν ἔμελλεν, ὑμῖν δὲ ταχίστην τοῦ παρόντος τότε κακοῦ μετάστασιν. Ἀναμνήσθητε δὲ ἐν οἵῳ κινδύνῳ τε καὶ ἀμηχανίᾳ καθέστατε, καὶ ὅτι οὕτω σφόδρα σφᾶς αὐτοὺς ἐπεφόβησθε, ὥστ' οὐδ' εἰς τὴν ἀγορὰν ἔτι ἐξῄειτε, ἕκαστος ὑμῶν οἰόμενος συλληφθήσεσθαι. Ταῦτα τοίνυν ὥστε μὲν γενέσθαι τοιαῦτα, πολλοστὸν δή τι ἐγὼ μέρος τῆς αἰτίας εὑρέθην ἔχων, ὥστε μέντοι παυθῆναι, ἐγὼ εἷς ὢν μόνος αἴτιος. (9) Καὶ ὅμως τό γε δυστυχέστατος εἶναι ἀνθρώπων οὐδαμῇ ἐκφεύγω, ὅτε δὴ προαγομένης μὲν τῆς πόλεως ἐπὶ ταύτας τὰς συμφορὰς οὐδεὶς ἐμοῦ ἤρχετο γίνεσθαι δυσδαιμονέστερος, μεθισταμένης δὲ πάλιν εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἁπάντων ἐγὼ ἀθλιώτατος. Ὄντων γὰρ κακῶν τοσούτων τῇ πόλει, ἀδύνατον ἦν ταῦτα ἰαθῆναι ἄλλως ἢ τῷ ἐμῷ αἰσχρῷ, 21 ὥστ' ἐν αὐτῷ ᾧ ἐγὼ κακῶς ἔπραττον, ἐν τούτῳ ὑμᾶς σώζεσθαι. Χάριν οὖν εἰκός με, οὐ μῖσος τῷ δυστυχήματι τούτῳ φέρεσθαι παρ' ὑμῶν.

10. Καίτοι ἐγὼ τότ' αὐτὸς γνοὺς τὰς ἐμαυτοῦ συμφοράς, ᾧτινι κακῶν τε καὶ αἰσχρῶν οὐκ οἶδ' εἴ τι ἀπεγένετο, τὰ μὲν παρανοίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, τὰ δ' ἀνάγκῃ τῶν παρόντων πραγμάτων, ἔγνων ἥδιστον εἶναι πράττειν τε τοιαῦτα καὶ διαιτᾶσθαι ἐκεῖ, ὅπου ἥκιστα μέλλοιμι ὀφθήσεσθαι ὑφ' ὑμῶν. Ἐπειδὴ δὲ χρόνῳ ὕστερον εἰσῆλθέ μοι, ὥσπερ εἰκός, ἐπιθυμία τῆς τε μεθ' ὑμῶν πολιτείας ἐκείνης καὶ διαίτης, ἐξ ἧς δευρὶ μετέστην, ἔγνων λυσιτελεῖν μοι ἢ τοῦ βίου ἀπηλλάχθαι, ἢ τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι τοσοῦτον ἐργάσασθαι, ὥστε ὑμῶν ἑκόντων εἶναί ποτέ μοι πολιτεύσασθαι μεθ' ὑμῶν. (11) Ἐκ δὲ τούτου οὐ πώποτε οὔτε τοῦ σώματος οὔτε

dixit, recte is dixisse videtur, omnes homines tum ad prosperam tum ad adversam fortunam nasci : est autem error in generibus adversæ fortunæ præcipuis ; (6) atque sunt felicissimi quidem hi, quibus quam rarissime contingat labi, prudentissimi autem qui citissima ducantur pœnitentia. Communis hæc est lex humanitatis, a qua nemo exemptus est; sed fatale omnibus omnino est, ut aliqua in re labantur et miseri sint. Quapropter, Athenienses, de me si humaniter statuatis, habeamini æquiores. Res enim meæ sunt ejusmodi, ut æquius sit vos earum commiseratione duci, quam iis invidere : (7) ad id enim deveni sortis adversæ, sive id juventuti atque imprudentiæ meæ tribuendum est, sive potentiæ eorum qui cohortationibus suis ad istam me dementiam adegerunt, ut non possem quin inter duo mala maxima alterum optarem : auctores enim istorum facinorum si prodere nollem, non de me solo periclitabar fatale quid, necessitate ita ferente, pati, sed etiam patrem nullius culpæ consortem metus erat ne una mecum perimerem (nomina enim edere me recusante, necessario hoc ei accidisset); ex altera parte rem gestam si aperirem, et ipsemet emissus salvus abibam, et liberabar a necessitate parricidii. Ecquid autem est quod tu non subire atque audere malis, quam patrem occidere? (8) Ego itaque, pro re nata, conditionem optabam eam, quæ mihi quidem mœrores ad tempus quam longissimum erat allatura, vobis autem mali tum præsentis depulsionem quam citissimam. Recordamini modo, quanto in discrimine quantaque in perplexitate tum versati sitis et quam vehementer ipsi vos mutuo exhorrueritis, ut vel in forum prodire cunctaremini, unoquoque metuente, ne corriperetur. Quæ mala ut vobis hunc ad modum contingerent, deprehensum est me partem contulisse vix millesimam; finis autem ut iis imponeretur, ego solus in causa fui. (9) Et nihilominus tamen effugere non possum quominus sim mortalium omnium infelicissimus : nam quo tempore procella hæc in remp. incumbebat, nemo me infelicior erat; et rursus, reddita securitate, tamen unus ego omnium miserrimus. Mala enim reipublicæ tot illa tantaque sanari nullo alio modo quam dedecore meo poterant, quo fiebat ut, quod mihi noceret, id ipsum saluti vobis esset. Quapropter consentaneum est me per hoc infortunium meum non odium a vobis auferre, sed gratiam potius inire.

10. Verumtamen ego calamitatis meæ tum temporis intelligens (nam profecto non novi genus ullum malorum dedecorumve a quo intactus mansissem, sive cæcitate mentis delusus, sive necessitate rerum constrictus), rebar jucundissimum vobis fore si eo modo vitam agerem eoque in loco, quo minime vestris oculis essem obversaturus. Ut autem tandem aliquando me, id quod fieri par erat, et desiderium cepit illius vitæ, quam olim civis vester inter vos egissem, et *tædium* istius commorationis, unde me huc ad vos retuli, statuebam expedire mihi, ut aut de vita prorsus decederem, aut tanto remp. mihi obstringerem beneficio, ut vos haud inviti essetis passuri me inter vos æquo cum jure civili versari. (11) Inde ab eo igitur tempore nulli peperci neque sumptui neque molestiæ, nullumque defugi

τῶν ὄντων ἐμοὶ ἐφεισάμην, ὅπου ἔδει παρακινδυνεύειν· ἀλλ' αὐτίκα μὲν τότε εἰσήγαγον εἰς στρατιὰν ὑμῶν οὖσαν ἐν Σάμῳ κωπέας, τῶν τετρακοσίων ἤδη τὰ πράγματα ἐνθάδε κατειληφότων, ὄντος μοι Ἀρχελάου ξένου πατρικοῦ καὶ διδόντος τέμνεσθαί τε καὶ ἐξάγεσθαι ὁπόσους ἐβουλόμην. Τούτους τε εἰσήγαγον τοὺς κωπέας, καὶ παρόν μοι πέντε δραχμῶν τὴν τιμὴν αὐτῶν δέξασθαι, οὐκ ἠθέλησα πράξασθαι πλέον ἢ ὅσου ἐμοὶ κατέστησαν, εἰσήγαγον δὲ σῖτόν τε καὶ χαλκόν· (12) καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐκ τούτων παρεσκευασμένοι ἐνίκησαν μετὰ ταῦτα Πελοποννησίους ναυμαχοῦντες, καὶ τὴν πόλιν ταύτην μόνοι ἀνθρώπων ἔσωσαν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. Εἰ τοίνυν μεγάλων ἀγαθῶν ἄξια ὑμᾶς εἰργάσαντο ἐκεῖνοι, μέρος ἐγὼ οὐκ ἂν ἐλάχιστον δικαίως ταύτης τῆς αἰτίας ἔχοιμι. Εἰ γὰρ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις τότε τὰ ἐπιτήδεια μὴ εἰσήχθη, οὐ περὶ τοῦ σῶσαι τὰς Ἀθήνας ὁ κίνδυνος ἦν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ περὶ τοῦ μηδ' αὐτοὺς σωθῆναι. (13) Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων οὐκ ὀλίγῳ μοι παρὰ γνώμην εὑρέθη τὰ ἐνταῦθα πράγματα ἔχοντα. Κατέπλευσα μὲν γὰρ ὡς ἐπαινεθησόμενος ὑπὸ τῶν ἐνθάδε προθυμίας τε εἵνεκα καὶ ἐπιμελείας τῶν ὑμετέρων πραγμάτων· πυθόμενοι δέ τινές με ἥκοντα τῶν τετρακοσίων ἐζήτουν τε παραχρῆμα, καὶ λαβόντες ἤγαγον εἰς τὴν βουλήν. (14) Εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος, « ἄνδρες, ἔφη, βουλευταί, ἐγὼ τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐνδεικνύω ὑμῖν σῖτόν τε εἰς τοὺς πολεμίους εἰσαγαγόντα καὶ κωπέας· » καὶ τὸ πρᾶγμα ἤδη πᾶν διηγεῖτο ὡς ἐπέπρακτο. Ἐν δὲ τῷ τότε τὰ ἐναντία φρονοῦντες δῆλοι ἦσαν ἤδη οἱ ἐπὶ στρατιᾶς ὄντες τοῖς τετρακοσίοις. (15) Κἀγώ, θόρυβος γὰρ δὴ τοιοῦτος ἐγίγνετο τῶν βουλευτῶν, ἐπειδὴ ἐγίγνωσκον ἀπολούμενος, εὐθὺς προσπηδῶ πρὸς τὴν ἑστίαν καὶ λαμβάνομαι τῶν ἱερῶν. Ὅπερ μοι καὶ πλείστου ἄξιον ἐγίνετο ἐν τῷ τότε· εἰς γὰρ τοὺς θεοὺς ἔχοντα ὀνείδη οὗτοί με μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων ἐοίκασι κατελεῆσαι, βουληθέντων τε αὐτῶν ἀποκτεῖναί με, οὗτοι ἦσαν οἱ διασώσαντες. Δεσμά τε ὕστερον καὶ κακὰ ὅσα τε καὶ οἷα τῷ σώματι ἠνεσχόμην, μακρὸν ἂν εἴη μοι λέγειν. (16) Οὗ δὴ καὶ μάλιστ' ἐμαυτὸν ἀπωλοφυράμην· ὅστις τοῦτο μὲν ἐν ᾧ ἐδόκει ὁ δῆμος κακοῦσθαι, ἐγὼ ἀντὶ τούτου κακὰ εἶχον, τοῦτο δὲ ἐπειδὴ ἐφαίνετο εὖ ὑπ' ἐμοῦ πεπονθώς, πάλιν αὖ καὶ διὰ τοῦτ' ἐγὼ ἀπολοίμην· ὥστε ὁδόν τε καὶ πόρον μηδαμῇ ἔτι εἶναί μοι εὐθαρσεῖν· ὅποι γὰρ τραποίμην, πάντοθεν κακόν τί μοι ἐφαίνετο ἑτοιμαζόμενον. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκ τούτων τοιούτων ὄντων ἀπαλλαγεὶς οὐκ ἔστιν ὅ τι ἕτερον ἔργον περὶ πλείονος ἐποιούμην ἢ τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι.

17. Ὁρᾶν δὲ χρή, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσῳ τὰ τοιαῦτα τῶν ὑπουργημάτων διαφέρει. Τοῦτο μὲν γὰρ ὅσοι τῶν πολιτῶν τὰ ὑμέτερα πράγματα διαχειρίζοντες ἀργύριον ὑμῖν ἐκπορίζουσιν, ἄλλο τι ἢ τὰ ὑμέτερα ὑμῖν διδόασι; τοῦτο δὲ ὅσοι στρατηγοὶ γενόμενοι καλόν τι τὴν πόλιν
22 κατεργάζονται, τί ἄλλο ἢ μετὰ τῆς τῶν ὑμετέρων σωμάτων ταλαιπωρίας τε καὶ κινδύνων, καὶ ἔτι τῶν κοι-

periculum; sed tunc statim in castra vestra ad Samum induxi remiges, Quadringentis jam rerum hac in urbe potitis, Archelao, quo pater jam familiariter usus fuerat, concedente mihi cædere et exportare quot vellem. Ita factum est ut ego remiges illos inducerem, pro quibus singulis quanquam licebat quinas drachmas poscere, dedignatus tamen sum plus poscere quam ipsi mihi constitissent: (12) sed frumenta quoque præterea et arma induxi, quibus illi alti armatique postmodum Peloponnesios prœlio navali vicerunt, solisque mortalium omnium his debet respublica, quod servata tum fuerit. Quodsi ergo illi ita de vobis promeriti sunt, videor mihi ego quoque in partem hujus laudis haud minimam venire. Ego enim si alimenta ad eos nulla advexissem, tantum abfuisset ut de restituenda republica cogitarent, ut potius ne suam ipsi quidem salutem atque vitam tueri potuissent. (13) Quæ quum ita essent, longe aliter ac speraveram res ibi reperi. Proficiscebar nempe Samo huc, nullus dubitans fore ut industria mea bene de vobis promerendi paratas penes vos laudes reperiret: sed secus cecidit; Quadringenti enim ut cum nave me appulsum ad portum vestrum audiverant, protinus me requirebant inventumque in senatum inducebant. (14) Ibi Pisander in medium progressus: « Viri senatores (inquit, lateri meo astans), ego vobis hunc hominem indico, ut qui hostibus frumenta et remiges adduxerit. » Quibus ille dictis, totam protinus rem ut gesta fuerat exsequebatur. Tum vero jam constabat, in castris ad Samum agentes a Quadringentis dissentire. (15) Pisandrum quum senatorum permulti fremitu secundarent, unde ego mortem mihi augurabar instantem, statim ad aram Vestæ supplex accido et simulacrum amplector. Id quod maximi tum ad salutem meam momenti fuit; nam si me ab ara abstractum occidissent, impietatis erga deos commissæ infamiam ipsi sibi contraxissent; verum hi majore mei, quam homines, commiseratione moti sunt, quippe qui spiritum hunc conservarunt, quem homines illi exstinctum ibant. Quas autem quantasque molestias postmodum a vinculis toleraverim, longum sit enarrare. (16) Devenit oratio mea in locum luctuosum, ut sæpe me meæ sortis misertum fuerit prorsus lamentabilis: qua enim in re populus injuriam videbatur accipere, ea res in mala me conjecit; rursus illud idem emolumentum, quo populum ornaveram, parum abfuit quin pestem mihi afferret. Adeo clausæ mihi omnes erant ad bene sperandum viæ. Quoquo enim me verterem, ibi malum mihi paratum cernebam. Sed his quoque tantis malis tandem liberatus, nihil habui antiquius, quam ut remp. beneficio quodam ornarem.

17. Decet autem vos, Athenienses, considerare, quanto hæc mea ab aliorum ministeriis differant. Civium enim quicumque negotia vestra tractantes pecunias vobis conficiunt, num aliud quid quam vestra vobis dant? Porro copiarum imperatores e reip. commodo aliquid bene gerentes nonne isti cum corporum vestrorum miseria et periculis publicique

νῶν χρημάτων δαπάνης, ποιοῦσιν ὑμᾶς εἴ τι τυγχάνουσιν ἀγαθόν; ἐν ᾧ καὶ ἄν τι ἐξαμάρτωσιν, οὐκ αὐτοὶ τῆς σφετέρας αὐτῶν ἁμαρτίας δίκην διδόασιν, ἀλλ' ὑμεῖς ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις ἡμαρτημένων. (18) Ἀλλ' ὅμως οὗτοι στεφανοῦνταί γε ὑφ' ὑμῶν καὶ ἀνακηρύττονται ὡς ὄντες ἄνδρες ἀγαθοί. Καὶ οὐκ ἐρῶ ὡς οὐ δικαίως· μεγάλη γάρ ἐστιν ἀρετή, ὅστις τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ὁτῳοῦν δύναται τρόπῳ ἀγαθόν τι ἐργάζεσθαι. Ἀλλ' οὖν γινώσκειν γε χρὴ ὅτι ἐκεῖνος ἂν εἴη πλείστου ἄξιος ἀνήρ, ὅστις τοῖς ἑαυτοῦ παρακινδυνεύων χρήμασί τε καὶ σώματι τολμῴη ἀγαθόν τι ποιεῖν τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας.

19. Ἐμοὶ τοίνυν τὰ μὲν ἤδη εἰς ὑμᾶς πεπραγμένα σχεδόν τι ἅπαντες ἂν εἰδείητε, τὰ δὲ μέλλοντά τε καὶ ἤδη πραττόμενα ἄνδρες ὑμῶν πεντακόσιοι ἐν ἀπορρήτῳ ἴσασιν, ἡ βουλή· οὓς πολλῷ δήπου εἰκὸς ἧττον ἄν τι ἐξαμαρτεῖν, ἢ εἰ ὑμᾶς δέοι ἀκούσαντάς τι ἐν τῷ παραχρῆμα νῦν διαβουλεύσασθαι. Οἱ μέν γε σχολῇ περὶ τῶν εἰσαγγελλομένων σκοποῦνται, ὑπάρχει τε αὐτοῖς, ἐάν τι ἐξαμαρτάνωσιν, αἰτίαν ἔχειν καὶ λόγον αἰσχρὸν ἐκ τῶν ἄλλων πολιτῶν· ὑμῖν δὲ οὐκ εἰσὶν ἕτεροι ὑφ' ὧν αἰτίαν ἂν ἔχοιτε· τὰ γὰρ ὑμέτερα αὐτῶν ἐφ' ὑμῖν δικαίως ἐστὶ καὶ εὖ καὶ κακῶς, ἐὰν βούλησθε, διαθέσθαι. (20) Ἅ γε μέντοι ἔξω τῶν ἀπορρήτων οἷόν τέ μοί ἐστιν εἰπεῖν εἰς ὑμᾶς ἤδη πεπραγμένα, ἀκούσεσθε. Ἐπίστασθε γάρ που ὡς ἠγγέλθη ὑμῖν ὅτι οὐ μέλλει ἐκ Κύπρου σῖτος ἥξειν ἐνταῦθα· ἐγὼ τοίνυν τοιοῦτός τε καὶ τοσοῦτος ἐγενόμην, ὥστε τοὺς ἄνδρας τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἐφ' ὑμῖν καὶ πράξαντας ψευσθῆναι τῆς αὐτῶν γνώμης. (21) Καὶ ὡς μὲν ταῦτα διεπράχθη, οὐδὲν προὔργου ἀκοῦσαι ὑμῖν· τὰ δὲ νυνὶ βούλομαι ὑμᾶς εἰδέναι, ὅτι αἱ μέλλουσαι νῆες ἤδη σιταγωγοὶ καταπλεῖν εἰς τὸν Πειραιᾶ εἰσιν ὑμῖν τέτταρες καὶ δέκα, αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν ἐκ Κύπρου ἀναχθεισῶν ἥξουσιν ἀθρόαι οὐ πολὺ ὕστερον. Ἐδεξάμην δ' ἂν ἀντὶ πάντων χρημάτων εἶναι ἐν ἀσφαλεῖ φράσαι πρὸς ὑμᾶς ἃ καὶ τῇ βουλῇ ἐν ἀπορρήτῳ εἰσήγγειλα, ὅπως αὐτόθεν προῄδειτε. (22) Νῦν δὲ ἐκεῖνα μὲν τότε ὅταν ἀποτελεσθῇ γνώσεσθε ἅμα καὶ ὠφεληθήσεσθε· νῦν δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, εἴ μοι βουληθείητε δοῦναι χάριν μικράν τε καὶ ἄπονον ὑμῖν καὶ ἅμα δικαίαν, πάνυ ἄν μοι τοῦτο ἐν μεγάλῃ ἡδονῇ γένοιτο. Ὡς δὲ καὶ δικαία ἐστίν, εἴσεσθε. Ἃ γάρ μοι αὐτοὶ γνόντες τε καὶ ὑποσχόμενοι ἔδοτε, ὕστερον δὲ ἑτέροις πειθόμενοι ἀφείλεσθε, ταῦθ' ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ, εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ. (23) Ὁρῶ δὲ ὑμᾶς πολλάκις καὶ δούλοις ἀνθρώποις καὶ ξένοις παντοδαποῖς πολιτείαν διδόντας τε καὶ εἰς χρήματα μεγάλας δωρεάς, οἳ ἂν ὑμᾶς φαίνωνται ποιοῦντές τι ἀγαθόν. Καὶ ταῦτα μέντοι ὀρθῶς ὑμεῖς φρονοῦντες δίδοτε· οὕτω γὰρ ἂν ὑπὸ πλείστων ἀνθρώπων εὖ πάσχοιτε. Ἐγὼ τοίνυν τοσοῦτον ὑμῶν μόνον δέομαι· τὸ ψήφισμα ὃ Μενίππου εἰπόντος ἐψηφίσασθε, εἶναί μοι ἄδειαν, πάλιν ἀπόδοτε. Ἀναγνώσεται δὲ ὑμῖν αὐτό· ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐγγέγραπται ἐν τῷ βουλευτηρίῳ.

ærarii impensa vobis præstant, si quam præstant, utilitatem? In quo si quid etiam peccarint, non ipsi dant pœnas, sed vos pro illis luitis. (18) Et nihilominus tamen iidem coronantur a vobis et præconiis ornantur ceu viri fortes atque boni. Neque ego infitiabor recte ita fieri: magna enim virtus est patriam ornare, quocumque quisque modo potuerit. Verumtamen hoc certe agnosci debet, summi debere illum fieri, si quis suis opibus ipsoque corpore in aleam datis promereri cives suos haud recuset.

19. Jam quæ in vos jam fere contuli, vos omnes noritis: quæ autem collaturus sim et jam nunc instituam, cum Quingentis vestrûm, cum senatu scilicet, sub silentii fide communicavi; quos in capiendis consiliis minus aberraturos esse consentaneum est, quam si vos oporteat, a me doctos hæc, nunc statim super iis deliberare. Illi enim de rebus ad se relatis per otium deliberant, errorumque si quos committant rationem vobis debent, turpemque in famam apud reliquos cives incurrunt; vos autem nemo est qui incuset; æquum enim est, vobis salvum esse jus vestrum vestris de rebus pro arbitrio sive bene sive secus statuendi. (20) Quæ tamen extra illa arcana communicari vobiscum possunt, ea, quum jam gesta sint, ex me nunc audietis. Nostis nempe diditum inter vos rumorem, frumentum e Cypro nullum huc esse perventurum; ego vero multa magnaque contentione effeci ut illi qui id agerent et machinarentur, spe sua exciderent. (21) Quomodo autem id effecerim, nil attinet vos ex me audire; id unum vos nolim ignorare, quod nunc agitur: quattuordecim naves granis onustæ tantum non jam nunc in Piræeum invehuntur, reliquæ e Cypro jam evectæ haud multo post simul omnes appellent. Vitam mereri nolim, si vobis quoque jam nunc arcana possim eadem illa impertire, quæ senatui impertii, quo ea jam nunc sciretis, vel ante quam effectui dabuntur. (22) Verum intelligetis illa tum temporis, quum effecta erunt, unaque fructum eorum percipietis: jam vero, Athenienses, si gratiam quandam exiguam, facilem simulque justam, indulgere mihi velitis, rem feceritis perquam mihi jucundam futuram. Quam justa autem sit, nunc intelligetis. Quod enim vos ipsi mihi decreveratis olim et dandum promiseratis, postmodum autem aliis obtemperantes rursus ademeratis, id idem nunc aut peto, si vultis, aut, si mavultis, repeto. (23) Sæpe enim video, vos servis adeo hominibus peregrinisque omnis generis, aliis jus civitatis, aliis magna in ære dona dantes, si qui bene de vobis meriti visi fuissent. Et sapienter quidem sic datis: facitis enim hoc pacto, ut a quamplurimis beneficiis cumulemini. Illud itaque, quod ego vos unum rogo, hoc est, ut immunitas mihi restituatur, quam Menippo auctore vos per decretum mihi olim dedistis. Quod decretum scriba vobis recitabit: adhuc enim superest in tabulario senatus.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

24. Τουτὶ τὸ ψήφισμα ὃ ἠκούσατε ψηφισάμενοί μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ὕστερον ἀφείλεσθε χάριν ἑτέρῳ φέροντες. Πείθεσθε οὖν μοι, καὶ ἤδη παύσασθε εἴ τῳ ὑμῶν διάβολόν τι ἐν τῇ γνώμῃ περὶ ἐμοῦ παρέστηκεν. Εἰ γὰρ ὅσα οἱ ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν, ἐμοῦ τὸ μὲν σῶμα τυγχάνει ταὐτὸν ἔτι ὄν, ὅπερ τῆς αἰτίας ἀπήλλακται, ἡ δὲ γνώμη ἀντὶ τῆς προτέρας ἑτέρα νυνὶ παρέστηκεν. Οὐδὲν οὖν ἔτι ὑπολείπεται ὅτῳ ἄν μοι δικαίως διαβεβλῆσθε. (25) Ὥσπερ δὲ τῆς τότε ἁμαρτίας τὰ ἀπὸ τῶν ἔργων σημεῖα ἔφατε χρῆναι πιστότατα ποιούμενοι κακόν με ἄνδρα ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ ἐπὶ τῇ νῦν εὐνοίᾳ μὴ ζητεῖτε ἑτέραν βάσανον ἢ τὰ ἀπὸ τῶν νυνὶ ἔργων σημεῖα ὑμῖν γινόμενα. Πολὺ
23 δέ μοι προσήκει ταῦτα μᾶλλον ἐκείνων καὶ τῷ γένει συνηθέστερά ἐστι. (26) Τάδε γὰρ οὐ ψευσαμένῳ μοι λαθεῖν οἷόντ' ἐστὶ τούς γε πρεσβυτέρους ὑμῶν, ὅτι ὁ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς πάππος Λεωγόρας στασιάσας πρὸς τοὺς τυράννους ὑπὲρ τοῦ δήμου, ἐξὸν αὐτῷ διαλλαχθέντι τῆς ἔχθρας καὶ γενομένῳ κηδεστῇ ἄρξαι μετ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως, εἵλετο μᾶλλον ἐκπεσεῖν μετὰ τοῦ δήμου καὶ φεύγων κακοπαθεῖν μᾶλλον ἢ προδότης αὐτῶν καταστῆναι. Ὥστ' ἔμοιγε καὶ διὰ τὰ τῶν προγόνων ἔργα εἰκότως ὑπάρχει δημοτικῷ εἶναι, εἴπερ τι ἀλλὰ νῦν γε φρονῶν τυγχάνω. Ὧν καὶ ἕνεκα εἰκὸς ὑμᾶς, ἐὰν χρηστὸς ὢν ἀνὴρ εἰς ὑμᾶς φαίνωμαι, προθυμότερόν μου ἀποδέχεσθαι τὰ πραττόμενα. (27) Τὸ δὲ δόντας ἐμοὶ τὴν ἄδειαν ἀφελέσθαι ὑμᾶς, εὖ ἴστε ὅτι οὐδεπώποτε ἠγανάκτησα· ὅπου γὰρ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν τούτων αὐτοὶ εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπείσθητε τὰ μέγιστα ἐξαμαρτεῖν, ὥστε ἀντὶ τῆς ἀρχῆς δουλείαν ἀλλάξασθαι, ἐκ δημοκρατίας δυναστείαν καταστήσαντες, τί ἂν τις ὑμῶν θαυμάζοι καὶ εἰς ἐμὲ εἴ τι ἐπείσθητε ἐξαμαρτεῖν; (28) Βουλοίμην μέντἂν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν πράγμασιν, ἐπειδὴ ἐξουσίαν ἐλάβετε, τὰς τῶν ἐξαπατησάντων ὑμᾶς ἀκύρους ἔθετε βουλάς, οὕτω καὶ ἐν ᾧ περὶ ἐμοῦ ἐπείσθητε γνῶναί τι ἀνεπιτήδειον, ἀτελῆ τὴν γνώμην αὐτῶν ποιῆσαι, καὶ μήτε ἐν ἑτέρῳ τῳ τοῖς ὑμῶν αὐτῶν ἐχθίστοις ὁμόψηφοί ποτε γένησθε.

DECRETUM.

24. Quod modo audistis, Athenienses, decretum, id quum ipsi meam in gratiam tulissetis, rursus alius in gratiam postmodum ademistis. Sed date hoc precibus meis, ut tandem aliquando desinatis mihi succensere, si cui vestrûm simultatis aliquid adhæsit ex iniquis criminationibus conceptæ. Nam si, quæcunque homines mentis errore delinquunt, eorum culpa corpus vacat, corpus quidem meum, etsi idem adhuc est, culpa tamen vacat, mens autem, quæ culpa tenetur, nunc est nova mihi prorsus ab illa pristina diversa: quocirca nihil jam superest, ob quod merito mihi succenseatis. (25) Quemadmodum vero pristini criminis mei indicia vos, virum improbum me judicantes, certissima ea quæ e rebus tunc gestis repetebantur habenda esse censebatis, sic etiam præsentis meæ in vos benevolentiæ nolite alia quærere documenta quam quæ res nunc a me pro vobis gestæ suppeditant. Atque hæc quidem præsentia multo magis quam pristina illa mihi conveniunt et ex more sunt generis mei. (26) Mentiri quidem si juvet, haud possim seniores certe vestrûm quotquot assident fallere: verum non mentior affirmans, Leogoram patris mei avum paternum, quum potuisset in gratiam cum Pisistratidis redire, quibuscum studio partis popularis dissidebat, contractaque cum ipsis affinitate potuisset æqua tyrannidis portione potiri, maluisse tamen cum plebe molestias exsilii tolerare, quam patriæ proditor esse: adeo ut etiam propter majorum exempla populi causæ me favere consentaneum sit, siquidem omnino nunc certe benevole de eo sentio. Quapropter vos quoque decet, ubi constiterit vobis hominem frugi me esse, studia mea hoc benevolentius acceptare. (27) Immunitatem a vobis semel mihi tributam, quod rursus ademeritis, credite mihi affirmanti, nunquam id me ægre tulisse: ubi enim ab hominibus istis induci vos in perniciosissimos vobis ipsis errores pateremini, adeo ut imperium cum servitute mutaretis, hoc est, ut prodita libertate optimatium in potestatem vos dederetis, eccui mirabile possit videri, si qui vobis persuaserunt, ut de me quoque iniquius aliquid statueretis? (28) Verumtamen, quemadmodum in vestris ipsorum rebus, postquam libertatem recuperastis, irrita fecistis quæ dolosi homines male vobis suaserant: ita velim vos de me quoque, si quid inclementius alieno motu statueritis, id abrogare, operamque dare, ut neque hac in re neque in ulla alia cum inimicissimis vestri hominibus consentire videamini.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΥΣ ΕΙΡΗΝΗΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τοῦ Ἑλληνικοῦ μηκυνομένου πολέμου, καὶ πολλὰ μὲν Ἀθηναίων κακὰ πολλὰ δὲ Λακεδαιμονίων ὑπομεινάντων καὶ τῶν ἑκατέρων συμμάχων, Ἀθηναῖοι πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Λακεδαιμονίους αὐτοκράτορας· ὧν ἐστὶ καὶ Ἀνδοκίδης. Τινῶν δὲ προταθέντων παρὰ Λακεδαιμονίων, καὶ ἀποστειλάντων κἀκείνων ἰδίους πρέσβεις, ἔδοξεν ὥστε εἴσω τεσσαρά-

III.

DE PACE CUM LACEDÆMONIIS ORATIO.

ARGUMENTUM.

Bello Græcorum in longum producto, Atheniensibusque et Lacedæmoniis multa mala passis, et utrorumque sociis, Athenienses ad Lacedæmonios legatos miserunt, quibus omnia permiserant: quorum unus Andocides erat. Quibusdam vero antea ordinatis a Lacedæmoniis, qui ipsi quoque suos miserunt legatos, visum est intra quadraginta dies populum de pace

κοντα ἡμερῶν ἐπιβουλεύσασθαι τὸν δῆμον περὶ τῆς εἰρήνης. Καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀνδοκίδης συμβουλεύει τοῖς Ἀθηναίοις καταδέξασθαι τὴν εἰρήνην. Ἔστι μὲν οὖν συμβουλῆς τὸ εἶδος· κεφάλαιον τὸ συμφέρον. Φιλόχορος μὲν οὖν λέγει καὶ ἐλθεῖν τοὺς πρέσβεις ἐκ Λακεδαιμονίας, καὶ ἀπράκτους ἀνελθεῖν μὴ πείσαντος τοῦ Ἀνδοκίδου· ὁ δὲ Διονύσιος νόθον εἶναι λέγει τὸν λόγον.

Ὅτι μὲν εἰρήνην ποιεῖσθαι δικαίαν ἄμεινόν ἐστιν ἢ πολεμεῖν, δοκεῖτέ μοι, ὦ Ἀθηναῖοι, πάντες γινώσκειν· ὅτι δὲ οἱ ῥήτορες τῷ μὲν ὀνόματι τῆς εἰρήνης συγχωροῦσι, τοῖς δ' ἔργοις ἀφ' ὧν ἡ εἰρήνη γένοιτο ἐναντιοῦνται, τοῦτο δὲ οὐ πάντες αἰσθάνεσθε. Λέγουσι γὰρ ὡς ἔστι δεινότατον τῷ δήμῳ, γενομένης εἰρήνης, ἡ νῦν οὖσα πολιτεία μὴ καταλυθῇ. (2) Εἰ μὲν οὖν μηδεπώποτε πρότερον ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων εἰρήνην ἐποιήσατο πρὸς Λακεδαιμονίους, εἰκότως ἂν ἐφοβούμεθα αὐτὸ διά τε τὴν ἀπειρίαν τοῦ ἔργου διά τε τὴν ἐκείνων ἀπιστίαν· ὅπου δὲ πολλάκις ἤδη πρότερον εἰρήνην ἐποιήσασθε δημοκρατούμενοι, πῶς οὐκ εἰκὸς ὑμᾶς πρῶτον ἐκεῖνα σκέψασθαι τὰ τότε γενόμενα; χρὴ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. (3) Ἡνίκα τοίνυν μὲν ὁ πόλεμος ἡμῖν ἐν Εὐβοίᾳ, Μέγαρα δὲ εἴχομεν καὶ Πηγὰς καὶ Τροιζῆνα, εἰρήνης ἐπεθυμήσαμεν, καὶ Μιλτιάδην τὸν Κίμωνος ὠστρακισμένον καὶ ὄντα ἐν Χερρονήσῳ κατεδεξάμεθα δι' αὐτὸ τοῦτο, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, ὅπως πέμψαιμεν ἐς Λακεδαίμονα προκηρυκευσόμενον περὶ σπονδῶν. (4) Καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο
24 πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταύταις ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. Ἓν δὴ τοῦτο, ὦ Ἀθηναῖοι, πρῶτον σκεψώμεθα. Ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἔσθ' ὅπου κατελύθη; οὐδεὶς ἀποδείξει. Ἀγαθὰ δὲ ὅσα ἐγένετο διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην, ἐγὼ ὑμῖν φράσω. (5) Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ τότε ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον· ἀντὶ δὲ τῶν τριήρων αἳ τότε ἡμῖν ἦσαν παλαιαὶ καὶ ἄπλοι, αἷς βασιλέα καὶ βαρβάρους καταναυμαχήσαντες ἠλευθερώσαμεν τοὺς Ἕλληνας, ἀντὶ τούτων τῶν νεῶν ἑκατὸν τριήρεις ἐναυπηγησάμεθα, καὶ πρῶτον τότε τριακοσίους ἱππεῖς κατεστησάμεθα καὶ τοξότας τριακοσίους Σκύθας ἐπριάμεθα. Καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγαθὰ τῇ πόλει καὶ δύναμις τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο. (6) Μετὰ δὲ ταῦτα δι' Αἰγινήτας εἰς πόλεμον κατέστημεν, καὶ πολλὰ κακὰ παθόντες, πολλὰ δὲ ποιήσαντες ἐπεθυμήσαμεν πάλιν τῆς εἰρήνης, καὶ ᾑρέθησαν δέκα ἄνδρες ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων πρέσβεις εἰς Λακεδαίμονα περὶ εἰρήνης αὐτοκράτορες, ὧν ἦν καὶ Ἀνδοκίδης ὁ πάππος ὁ ἡμέτερος. Οὗτοι ὑμῖν εἰρήνην ἐποίησαν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη τριάκοντα. Καὶ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἔστιν ὅπου, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ δῆμος κατελύθη; τί δέ; πράττοντές τινες δήμου κατάλυσιν ἐλήφθησαν; Οὐκ ἔστιν ὅστις ἀποδείξει, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἐναντιώτατον· (7) αὕτη γὰρ ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον

consulere. Propterea Andocides Atheniensibus consulit, ut pacem accipiant. Consultationis itaque forma est, caput negotii utilitas. Philochorus dicit legatos a Lacedæmone venisse, reque infecta discessisse, Andocide non persuadente; Dionysius vero orationem hanc non esse Andocidis dicit.

Pacem iniri æquam multo esse satius quam bellum geri, probe id vos omnes nosse videmini, Athenienses: sed oratores vestros nomini quidem pacis locum dare, rebus autem adversari per quas pax coalescit, id vero non omnes cernitis. Dictitant nempe, pax ubi coaluisset, nihil esse magis verendum, quam ne forma qua nunc utimur reip. mutetur. (2) Jam vero si populus Atheniensis nunquam antea cum Lacedæmoniis pacem contraxisset, merito primum ejus periculum reformidaremus, quum quod rei usu careremus, tum quod Lacedæmonii infidi sint; sin autem antehac sæpenumero pacem cum Lacedæmoniis inierimus (et iniimus) salva libertate nostra, ecqui non sit consentaneum ad illa vetusta exempla nos respectare? Oportet utique, Athenienses, e vetustis futura colligere. (3) Igitur, ut hinc exordiar, bellum in Eubœa gerentes, Megaramque tenentes et Pegas et Trœzenem, pacis tamen desiderium nos incessebat; quo factum ut Miltiadem Cimonis filium ostracismo patria ejectum e Chersoneso, ubi versabatur, revocatum, civitate rursus reciperemus eam ipsam ad rem, quo ante feciales nostros Spartam missus, quippe qui Lacedæmoniorum Athenis procurator esset, negotium pacis constituendæ prælibaret. (4) Miltiadis hujus opera pax conciliata tum fuit cum Lacedæmoniis in annos quinquaginta, quas ambo populi in annum decimum tertium conservavimus. Age primum videamus hoc, utrum per hanc pacem forma regiminis popularis hac e civitate fuerit sublata. Profecto nemo id contenderit: ego contra, quot et quanta bona vobis ex hac pace effloruerint, docebo. (5) Primum, Piræeum mœniis tunc sepsimus, tum longum murum borealem condidimus: porro quum naves, quibus Persam deviceramus eoque facto Græciæ libertatem asserueramus, vetustate dissolutæ militiæque maritimæ inhabiles factæ fuissent, earum in locum centum novas alias triremes construximus: tum primum trecentorum equitum instituimus militiam, totidemque Scythas sagittarios ære nostro redemimus. Bona hæc sunt ad remp. ab illa cum Lacedæmoniis pace profecta; hæ copiæ illinc partæ. (6) Postea rursus bello cum Æginetis sumus impliciti, in quo multis datisque acceptisque cladibus, denuo nos desiderium pacis subiit. Itaque universa ex civitate decem legati Spartam de pace constituenda arbitraria cum potestate missi sunt, inter eosque etiam Andocides avus noster. Hi pacem nobis cum Lacedæmoniis trigintennem conciliarunt. Hoc toto tempore estne unquam majestas populi imminuta? Negas. Quid tum? suntne tum deprehensi, qui evertere civilem constitutionem conarentur? Nemo est qui fuisse doceat. Quid? quod alia omnia evenere. (7) Pax hæc sublimem sustulit populum

τῶν Ἀθηναίων ὑψηλὸν ἦρε καὶ κατέστησεν ἰσχυρὸν οὕτως, ὥστε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνηνέγκαμεν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ νόμῳ κατεκλείσαμεν ἐξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ, τοῦτο δὲ τριήρεις ἄλλας ἑκατὸν ἐναυπηγησάμεθα, καὶ ταύτας ἐξαιρέτους ἐψηφισάμεθα εἶναι, νεωσοίκους τε ᾠκοδομησάμεθα, χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους κατεστήσαμεν, καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ νότιον ἐτειχίσθη. Ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγαθὰ τῇ πόλει καὶ δύναμις τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων ἐγένετο. (8) Πάλιν δὲ διὰ Μεγαρέας πολεμήσαντες καὶ τὴν χώραν τμηθῆναι προέμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν στερηθέντες αὖθις τὴν εἰρήνην ἐποιησάμεθα, ἣν ἡμῖν Νικίας ὁ Νικηράτου κατειργάσατο. Οἶμαι δ' ὑμᾶς ἅπαντας εἰδέναι τοῦτο, ὅτι διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἑπτακισχίλια μὲν τάλαντα νομίσματος εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνηνέγκαμεν, ναῦς δὲ πλείους ἢ τριακοσίας ἐκτησάμεθα, (9) καὶ φόρος προσῄει κατ' ἐνιαυτὸν πλέον ἢ διακόσια καὶ χίλια τάλαντα, καὶ Χερρόνησόν τε εἴχομεν καὶ Νάξον καὶ Εὐβοίας πλέον ἢ τὰ δύο μέρη· τάς τε ἄλλας ἀποικίας καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι μακρὸς ἂν εἴη λόγος. Ταῦτα δ' ἔχοντες τὰ ἀγαθὰ πάλιν κατέστημεν εἰς πόλεμον πρὸς Λακεδαιμονίους, πεισθέντες καὶ τότε ὑπ' Ἀργείων.

10. Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τούτου ἀναμνήσθητε, τί ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμην τῷ λόγῳ. Ἄλλο τι ἢ τοῦτο, ὅτι διὰ τὴν εἰρήνην οὐδεπώποτε ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων κατελύθη; οὐκοῦν ἀποδέδεικται, καὶ οὐδεὶς ἐξελέγξει με ὡς οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθῆ. Ἤδη δέ τινων ἤκουσα λεγόντων ὡς ἐκ τῆς τελευταίας εἰρήνης τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους οἵ τε τριάκοντα κατέστησαν πολλοί τε Ἀθηναίων κώνειον πιόντες ἀπέθανον, οἱ δὲ φεύγοντες ᾤχοντο. (11) Ὁπόσοι οὖν ταῦτα λέγουσιν, οὐκ ὀρθῶς γιγνώσκουσιν· εἰρήνη γὰρ καὶ σπονδαὶ πολὺ διαφέρουσι σφῶν αὐτῶν. Εἰρήνην μὲν γὰρ ἐξ ἴσου ποιοῦνται πρὸς ἀλλήλους ὁμολογήσαντες περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται· σπονδὰς δέ, ὅταν κρατήσωσι κατὰ τὸν πόλεμον, οἱ κρείττους τοῖς ἥττοσιν ἐξ ἐπιταγμάτων ποιοῦνται, ὥσπερ ἡμῶν κρατήσαντες Λακεδαιμόνιοι τῷ πολέμῳ ἐπέταξαν ἡμῖν καὶ τὰ τείχη καθαιρεῖν καὶ τὰς ναῦς παραδιδόναι καὶ τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι. (12) Τότε μὲν οὖν σπονδαὶ κατ' ἀνάγκην ἐξ ἐπιταγμάτων ἐγένοντο· νῦν δὲ περὶ εἰρήνης βουλεύεσθε. Σκέψασθε δὲ ἐξ αὐτῶν τῶν γραμμάτων, ἅ τε ἡμῖν ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται, ἐφ' οἷς τε νῦν ἔξεστι τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι. Ἐκεῖ μὲν γέγραπται τὰ τείχη καθαιρεῖν, ἐν δὲ τοῖσδε ἔξεστιν οἰκοδομεῖν· ναῦς ἐκεῖ μὲν δώδεκα κεκτῆσθαι, νῦν δ' ὁπόσας ἂν βουλώμεθα· Λῆμνον δὲ καὶ Ἴμβρον καὶ Σκῦρον τότε μὲν ἔχειν τοὺς ἔχοντας, νῦν δὲ ἡμετέρας εἶναι· καὶ φεύγοντας νῦν μὲν οὐκ ἐπάναγκες οὐδένα καταδέχεσθαι, τότε δ' ἐπάναγκες, ἐξ ὧν ὁ δῆμος κατελύθη. Τί ταῦτα ἐκείνοις ὁμολογεῖ; Τοσοῦτον οὖν ἔγωγε, ὦ Ἀθηναῖοι, διορίζομαι περὶ τούτων, τὴν μὲν εἰρήνην σωτηρίαν εἶναι

Atheniensem adeoque corroboravit, ut illo in otio mille talenta argenti in arcem intulerimus, eaque ut populi usibus propria essent lege sanxerimus; nec non triremes de novo centum alias fabricaverimus, etiam ipsas solius reip. usibus consecratas; navalia item ædificaverimus, mille et ducentos equites constituerimus totidemque sagittarios, et longum murum australem communiverimus. Hæc sunt illa bona per hanc secundam cum Lacedæmoniis pacem reip. parta, et hæ sunt copiæ illinc ei quæsitæ. (8) Rursus exorsi ob Megarenses bellum, quum necessario bonis multis careremus, agro nostro ferro et flammis hostium permisso, pacem denuo fecimus, auctore atque conciliatore Nicia Nicerati filio. Atqui nemo vestrûm est omnium quem fugiat, per hanc Niciæ pacem septies mille talenta pecuniæ signatæ a nobis in arcem illata fuisse, triremes plus quam quadringentas comparatas: (9) in vectigalibus redibat quotannis plus quam mille et ducenta talenta: tenebamus tum Chersonesum et Naxum et Eubœæ plus quam dodrantem; reliquas enim colonias tum temporis a nobis deductas enumerare longum sit. His fruentes bonis rursus in bellum cum Lacedæmoniis incidimus, impulsu tum quoque Argivorum.

10. Jam recordamini, Athenienses, ante omnia, quid ego a principio hujus orationis spectandum vobis proposuerim. Num quid aliud, præterquam hoc, nunquam esse per pacem factum ut majestas populi Athen. convelleretur? Atqui planum hoc feci, neque quisquam me falsum esse comprobabit. Sed audio quosdam jactantes, e novissima nostra cum Lacedæmoniis pace triginta tyrannos exstitisse, a quibus multi cicutam bibere coacti exspirarint, alii solum verterint. (11) Quæ qui jactant, falluntur. Nam pax et induciæ multum inter se differunt. Pacem enim ineunt, qui, æquales viribus et dignitate, de causis discordiarum suarum inter se prout convenerit paciscuntur: inducias autem victores in bello facti victis pro arbitratu suo imperant, ut e. c. Lacedæmonii nuper belli victoria potiti nobis et mœnium demolitionem et classis deditionem et proscriptorum revocationem imperarunt. (12) Tunc itaque induciæ fiebant per necessitatem ex imperato: nunc autem de pace deliberatio ineunda. Spectate differentiam ex ipsis formulis conditionum et tum imperatarum, prout in stela scriptæ prostant, et earum quæ vobis nunc ultro pacis condendæ ergo offeruntur. Ibi mœnia demoliri jubebamini; hic potestas datur collapsa rursus exædificandi: tunc naves habere non concedebatur, nisi duodecim; nunc tot habendi vobis venia datur, quot ipsi vultis: tunc cavebatur ut Lemnus et Imbrus et Scyrus in possidentium jure essent, nunc vobis permittuntur: proscriptos receptare nemo nunc cogitur; tunc autem necessum erat, unde libertas popularis interempta fuit. Ecquanam in re hæcce cum illis conveniunt? Igitur ita causam definio atque aio me censere,

τῷ δήμῳ καὶ δύναμιν, τὸν δὲ πόλεμον δήμου κατάλυσιν γίνεσθαι. Περὶ μὲν οὖν τούτων ταῦτα λέγω.

13. Φασὶ δέ τινες ἀναγκαίως νῦν ἡμῖν ἔχειν πολεμεῖν· σκεψώμεθα οὖν πρῶτον, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ τί καὶ πολεμήσωμεν. Οἶμαι γὰρ ἂν πάντας ἀνθρώπους ὁμολογῆσαι διὰ τάδε δεῖν πολεμεῖν, ἢ ἀδικουμένους ἢ βοηθοῦντας ἠδικημένοις. Ἡμεῖς τοίνυν αὐτοί τε ἠδικούμεθα Βοιωτοῖς τε ἀδικουμένοις ἐβοηθοῦμεν. Εἰ τοίνυν ἡμῖν τέ ἐστι τοῦτο παρὰ Λακεδαιμονίων, τὸ μηκέτι ἀδικεῖσθαι, Βοιωτοῖς τε δέδοκται ποιεῖσθαι τὴν εἰρήνην ἀφεῖσιν Ὀρχομενὸν αὐτόνομον, τίνος ἕνεκα πολεμήσωμεν; (14) ἵνα ἡ πόλις ἡμῖν ἐλευθέρα ᾖ; ἀλλὰ τοῦτό γε αὐτῇ ὑπάρχει. Ἀλλ' ὅπως ἡμῖν τείχη γένηται; ἔστι καὶ ταῦτα ἐκ τῆς εἰρήνης. Ἀλλ' ἵνα τριήρεις ἐξῇ ναυπηγεῖσθαι καὶ τὰς οὔσας ἐπισκευάζειν καὶ κεκτῆσθαι; καὶ τοῦτο ὑπάρχει· τὰς γὰρ πόλεις αὐτονόμους αἱ συνθῆκαι ποιοῦσιν. Ἀλλ' ὅπως τὰς νήσους κομισώμεθα, Λῆμνον καὶ Σκῦρον καὶ Ἴμβρον; οὐκοῦν διαρρήδην γέγραπται ταύτας Ἀθηναίων εἶναι. (15) Φέρε, ἀλλὰ Χερρόνησον καὶ τὰς ἀποικίας καὶ τὰ ἐγκτήματα καὶ τὰ χρέα ἵνα ἀπολάβωμεν; ἀλλ' οὔτε βασιλεὺς οὔτε οἱ σύμμαχοι συγχωροῦσιν ἡμῖν, μεθ' ὧν αὐτὰ δεῖ πολεμοῦντας κτήσασθαι. Ἀλλὰ νὴ Δία ἕως ἂν Λακεδαιμονίους καταπολεμήσωμεν καὶ τοὺς συμμάχους αὐτῶν, μέχρι τούτου δεῖ πολεμεῖν; ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ οὕτω παρεσκευάσθαι. Ἐὰν δὲ ἄρα κατεργασώμεθα, τί ποτε αὐτοὶ πείσεσθαι δοκοῦμεν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ὅταν ταῦτα πράξωμεν; (16) Εἰ τοίνυν περὶ τούτου μὲν ἔδει πολεμεῖν, χρήματα δὲ ὑπῆρχεν ἡμῖν ἱκανά, τοῖς δὲ σώμασιν ἦμεν δυνατοί, οὐδὲ οὕτως ἔδει πολεμεῖν. Εἰ δὲ μήτε δι' ὅ τι μήτε ὅτοισι μήτε ἀφ' ὅτου πολεμήσωμεν ἔστι, πῶς οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου τὴν εἰρήνην ποιητέον ἡμῖν;

17. Σκέψασθε δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ τόδε, ὅτι νυνὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὴν εἰρήνην καὶ ἐλευθερίαν πράττετε, καὶ μετέχειν ἅπασι πάντων ἐξουσίαν ποιεῖτε. Ἐνθυμήθητε οὖν τῶν πόλεων τὰς μεγίστας τίνι τρόπῳ τὸν πόλεμον καταλύονται· πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίους, οἵτινες ἀρχόμενοι μὲν ἡμῖν καὶ τοῖς συμμάχοις πολεμεῖν ἦρχον καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, νῦν δ' αὐτοῖς ἐκ τῆς εἰρήνης οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει. Καὶ οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἀναγκαζόμενοι ταῦτ' ἀφιᾶσιν, ἀλλ' ἐπ' ἐλευθερίᾳ πάσης τῆς Ἑλλάδος. (18) Νενικήκασι γὰρ τρὶς ἤδη μαχόμενοι, τότε μὲν ἐν Κορίνθῳ πάντας πανδημεὶ τοὺς συμμάχους παρόντας, οὐχ ὑπολιπόντες πρόφασιν οὐδεμίαν, ἀλλ' ἐν τῷ κρατιστεύειν μόνοι πάντων, αὖθις δ' ἐν Βοιωτοῖς, ὅτ' αὐτῶν Ἀγησίλαος ἡγεῖτο, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τότε τὴν νίκην ἐποιήσαντο, τρίτον δ' ἡνίκα Λέχαιον ἔλαβον, Ἀργείους μὲν ἅπαντας καὶ Κορινθίους, ἡμῶν δὲ καὶ Βοιωτῶν τοὺς παρόντας. (19) Τοιαῦτα δ' ἔργα ἐπιδειξάμενοι τὴν εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτῶν ἔχοντες, οἱ ἐνίκων μαχόμενοι, καὶ τὰς πόλεις αὐτονόμους εἶναι καὶ τὴν θάλατταν κοινὴν ἐῶντες τοῖς ἡττημένοις. Καίτοι ποίας τι-

pacem reipublicæ saluti esse viresque addere, bellum evertere libertatem civilem. Et hæc quidem hactenus.

13. Bellandum autem nobis esse, quum sint, Athenienses, qui aiant : age quæramus, quamnam tandem ob causam bellemus. Mortales, ni fallor, omnes in eo consentiunt, ut aiant, bellum eo esse suscipiendum, quo aut depellant injurias sibi oblatas aut ut aliis succurrant vim passis. Utrumque nobis evenerat : et ipsi læsi fueramus injuriis, et Bœotis injurias passis auxiliabamur. Quodsi ergo et nostræ res eum sunt in locum perductæ cum Lacedæmoniis, ut nil jam sit cur metuamus ne in posterum vexemur, et Bœoti si decreverunt, Orchomeno in libertatem remittenda finem discordiarum facere, quid porro, quæso, bellemus? (14) num, quo resp. nobis libera sit? Atqui est. Num, quo mœnia recuperemus? Atqui pax eorum copiam nobis facit. At, ut classem nobis liceat condere, navesque quæ jam sunt reparare et jure tenere? Atqui etiam hoc licet : nam pacta ut sui juris sint civitates jubent. At ideo tamen utique bellemus, quo insulas recuperemus, Lemnum et Scyrum et Imbrum? Verum in conditionibus pacis expressis verbis cautum est, has Atheniensium fore. (15) An denique bellemus, ut Chersonesum nostrasque ibi colonias et possessiones et æra nobis debita recuperemus? Atqui rex Persarum intercedet, itemque socii nostri, sine quorum auxilio ista obtinere nequimus. At bellandum utique, medius fidius, erit, donec Lacedæmonios eorumque socios debellaverimus? Atqui non videtur mihi rerum nostrarum ea esse ratio, ut id nobis facile sit. At fac tamen prospere hoc succedere; quæ tum nobis erunt a barbaris toleranda! (16) Fingamus jam, hancce belli causam esse, et præsto esse pecuniarum quod satis sit, virisque nos florere et abundare : at ego tamen vel sic bellandum esse negem. Quod si autem neque causa bellandi est idonea neque viri sunt neque arma neque pecuniæ, qui jam non erit nobis pax omni pacto ineunda?

17. Etiam hoc, Athenienses, meditari vos velim, agi nunc a vobis hoc, ut pacem libertatemque cunctis Græcis communem pariatis, rerumque atque jurium communionem omnium omnibus impertiatis. Recogitate modo, civitates primariæ quo pacto bellum componere paratæ sint. Primo loco Lacedæmonios spectate : bellum hi adversus nos sociosque nostros exordientes principatum terra marique tenebant; quem nunc per hanc pacem amittunt, non coacti armis vestris, sed libertati universæ Græciæ eum condonantes. (18) Bello enim tribus jam præliis vicerunt : primum apud Corinthum, ubi socios nostros omnes in armis præsentes, sola virtute sua cunctis præpollentes, ita vicerunt, ut victis excusationem nullam relinquerent; rursus in Bœotia, duce Agesilao, eodem modo victoriam deportarunt; tertio denique prælio, quo Lechæo potiti sunt, Argivos quidem et Corinthios cunctos, nostrarum autem copiarum Bœoticarumque quotquot tunc aderant, devicerunt. (19) His tantis editis facinoribus, Lacedæmonii belli victores pacem tamen vobiscum inire parati sunt his legibus, ut ipsi ditionem suam salvam habeant, ut reliquæ civitates sui

νὸς ἂν ἐκεῖνοι παρ' ἡμῶν εἰρήνης ἔτυχον, εἰ μίαν μόνον μάχην ἡττήθησαν; (20) Βοιωτοὶ δ' αὖ πῶς τὴν εἰρήνην ποιοῦνται; οἵτινες τὸν μὲν πόλεμον ἐποιήσαντο ἕνεκα Ὀρχομενοῦ, ὡς οὐκ ἐπιτρέψοντες αὐτόνομον εἶναι, νῦν δὲ τεθνεώτων μὲν αὐτοῖς ἀνδρῶν τοσούτων τὸ πλῆθος, τῆς δὲ γῆς ἐκ μέρους τινὸς τετμημένης, χρήματα δ' εἰσενηνοχότες πολλὰ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ὧν στέρονται, πολεμήσαντες δὲ ἔτη τέτταρα, ὅμως Ὀρχομενὸν ἀφέντες αὐτόνομον τὴν εἰρήνην ποιοῦνται καὶ ταῦτα μάτην πεπόνθασιν· ἐξῆν γὰρ αὐτοῖς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐῶσιν Ὀρχομενίους αὐτονόμους εἰρήνην ἄγειν. Οὗτοι δ' αὖ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν πόλεμον καταλύονται. (21) Ἡμῖν δὲ, ὦ Ἀθηναῖοι πῶς ἔξεστι τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι; ποίων τινῶν Λακεδαιμονίων τυγχάνοντας; καὶ γὰρ εἴ τις ὑμῶν ἀχθεσθήσεται, παραιτοῦμαι· τὰ γὰρ ὄντα λέξω. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡνίκα ἀπωλέσαμεν τὰς ναῦς ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ τειχήρεις ἐγενόμεθα, τίνα γνώμην ἔθεντο περὶ ὑμῶν οἱ νῦν μὲν ἡμέτεροι, τότε δὲ Λακεδαιμονίων ὄντες σύμμαχοι; οὐ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀνδραποδίζεσθαι καὶ τὴν χώραν ἐρημοῦν; οἱ δὲ διακωλύσαντες ταῦτα μὴ γενέσθαι τίνες ἦσαν; οὐ Λακεδαιμόνιοι, τοὺς μὲν συμμάχους ἀποτρέψαντες τῆς γνώμης, αὐτοὶ δ' οὐδ' ἐπιχειρήσαντες διαβουλεύσασθαι περὶ τοιούτων ἔργων; (22) Μετὰ δὲ τοῦτο ὅρκους ὀμόσαντες αὐτοῖς καὶ τὴν στήλην εὑρόμενοι παρ' αὐτῶν στῆσαι, κακὸν ἀγαπητὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, σπονδὰς ἤγομεν ἐπὶ ῥητοῖς. Εἶτα δὲ συμμαχίαν ποιησάμενοι, Βοιωτοὺς καὶ Κορινθίους ἀποστήσαντες αὐτῶν, Ἀργείους δὲ ἀγαγόντες εἰς τὴν ποτὲ φιλίαν, αἴτιοι τῆς ἐν Κορίνθῳ μάχης ἐγενόμεθα αὐτοῖς. Τίνες δὲ βασιλέα πολέμιον αὐτοῖς ἐποίησαν; καὶ Κόνωνι τὴν ναυμαχίαν παρεσκεύασαν, δι' ἣν ἀπώλεσαν τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης; (23) Ὅμως τοίνυν ταῦτα πεπονθότες ὑφ' ἡμῶν συγχωροῦσι ταῦτα ἅπερ οἱ σύμμαχοι, καὶ διδόασιν ἡμῖν τὰ τείχη καὶ τὰς ναῦς καὶ τὰς νήσους ἡμῶν εἶναι. Ποίαν τιν' οὖν χρὴ εἰρήνην πρεσβεύοντας ἥκειν; οὐ ταῦτα παρὰ τῶν πολεμίων εὑρομένους ἅπερ οἱ φίλοι διδόασι, καὶ δι' ἅπερ ἠρξάμεθα πολεμεῖν, ἵνα ἡμῶν γένηται τῇ πόλει ταῦτα; Οἱ μὲν τοίνυν ἄλλοι τὴν εἰρήνην ποιοῦνται τῶν ὑπαρχόντων ἀφιέντες, ἡμεῖς δὲ προσλαμβάνοντες αὐτὰ ὧν μάλιστα δεόμεθα.

24. Τί οὖν ἐστιν ὑπόλοιπον περὶ ὅτου δεῖ βουλεύσασθαι, καὶ περὶ ὧν αὖ ἡμᾶς Ἀργεῖοι προσκαλοῦνται; Πρῶτον μὲν περὶ Κορίνθου διδαξάτω μέ τις· Βοιωτῶν μὴ συμπολεμούντων, εἰρήνην δὲ ποιουμένων πρὸς Λακεδαιμονίους, τίνος ἐστὶν ἡμῖν ἀξία Κόρινθος; (25) Ἀναμνήσθητε γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι, τῆς ἡμέρας ἐκείνης ὅτε Βοιωτοῖς τὴν συμμαχίαν ἐποιούμεθα, τίνα γνώμην ἔχοντες ταῦτα ἐπράττομεν. Οὐχ ὡς ἱκανὴν οὖσαν τὴν Βοιωτῶν δύναμιν μεθ' ἡμῶν γενομένην κοινῇ πάντας ἀνθρώπους ἀμύνασθαι; Νῦν δὲ βουλευώμεθα, Βοιωτῶν εἰρήνην ποιουμένων, πῶς δυνατοὶ Λακεδαιμονίοις πολεμεῖν ἔσμεν ἄνευ Βοιωτῶν. (26) Ναί, φασί τινες, ἂν Κόρινθόν τε φυλάττωμεν καὶ συμμάχους ἔχωμεν Ἀρ-

juris sint, ut mare denique sibi victoribus cum victis commune sit. Atqui quam duram illi fuissent a vobis pacem impetraturi, si vel unum prælium amisissent? (20) Bœoti autem, quonam pacto pacem contrahere volunt? Orchomeni causa bellum quum suscepissent, quam pati nollent suæ spontis esse, nunc, tot viris amissis, parte agri devastata, multa pecunia ex ærario publico et ex re cujusque privata incassum impensa, bello quartum in annum extracto, pacem admittunt hanc in legem, ut Orchomenus sui juris sit: frustra itaque laborarunt, qui potuissent damnis illis vacare, si a principio statim libertatem Orchomeno haud denegare ipsique quieti vacare voluissent. Videtis jam, quo pacto Bœoti pacem contrahant. (21) At vobismet ipsis quo pacto licet, Athenienses, pacisci? quales Lacedæmoniorum erga nos experti sumus animos atque mores? Veniam deprecor, si quem offendam : nihil dicam, nisi id, quod res est. Ac primum quidem, classe in Hellesponto amissa quum obsideremur, quamnam de nobis sententiam pronuntiarunt hi, qui nunc nostri, tunc vero Lacedæmoniorum socii erant? nonne hanc, ut cives nostri pro mancipiis vênirent et urbs nostra incolis desolaretur? Quæ quominus fierent, quinam intercesserunt? Nonne Lacedæmonii, qui socios ab illa sententia averterunt, ipsi autem ne commiserunt quidem ut vel deliberatio de re tam atroci proponeretur? (22) Post hæc quum jurejurando fidem obstringentes impetravissemus ab iis stelam istam, quæ duras quidem sed pro tempore isto vel exoptabiles conditiones inscriptas habebat, ex pacto inducias egimus. Deinde inita societate cum Bœotis et Corinthiis a Lacedæmoniis abstractis, Argivis etiam in partes nostras tunc traductis, auctores illis pugnæ fuimus, quæ ad Corinthum commissa est. Persarum autem regem quinam ipsis infestum reddidere? Cononem quinam instruxerunt ad prœlium navale, quo principatum maris illi amiserunt? (23) Et nihilominus tamen, istæc a nobis passi, Lacedæmonii nobis eadem, qua socii nostri, concedunt, offeruntque mœnia, classem, insulas. Ecquæ jam erit ea pax, quam offerre legatos vultis? nonne eam, qua impetratis ab hoste eadem quæ nobis amici concedunt, et, quæ ut nobis concederentur, bellum exorsi fueramus? Et reliqui quidem pacem facturi sunt partem bonorum suorum amittentes, nos vero nova bona, quæ maxime cupimus, insuper accipientes.

24. Ecquid igitur superest, de quo dignum sit deliberari? quænam illa sunt ad quæ Argivi nos invitant? Primum doceri velim, Bœoti si nos deserant, renunciata nobis societate belli initaque cum Lacedæmoniis pace, quanti tum Corinthus facienda nobis sit? (25) Recordamini nempe, quæso, Athenienses, diei illius qua cum Bœotis belli societatem inibamus, quanam id mente faciebamus? nonne existimantes, si Bœotorum copiæ ad nostras accessissent, idoneas fore ad repellendum vel universum genus humanum? Nunc autem deliberemus, ubi a Bœotis deserti fuerimus, utpote cum Lacedæmoniis reconciliatis, quo pacto sperandum sit, ut arma Lacedæmoniorum sustineamus. (26) Næ, aiunt quidam, sustinebimus, Corinthum si

γείους. Ἰόντων δὲ Λακεδαιμονίων εἰς Ἄργος πότερον βοηθήσομεν αὐτοῖς ἢ οὔ; πολλὴ γὰρ ἀνάγκη ὁπότερον τούτων ἑλέσθαι. Μὴ βοηθούντων μὲν οὖν ὑμῶν οὐδὲ λόγος ὑπολείπεται μὴ οὐκ ἀδικεῖν Ἀργείους καὶ ποιεῖν ὁποῖον ἄν τι βούλωνται δικαίως· βοηθούντων δὲ ἡμῶν εἰς Ἄργος οὐχ ἕτοιμον μάχεσθαι Λακεδαιμονίοις; ἵνα ἡμῖν τί γένηται; ἵνα ἡττώμενοι μὲν καὶ τὴν οἰκείαν χώραν ἀπολέσωμεν πρὸς τῇ Κορινθίων, νικήσαντες δὲ τὴν Κορινθίων Ἀργείων ποιήσωμεν. Οὐχ ἕνεκα τούτων πολεμήσομεν; (27) Σκεψώμεθα δὴ καὶ τοὺς Ἀργείων λόγους. Κελεύουσι γὰρ ἡμᾶς κοινῇ μετὰ σφῶν καὶ μετὰ Κορινθίων πολεμεῖν, αὐτοὶ δ' ἰδίᾳ εἰρήνην ποιησάμενοι τὴν χώραν οὐ παρέχουσιν ἐμπολεμεῖν. Καὶ μετὰ μὲν πάντων τῶν συμμάχων τὴν εἰρήνην ποιουμένοις οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς οὐδὲν πιστεύειν Λακεδαιμονίοις· ἃ δὲ πρὸς τούτους μόνους ἐκεῖνοι συνέθεντο, ταῦτ' οὐδεπώποτ' αὐτούς φασι παραβῆναι. Πατρίαν δὲ εἰρήνην ὀνομάζοντες ᾗ χρῶνται, τοῖς δὲ ἄλλοις Ἕλ-
27 λησιν οὐκ ἐῶσι πατρίαν γενέσθαι τὴν εἰρήνην· ἐκ γὰρ τοῦ πολέμου χρονισθέντος Κόρινθον ἑλεῖν προσδοκῶσι, κρατήσαντες δὲ τούτων ὑφ' ὧν ἀεὶ κρατοῦνται, καὶ τοὺς συννικῶντας ἐλπίζουσι παραστήσεσθαι.

28. Τοιούτων δ' ἐλπίδων μετασχόντας ἡμᾶς δεῖ δυοῖν θάτερον ἑλέσθαι, ἢ πολεμεῖν μετὰ Ἀργείων Λακεδαιμονίοις, ἢ μετὰ Βοιωτῶν κοινῇ τὴν εἰρήνην ποιεῖσθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐκεῖνο δέδοικα μάλιστα, ὦ Ἀθηναῖοι, τὸ εἰθισμένον κακόν, ὅτι τοὺς κρείττους φίλους ἀφιέντες ἀεὶ τοὺς ἥττους αἱρούμεθα, καὶ πόλεμον ποιούμεθα δι' ἑτέρους, ἐξὸν δι' ἡμᾶς αὐτοὺς εἰρήνην ἄγειν· (29) οἵτινες πρῶτον μὲν βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ (χρὴ γὰρ ἀναμνησθέντας τὰ γεγενημένα καλῶς βουλεύσασθαι) σπονδὰς ποιησάμενοι καὶ συνθέμενοι φιλίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, ἃ ἡμῖν ἐπρέσβευσεν Ἐπίλυκος Τισάνδρου, τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας ἀδελφός, ταῦτα Ἀμόργῃ πειθόμενοι τῷ δούλῳ τοῦ βασιλέως καὶ φυγάδι τὴν μὲν βασιλέως δύναμιν ἀπεβαλόμεθα ὡς οὐδενὸς οὖσαν ἀξίαν, τὴν δὲ Ἀμόργου φιλίαν εἱλόμεθα, κρείττω νομίσαντες εἶναι· ἀνθ' ὧν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἡμῖν, σύμμαχος γενόμενος Λακεδαιμονίοις, παρέσχεν αὐτοῖς εἰς τὸν πόλεμον πεντακισχίλια τάλαντα, ἕως κατέλυσεν ἡμῶν τὴν δύναμιν. Ἓν μὲν βούλευμα τοιοῦτον ἐβουλευσάμεθα. (30) Συρακούσιοι δ' ὅτε ἦλθον ἡμῶν δεόμενοι, φιλότητα μὲν ἀντὶ διαφορᾶς ἐθέλοντες εἰρήνην δ' ἀντὶ πολέμου ποιεῖσθαι, τήν τε συμμαχίαν ἀποδεικνύντες ὅσῳ κρείττων ἡ σφετέρα εἴη τῶν Ἐγεσταίων καὶ τῶν Καταναίων, εἰ βουλοίμεθα πρὸς αὐτοὺς ποιεῖσθαι, ἡμεῖς τοίνυν εἱλόμεθα καὶ τότε πόλεμον μὲν ἀντὶ εἰρήνης, Ἐγεσταίους δὲ ἀντὶ Συρακουσίων, στρατεύεσθαι δ' εἰς Σικελίαν ἀντὶ τοῦ μένοντας οἴκοι συμμάχους ἔχειν Συρακουσίους· ἐξ ὧν πολλοὺς μὲν Ἀθηναίων ἀπολέσαντες ἀριστίνδην καὶ τῶν συμμάχων, πολλὰς δὲ ναῦς καὶ χρήματα καὶ δύναμιν ἀποβαλόντες, αἰσχρῶς διεκομίσθησαν οἱ σωθέντες αὐτῶν. (31) Ὕστερον δ' ὑπ' Ἀργείων ἐπείσθημεν, οἵπερ νῦν ἥκουσι πείθοντες

custodiamus Argivosque belli socios si habeamus. Atqui Lacedæmonii Argos si adoriantur, opemne feremus Argivis, necne? Nam necessarium prorsus est ut horum faciamus alterutrum. Si non succurrimus, nullam nobis reliquam faciemus excusationem, quominus Argivis injuriam fecisse videamur, et Argivi jure suo faciant quidquid ipsis placuerit: sin Argivis præsto erimus, nonne nobis erit cum Lacedæmoniis decernendi necessitas? Quo quid fiat? Quo nempe aut victi cum ditione Corinthiaca una nostram amittamus, aut victores Corinthum Argivis tradamus. Non propter hoc bellabimus? (27) Age, jam Argivorum quoque spectemus causationes. Hortantur nempe nos, ut secum et cum Corinthiis conjuncti belligeremus, ipsi tamen seorsum pro agro suo ab hostilibus incursionibus eximendo stipulantur. Porro Lacedæmoniis, qui cum reliquis sociis nostris pacem fecerunt, nos fidere nolunt; et iidem Argivi negant unquam a Lacedæmoniis pactum esse violatum, quod secum privatim inissent. Avitam sibi pacem hanc appellantes qua utuntur, ceteris Græcis similem esse pacem recusant: scilicet extracto in longum bello, sperant fore ut Corintho potiantur, et, ubi vicerint eos, a quibus nunquam non victi sunt, socios victoriæ in potestatem redigant.

28. Hujusmodi spes participantes vos oportet ex duobus optare alterutrum, aut cum Argivis arma Lacedæmoniis inferre, aut ad exemplum Bœotorum cum iis pacisci. Ego vero magnopere vereor, ne morbus ille noster domesticus etiam nunc nos incessat: solemus enim, melioribus amicis posthabitis, sequiores præferre; aliorumque causa bella gerere, quanquam nostri causa in pace vivere licet. (29) Sic Persarum cum rege (oportet enim recordatione præteritorum adminiculo consiliorum uti) pactis induciis et amicitia in perpetuum duratura, quæ Epilycus Tisandri filius, matris nostræ frater, legatione sua conciliavit, non multo post decepti ab Amorge, servo regis eoque fugitivo, opes regias quasi rem vilem abjecimus, atque amicitiæ cum rege amicitiam cum Amorge prætulimus: qua contumelia rex iratus, Lacedæmoniorum ad partes se transtulit, iisque quinquies mille talenta ad bellum administravit, quo effecit ut nostræ opes convellerentur. Unum hoc erat de scitis nostris. Adde aliud. (30) Syracusani olim aliquando nos per legatos adibant, rogantes ut secum pro simultate amicitiam colere et pro bello pacem gerere mallemus, docentesque, quanto magis e re nostra facturi simus, si secum malimus, quam cum Egestanis atque Catanæis, belli societatem contrahere. Quid nos tum? Prætulimus nempe paci tum quoque bellum, et Egestanos Syracusanis, et otii domestici quieti qua poteramus gaudere Siculæ molestias expeditionis: quo factum est ut flos juventutis nostræque et sociorum periret, multisque navibus, pecuniis, opibus amissis, pauci superstites cum dedecore domum reverterentur. (31) Postremo, qui nunc Argivi huc venere vobis persuasum ut bellum denuo capessatis, ab iisdem induci nos nuper patiebamur, ut, pace quæ nobis tum cum Lacedæ-

πολεμεῖν, πλεύσαντες ἐπὶ τὴν Λακωνικὴν εἰρήνης ἡμῖν οὔσης πρὸς Λακεδαιμονίους ἐκτεῖναι τὸν θυμόν, ἀρχὴν πολλῶν κακῶν· ἐξ οὗ πολεμήσαντες ἠναγκάσθημεν τὰ τείχη κατασκάπτειν καὶ τὰς ναῦς παραδιδόναι καὶ τοὺς φεύγοντας καταδέχεσθαι. Ταῦτα δὲ πασχόντων ἡμῶν οἱ πείσαντες ἡμᾶς πολεμεῖν Ἀργεῖοι τίνα ὠφέλειαν παρέσχον ἡμῖν; τίνα δὲ κίνδυνον ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων ἐποιήσαντο; (32) Νῦν οὖν τοῦτο ὑπόλοιπόν ἐστιν ἡμῖν, πόλεμον μὲν ἑλέσθαι καὶ νῦν ἀντ' εἰρήνης, τὴν δὲ συμμαχίαν Ἀργείων ἀντὶ τῆς Βοιωτῶν, Κορινθίων δὲ τοὺς νῦν ἔχοντας τὴν πόλιν ἀντὶ Λακεδαιμονίων. Μὴ δῆτα, ὦ Ἀθηναῖοι, μηδεὶς ἡμᾶς ταῦτα πείσῃ· τὰ γὰρ παραδείγματα τὰ γεγενημένα τῶν ἁμαρτημάτων ἱκανὰ τοῖς σώφροσι τῶν ἀνθρώπων ὥστε μηκέτι ἁμαρτάνειν.

33. Εἰσὶ δέ τινες ὑμῶν οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν τῆς ἐπιθυμίας ἔχουσιν εἰρήνην ὡς τάχιστα γενέσθαι· φασὶ γὰρ καὶ τὰς τεσσαράκονθ' ἡμέρας ἐν αἷς ὑμῖν ἔξεστι βουλεύεσθαι περίεργον εἶναι, καὶ τοῦτο ἀδικεῖν ἡμᾶς· αὐτοκράτορας γὰρ πεμφθῆναι εἰς Λακεδαίμονα διὰ ταῦθ', ἵνα μὴ πάλιν ἐπαναφέρωμεν· τήν τε ἀσφάλειαν ἡμῶν τῆς ἐπαναφορᾶς δέος ὀνομάζουσι, λέγοντες ὡς οὐδεὶς πώποτε τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ἐκ τοῦ φανεροῦ πείσας ἔσωσεν, ἀλλὰ δεῖ λαθόντας ἢ ἐξαπατήσαντας αὐτὸν εὖ ποιῆσαι. Τὸν λόγον οὖν τοῦτον οὐκ ἐπαινῶ. (34) Φημὶ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, πολέμου μὲν ὄντος ἄνδρα στρατηγὸν τῇ πόλει τε εὔνουν εἰδότα τε ὅ τι πράττοι, λανθάνοντα δεῖν τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐξαπατῶντα ἄγειν ἐπὶ τοὺς κινδύνους, εἰρήνης δὲ πέρι πρεσβεύοντας κοινῆς τοῖς Ἕλλησιν, ἐφ' οἷς ὅρκοι τε ὀμοσθήσονται στῆλαί τε σταθήσονται γεγραμμέναι, ταῦτα δὲ οὔτε λαθεῖν οὔτε ἐξαπατῆσαι δεῖν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν, εἰ πεμφθέντες
28 αὐτοκράτορές τι ἀποδώσομεν ὑμῖν περὶ αὐτῶν σκέψασθαι. Βουλεύσασθαι μὲν οὖν ἀσφαλῶς χρὴ κατὰ δύναμιν, οἷς δ' ἂν ὀμόσωμεν καὶ συνθώμεθα, τούτοις ἐμμένειν. (35) Οὐ γὰρ μόνον, ὦ Ἀθηναῖοι, πρὸς γράμματα τὰ γεγραμμένα δεῖ βλέποντας πρεσβεύειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς τρόπους τοὺς ὑμετέρους. Ὑμεῖς περὶ μὲν τῶν ἑτοίμων ὑμῖν ὑπονοεῖν εἰώθατε καὶ δυσχεραίνειν, τὰ δ' οὐκ ὄντα λογοποιεῖν ὡς ἔστιν ὑμῖν ἕτοιμα· κἂν μὲν πολεμεῖν δέῃ, τῆς εἰρήνης ἐπιθυμεῖτε, ἐὰν δέ τις ὑμῖν τὴν εἰρήνην πράττῃ, λογίζεσθε τὸν πόλεμον ὅσα ἀγαθὰ ὑμῖν κατειργάσατο. (36) Ὅπου καὶ νῦν ἤδη τινὲς λέγουσιν οὐ γινώσκειν τὰς διαλλαγὰς αἵτινές εἰσιν, τείχη καὶ νῆες εἰ γενήσονται τῇ πόλει· τὰ γὰρ ἴδια τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερορίας οὐκ ἀπολαμβάνειν, ἀπὸ δὲ τῶν τειχῶν οὐκ εἶναι σφίσι τροφήν. Ἀναγκαίως οὖν ἔχει καὶ πρὸς ταῦτ' ἀντειπεῖν.

37. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτε τείχη καὶ ναῦς οὐκ ἐκτήμεθα· γενομένων δὲ τούτων τὴν ἀρχὴν ἐποιησάμεθα τῶν ἀγαθῶν. Ὧν εἰ καὶ νῦν ἐπιθυμεῖτε, ταῦτα κατεργάσασθε. Ταύτην δὲ λαβόντες ἀφορ-

moniis erat rescissa, in Laconicam infesta cum classe incurreremus: quo facinore ipsorum irritata ira multorum nobis fuit malorum principium; bellum enim inde exarsit, quo mœnia demoliri, classem hostibus tradere, exules inviti recipere coacti sumus. Harum tantarum cladium in compensationem, ecquod nobis suasores belli Argivi emolumentum attulerunt? ecquod discrimen pro Atheniensibus adierunt? (32) Jam igitur superest ut nunc quoque pro pace bellum optetis, ut Argivos socios habeatis pro Bœotis, ut Corinthiorum factionem illam quæ nunc rerum potitur Lacedæmoniis præferatis. Cavete, Athenienses, ne quis hoc nobis persuadeat: hominum enim parti sapientiori satis est documentorum in exemplis præteritis, ut denuo in eundem incidere errorem devitet.

33. Sed sunt rursus alii, tanto ardore pacis quam citissime contrahendæ inflammati, ut illo ipso quadraginta dierum spatio, quod indultum nobis ad deliberandum fuit, negent quicquam opus esse; neque recte nos agere; nam legatos plena cum potestate propterea Spartam missos esse, ne iterum hac de re ad vos referremus: cautionem nostram metum appellant, negantes unquam fuisse qui sinceritate orationis usus vos e malis eripuisset, verum clandestinis machinationibus atque fraude rebus vestris inserviendum esse dicunt. Quam ego orationem nego mihi probari. (34) Etenim, Athenienses, bello quidem tenente, aio utique imperatorem reip. deditum ejusque rei quam agit certum, oportere consilia sua clam plerumque agitare militesque rerum ignoratione delusos ad discrimina adducere; de pace autem agitantes legatos ea, quæ et cum universa Græcia communicanda sit et jurisjurandi religione sancienda et stelis insculpenda, nego decere ut acta sua occultent atque dolo utantur, imo laudem eos mereri magis quam notam, si, data ipsis potestate nil abusi summam consiliorum ad vos retulerint. Oportet itaque consilia quidem capere quam tutissima, quæ autem semel pacti jurejurando sanxerimus, ea rata præstare. (35) Neque solummodo te norem literarum quas legatis nobis additis, sed simul etiam animorum vestrorum indolem spectare debemus. Soletis enim copias jam præsentes suspectas habere; copias autem quibus caretis jactare, quasi jam iis instructi sitis: ubi bellare referat, ibi pacem appetitis; pacem rursus si quis conciliatum vobis eat, vos bona tum enumeratis quot bellum vobis pepererit; (36) præsertim quum jam nunc sint qui se negent intelligere quidnam prosint ejusmodi pacta, per quæ classis quidem et mœnia nobis restituantur, de restituendis autem sibi suis possessionibus privatis in extero solo sitis, nil caveatur: a mœnibus vero se non pasci. Necessarium igitur est ut ad hæc quoque respondeamus.

37. Erat aliquando tempus, Athenienses, quo mœniis et classe carebamus. Quibus ut primum potiti sumus, fundamenta posuimus bonorum, quorum desiderio si adhuc tenemini, age, comparemus nos quoque nobis eadem, quibus

μὴν οἱ πατέρες ἡμῶν κατειργάσαντο τῇ πόλει δύναμιν τοσαύτην ὅσην οὔπω τις ἄλλη πόλις ἐκτήσατο, τὰ μὲν πείσαντες τοὺς Ἕλληνας, τὰ δὲ λαθόντες, τὰ δὲ πριάμενοι, τὰ δὲ βιασάμενοι· (38) πείσαντες μὲν οὖν Ἀθήνησι ποιήσασθαι τῶν κοινῶν χρημάτων Ἑλληνοταμίας, καὶ τὸν σύλλογον τῶν νεῶν παρ' ἡμῖν γενέσθαι, ὅσαι δὲ τῶν πόλεων τριήρεις μὴ κέκτηνται, ταύταις ἡμᾶς παρέχειν· λαθόντες δὲ Πελοποννησίους ἐτειχίσαμεν τὰ τείχη· πριάμενοι δὲ παρὰ Λακεδαιμονίων μὴ δοῦναι τούτων δίκην· βιασάμενοι δὲ τοὺς ἐναντίους τὴν ἀρχὴν τῶν Ἑλλήνων κατειργασάμεθα. Καὶ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἐν ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἡμῖν ἔτεσιν ἐγένετο. (39) Κρατηθέντες δὲ τῷ πολέμῳ τά τε ἄλλα ἀπωλέσαμεν, καὶ τὰ τείχη καὶ τὰς ναῦς ἔλαβον ἡμῶν ἐνέχυρα Λακεδαιμόνιοι, τὰς μὲν παραλαβόντες, τὰ δὲ καθελόντες, ὅπως μὴ πάλιν ταῦτ' ἔχοντες ἀφορμὴν δύναμιν τῇ πόλει κατασκευάσαιμεν. Πεισθέντες τοίνυν ὑφ' ἡμῶν Λακεδαιμόνιοι πάρεισι νυνὶ πρέσβεις αὐτοκράτορες, τά τε ἐνέχυρα ἡμῖν ἀποδιδόντες, καὶ τὰ τείχη καὶ ναῦς ἐῶντες κεκτῆσθαι, τὰς δὲ νήσους ἡμετέρας εἶναι. (40) Τὴν αὐτὴν τοίνυν ἀρχὴν ἀγαθῶν λαμβάνοντας ἥνπερ ἡμῶν ἐλάμβανον οἱ πρόγονοι, ταύτην οὐκ ἀκτέον φασὶ τὴν εἰρήνην τινὲς εἶναι. Παριόντες οὖν αὐτοὶ διδασκόντων ἡμᾶς (ἐξουσίαν δ' αὐτοῖς ἡμεῖς ἐποιήσαμεν, προσθέντες τετταράκοντα ἡμέρας βουλεύσασθαι) τοῦτο μὲν τῶν γεγραμμένων εἴ τι τυγχάνει μὴ καλῶς ἔχον· ἔξεστι γὰρ ἀφελεῖν· τοῦτο δ' εἴ τις προσθεῖναι βούλεται, πείσας ὑμᾶς προσγραψάτω. Πᾶσί τε τοῖς γεγραμμένοις χρωμένοις ἔστιν εἰρήνην ἄγειν. Εἰ δὲ μηθὲν ἀρέσκει τούτων, πολεμεῖν ἕτοιμον. (41) Καὶ ταῦτ' ἐφ' ὑμῖν πάντ' ἐστίν, ὦ Ἀθηναῖοι, τούτων ὅ τι ἂν βούλησθε ἑλέσθαι. Πάρεισι μὲν γὰρ Ἀργεῖοι καὶ Κορίνθιοι διδάξοντες ὡς ἄμεινόν ἐστι πολεμεῖν, ἥκουσι δὲ Λακεδαιμόνιοι πείσοντες ὑμᾶς εἰρήνην ποιήσασθαι. Τούτων δ' ἐστὶ τὸ τέλος παρ' ὑμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐν Λακεδαιμονίοις, δι' ἡμᾶς. Πρεσβευτὰς οὖν πάντας ὑμᾶς ἡμεῖς οἱ πρέσβεις ποιοῦμεν· ὁ γὰρ τὴν χεῖρα μέλλων ὑμῶν αἴρειν, οὗτος ὁ πρεσβεύων ἐστίν, ὁπότερ' ἂν αὐτῷ δοκῇ, καὶ τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον ποιεῖν. Μέμνησθε μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς ἡμετέρους λόγους, ψηφίσασθε δὲ τοιαῦτα ἐξ ὧν ὑμῖν μηδέποτε μεταμελήσει.

majores usi tantam potentiam reip. astruxerunt, quantam alia nulla resp. consecuta est; idque partim persuasione, partim clandestinis machinationibus, partim redemptione, partim vi armorum. (38) Ac persuasione quidem impetrarunt ut quæstores ærarii Græcorum communis hic Athenis constituerentur; ut universæ Græciæ classis, si usus foret, hic in portu nostro conveniret; ut cui civitati triremes propriæ nullæ essent, ei nos earum copiam de nostro faceremus: ignaris porro atque invitis Peloponnesiis mœnia condidimus; cujus fraudis ut nullas daremus pœnas, id a Lacedæmoniis ære nostro redemimus: vi armorum denique adversarios coercentes principatum Græciæ obtinuimus. Atque bona hæc spatio quinque et octoginta annorum parta nobis et usu exercitata sunt. (39) Bello autem fracti, una cum reliquis bonis etiam mœnia perdidimus, classemque nostram pro arrha obsequii nostri ceperunt Lacedæmonii: classem abduxerunt, mœnia demoliri coegerunt, metuentes ne his præsidiis pristinam reip. potentiam restitueremus. Nunc autem Lacedæmonii, oratione nostra permoti, per legatos adsunt plena potestate instructos, et quum arrham nobis nostram reddunt, tum permittunt mœnia rursus habere classemque novam comparare et insulas juris nostri esse. (40) Et quanquam nunc idem secundæ fortunæ principium nanciscamini, quod olim majores vestri nanciscebantur, sunt tamen qui pacem hanc negent pro pace esse habendam. Procedant hi atque doceant (cujus rei copiam iis fecimus, in clausula stipulantes ut spatium dierum quadraginta detur deliberationi), doceant itaque, si quid in scriptis conditionibus minus recte habet; licet enim id expungere: aut si quis adhuc addendum quid censeat, vobis persuasis, id ascribito. Quæcunque ad hunc modum in literas relata fuerint, iis si utemini, pace licebit uti; sin autem horum omnium nihil placet, bello licet decernere. (41) In potestate vestra est, utrum horum voletis, id optare. Adsunt enim Argivi et Corinthii, qui docere contendent, bellum geri expedire; rursus Lacedæmone veniunt legati, ad pacem contrahendam vos adhortaturi. Causæ hujus arbitratio penes vos est, non penes Lacedæmonios; et hoc nostræ debetis cautioni. Jam nos legati, facimus vosmetipsos omnes vestri legatos: quicunque enim mox in suffragando manus attollet, sive pacem sive bellum sciscet, perinde est habendus ac si ipse suo nomine legatione fungeretur. Age jam, decernite ea, quorum vos in posterum nunquam pœniteat.

IV.

29 [ΑΝΔΟΚΙΔΟΥ] ΚΑΤΑ ΑΛΚΙΒΙΑΔΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀνδοκίδης Ἀλκιβιάδου κατηγορεῖ τοῦ Κλεινίου ὡς καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τῶν συμμάχων διαφθείραντος καὶ κατὰ τὸν ἴδιον βίον πλεῖστα ἡμαρτηκότος· τοῦ δὲ δήμου βουλευομένου καὶ αὐτὸν ἐξοστρακίσαι τὸν Ἀνδοκίδην πρῶτον παραγράφεται, λέγων ἤδη ἀπολελογῆσθαι καὶ ἀνεύθυνος εἶναι. Εἰρήκαμεν γὰρ πολλάκις ὅτι δεῖ τὸν τοῖς αὐτοῖς ἐγκλήμασι δοκοῦντα ἐνέχεσθαι πρῶτον ἑαυτὸν ἐλευθεροῦν, εἶτα διαβάλ-

IV.

[ANDOCIDIS] CONTRA ALCIBIADEM.

ARGUMENTUM.

Andocides Alcibiadem Cliniæ filium accusat, quippe qui et urbis et sociorum res pessumdaret, luxurioseque viveret; populoque consultante, ut ipsum Andocidem ostracismo relegaret, primum rejecit, se ipsum jam defendisse dicens innocentemque esse. Sæpe enim dictum est, eum qui suis propriis delictis obnoxius sit, se ipsum primum liberare debere, et tum demum

λειν. Τὴν δὲ στάσιν οἱ μὲν φασιν ὁρικὴν εἶναι, οἱ δὲ πραγματικήν. Ἠκριβωμένη δὲ ἡ στάσις κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν μετάληψίς ἐστι (παραγράφεται γάρ), ἐν δὲ τοῖς ὑστέροις πραγματική· δίκαιον γάρ φησι καὶ συμφέρον ἐξοστρακισθῆναι Ἀλκιβιάδην.

Οὐκ ἐν τῷ παρόντι μόνον γιγνώσκω τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ὡς σφαλερόν ἐστιν ἅπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρότερον χαλεπὸν ἡγούμην, πρὶν τῶν κοινῶν ἐπιμελεῖσθαί τινας. Πολίτου δὲ ἀγαθοῦ νομίζω προκινδυνεύειν ἐθέλειν τοῦ πλήθους, καὶ μὴ καταδείσαντα τὰς ἔχθρας τὰς ἰδίας ὑπὲρ τῶν δημοσίων ἔχειν ἡσυχίαν· διὰ μὲν γὰρ τοὺς τῶν ἰδίων ἐπιμελουμένους οὐδὲν αἱ πόλεις μείζους καθίστανται, διὰ δὲ τοὺς τῶν κοινῶν μεγάλαι καὶ ἐλεύθεραι γίγνονται. (2) Ὧν εἷς ἐγὼ βουληθεὶς ἐξετάζεσθαι μεγίστοις περιπέπτωκα κινδύνοις, προθύμων μὲν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὑμῶν τυγχάνων, δι' ὅπερ σώζομαι, πλείστοις δὲ καὶ δεινοτάτοις ἐχθροῖς χρώμενος, ὑφ' ὧν διαβάλλομαι. Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν ὁ παρὼν οὐ στεφανηφόρος, ἀλλ' εἰ χρὴ μηδὲν ἀδικήσαντα τὴν πόλιν δέκα ἔτη φεύγειν· οἱ δ' ἀνταγωνιζόμενοι περὶ τῶν ἄθλων τούτων ἐσμὲν ἐγὼ καὶ Ἀλκιβιάδης καὶ Νικίας, ὧν ἀναγκαῖον ἕνα τῇ συμφορᾷ περιπεσεῖν.

3. Ἄξιον δὲ μέμψασθαι τὸν θέντα τὸν νόμον, ὃς ἐναντία τῷ ὅρκῳ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ἐνομοθέτησεν· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὄμνυτε μηδένα μήτε ἐξελᾶν μήτε δήσειν μήτε ἀποκτενεῖν ἄκριτον, ἐν δὲ τῷδε τῷ καιρῷ οὔτε κατηγορίας γενομένης οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης διαψηφισαμένων κρύβδην, τὸν ὀστρακισθέντα τοσοῦτον χρόνον δεῖ στερηθῆναι τῆς πόλεως. (4) Εἶτα ἐν τοῖς τοιούτοις οἱ τοὺς ἑταίρους καὶ συνωμότας κεκτημένοι πλέον φέρονται τῶν ἄλλων· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ λαχόντες κρίνουσιν, ἀλλὰ τούτου τοῦ πράγματος ἅπασιν Ἀθηναίοις μέτεστι. Πρὸς δὲ τούτοις τῷ μὲν ἐλλείπειν, τῷ δ' ὑπερβάλλειν ὁ νόμος μοι δοκεῖ· τῶν μὲν γὰρ ἰδίων ἀδικημάτων μεγάλην τιμωρίαν ταύτην νομίζω, τῶν δὲ δημοσίων μικρὰν καὶ οὐδενὸς ἀξίαν ἡγοῦμαι ζημίαν, ἐξὸν κολάζειν χρήμασι καὶ δεσμῷ καὶ θανάτῳ. (5) Ἔτι δ' εἴ τις διὰ τοῦτο μεθίσταται ὅτι πονηρὸς πολίτης ἐστίν, οὗτος οὐδ' ἀπελθὼν ἐνθένδε παύσεται, ἀλλ' ὅπου ἂν οἰκῇ, ταύτην τὴν πόλιν διαφθερεῖ, καὶ τῇδε οὐδὲν ἧττον ἐπιβουλεύσει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δικαιότερον ἢ πρὶν ἐκβληθῆναι. Οἶμαι δὲ καὶ τοὺς φίλους ὑμῶν ἐν ταύτῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ λυπεῖσθαι καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἥδεσθαι, συνειδότας ὡς ἂν ἀγνοήσαντες ἐξελάσητε τὸν βέλτιστον, δέκα ἐτῶν ἡ πόλις οὐδὲν ἀγαθὸν ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς πείσεται. (6) Ῥᾴδιον δὲ καὶ ἐντεῦθεν γνῶναι τὸν νόμον πονηρὸν ὄντα· μόνοι γὰρ αὐτῷ τῶν Ἑλλήνων χρώμεθα, καὶ οὐδεμία τῶν ἄλλων πόλεων ἐθέλει μιμήσασθαι. Καίτοι ταῦτα διέγνωσται ἄριστα τῶν δογμάτων, ἃ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ τοῖς ὀλίγοις ἁρμόττοντα μάλιστα τυγχάνει καὶ πλείστους ἐπιθυμητὰς ἔχει.

7. Περὶ μὲν οὖν τούτων οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ μακρότερα λέγειν· πάντως οὐδὲν γὰρ ἂν πλεῖον εἰς τὸ παρὸν ποιή-

alios accusare licere. Causam alii definitivam, alii vero negotialem esse dicunt. Accurata quidem causa est, nam a principio translatio est — refellit enim —: in fine vero negotialis: æquum enim dicit et utile, Alcibiadem relegari.

Non nunc solum didici, rempublicam attingere quam sit anceps, verum etiam dudum, antequam partem ullam reip. tractandam mihi sumerem, rem hanc duxi esse perarduam. Verumtamen boni civis hoc autumo esse, ut caput periculis pro multitudine objicere nil dubitet, neque metu privatarum simultatum amandata reip. cura, in otium secedat: per eos enim, qui rerum solummodo suarum privatarum satagunt, civitates nihilo fiunt splendidiores; publica vero negotia qui administranda capessunt, his civitates incrementa sua libertatemque debent. (2) Quorum ego studens in numero haberi, gravissima incidi in discrimina; æquos tamen atque benevolos vos nactus judices, nil metuam, tametsi calumniis inimicorum et plurimorum et teterrimorum exagiter. Agitur itaque hoc certamine, non corona, sed hoc, utrum culpa mihi vacuo patria per decennium carendum sit, necne; comparati mecum sunt hoc in certamine Nicias et Alcibiades: nostrûm ergo unum aliquem necesse est hoc infortunio feriri.

3. Legem hanc testulariam non possum non reprehendere, quæ utrique jurijurando, quum civium, tum senatorum, contraria sanxerit: juratis enim vos neque civitate quenquam esse ejecturos neque in custodiam daturos neque extremo supplicio causa non audita addicturos; in hujusmodi autem causis neque die neque defensione dicta, tabellis clam diditis, condemnato tesseris per tam longum tempus patria carendum est. (4) Deinde vero fieri in his solet, ut ii qui sodalium et conjuratorum numero prævalent, secundiore cum fortuna discedant: non enim sortiti judices disceptant, ut in judiciis, verum universus populus hic intervenit. Præterea lex mihi alia ex parte deficere, ex alia modum excedere videtur: privatorum enim delictorum hæc pœna justo est atrocior; criminum autem ad remp. pertinentium pœnam eam minutam atque contemnendam arbitror esse: poterant enim hæc sive mulcta pecuniaria, sive carcere, sive extremo supplicio castigari. (5) Adde, quod, qui exulare propterea jubetur, quod *malus* civis est, is hac pœna non emendatur; sed corrumpet etiam illam civitatem in quam se ingesserit; nec minus patriæ insidiabitur atque ante fecit quam expelleretur, sed vel magis etiam atque titulo juris speciosiore. Censeo etiam amicos vestros hac maxime ostracismi die dolere, inimicos autem gaudio affici, intelligentes, si per inscitiam vestram contingat ut virum optimum ejiciatis, futurum esse ut resp. ab eo per totum decennium nullum fructum percipiat. (6) Verum hinc quoque facile sit cernere legem hanc malam esse, quod Græcarum omnium civitatum nulla hac lege ad exemplum nostrum uti voluerit. Atqui ea scitorum optima esse dignoscuntur, quæ multis perinde atque paucis conveniant, et in quorum appetitione quam plurimorum certet æmulatio.

7. Verum de his cur pluribus disputem, non video; nihil enim profecto ad rem præsentem profecerimus: hoc

σαιμεν· δέομαι δ' ὑμῶν τῶν λόγων ἴσους καὶ κοινοὺς ἡμῖν ἐπιστάτας γενέσθαι, καὶ πάντας ἄρχοντας περὶ τούτων καταστῆναι, καὶ μήτε τοῖς λοιδορουμένοις μήτε τοῖς ὑπὲρ καιρὸν χαριζομένοις ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ τῷ μὲν θέλοντι λέγειν καὶ ἀκούειν εὐμενεῖς εἶναι, τῷ δὲ ἀσελγαίνοντι καὶ θορυβοῦντι χαλεπούς. Ἀκούσαντες γὰρ ἑκάστου τῶν ὑπαρχόντων ἄμεινον βουλεύσεσθε περὶ ἡμῶν.

8. Ἔστι δὲ περὶ τῆς μισοδημίας καὶ τῆς στασιωτείας βραχύς μοι λόγος καταλελειμμένος. Εἰ μὲν γὰρ ἄκριτος ἦν, εἰκότως ἂν τῶν κατηγορούντων ἀκροᾶσθε καὶ ἐμοὶ ἀναγκαῖον ἦν ἀπολογεῖσθαι περὶ τούτων· ἐπειδὴ δὲ τετράκις ἀγωνιζόμενος ἀπέφυγον, οὐκέτι δίκαιον ἡγοῦμαι λόγον οὐδένα περὶ τούτου γίνεσθαι. Πρὶν μὲν γὰρ κριθῆναι οὐ ῥᾴδιον ἦν εἰδέναι τὰς αἰτίας, οὔτ' εἰ ψευδεῖς εἰσιν οὔτ' εἰ ἀληθεῖς· ἀποφυγόντος δὲ ἢ καταγνωσθέντος τέλος ἔχει καὶ διώρισται τούτων ὁπότερόν ἐστιν. (9) Ὥστε δεινὸν νομίζω τοὺς μὲν ἁλόντας μιᾷ ψήφῳ μόνον ἀποθνήσκειν, καὶ τὰ χρήματα δημεύειν αὐτῶν, τοὺς δὲ νικήσαντας πάλιν τὰς αὐτὰς κατηγορίας ὑπομένειν, καὶ τοὺς δικαστὰς ἀπολέσαι μὲν κυρίους εἶναι, σῶσαι δ' ἀκύρους καὶ ἀτελεῖς φαίνεσθαι, ἄλλως τε καὶ τῶν νόμων ἀπαγορευόντων δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν μὴ ἐξεῖναι δικάζεσθαι, καὶ ὑμῶν ὀμωμοκότων χρῆσθαι τοῖς νόμοις.

10. Ὧν ἕνεκα περὶ ἐμαυτοῦ παραλιπὼν Ἀλκιβιάδου τὸν βίον ἀναμνῆσαι βούλομαι. Καίτοι ἀπορῶ γε διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων πόθεν ἄρξωμαι, ἐμποδὼν ἁπάντων ὄντων. Περὶ μὲν οὖν μοιχείας καὶ γυναικῶν ἀλλοτρίων ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἄλλης βιαιότητος καὶ παρανομίας καθ' ἕκαστον εἰ δεήσει λέγειν, οὐχ ἂν ἐξαρκέσειεν ὁ παρὼν χρόνος, ἅμα δὲ πολλοῖς ἀπεχθοίμην τῶν πολιτῶν, φανερὰς τὰς συμφορὰς ποιῶν αὐτῶν. Ἃ δὲ περὶ τὴν πόλιν εἴργασται καὶ τοὺς προσήκοντας καὶ τῶν ἄλλων ἀστῶν καὶ ξένων τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀποδείξω. (11) Πρῶτον μὲν οὖν πείσας ὑμᾶς τὸν φόρον ταῖς πόλεσιν ἐξ ἀρχῆς τάξαι τὸν ὑπ' Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον, αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατος αὐτὸς μάλιστα διπλάσιον αὐτὸν ἑκάστῳ τῶν συμμάχων ἐποίησεν, ἐπιδείξας δ' αὑτὸν φοβερὸν καὶ μέγα δυνάμενον, ἰδίας ἀπὸ τῶν κοινῶν προσόδους κατεσκευάσατο. Σκέψασθε δὲ πῶς ἄν τις κακὰ μείζω τούτων κατασκευάσειεν, εἰ τῆς σωτηρίας ἡμῖν πάσης διὰ τῶν συμμάχων οὔσης, ὁμολογουμένως νῦν κάκιον ἢ πρότερον πραττόντων, τὸν φόρον ἑκάστοις διπλάσειεν. (12) Ὥστ' εἴπερ ἡγεῖσθε πολίτην ἀγαθὸν Ἀριστείδην καὶ δίκαιον γεγονέναι, τοῦτον προσήκει κάκιστον νομίζειν ὡς τἀναντία περὶ τῶν πόλεων ἐκείνῳ γινώσκοντα. Τοιγάρτοι διὰ ταῦτα πολλοὶ τὴν πατρίδα τὴν αὑτῶν ἀπολιπόντες φυγάδες γίνονται καὶ εἰς Θουρίους οἰκήσοντες ἀπέρχονται. Δηλώσει δὲ ἡ τῶν συμμάχων ἔχθρα πρῶτον, ὅταν ἡμῖν καὶ Λακεδαιμονίοις γένηται ναυτικὸς πόλεμος. Ἐγὼ δὲ νομίζω τὸν τοιοῦτον πονηρὸν εἶναι προστάτην, ὅστις τοῦ παρόντος χρόνου ἐπιμελεῖται, ἀλλὰ μὴ καὶ τοῦ

autem vos rogo, ut dicendorum æqui et communes velitis arbitri esse, utque vos omnes in his magistratuum vice fungamini, neque conviciorum neque adulationum intemperantiæ locum concedatis, sed composite causam dicenti aures præbeatis propitias, infestas autem insolenti atque clamoso. Quo enim diligentius de uno quoque loco audiveritis, hoc melius vobis licebit de nobis statuere.

8. De odio regiminis popularis deque factiositatis crimine perpauca mihi dicenda reliqua sunt. Quodsi de his nondum subiissem judicium, merito vos accusatores ferretis, mihique defendendi me de his esset necessitas : posteaquam vero jam quattuor e judiciis absolutus discessi, æquum haud arbitror esse denuo me hac de re verba facere. Antea quidem sciri haud facile poterat, verane esset an commentitia criminatio; post dictam vero sententiam sive absolventem sive condemnantem, perempta de his et definita lis est. (9) Grave itaque mihi videtur, reos vel uno tantum suffragio condemnatos capite plecti bonaque eorum publicari; absolutis autem iterum sustinendas esse iisdem de criminibus actiones; et perdendi quidem potestatem penes judices esse, servandi autem irritam atque nullam videri; idque lege vetante, de eodem homine eadem in causa bis judicari, et tametsi vos legibus uti juraveritis.

10. Quamobrem mea persona prætermissa, Alcibiadis mores memoriæ vestræ subjicere volo. Dubius autem hæreo unde ordiar; tot sunt delicta, quæ confertim omnia sese offerunt. Quodsi stupra ejus matronarumque raptus et reliquas hujusmodi contumelias cum violentia conjunctas pacem civilem disturbante, singula omnia commemorare vellem, tempus mihi præfinitum non suffecerit, simulque civium multorum in offensionem sim incursurus, si calamitates eorum domesticas publice exponam : quæ autem in remp. patraverit et in cognatos et civium peregrinorumque obvium quemque, ea demonstrabo. (11) Itaque, ut hinc exordiar, auctor quum vobis fuisset, ut tributorum rationem, quam summa cum æquitate Aristides Græcis civitatibus constituerat, reformaretis : ipse huic rei cum aliis novem præfectus sociis vestris tributa propemodum duplicavit : qua in re quum planum fecisset, quantum posset et quam esset formidandus, vectigalia publica suam in rem intervertit. Jam reputetis, quomodo majus aliquis malum reip. afferre possit, quam si tributa geminata imponat sociis vestris, penes quos omnis vestra salus est, quosque constat nunc esse teteriore loco atque olim fuerunt. (12) Civem itaque bonum et justum fuisse Aristidem si existimatis, convenit ut Alcibiadem habeatis nequissimum, ut qui contraria illi de civitatibus sciverit, ideoque auctor exstiterit, ut multi relicta patria exules fiant et Thurios concedant habitatum. Prodet sese hæc sociorum erga nos simultas, quum primum fiet ut cum Lacedæmoniis bello maritimo committamur. Malum ego eum judico reip. dispensatorem, qui præsentis, non vero etiam futuri temporis habeat

μέλλοντος προνοεῖται, καὶ τὰ ἥδιστα τῷ πλήθει, παραλιπὼν τὰ βέλτιστα, συμβουλεύει. (13) Θαυμάζω δὲ τῶν πεπεισμένων Ἀλκιβιάδην δημοκρατίας ἐπιθυμεῖν, τοιαύτης πολιτείας ἣ μάλιστα [διὰ] κοινότητα δοκεῖ εὑρῆσθαι, οἳ οὐδ' ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐτὸν θεῶνται, ὁρῶντες τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν ὑπερηφανίαν, ὃς τὴν Καλλίου γήμας ἀδελφὴν ἐπὶ δέκα ταλάντοις, τελευτήσαντος Ἱππονίκου στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ ἕτερα τοσαῦτα προσεπράξατο, λέγων ὡς ὡμολόγησεν ἐκεῖνος, ὁπότε παῖς αὐτῷ ἐκ τῆς θυγατρὸς γένοιτο, προσθήσειν ταῦτα. (14) Λαβὼν δὲ τοσαύτην προῖκα ὅσην οὐδεὶς τῶν Ἑλλήνων, οὕτως ὑβριστὴς ἦν, ἐπεισάγων εἰς τὴν αὐτὴν οἰκίαν ἑταίρας, καὶ δούλας καὶ ἐλευθέρας, ὥστ' ἠνάγκασε τὴν γυναῖκα σωφρονεστάτην οὖσαν ἀπολιπεῖν, ἐλθοῦσαν πρὸς τὸν ἄρχοντα κατὰ τὸν νόμον. Οὗ δὴ μάλιστα τὴν αὑτοῦ δύναμιν ἐπεδείξατο· παρακαλέσας γὰρ τοὺς ἑταίρους, ἁρπάσας ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὴν γυναῖκα ᾤχετο βίᾳ, καὶ πᾶσιν ἐδήλωσε καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν νό-
31 μων καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν καταφρονῶν. (15) Οὐ τοίνυν ταῦτα μόνον ἐξήρκεσεν, ἀλλὰ καὶ λαθραῖον θάνατον ἐπεβούλευσε Καλλίᾳ, ἵνα τὸν οἶκον τὸν Ἱππονίκου κατάσχοι, ὡς ἐναντίον πάντων ὑμῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κατηγόρει· καὶ τὰ χρήματα τῷ δήμῳ ἔδωκεν, εἴ πως τελευτήσειεν ἄπαις, φοβούμενος μὴ διὰ τὴν οὐσίαν ἀπόλοιτο. Καίτοι ὅστις ὑβρίζει γυναῖκα τὴν ἑαυτοῦ καὶ τῷ κηδεστῇ θάνατον ἐπιβουλεύει, τί χρὴ προσδοκᾶν τοῦτον περὶ τοὺς ἐντυχόντας τῶν πολιτῶν διαπράττεσθαι; πάντες γὰρ ἄνθρωποι τοὺς οἰκείους τῶν ἀλλοτρίων ποιοῦνται περὶ πλείονος. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἔρημος οὐδ' εὐαδίκητός ἐστιν, ἐπεὶ διὰ τὸν πλοῦτον ἔχει πολλοὺς τοὺς βοηθήσοντας. (16) Ὃ δὲ πάντων δεινότατόν ἐστι, τοιοῦτος ὢν ὡς εὔνους τῷ δήμῳ τοὺς λόγους ποιεῖται, αὐτὸς [δ'] ἄλλους ὀλιγαρχικοὺς καὶ μισοδήμους ἀποκαλεῖ· καὶ ὃν ἔδει τεθνάναι διὰ τὰ ἐπιτηδεύματα, κατήγορος τῶν διαβεβλημένων ὑφ' ἡμῶν αἱρεῖται, καί φησι φύλαξ εἶναι τῆς πολιτείας, οὐδενὶ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων οὔτ' ἴσον οὔτ' ὀλίγῳ πλέον ἀξιῶν ἔχειν· ἀλλ' οὕτω σφόδρα καταπεφρόνηκεν ὥστε διατετέλεκεν ἀθρόους μὲν ὑμᾶς κολακεύων, ἕνα δ' ἕκαστον προπηλακίζων. (17) Ὃς εἰς τοσοῦτον ἐλήλυθε τόλμης, ὥστε πείσας Ἀγάθαρχον τὸν γραφέα συνεισελθεῖν οἴκαδε, τὴν οἰκίαν ἐπηνάγκασε γράφειν, δεομένου δὲ καὶ προφάσεις ἀληθεῖς λέγοντος, ὡς οὐκ ἂν δύναιτο ταῦτα πράττειν ἤδη διὰ τὸ συγγραφὰς ἔχειν παρ' ἑτέρων, προεῖπεν αὐτῷ δήσειν, εἰ μὴ πάνυ ταχέως γράφοι. Ὅπερ ἐποίησε· καὶ οὐ πρότερον ἀπηλλάγη πρὶν ἀποδρὰς ᾤχετο τετάρτῳ μηνί, τοὺς φύλακας λαθών, ὥσπερ παρὰ βασιλέως. Οὕτω δ' ἀναίσχυντός ἐστιν, ὥστε προσελθὼν ἐνεκάλει αὐτῷ ὡς ἀδικούμενος, καὶ οὐχ ὧν ἐβιάσατο μετέμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κατέλιπε τὸ ἔργον ἠπείλει, καὶ οὔτε τῆς δημοκρατίας οὔτε τῆς ἐλευθερίας οὐδὲν ἦν ὄφελος· οὐδὲν γὰρ ἧττον ἐδεδήκει τῶν ὁμολογουμένων δούλων. (18) Ἀγανακτῶ δ' ἐνθυμούμενος ὑμῖν μὲν οὐδὲ τοὺς κακούργους ἀσφαλὲς εἰς τὸ δεσμωτήριον ὂν ἀπάγειν, διὰ τὸ χιλίας δραχμὰς

rationem, qui quæ gratissima plebi sunt, non vero quæ utilissima, in concionibus suadere soleat. (13) Miror autem esse qui Alcibiadem democratiæ sive ejus reipublicæ formæ studiosum esse opinentur, quæ præ ceteris ex juris inter omnes æqualitate profecta videtur, quum tamen ne in suis quidem eum a cupiditate et insolentia sibi temperare cernant: quippe qui quum Calliæ sororem in matrimonium duxisset cum dote decem talentorum, mox ubi Hipponicus dux ad Delium cecidit, alia totidem exegit, quæ dicebat Hipponicum promisisse se, si filium filia peperisset, additurum esse. (14) Et quum tantam dotem haberet quantam nullus Græcorum, adeo se gessit insolentem, ut in conjugale domicilium scorta induceret et ingenuæ et servilis conditionis, eoque uxorem adigeret, matronam insignis pudicitiæ, ut domo mariti derelicta ad archontem questum iret, sicuti lex est. Verum ibi vel maxime potentiam suam declaravit Alcibiades: conducta enim satellitum caterva e foro uxorem per vim rapiens abduxit; eoque palam omnibus fecit, et magistratus et leges et cives reliquos a se contemni. (15) Verum ne hic quidem substitit, sed etiam vitæ Calliæ insidiatus est, quo omnes Hipponici facultates obtineret: ejus enim criminis coram vobis in populi concione accusatus est. Porro Callias populum heredem bonorum suorum fecit, si contingeret ipsi ut sine prole decederet; id vero metuens faciebat, ne opes sibi exitium afferrent. Jam vero si quis uxorem suam contumeliis afficit ac vitæ cognati insidiatur, quomodo hunc erga reliquos cives se gesturum exspectare licet? Omnes enim homines plurimi facere solent necessarios. Minime tamen desertus est, ut facile lædi possit: quoniam propter divitias suas adjutores habet quamplurimos. (16) Quod autem omnium est indignissimum, is quum sit Alcibiades, tamen quasi populi studiosus concionatur, aliosque optimatium sectatores et plebem exosos appellitat; et quum ipse capitis damnari ob studia sua deberet, tamen aliorum diffamatorum vel suspectorum publicus accusator a vobis eligitur: idemque regiminis popularis se custodem fert, quum tamen reliquorum Atheniensium neque æqualis neque paululum solummodo superior esse velit; ita autem vos nullo in loco habet ut congregato quidem populo aduletur, singulis vero quibusque civibus insultet. (17) Eoque processit audaciæ, ut Agatharchum pictorem, persuasum secum domum suam venire, coegerit illam picturis exornare; illoque declinante verasque excusationes allegante (se nempe jam aliis operam suam elocasse), comminatus sit carcerem, nisi protinus opus inciperet. Fecit ille imperata, nec antea liberatus est quam quarto demum mense contigisset, ut deceptis custodibus, quasi e regia quadam aufugeret. Et nihilominus Alcibiades tam erat impudens, ut ad Agatharchum accederet, cum eoque velut injuriam passus quereretur, nec ausorum ipsum pœniteret, sed pictorem insuper minis territaret, quod opus affectum destituisset: nihil itaque pictori profuerat, quod civis liberæ civitatis et vir ingenuus esset: haud aliter enim ac si e confesso servus esset, ab Alcibiade detentus erat. (18) Indignor autem reputans vobis ne maleficos quidem tuto licere in carcerem abducere, quoniam mille drachmis ex lege mulctatur qui partem quintam suffragio-

τετάχθαι ἀποτῖσαι ὃς ἂν τὸ πέμπτον μέρος μὴ μεταλάβῃ τῶν ψήφων· ὁ δὲ τοσοῦτον χρόνον εἵρξας καὶ ἐπαναγκάζων γράφειν οὐδὲν κακὸν πέπονθεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα σεμνότερος δοκεῖ καὶ φοβερώτερος εἶναι. Καὶ πρὸς μὲν τὰς ἄλλας πόλεις ἐν τοῖς συμβόλοις συντιθέμεθα μὴ ἐξεῖναι μήθ' εἷρξαι μήτε δῆσαι τὸν ἐλεύθερον· ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν· τούτου δὲ τοιαῦτα πράξαντος οὐδεμίαν οὐδεὶς οὔτ' ἰδίαν οὔτε δημοσίαν τιμωρίαν ποιεῖται. (19) Νομίζω δὲ ταύτην εἶναι σωτηρίαν ἅπασι, πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι καὶ τοῖς νόμοις· ὅστις δὲ ὑπερορᾷ ταῦτα, τὴν μεγίστην φυλακὴν ἀνῄρηκε τῆς πόλεως. Δεινὸν μὲν οὖν ἐστι καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων τὰ δίκαια πάσχειν κακῶς, πολὺ δὲ χαλεπώτερον, ὅταν τις ἐπιστάμενος τὰ διαφέροντα παραβαίνειν τολμᾷ· φανερῶς γὰρ ἐνδείκνυται, ὥσπερ οὗτος, οὐκ αὐτὸς τοῖς νόμοις τοῖς τῆς πόλεως, ἀλλ' ὑμᾶς τοῖς αὑτοῦ τρόποις ἀκολουθεῖν ἀξιῶν.

20. Ἐνθυμήθητε δὲ Ταυρέαν, ὃς ἀντιχορηγὸς ἦν Ἀλκιβιάδῃ παισί. Κελεύοντος δὲ τοῦ νόμου τῶν χορευτῶν ἐξάγειν ὃν ἄν τις βούληται ξένον, ἀγωνιζόμενον οὐκ ἐξὸν ἐπιχειρήσαντα κωλύειν, ἐναντίον ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν θεωρούντων καὶ τῶν ἀρχόντων ἁπάντων παρόντων ἐν τῇ πόλει τύπτων ἐξήλασεν αὐτόν, καὶ τῶν θεατῶν συμφιλονεικούντων ἐκείνῳ καὶ μισούντων τοῦτον, ὥστε τῶν χορῶν τὸν μὲν ἐπαινούντων, τοῦ δ' ἀκροάσασθαι οὐκ ἐθελόντων, οὐδὲν πλεῖον ἔπραξεν· (21) ἀλλὰ τῶν κριτῶν οἱ μὲν φοβούμενοι, οἱ δὲ χαριζόμενοι νικᾶν ἔκριναν αὐτόν, περὶ ἐλάττονος ποιούμενοι τὸν ὅρκον ἢ τοῦτον. Εἰκότως δέ μοι δοκοῦσιν οἱ κριταὶ ὑπέρχεσθαι Ἀλκιβιάδην ὁρῶντες Ταυρέαν τοσαῦτα μὲν χρήματα ἀναλώσαντα προπηλακιζόμενον, τὸν δὲ τοιαῦ-
32 τα παρανομοῦντα μέγιστον δυνάμενον. Αἴτιοι δὲ ὑμεῖς, οὐ τιμωρούμενοι τοὺς ὑβρίζοντας, καὶ τοὺς μὲν λάθρᾳ ἀδικοῦντας κολάζοντες, τοὺς δὲ φανερῶς ἀσελγαίνοντας θαυμάζοντες. (22) Τοιγάρτοι τῶν νέων αἱ διατριβαὶ οὐκ ἐν τοῖς γυμνασίοις, ἀλλ' ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἰσί, καὶ στρατεύονται μὲν οἱ πρεσβύτεροι, δημηγοροῦσι δὲ οἱ νεώτεροι, παραδείγματι τούτῳ χρώμενοι, ὃς τηλικαύτας ποιεῖται τῶν ἁμαρτημάτων ὑπερβολάς, ὥστε περὶ τῶν Μηλίων γνώμην ἀποφηνάμενος ἐξανδραποδίζεσθαι, πριάμενος γυναῖκα τῶν αἰχμαλώτων υἱὸν ἐξ αὐτῆς πεποίηται, ὃς τοσούτῳ παρανομωτέρως Αἰγίσθου γέγονεν, ὥστ' ἐκ τῶν ἐχθίστων ἀλλήλοις πέφυκε, καὶ τῶν οἰκειοτάτων ὑπάρχει αὐτῷ τὰ ἔσχατα τοὺς μὲν πεποιηκέναι, τοὺς δὲ πεπονθέναι. Ἄξιον δὲ τὴν τόλμαν αὐτοῦ σαφέστερον ἔτι διελθεῖν. (23) Ἐκ ταύτης γὰρ παιδοποιεῖται τῆς γυναικός, ἣν ἀντ' ἐλευθέρας δούλην κατέστησε, καὶ ἧς τὸν πατέρα καὶ τοὺς προσήκοντας ἀπέκτεινε, καὶ ἧς τὴν πόλιν ἀνάστατον πεποίηκεν ὡς ἂν μάλιστα τὸν υἱὸν ἐχθρὸν ἑαυτῷ καὶ τῇ πόλει ποιήσειε· τοσαύταις ἀνάγκαις κατείληπται μισεῖν. Ἀλλ' ὑμεῖς ἐν μὲν ταῖς τραγῳδίαις τοιαῦτα θεωροῦντες δεινὰ νομίζετε, γινόμενα δ' ἐν τῇ πόλει ὁρῶντες οὐδὲν φροντίζετε. Καίτοι ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἐπίστασθε πότερον οὕτω γεγένηται ἢ πέπλασται

rum haud obtinuerit; istum vero, quum civem tamdiu coercitum detinuisset atque pingere coegisset, tamen impunem abire atque eo ipso magnificentiorem videri magisque formidandum. Et reliquis quidem civitatibus, quibuscum de jure commerciorum pacta inimus, recipimus hominem ingenuum neque in custodiam neque in vincula dandum esse; quam legem qui migret, ei ingens mulcta proponitur: ab hoc autem Alcibiade, quanquam ista patravit, nemo pœnam neque privatim neque publice repetit. (19) Ego vero salutem omnium eo contineri puto, ut magistratibus atque legibus cives pareant: quas qui contemnit, firmissimum destruit civitatis præsidium. Acerbum semper est malum accipere vel ab iis qui jura nesciant: multo autem acerbius est, si quis sciens ea quæ summa cuique sunt violare ausit; is enim palam denuntiat, quemadmodum hic, æquum se existimare, non ut ipse patriæ legibus obsecundet, sed ut vos libidini suæ serviatis.

20. Præterea Taureæ casum reputate, qui antichoregus Alcibiadi fuit. Etenim quum lex choreutarum peregrinorum quem quis velit ab orchestra arcendi quidem veniam det, jam certantem autem non sinat vi adhibita prohiberi; tamen Alcibiades ante oculos vestros ceterorumque Græcorum spectatorum, quanquam archontes omnes in urbe aderant, verberibus Tauream e scena expulit; hic vero, etiamsi spectantes Taureæ faverent et Alcibiadem odissent, et illius quidem laudarent chorum, hujus vero audire nollent, nihil tamen inde profecit: (21) nam judices, partim metu Alcibiadis, partim gratia, victorem eum declararunt, minoris facientes jusjurandum suum quam Alcibiadem. Haud absurde enim statuere mihi videor judices gratiam Alcibiadis eblandiri voluisse, videntes Tauream quidem post tanta expensa affectum contumelia, alterum vero in tanto legum contemptu summa gaudentem potestate. Culpa rei penes vos est, qui petulantes pœnis non coercetis, qui clam quid peccantes castigatis, palam autem lascivientes admiramini. (22) Hinc fit ut adolescentes habitent, non in gymnasiis, sed in tribunalibus, ut seniores faciant militiam, juniores in foro concionentur, exemplo utentes Alcibiadis, qui errorum insania adeo furit, ut, postquam ipse persuasisset Melios pro mancipiis vendendos esse, mulierem e captivis sibi emeret filiumque ex ea gigneret, cujus natales magis etiam quam Ægisthi olim erant nefandæ; nam ex infensissimis sibi parentibus natus est, atque conjunctissimos ipsi eos habet, quorum alter intulit, altera passa est extremas injurias. Sed operæ pretium est temeritatem hanc Alcibiadis etiam disertius exponere. (23) Scilicet filium ex ea procreat muliere, quam ex ingenua servam fecerat, cujus patrem necessariosque occiderat, cujus denique patriam desolaverat. Quammaxime igitur consentaneum filium nasciturum et ipsi et huic civitati infestissimum, quum tot necessitatibus odii constrictus teneretur. At enim vero vos talia scelera in tragœdiis spectantes atrocia ducitis; cernentes autem ipsi quum intra mœnia vestra fiunt, pensi non facitis. Quanquam illa ne nostis quidem verane an ficta a

ὑπὸ τῶν ποιητῶν· ταῦτα δὲ σαφῶς εἰδότες οὕτω πεπραγμένα παρανόμως ῥᾳθύμως φέρετε.

24. Πρὸς δὲ τούτοις τολμῶσί τινες περὶ αὐτοῦ λέγειν ὡς οὐδὲ γεγένηται οὐδεὶς πώποτε τοιοῦτος. Ἐγὼ δὲ νομίζω μέγιστα κακὰ τὴν πόλιν ὑπὸ τούτου πείσεσθαι, καὶ τηλικούτων πραγμάτων εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον αἴτιον δόξειν, ὥστε μηδένα τῶν προτέρων ἀδικημάτων μεμνῆσθαι· ἀνέλπιστον γὰρ οὐδὲν τὸν τὴν ἀρχὴν τοῦ βίου τοιαύτην κατασκευασάμενον καὶ τὴν τελευτὴν ὑπερβάλλουσαν ποιήσασθαι. Ἔστι δὲ σωφρόνων ἀνδρῶν φυλάττεσθαι τῶν πολιτῶν τοὺς ὑπεραυξανομένους, ἐνθυμουμένους ὑπὸ τῶν τοιούτων τὰς τυραννίδας καθισταμένας.

25. Ἡγοῦμαι δ' αὐτὸν πρὸς τοῦτο μὲν οὐδὲν ἀντερεῖν, λέξειν δὲ περὶ τῆς νίκης τῆς Ὀλυμπίασι, καὶ περὶ πάντων μᾶλλον ἢ τῶν κατηγορηθέντων ἀπολογήσεσθαι. Ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων ἐπιδείξω αὐτὸν ἐπιτηδειότερον τεθνάναι μᾶλλον ἢ σώζεσθαι. Διηγήσομαι δ' ὑμῖν. (26) Διομήδης ἦλθε ζεῦγος ἵππων ἄγων Ὀλυμπίαζε, κεκτημένος μὲν οὐσίαν μετρίαν, στεφανῶσαι δὲ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων τὴν πόλιν καὶ τὴν οἰκίαν βουλόμενος, λογιζόμενος τοὺς ἀγῶνας τοὺς ἱππικοὺς τύχῃ τοὺς πλείστους κρινομένους. Τοῦτον Ἀλκιβιάδης πολίτην ὄντα καὶ οὐ τὸν ἐπιτυχόντα, δυνάμενος παρὰ τοῖς ἀγωνοθέταις τῶν Ἠλείων, ἀφελόμενος αὐτὸς ἠγωνίζετο. Καίτοι τί ἂν ἐποίησεν, εἴ τις τῶν συμμάχων τῶν ὑμετέρων ἀφίκετο ζεῦγος ἵππων ἔχων; (27) Ἦ που ταχέως ἐπέτρεψεν ἂν ἀνταγωνίζεσθαι ἑαυτῷ, ὃς Ἀθηναῖον ἄνδρα βιασάμενος τοῖς ἀλλοτρίοις ἐτόλμησεν ἵπποις ἁμιλλᾶσθαι, δηλώσας τοῖς Ἕλλησι μηδὲν θαυμάζειν ἄν τινα αὐτῶν βιάσηται, ἐπεὶ καὶ τοῖς πολίταις οὐκ ἐξ ἴσου χρῆται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀφαιρούμενος, τοὺς δὲ τύπτων, τοὺς δὲ εἱργνύων, τοὺς δὲ χρήματα πραττόμενος, οὐδενὸς ἀξίαν τὴν δημοκρατίαν ἀποφαίνει, τοὺς μὲν λόγους δημαγωγοῦ, τὰ δ' ἔργα τυράννου παρέχων, καταμαθὼν ὑμᾶς τοῦ μὲν ὀνόματος φροντίζοντας, τοῦ δὲ πράγματος ἀμελοῦντας. (28) Τοσοῦτον δὲ διαφέρει Λακεδαιμονίων, ὥστ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ὑπὸ τῶν συμμάχων ἀνταγωνιζομένων ἀνέχονται ἡττώμενοι, οὗτος δὲ οὐδ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ φανερῶς εἴρηκεν οὐκ ἐπιτρέψειν τοῖς ἀντεπιθυμοῦσί τινος. Εἶτ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀναγκαῖον τὰς πόλεις τῶν ἡμετέρων πολεμίων ἐπιθυμεῖν, ἡμᾶς δὲ μισεῖν. (29) Ἵνα δὲ μὴ μόνον Διομήδην, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὅλην ὑβρίζων ἐπιδείξειε, τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος ὡς εἰς τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενος τῇ ὑστεραίᾳ πρότερος τῆς πόλεως χρήσασθαι τοῖς χρυσοῖς χερνιβίοις καὶ θυμιατηρίοις. Ὅσοι μὲν οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίνωσκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντες ὑστέραν οὖσαν τῆς Ἀλκιβιάδου τοῖς τούτου πομπείοις χρῆσθαι ἐνόμιζον ὑμᾶς· ὅσοι δὲ ἢ παρὰ τῶν πολιτῶν ἤκουον ἢ καὶ ἐπεγίνωσκον τὰ τούτου, κατεγέλων ἡμῶν, ὁρῶντες ἕνα ἄνδρα μεῖζον ἁπάσης τῆς πόλεως δυνάμενον.

poetis sint : hæc autem certo quum sciatis fieri contra jus et fas, tamen æquo fertis animo.

24. Adde quod sint qui de Alcibiade affirmare audeant, nunquam fuisse virum tam admirabilem. Ego vero censeo, neminem unquam magis in patriæ pestem natum esse, tantorumque hunc ei malorum fore auctorem, ut pristinorum memoria prorsus evanescat : alienum enim a probabili exspectatione non est, ut, tale qui sibi vitæ principium instituerit, is abnormi quoque exitu ejus utatur. Sed est hominum sapientium, ut incrementa civium modum excedentia præcaveant, reputantes secum, a talibus tyrannidas constitui.

25. Et ad hæc quidem nihil, opinor, Alcibiades respondebit : at afferet victoriam suam Olympiacam et alia potius omnia, quam ut ea purget quorum incusatur. Verum ex his ipsis planum faciam eum multo esse digniorem, qui morte mulctetur, quam qui servetur. Rem vobis narrabo a principio. (26) Diomedes ad Olympiam venit par equorum agens, et e re familiari, quamvis illa mediocri, tamen decus patriæque domuique suæ parere studens, quippe qui secum reputaret equestria certamina sorte fortuita solere disceptari. Huic Diomedi itaque, tametsi civis vester is esset neque de contemptis, Alcibiades gratia apud Eleorum munerarios pollens equos illos per vim extorsit et ipse certamen peregit. Quid eum facturum existimatis fuisse, si quis sociorum vestrorum cum bigis ad Olympiam venisset? (27) Unquamne is permissurus fuisse vobis videtur, ut sociorum quisquam secum certaret, qui vim Atheniensi civi inferre et sic alienis equis certare nullus dubitavit? quo Græcos docuit nil mirari, si quem eorum injuriis vexet, quippe qui ne civibus quidem suis ex æquo utatur, sed aliis bona eripiens, alios verberibus concidens, alios domi suæ coercitos tenens, ab aliis pecunias extorquens, declarat rem nihili esse democratiam vestram; qui verbis demagogum, gestis tyrannum se gerit, bene gnarus vos vocabuli (democratiæ) præstigiis intentos, rem ipsam insuper habere. (28) Multum differt a Lacedæmoniis Alcibiades : illi enim in ludorum certaminibus æquo ferunt animo a sociis se vinci, hic autem vel a cive vinci noluit, sed palam negavit se cuiquam concessurum, quem juvet secum in contentionem ullius rei descendere. Ex hujusmodi autem moribus necessario consequitur ut civitates animos ad partes inimicorum vestrorum transferant, vos ipsos odio habeant. (29) Verum ut non Diomedi solum, sed universæ etiam civitati se illudere declararet, vasa, quæ in pompa ferri solent, a præfectis legationis vestræ commodato petebat tanquam iis usurus die qui sacrificium præcederet ad epulum propter victoriam partam ipsi exhibendum; verum decipiebat legatos; die enim postero malluvia atque thuribula reddere recusabat, quo ipse illis prior uteretur, quam legati nomine vestræ reip. iis uti possent. Quo factum est ut peregrinorum si qui rei veritatem ignorarent, videntes pompam reip. succedentem pompæ ab Alcibiade productæ, opinarentur legatos vasis uti ab Alcibiade mutuo acceptis; aut si qui tamen eorum sive rei veritatem a civibus vestris accepissent, sive ipsi per se jam nossent mores Alcibiadis, hi vos riderent, qui unum virum plus cuncta civitate posse sineretis.

30. Σκέψασθε δὲ καὶ τὴν ἄλλην ἀποδημίαν τὴν εἰς Ὀλυμπίαν ὡς διέθετο. Τούτῳ σκηνὴν μὲν Περσικὴν Ἐφέσιοι διπλασίαν τῆς δημοσίας ἔπηξαν, ἱερεῖα δὲ καὶ τοῖς ἵπποις ἐφόδια Χῖοι παρεσκεύασαν, οἶνον δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἀναλώματα Λεσβίοις προσέταξε. Καὶ οὕτως εὐτυχής ἐστιν ὥστε τοὺς Ἕλληνας τῆς παρανομίας καὶ τῆς δωροδοκίας μάρτυρας κεκτημένος οὐδεμίαν δέδωκε δίκην· (31) ἀλλὰ ὁπόσοι μὲν ἄρχοντες ἐν μιᾷ πόλει γεγένηνται, ὑπεύθυνοί εἰσιν, ὁ δὲ πάντων τῶν συμμάχων καὶ χρήματα λαμβάνων οὐδενὸς τούτων ὑπόδικός ἐστιν, ἀλλὰ τοιαῦτα διαπεπραγμένος σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ ἔλαβε, καὶ προσέτι πολλῇ τῇ νίκῃ χρῆται, ὥσπερ οὐ πολὺ μᾶλλον ἠτιμακὼς ἢ ἐστεφανωκὼς τὴν πόλιν. Εἰ δὲ βούλεσθε σκοπεῖν, εὑρήσετε πολλὰ τῶν τούτῳ πεπραγμένων ἕκαστον ὀλίγον χρόνον πράξαντάς τινας ἀναστάτους τοὺς οἴκους ποιήσαντας· οὗτος δ' ἐπιτηδεύων ἅπαντα πολυτελέστατα διπλασίαν οὐσίαν κέκτηται. (32) Καίτοι ὑμεῖς γε νομίζετε τοὺς φειδομένους καὶ τοὺς ἀκριβῶς διαιτωμένους φιλοχρημάτους εἶναι, οὐκ ὀρθῶς γινώσκοντες· οἱ γὰρ μεγάλα δαπανώμενοι πολλῶν δεόμενοι αἰσχροκερδέστατοί εἰσιν. Αἴσχιστον δὲ φανήσεσθε ποιοῦντες, εἰ τοῦτον μὲν ἀγαπᾶτε τὸν ἀπὸ τῶν ὑμετέρων χρημάτων ταῦτα κατεργασάμενον, Καλλίαν δὲ τὸν Διδυμίου, τῷ σώματι νικήσαντα πάντας ἀγῶνας τοὺς στεφανηφόρους, ἐξωστρακίσατε, πρὸς τοῦτον οὐδὲν ἀποβλέψαντες, ὃς ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ πόνων ἐτίμησε τὴν πόλιν. (33) Ἀναμνήσθητε δὲ καὶ τοὺς προγόνους, ὡς ἀγαθοὶ καὶ σώφρονες ἦσαν, οἵτινες ἐξωστράκισαν Κίμωνα διὰ παρανομίαν, ὅτι τῇ ἀδελφῇ τῇ ἑαυτοῦ συνῴκησε. Καίτοι οὐ μόνον αὐτὸς ὀλυμπιονίκης ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Μιλτιάδης. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὑπελογίζοντο τὰς νίκας· οὐ γὰρ ἐκ τῶν ἀγώνων, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἔκρινον αὐτόν.

34. Ἀλλὰ μὴν εἰ δεῖ κατὰ γένος σκοπεῖν, ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος, οὐδὲ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀποδείξειε τῶν ἡμετέρων οὐδένα τῇ συμφορᾷ ταύτῃ χρησάμενον, Ἀλκιβιάδῃ δὲ μάλιστα πάντων Ἀθηναίων. Καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης [δὶς] ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι, ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν οὐδ' ἄτοπον πείσεται τῶν αὐτῶν τοῖς προγόνοις ἀξιούμενος. Καὶ μὴν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐπιχειρήσειεν ἀντειπεῖν ὡς οὐ τῶν ἄλλων ἐκεῖνοι παρανομώτατοι ὄντες τούτου σωφρονέστεροι καὶ δικαιότεροι ἦσαν, ἐπεὶ τῶν γε τούτῳ πεπραγμένων οὐδ' ἂν εἷς ἀξίως κατηγορῆσαι δύναιτο.

35. Νομίζω δὲ καὶ τὸν θέντα τὸν νόμον ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχειν· ἀποβλέψαντα τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς κρείττους τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν νόμων, ἐπειδὴ παρὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστιν ἰδίᾳ δίκην λαβεῖν, δημοσίαν τιμωρίαν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων κατασκευάσαι. Ἐγὼ τοίνυν ἔν τε τῷ κοινῷ κέκριμαι τετράκις, ἰδίᾳ τε οὐδένα διεκώλυσα δικάζεσθαι βουλόμενον· Ἀλκιβιάδης δὲ τοιαῦτα ἐργασάμενος οὐδεμίαν πώποτε δίκην ὑποσχεῖν ἐτόλμησεν. (36) Οὕτω γὰρ χαλεπός ἐστιν, ὥστ' οὐ περὶ

30. Spectate etiam qualem reliquo tempore, per quod ad Olympiam degebat, sese gesserit. Ephesii ei tentorium exstruxerunt duplo majus quam erat vobis exstructum; carnes ad sacrificia atque epulas et pabula equis Chii præbuerunt; vini præbitionem ceterorumque sumptuum imperavit Lesbiis. Atque tam prospere ipsi res succedunt, ut, quanquam cunctos habet Græcos insolentiæ suæ testes, pœnas tamen ad hoc diei nullas dederit. (31) Reliqui quidem magistratus quotquot vel in una sola civitate honores gessere, tenentur rationem administrationis suæ vobis reddere; hic autem, tametsi omnium sociorum *res pessime administraverit* pecuniasque ab iis acceperit, nulli pro his pœnæ obnoxius est, sed hoc tantorum facinorum tulit præmium, ut in Prytaneo epuletur, et præterea in illa sese victoria jactet, quasi non remp. multo magis infamasset quam coronasset. Sin considerare vultis, reperietis paucos quosdam, multa similia his ab Alcibiade factis per breve tempus facientes, singulos rem familiarem pessumdedisse: contra hic, etsi sumptuosissima omnia agens, tamen rem duplicavit. (32) Soletis vos quidem parce victitantes et ad rem augendam attentos, pecuniarum cupidos appellitare; sed fallimini: nemo lucri cupidior quam ganeones: hi quo pluribus indigent, hoc fœdiore cum aviditate pecunias conquirunt. Facinus itaque edituri sitis fœdissimum, si caritate amplectamini hunc, qui vestris opibus abusus ista commisit, postquam vos iidem Calliam Didymii filium, corpore suo in omnibus ludis coronariis victorem, testulario judicio urbe ejecissetis, pensi non facientes, quod laboribus suis gloriam reipublicæ peperisset. (33) Recordamini quoque fortitudinis et sanctimoniæ majorum vestrorum, qui Cimonem, quod contra legem sororem in matrimonio haberet, urbe jusserunt emigrare, tametsi non Cimon solum, sed etiam pater ejus Miltiades ludis Olympicis vicissent: verum pensi non faciebant illas victorias; neque e ludis, sed e studiis quemque judicabant.

34. Gentes porro nostras si spectetis, nullo modo mihi conveniet genus hoc pœnæ: non enim facile sit qui doceat, in gente mea ullum unquam fuisse ea usum calamitate, ut per testulas urbe expelleretur; Alcibiadi autem magis hoc quam ulli Atheniensium convenit. Nam et maternus ejus avus Megacles et paternus ipsi cognominis ostracismo pulsi sunt; quocirca nil mirandum ei accidet, si idem honos etiam ipsi decernatur. Neque ipse Alcibiades infitiari ausit, hos majores suos, quamvis æqualium suorum flagitiosissimi fuerint, se tamen sapientiores atque justiores fuisse; hujus enim Alcibiadis tot sunt et tanta scelera, ut nemo ea pro dignitate rei oratione notare valeat.

35. Et legem hanc testulariam qui tulit, ille mihi videtur eam tulisse eos ad cives respiciens, qui potentia sua magistratus legesque prægravant, et quia ab præpotentibus istis privatim pœnas repetere haud queas, ideo ab universa civitate pœnam iis irrogandam constituisse. Jam quod me attinet, quater ego judicium in publico sustinui, et privatim si quis mecum experiri jure voluit, nunquam impedivi: Alcibiades autem, tot facinorum reus, a se tamen impetrare non potuit ut vel unius criminis pœnam cuiquam daret. (36) Est nempe tam truculentus, ut præteritarum

τῶν παρεληλυθότων ἀδικημάτων αὐτὸν τιμωροῦνται, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν μελλόντων φοβοῦνται, καὶ τοῖς μὲν πεπονθόσι κακῶς ἀνέχεσθαι λυσιτελεῖ, τούτῳ δὲ οὐκ ἐξαρ-
34 κεῖ, εἰ μὴ καὶ τὸ λοιπὸν ὅ τι ἂν βούληται διαπράξεται. Καίτοι οὐ δήπου, ὦ Ἀθηναῖοι, ὀστρακισθῆναι μὲν ἐπιτήδειός εἰμι, τεθνάναι δὲ οὐκ ἄξιος, οὐδὲ κρινόμενος μὲν ἀποφυγεῖν, ἄκριτος δὲ φεύγειν, οὐδὲ τοσαυτάκις ἀγωνιζόμενος καὶ νικήσας δικαίως πάλιν δόξαιμι δι' ἐκεῖνα ἐκπεσεῖν. (37) Ἀλλὰ γὰρ ἴσως μετὰ μικρᾶς διαβολῆς ἢ φαύλων κατηγόρων ἢ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἐχθρῶν ἐκινδύνευον, ἀλλ' οὐ διὰ τῶν ἐρρωμενεστάτων καὶ λέγειν καὶ πράττειν, οἵτινες δύο τῶν τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἐχόντων ἐμοὶ ἀπέκτειναν. Οὔκουν τοὺς τοιούτους δίκαιον ἐκβάλλειν, οὓς πολλάκις ἐλέγχοντες εὑρίσκετε μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ τοὺς μὴ θέλοντας ὑποσχεῖν τῇ πόλει περὶ τοῦ βίου λόγον. (38) Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ μέν τις ἀπολογεῖσθαι ἀξιώσειεν ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ὡς ἀδίκως ἀπολώλασιν, οὐκ ἂν ἀνασχέσθαι τῶν ἐπιχειρούντων· εἰ δέ τις τῶν ἀποφυγόντων πάλιν περὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας κατηγορεῖ, πῶς οὐ δίκαιον περὶ τοὺς ζῶντας καὶ τοὺς τεθνηκότας τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν; (39) Ἔστι μὲν οὖν Ἀλκιβιάδου μήτε αὐτὸν τῶν νόμων καὶ τῶν ὅρκων φροντίζειν, ὑμᾶς τε παραβαίνειν ἐπιχειρεῖν διδάσκειν, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐκβάλλειν καὶ ἀποκτείνειν ἀνηλεῶς, αὐτὸν δὲ ἱκετεύειν καὶ δακρύειν οἰκτρῶς. Καὶ ταῦτα μὲν οὐ θαυμάζω· πολλῶν γὰρ αὐτῷ κλαυμάτων ἄξια εἴργασται· ἐνθυμοῦμαι δὲ τίνας ποτὲ καὶ πείσει δεόμενος, πότερα τοὺς νεωτέρους, οὓς πρὸς τὸ πλῆθος διαβέβληκεν ἀσελγαίνων καὶ τὰ γυμνάσια καταλύων καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν πράττων, ἢ τοὺς πρεσβυτέρους, οἷς οὐδὲν ὁμοίως βεβίωκεν, ἀλλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν καταπεφρόνηκεν; (40) Οὐ μόνον δὲ αὐτῶν ἕνεκα τῶν παρανομούντων, ἵνα δίκην διδῶσιν, ἐπιμελεῖσθαι ἄξιον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅπως τούτους ὁρῶντες δικαιότεροι καὶ σωφρονέστεροι γίνωνται. Ἐμὲ μὲν τοίνυν ἐξελάσαντες τοὺς βελτίστους περιδεεῖς καταστήσετε, τοῦτον δὲ κολάσαντες τοὺς ἀσελγεστέρους νομιμωτέρους ποιήσετε.

41. Βούλομαι δ' ὑμᾶς ἀναμνῆσαι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων. Ἐγὼ γὰρ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν καὶ εἰς Μολοσσίαν καὶ εἰς Θεσπρωτίαν καὶ εἰς Ἰταλίαν καὶ εἰς Σικελίαν, τοὺς μὲν διαφόρους ὄντας διήλλαξα, τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἐποίησα [ἐβεβαίωσα?], τοὺς δ' ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπέστησα. Καίτοι εἰ τῶν πρωτευόντων ἕκαστος τὰ αὐτὰ ἐποίησεν, ὀλίγους ἂν πολεμίους εἴχετε καὶ πολλοὺς συμμάχους ἐκέκτησθε. (42) Περὶ δὲ τῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀξιῶ μεμνῆσθαι, πλὴν κατὰ τοσοῦτον, ὅτι τὰ προσταττόμενα δαπανῶ οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων. Καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ καὶ λαμπάδι καὶ τραγῳδοῖς, οὐ τύπτων τοὺς ἀντιχορηγοῦντας, οὐδ' αἰσχυνόμενος εἰ τῶν νόμων ἔλαττον δύναμαι. Τοὺς οὖν τοιούτους τῶν πολιτῶν πολὺ μᾶλλον ἐπιτηδείους ἡγοῦμαι μένειν ἢ φεύγειν.

injuriarum pœnas ab eo repetere non audeant, sed futuras potius injurias metuant: mala qui ab eo acceperunt, hi expedire sibi judicant, ut ne mussent quidem; Alcibiades autem parum sibi videtur egisse, nisi perfecerit, ut in posterum quoque impune sibi sit quicquid voluerit agere. Itane vero, Athenienses, ego exilio dignus habebor, qui mortis pœna indignus habitus fuerim? in judicio absolutus, nunc patriam fugere cogar, indicta causa? ex tot certaminibus forensibus victor et jure quidem factus, nunc ob id ipsum rursus exilio puniendus videbor? (37) Forte dicat aliquis, in illis judiciis exiguam mihi commotam fuisse invidiam, accusatores tum insurrexisse contemnendos, ab inimicis levibus in discrimen adductum me tum fuisse: ego vero ab inimicis exagitatus tum fui valentissimis et facundia et usu rerum agendarum, qui alios duos, ejusdem mecum criminis reos, morte damnarunt. Haud itaque vos decet eos homines ejicere, quos, quamvis sæpius accusatos, nihil tamen deliquisse reperistis; sed eos, qui vitæ suæ rationem reddere postulati recusant. (38) Res enimvero iniqua, puto, est, vos minime quidem ferre, si quis capitis condemnatos postmodum defendere, utpote injusta sententia neci traditos, audeat; contra autem concedere vos, si quis jam absolutos eorundem criminum iterum velit incusare. Nonne fas est de vivis vos idem atque de mortuis statuere? (39) Decet quidem Alcibiadem, ut, quemadmodum ipse neque legum neque jurisjurandi rationem ullam habet, ita vos quoque conetur ad rerum earum violationem adducere: porro ut, quemadmodum alios sine misericordia expellit vel occidit, ita ipse vos supplicationibus lacrimisque lamentabilem in modum profundendis expugnet. Non miror hoc in eo, qui facinora uberrimis digna lacrimis perpetravit: at circumspicio quinam sint, quos speret a se precibus flectendos. Junioresne? quos apud plebem in invidiam adduxit insolentia sua et gymnasiorum dissolutione atque iis quæ juventuti suæ haud convenientia agere solet. Num seniores? a quorum moribus suos habuit quam dissitissimos, et quorum studia contempsit. (40) Neque vero solummodo habenda est ipsorum peccantium ratio, ut hi scilicet pœnas dent meritas, sed hoc quoque spectandum est, ut reliqui, quum sontes plecti vident, eo justitiæ atque temperantiæ studiosiores reddantur. Quodsi ergo me expuleritis, meticulosos facietis cives optimos; sin autem Alcibiadem pœna affeceritis, petulantibus majorem legum reverentiam injicietis.

41. Superest ut res a me gestas in memoriam vobis revocem. Legationibus ad Thessalos, ad Macedonas, ad Molossos, ad Thesprotos, in Italiam denique Siciliamque obeundis, effeci ut alios dissidentes vobis reconciliarem, alios qui amici vobis essent, in fide confirmarem, alios denique ab hostium vestrorum partibus avocarem. Quodsi optimatium unusquisque idem fecisset, næ perpaucos nunc haberetis hostes et socios vobis permultos acquisivissetis. (42) De muneribus a me editis piget commemorare, nisi hactenus, ut aiam, imperata me exsequi, sumptus facientem non ex ærario publico, sed e re mea privata. Victorias reportavi, unam titulo fortitudinis virilis, aliam in cursu cum facibus ardentibus, tertiam in choris tragicis, non cædens antichoregos, neque pudori mihi ducens, me minus quam leges valere. Tales ego cives multo aio esse digniores, qui in urbe manere quam qui emigrare jubeantur.

ΛΥΣΙΑΣ.

I.

91 ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΟΥΣ ΦΟΝΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Περὶ πολλοῦ ἂν ποιησαίμην, ὦ ἄνδρες, τὸ τοιούτους ὑμᾶς ἐμοὶ δικαστὰς περὶ τούτου τοῦ πράγματος γενέσθαι, οἷοίπερ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς εἴητε τοιαῦτα πεπονθότες· εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, εἰ τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ τῶν ἄλλων ἔχοιτε ἥνπερ περὶ ὑμῶν αὐτῶν, οὐκ ἂν εἴη ὅστις οὐκ ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγανακτοίη, ἀλλὰ πάντες ἂν περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδευόντων τὰς ζημίας μι-
92 κρὰς ἡγοῖσθε. (2) Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μόνον παρ' ὑμῖν οὕτως ἐγνωσμένα, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι· περὶ τούτου γὰρ μόνου τοῦ ἀδικήματος καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ὀλιγαρχίᾳ ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς ἀσθενεστάτοις πρὸς τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἀποδέδοται, ὥστε τὸν χείριστον τῶν αὐτῶν τυγχάνειν τῷ βελτίστῳ· οὕτως, ὦ ἄνδρες, ταύτην τὴν ὕβριν ἅπαντες ἄνθρωποι δεινοτάτην ἡγοῦνται. (3) Περὶ μὲν οὖν τοῦ μεγέθους τῆς ζημίας ἅπαντας ὑμᾶς νομίζω τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἔχειν, καὶ οὐδένα οὕτως ὀλιγώρως διακεῖσθαι, ὅστις οἴεται δεῖν συγγνώμης τυγχάνειν ἢ μικρᾶς ζημίας ἀξίους ἡγεῖται τοὺς τῶν τοιούτων ἔργων αἰτίους. (4) Ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με δεῖν ἐπιδεῖξαι, ὡς ἐμοίχευεν Ἐρατοσθένης τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν καὶ ἐκείνην τε διέφθειρε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ᾔσχυνε καὶ ἐμὲ αὐτὸν ὕβρισεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών, καὶ οὔτε ἔχθρα ἐμοὶ καὶ ἐκείνῳ οὐδεμία ἦν πλὴν ταύτης, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἔπραξα ταῦτα, ἵνα πλούσιος ἐκ πένητος γένωμαι, οὔτε ἄλλου κέρδους οὐδενὸς πλὴν τῆς κατὰ νόμους τιμωρίας.

5. Ἐγὼ τοίνυν ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν ἅπαντα ἐπιδείξω τὰ ἐμαυτοῦ πράγματα, οὐδὲν παραλείπων, ἀλλὰ λέγων τἀληθῆ· ταύτην γὰρ ἐμαυτῷ μόνην ἡγοῦμαι σωτηρίαν, ἐὰν ὑμῖν εἰπεῖν ἅπαντα δυνηθῶ τὰ πεπραγμένα. (6) Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες, ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην ὥστε μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν θέλῃ ποιεῖν· ἐφύλαττόν τε ὡς οἷόν τε ἦν, καὶ προσεῖχον τὸν νοῦν ὥσπερ εἰκὸς ἦν· ἐπειδὴ δέ μοι παιδίον γίγνεται, ἐπίστευον ἤδη καὶ πάντα τὰ ἐμαυτοῦ ἐκείνῃ παρέδωκα, ἡγούμενος ταύτην οἰκειότητα μεγίστην εἶναι. (7) Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ὦ Ἀθηναῖοι, πασῶν ἦν βελτίστη· καὶ γὰρ οἰκονόμος δεινὴ καὶ φειδωλὸς ἀγαθὴ καὶ ἀκριβῶς πάντα διοικοῦσα· ἐπειδὴ δέ μοι ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε, πάντων τῶν κακῶν ἀπο-

1.

PRO CÆDE ERATOSTHENIS APOLOGIA.

(1—11)

Permagni faciam, viri, hac vos mea in causa de me pari modo statuere, atque vestra ipsi sitis in causa judicaturi, in fortuna mecum pari. Certus enim sum, animo si sitis erga alios eodem quo erga vosmet estis affecti, neminem facile fore qui non super casu meo graviter indignetur: omnes potius pœnas in designatores hujusmodi flagitiorum legibus constitutas justo minores esse sitis judicaturi. (2) Neque existimandum est, apud vos solos ita sancitum esse; in universa enimvero Græcia ita statutum est: hujus enim unius solius criminis (*adulterii*) pœnas easdem tam in democratiis quam in oligarchiis vel infirmissimis ab potentissimis exigere conceditur; quo fit ut infimus quisque cum nobilissimo pari jure gaudeat; adeo hanc contumeliam omnes homines longe existimant atrocissimam. (3) De magnitudine igitur pœnæ sumendæ vos omnes idem sentire arbitror, neque quenquam ita socordi esse animo, ut aut venia donandos aut levi tantum pœna censeat afficiendos eos, a quibus istiusmodi flagitia profecta sint. (4) Existimo autem, o viri, hæc mihi nunc esse demonstranda, Eratosthenem meam uxorem constupravisse, atque adeo illam adulterii labe, liberos meos ignominia, me contumelia affecisse eo quod in ædes meas pro mœcho ingressus sit; porro mihi cum illo nullas intercessisse inimicitias præter has unicas; atque hoc quod ausus sum non lucri gratia me fecisse, ut ex paupere fierem dives, neque cujuslibet emolumenti causa, nisi ut legibus concessam vindictam sumerem.

5. Ego igitur a principio omnes meas rationes exponam, nihil prorsus omittens, sed quæ vera sunt eloquens. Namque eam demum salutem mihi solam proponi video, si vobis omnia quæ gesta sunt declarare potuerim. (6) Ego enim, judices, ubi decrevi nuptias contrahere, et uxorem domum duxeram, per reliquum quidem tempus ita me gessi ut neque huic molestias crearem, neque prorsus penes eam esset quæcumque vellet agere; sed quantum fieri potuit, ego observabam diligenter, et animum, uti par erat, advertebam. Quum autem puer nobis natus esset, tum vero confidens omnia mea illi in manus tradidi, nullam conjunctiorem necessitudinem fieri posse existimans. (7) Ac initio quidem, Athenienses, mulier erat omnium optima, siquidem materfamilias prudens erat et frugi omnia administrabat quam accuratissime; sed quum mater mea diem

θανοῦσα αἰτία μοι γεγένηται. (8) Ἐπ' ἐκφορὰν γὰρ αὐτῇ ἀκολουθήσασα ἡ ἐμὴ γυνὴ ὑπὸ τούτου τοῦ ἀνθρώπου ὀφθεῖσα, χρόνῳ διαφθείρεται· ἐπιτηρῶν γὰρ τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ λόγους προσφέρων ἀπώλεσεν αὐτήν. (9) Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, (δεῖ γὰρ καὶ ταῦθ' ὑμῖν διηγήσασθαι) οἰκίδιόν ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κάτω, κατὰ τὴν γυναικωνῖτιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρωνῖτιν. Ἐπειδὴ δὲ τὸ παιδίον ἐγένετο ἡμῖν, ἡ μήτηρ αὐτὸ ἐθήλαζεν· ἵνα δὲ μή, ὁπότε λοῦσθαι δέοι, κινδυνεύῃ κατὰ τῆς κλίμακος καταβαίνουσα, ἐγὼ μὲν ἄνω διῃτώμην, αἱ δὲ γυναῖκες κάτω. (10) Καὶ οὕτως ἤδη συνειθισμένον ἦν, ὥστε πολλάκις ἡ γυνὴ ἀπῄει κάτω καθευδήσουσα ὡς τὸ παιδίον, ἵνα τὸν τιτθὸν αὐτῷ διδῷ καὶ μὴ βοᾷ. Καὶ ταῦτα πολὺν χρόνον οὕτως ἐγίνετο, καὶ ἐγὼ οὐδέποτε ὑπώπτευσα, ἀλλ' οὕτως ἠλιθίως διεκείμην, ὥστε ᾤμην τὴν ἐμαυτοῦ γυναῖκα πασῶν σωφρονεστάτην εἶναι τῶν ἐν τῇ πόλει. (11) Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὦ ἄνδρες, ἧκον μὲν ἀπροσδοκήτως ἐξ ἀγροῦ, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον τὸ παιδίον ἐβόα καὶ ἐδυσκόλαινεν, ὑπὸ τῆς θεραπαίνης ἐπίτηδες λυπούμενον, ἵνα ταῦτα ποιῇ. Ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἔνδον ἦν· ὕστερον γὰρ ἅπαντα ἐπυθόμην. (12) Καὶ ἐγὼ τὴν γυναῖκα ἀπιέναι ἐκέλευον καὶ δοῦναι τῷ παιδίῳ τὸν τιτθόν, ἵνα παύσηται κλαῖον. Ἡ δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελεν, ὡς ἂν ἀσμένη με ἑωρακυῖα ἥκοντα διὰ χρόνου· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ὠργιζόμην καὶ ἐκέλευον αὐτὴν ἀπιέναι, « ἵνα σύ γε, ἔφη, πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην· καὶ πρότερον δὲ μεθύων εἷλκες αὐτήν. » (13) Κἀγὼ μὲν ἐγέλων, ἐκείνη δὲ ἀναστᾶσα καὶ ἀπιοῦσα προστίθησι τὴν θύραν, προσποιουμένη παίζειν, καὶ τὴν κλεῖν ἐφέλκεται. Κἀγὼ τούτων οὐδὲν ἐνθυμούμενος οὐδ' ὑπονοῶν ἐκάθευδον ἄσμενος, ἥκων ἐξ ἀγροῦ. (14) Ἐπειδὴ δὲ ἦν πρὸς
93 ἡμέραν, ἧκεν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. Ἐρομένου δ' ἐμοῦ τί αἱ θύραι νύκτωρ ψοφοῖεν, ἔφασκε τὸν λύχνον ἀποσβεσθῆναι τὸν παρὰ τῷ παιδίῳ, εἶτα ἐκ τῶν γειτόνων ἐνάψασθαι. Ἐσιώπων ἐγὼ καὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἡγούμην. Ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμυθιῶσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνεῶτος οὔπω τριάκονθ' ἡμέρας· ὅμως δ' οὐδ' οὕτως οὐδὲν εἰπὼν περὶ τοῦ πράγματος, ἐξελθὼν ᾠχόμην ἔξω σιωπῇ. (15) Μετὰ δὲ ταῦτα, ὦ ἄνδρες, χρόνου μεταξὺ διαγενομένου καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτοῦ κακῶν, προσέρχεταί μοί τις πρεσβῦτις ἄνθρωπος, ὑπὸ γυναικὸς ὑποπεμφθεῖσα ἣν ἐκεῖνος ἐμοίχευεν, ὡς ἐγὼ ὕστερον ἤκουον· αὕτη δὲ ὀργιζομένη καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζουσα, ὅτι οὐκέτι ὁμοίως ἐφοίτα παρ' αὐτήν, ἐφύλαττεν ἕως ἐξηῦρεν ὅ τι εἴη τὸ αἴτιον. (16) Προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα, « Εὐφίλητε, ἔφη, μηδεμιᾷ πολυπραγμοσύνῃ προσεληλυθέναι με νόμιζε πρός σε· ὁ γὰρ ἀνὴρ ὁ ὑβρίζων εἰς σὲ καὶ τὴν σὴν γυναῖκα ἐχθρὸς ὢν ἡμῖν τυγχάνει. Ἐὰν οὖν λάβῃς τὴν θεράπαιναν τὴν εἰς ἀγορὰν βαδίζουσαν καὶ διακονοῦσαν ὑμῖν καὶ βασανίσῃς, ἅπαντα πεύσῃ. Ἔστι δ', ἔφη,

obiit, omnium malorum ea mors mihi fons et origo fuit. (8) Elato enim corpore, quum uxor in funus prodiret, ibi ab Eratosthene conspecta sensim corrumpitur. Hic nempe observata ancilla quæ ad forum itabat, eamque sermonibus aggressus, heram perdidit. (9) Primum igitur, viri, (nam et hæc vobis narrare oportet) ædicula mihi est bipertita, cujus superiora magnitudine respondent inferioribus, ac altera viris, altera feminis destinata sunt. Quum autem puerum qui nobis erat lactaret mater, ne, quoties eum lavatum ire oporteret, quidquam periclitaretur uxor per scalas descendens, ego supra, mulieres infra, habitavimus. (10) Jamque id adeo consuetum erat ut uxor sæpius infra discederet dormitura ad puerum, quo illi porrigeret ubera ne vagiret. Hoc diutius obtinuit, neque ego interea quidquam mali suspicabar, sed tam simplici eram ingenio ut meam uxorem omnium in civitate feminarum pudicissimam esse crederem. (11) Interjecto tempore, judices, redii rure insperatus; atque a cœna vagiebat puer et quiritabatur, quippe quem ancilla data opera contristavit ut hæc faceret : homo enim intus erat; namque postea rem intellexi. (12) Ego uxorem jussi abire pueruloque mammas præbere, quo ille vagire desineret. Nolebat illa primum, quasi cupide me conspicata post diutinam moram in ædes reversum. Ubi vero stomachabar et instabam ut abiret, « Nimirum, inquit, ut tu hic ancillam tentes, sicut et nuper ebrius trahebas. » (13) Ridebam ego; illa assurgens protinus et egressa, ostium post se adduxit quasi per ludum, exemitque clavem. Ego nihil prorsus cogitans, nihil suspicans, suaviter dormiebam, utpote qui ex agro redierim. (14) Ubi cœpit lucescere, venit illa foresque aperuit. Quum sciscitarer unde januæ noctu crepuerint, ait lucernam quæ juxta puerum erat casu fuisse extinctam, quare se ex vicinia eam accendisse. Obticui, et ita se rem habere arbitrabar. Cerussa autem, Athenienses, mihi videbatur oblini ejus facies, quanquam ipsius frater vix triginta ante dies obierat. Sed neque sic quidquam de re locutus, foras abii silens. (15) Post hæc, o viri, quum plusculum temporis intercessisset, et meæ domesticæ calamitates me longe fugerent, ad me accedit vetula quædam, submissa a muliere quapiam quacum ille antehac consueverat, ut ego deinceps intellexi. Illa quippe irata et injuriose secum agi reputans quod ad se is, ut olim, non ventitaret, observabat, donec quid causæ esset rescivisset. (16) Me igitur juxta ædes meas præstolata anus, compellans : « Euphilete, ait, ne me ad te accedere putes ex nimia aliqua curiositate : vir enim qui te tuamque uxorem contumelia afficit, nobis quoque est inimicus. Si comprehenderis ancillam quæ itat ad forum et ministrat vobis, quæstionemque habueris, totam rem cognosces. Est autem, inquit, Eratosthenes Œensis,

Ἐρατοσθένης Οἰῆθεν ὁ ταῦτα πράττων, ὃς οὐ μόνον τὴν σὴν γυναῖκα διέφθαρκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλας πολλάς· ταύτην γὰρ τέχνην ἔχει.» (17) Ταῦτα εἰποῦσα, ὦ ἄνδρες, ἐκείνη μὲν ἀπηλλάγη, ἐγὼ δὲ εὐθέως ἐταραττόμην, καὶ πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας, ἐνθυμούμενος μὲν ὡς ἀπεκλείσθην ἐν τῷ δωματίῳ, ἀναμιμνησκόμενος δὲ ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος, ὃ οὐδέποτε ἐγένετο, ἔδοξέ τέ μοι ἡ γυνὴ ἐψιμυθιῶσθαι. Ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, καὶ μεστὸς ἦν ὑποψίας. (18) Ἐλθὼν δὲ οἴκαδε ἐκέλευον ἀκολουθεῖν μοι τὴν θεράπαιναν εἰς τὴν ἀγοράν, ἀγαγὼν δ' αὐτὴν ὡς τῶν ἐπιτηδείων τινὰ ἔλεγον ὅτι ἐγὼ πάντα εἴην πεπυσμένος τὰ γινόμενα ἐν τῇ οἰκίᾳ· « Σοὶ οὖν, ἔφην, ἔξεστι δυοῖν ὁπότερον βούλει ἑλέσθαι, ἢ μαστιγωθεῖσαν εἰς μύλωνα ἐμπεσεῖν καὶ μηδέποτε παύσασθαι κακοῖς τοιούτοις συνεχομένην, ἢ κατειποῦσαν ἅπαντα τἀληθῆ μηδὲν παθεῖν κακόν, ἀλλὰ συγγνώμης παρ' ἐμοῦ τυχεῖν τῶν ἡμαρτημένων. Ψεύσῃ δὲ μηδέν, ἀλλὰ πάντα τἀληθῆ λέγε.» (19) Κἀκείνη τὸ μὲν πρῶτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ τι βούλομαι· οὐδὲν γὰρ εἰδέναι· ἐπειδὴ δὲ ἐγὼ ἐμνήσθην Ἐρατοσθένους πρὸς αὐτήν, καὶ εἶπον ὅτι οὗτος ὁ φοιτῶν εἴη πρὸς τὴν γυναῖκα, ἐξεπλάγη ἡγησαμένη με πάντα ἀκριβῶς ἐγνωκέναι. (20) Καὶ τότε ἤδη πρὸς τὰ γόνατά μου πεσοῦσα, καὶ πίστιν παρ' ἐμοῦ λαβοῦσα μηδὲν πείσεσθαι κακόν, κατηγόρει πρῶτον μὲν ὡς μετὰ τὴν ἐκφορὰν αὐτῇ προσίοι, ἔπειτα ὡς αὐτὴ τελευτῶσα εἰσαγγείλειε καὶ ὡς ἐκείνη τῷ χρόνῳ πεισθείη, καὶ τὰς εἰσόδους οἷς τρόποις προσίοι, καὶ ὡς Θεσμοφορίοις ἐμοῦ ἐν ἀγρῷ ὄντος ᾤχετο εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ τῆς μητρὸς τῆς ἐκείνου· καὶ τἆλλα τὰ γενόμενα πάντα ἀκριβῶς διηγήσατο. (21) Ἐπειδὴ δὲ πάντα εἴρητο αὐτῇ, εἶπον ἐγώ, « Ὅπως τοίνυν ταῦτα μηδεὶς ἀνθρώπων πεύσεται· εἰ δὲ μή, οὐδέν σοι κύριον ἔσται τῶν πρὸς ἔμ' ὡμολογημένων. Ἀξιῶ δέ σε ἐπ' αὐτοφώρῳ ταῦτά μοι ἐπιδεῖξαι· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν δέομαι λόγων, ἀλλὰ τὸ ἔργον φανερὸν γενέσθαι, εἴπερ οὕτως ἔχει.» (22) Ὡμολόγει ταῦτα ποιήσειν. Καὶ μετὰ ταῦτα διεγένοντο ἡμέραι τέσσαρες ἢ πέντε, ὡς ἐγὼ μεγάλοις ὑμῖν τεκμηρίοις ἐπιδείξω. Πρῶτον δὲ διηγήσασθαι βούλομαι τὰ πραχθέντα τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ. Σώστρατος ἦν μοι ἐπιτήδειος καὶ φίλος. Τούτῳ ἡλίου δεδυκότος ἰόντι ἐξ ἀγροῦ ἀπήντησα. Εἰδὼς δ' ἐγὼ ὅτι τηνικαῦτα ἀφιγμένος οὐδὲν ἂν καταλήψοιτο οἴκοι τῶν ἐπιτηδείων, ἐκέλευον συνδειπνεῖν· καὶ ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμέ, ἀναβάντες εἰς τὸ ὑπερῷον ἐδειπνοῦμεν.
94 (23) Ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκεῖνος μὲν ἀπιὼν ᾤχετο, ἐγὼ δὲ ἐκάθευδον. Ὁ δ' Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες, εἰσέρχεται, καὶ ἡ θεράπαινα ἐπεγείρασά με εὐθὺς φράζει ὅτι ἔνδον ἐστί. Κἀγὼ εἰπὼν ἐκείνῃ ἐπιμελεῖσθαι τῆς θύρας, καταβὰς σιωπῇ ἐξέρχομαι, καὶ ἀφικνοῦμαι ὡς τὸν καὶ τόν, καὶ τοὺς μὲν ἔνδον κατέλαβον, τοὺς δὲ οὐκ ἐπιδημοῦντας εὗρον. (24) Παραλαβὼν δ' ὡς οἷόν τε ἦν πλείστους ἐκ τῶν παρόντων ἐβάδιζον.

qui non tuam solummodo uxorem, sed alias quoque bene multas, constupravit: hanc enim artem exercet.» (17) Hæc locuta, Athenienses, abiit: ego vero conturbabar, omniaque mihi in mentem simul veniebant, et suspicione plenus cogitabam me in cubiculo fuisse occlusum, recordati illa nocte crepuisse utramque januam, interiorem et anticam, quod nunquam antea factum erat, ac demum uxor mihi visa erat cerussata: hæc, inquam, omnia mihi in mentem veniebant, et eram suspicione plenus. (18) Domum reversus jussi ancillam me sequi in forum. Quam quum ad meorum familiarium quendam adduxissem, dixi me omnia quæ domi fiebant plane perspecta habere. « Tibi igitur, inquiebam, ex duabus utram malis conditionem licet eligere, aut verberibus cæsam in pistrinum detrudi, ubi malis teneberis finem nunquam habituris, aut quæ vera sunt indicantem nihil quidquam mali perpeti, at delictorum tuorum a me consequi veniam. Cave autem mentiare, sed omnia eloquere quæ vera sint.» (19) Illa primum negabat firmiter, meque exsequi jubebat quodcumque animo collibitum esset meo: se enim nihil conscire. Quum vero Eratosthenem nominavi, atque illum dixi ventitare ad uxorem meam, tunc valde perculsa est, existimans me totam rem ut gesta erat compertam habere. (20) Ac tum demum ad genua mea procidens, fide a me accepta se nihil quidquam mali passuram, indicium fecit; primum, ut homo post exsequias se congressus fuerit, deinde, ut ipsa post aliquot moras illius sermones ad heram tulerit, ut hera tandem persuasa sit; quibus viis modisque ille ad hanc accesserit; quo pacto Thesmophoriis, dum ego rure degebam, uxor mea profecta fuerit ad templum matre illius comitante; et reliqua omnia quæ gesta erant accurate enarravit. (21) Facto indicio, « Cave, inquiebam, quisquam a te rem resciscat; aliter quæ inter nos convenere, prorsus irrita erunt. Volo autem te mihi hæc re ipsa commonstrare; nihil mihi verbis opus est; oportet rem manifesto videam, utrum ita se habeat.» (22) Id omne illa in se recepit. Post hæc intercesserunt dies quattuor vel quinque, ut vobis ego validissimis argumentis ostendam. Sed præmittam quæ ultimo die facta sint. Sostratus erat amicus mihi et familiaris. Huic sub vesperam ex agro revertenti obviam factus, sciensque tam sero redeuntem nihil eorum quæ necessaria erant domi nacturum, jussi mecum cœnaret. Domum igitur ad me profecti et in superiora conscendentes, cœnavimus. (23) Quum vero ille bene se curavisset, domum abiit, ego autem cubitum ivi. Interim Eratosthenes, o viri, ingreditur, et ancilla statim mihi excitato narrat hominem intus esse. Quam ubi admonui ut januam curaret diligenter, descendo et foras exeo tacite; ad hos, ad illos accedo; erant quos domi offendi, erant etiam quos peregre profectos intellexi. (24) Assumptis igitur ex iis qui aderant quam plurimis, redeo; et faces nacti ex caupona quæ erat in vicinia, in-

Καὶ δᾷδας λαβόντες ἐκ τοῦ ἐγγύτατα καπηλείου εἰσερχόμεθα, ἀνεῳγμένης τῆς θύρας καὶ ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου παρεσκευασμένης. Ὤσαντες δὲ τὴν θύραν τοῦ δωματίου οἱ μὲν πρῶτοι εἰσιόντες ἔτι εἴδομεν αὐτὸν κατακείμενον παρὰ τῇ γυναικί, οἱ δ' ὕστερον ἐν τῇ κλίνῃ γυμνὸν ἑστηκότα. (25) Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, πατάξας καταβάλλω αὐτόν, καὶ τὼ χεῖρε περιαγαγὼν εἰς τοὔπισθεν καὶ δήσας ἠρώτων διὰ τί ὑβρίζει εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν εἰσιών. Κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ καὶ ἱκέτευε μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. (26) Ἐγὼ δ' εἶπον ὅτι « Οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος, ὃν σὺ παραβαίνων περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσω, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι καὶ κόσμιος εἶναι. » (27) Οὕτως, ὦ ἄνδρες, ἐκεῖνος τούτων ἔτυχεν ὧνπερ οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας, οὐκ εἰσαρπασθεὶς ἐκ τῆς ὁδοῦ, οὐδ' ἐπὶ τὴν ἑστίαν καταφυγών, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι· πῶς γὰρ ἄν, ὅστις ἐν τῷ δωματίῳ πληγεὶς κατέπεσεν εὐθύς, περιέστρεψα δ' αὐτοῦ τὼ χεῖρε, ἔνδον δὲ ἦσαν ἄνθρωποι τοσοῦτοι, οὓς διαφυγεῖν οὐκ ἠδύνατο, οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ᾧ τοὺς εἰσελθόντας ἂν ἠμύνατο. (28) Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, οἶμαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι ὅτι οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες οὐχ ὁμολογοῦσι τοὺς ἐχθροὺς λέγειν ἀληθῆ, ἀλλ' αὐτοὶ ψευδόμενοι καὶ τὰ τοιαῦτα μηχανώμενοι ὀργὰς τοῖς ἀκούουσι κατὰ τῶν τὰ δίκαια πραττόντων παρασκευάζουσι. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγνωθι τὸν νόμον.

gredimur, januis apertis et a muliere paratis. Tum vero protrusis foribus cubiculi, qui primi nostrûm ingressi fuimus, hominem conspeximus adhuc uxori meæ accubantem, qui serius, nudum in lecto stantem. (25) Equidem, Athenienses, eum ictu prosterno, et manus post tergum reducens et vinciens, interrogavi quare tam contumeliose egisset, domum meam pro mœcho ingressus. Ille confessus factam a se fuisse injuriam, suppliciter me orabat ne ipsum interficerem, sed pecuniam uti exigerem. (26) Respondi, « Non ego te interficiam, sed interficiet lex civitatis quam tu præ voluptate contempsisti, qui maluisti tale facinus patrare adversus meam uxorem liberosque meos, quam legibus obtemperare atque moribus vivere compositis. » (27) Ita, o viri, ea ille consecutus est quæ lex eos consequi velit qui talia facinora perpetrare sustinent, non correptus e via, neque ad focum confugiens, ut isti prædicant. Quo pacto enim potuit, qui statim in cubiculo concidit a me perculsus? Manus autem a tergo revinxi, ac tot homines intus erant quos ille effugere non poterat, neque ferro, neque fuste, neque telo quolibet armatus, quo se adversus ingressos defenderet. (28) Verum enim vero, Athenienses, vos omnes scire existimo, viros injusta facientes non fateri adversarios suos vera dicere, sed mendaciis et pravis artibus instructos, animos audientium contra eos qui justa faciunt irritare. Primum igitur recita legem.

ΝΟΜΟΣ.

LEX.

29. Οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει ἀδικεῖν, καὶ ὅπως μὲν μὴ ἀποθάνῃ ἠντιβόλει καὶ ἱκέτευεν, ἀποτίνειν δ' ἕτοιμος ἦν χρήματα. Ἐγὼ δὲ τῷ μὲν ἐκείνου τιμήματι οὐ συνεχώρουν, τὸν δὲ τῆς πόλεως νόμον ἠξίουν εἶναι κυριώτερον, καὶ ταύτην ἔλαβον τὴν δίκην, ἣν ὑμεῖς δικαιοτάτην εἶναι ἡγησάμενοι τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσιν ἐτάξατε. Καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

(29) Non negabat, o viri, injuriam, sed confitebatur; meque enixe rogabat ne se interficerem, et mortem paratus erat pecunia redimere. Ego vero æstimationi illius non concessi; at civitatis legem potiorem esse existimans, eam sumpsi vindictam quam ipsi vos statuistis contra talium facinorum auctores, tanquam justissimam. Et horum mihi testes ascendite.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

TESTES.

30. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου.

(30) Recita mihi præterea hanc legem ab Areopagi curia in columna inscriptam.

ΝΟΜΟΣ.

LEX.

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου, ᾧ καὶ πάτριόν ἐστι καὶ ἐφ' ὑμῶν ἀποδέδοται τοῦ φόνου τὰς δίκας δικάζειν, διαρρήδην εἴρηται τούτου μὴ καταγινώσκειν φόνον, ὃς ἂν ἐπὶ δάμαρτι τῇ ἑαυτοῦ μοιχὸν λαβὼν ταύτην τὴν τιμωρίαν ποιήσηται. (31) Καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. Καίτοι δῆλον ὅτι, εἴ τινα εἶχε ταύτης

Auditis, Athenienses, senatui Areopagitico, cui quum patrium fuit, tum vestra memoria redditum est, de cæde judicare, disertim esse præscriptum, eum hominem ne cædis condemnent, qui mœchum deprehendens prope suam ipsius uxorem, istiusmodi pœnas sumpserit. (31) Atque ita firmiter existimavit legislator hæc justa esse et æqua de uxoribus legitimis, ut etiam de pellicibus, minore certe pretio dignis, eadem statuerit. At enim manifestum est

μείζω τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς, ἐποίησεν ἄν· νῦν δὲ οὐχ οἷός τε ὢν ταύτης ἰσχυροτέραν ἐπ' ἐκείναις ἐξευρεῖν, τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς ἠξίωσε γίνεσθαι. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

32. Ἀκούετε, ἄνδρες, ὅτι κελεύει, ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν, ἐὰν δὲ γυναῖκα, ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. Οὕτως, ὦ ἄνδρες, τοὺς βιαζομένους ἐλάττονος ζημίας ἀξίους ἡγήσατο εἶναι ἢ τοὺς πείθοντας· (33) τῶν μὲν γὰρ θάνατον κατέγνω, τοῖς δὲ διπλῆν ἐποίησε τὴν βλάβην, ἡγούμενος τοὺς μὲν διαπραττομένους βίᾳ ὑπὸ τῶν βιασθέντων μισεῖσθαι, τοὺς δὲ πείσαντας οὕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διαφθείρειν ὥστ' οἰκειοτέρας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας ἢ τοῖς ἀνδράσι, καὶ πᾶσαν ἐπ' ἐκείνοις τὴν οἰκίαν γεγονέναι, καὶ τοὺς παῖδας ἀδήλους εἶναι ὁποτέρων τυγχάνουσιν ὄντες, τῶν ἀνδρῶν ἢ τῶν μοιχῶν· ἀνθ' ὧν ὁ τὸν νόμον τιθεὶς θάνατον αὐτοῖς ἐποίησε τὴν ζημίαν. (34) Ἐμοῦ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οἱ μὲν νόμοι οὐ μόνον ἀπεγνωκότες εἰσὶ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ κεκελευκότες ταύτην τὴν δίκην λαμβάνειν· ἐν ὑμῖν δ' ἐστὶ πότερον χρὴ τούτους ἰσχυροὺς ἢ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. (35) Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι πάσας τὰς πόλεις διὰ τοῦτο τοὺς νόμους τίθεσθαι, ἵνα, περὶ ὧν ἂν πραγμάτων ἀπορῶμεν, παρὰ τούτους ἐλθόντες σκεψώμεθα ὅ τι ἡμῖν ποιητέον ἐστίν. Οὗτοι τοίνυν περὶ τῶν τοιούτων τοῖς ἀδικουμένοις τοιαύτην δίκην λαμβάνειν παρακελεύονται. (36) Οἷς ὑμᾶς ἀξιῶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν· εἰ δὲ μή, τοιαύτην ἄδειαν τοῖς μοιχοῖς ποιήσετε, ὥς καὶ τοὺς κλέπτας ἐπαρεῖτε φάσκειν μοιχοὺς εἶναι, εὖ εἰδότας ὅτι, ἐὰν ταύτην τὴν αἰτίαν περὶ ἑαυτῶν λέγωσι καὶ ἐπὶ τούτῳ φάσκωσιν εἰς τὰς ἀλλοτρίας οἰκίας εἰσιέναι, οὐδεὶς αὐτῶν ἅψεται. Πάντες γὰρ εἴσονται ὅτι τοὺς μὲν νόμους τῆς μοιχείας χαίρειν ἐᾶν δεῖ, τὴν δὲ ψῆφον τὴν ὑμετέραν δεδιέναι· αὕτη γάρ ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει κυριωτάτη.

37. Σκέψασθε δέ, ὦ ἄνδρες· κατηγοροῦσι γάρ μου ὡς ἐγὼ τὴν θεράπαιναν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετελθεῖν ἐκέλευσα τὸν νεανίσκον. Ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, δίκαιον μὲν ἂν ποιεῖν ἡγούμην ᾡτινιοῦν τρόπῳ τὸν τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν διαφθείραντα λαμβάνων· (38) εἰ μὲν γὰρ λόγων εἰρημένων, ἔργου δὲ μηδενὸς γεγενημένου μετελθεῖν ἐκέλευον ἐκεῖνον, ἠδίκουν ἄν· εἰ δὲ ἤδη πάντων διαπεπραγμένων καὶ πολλάκις εἰσεληλυθότος εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἐμὴν ᾡτινιοῦν τρόπῳ ἐλάμβανον αὐτόν, σωφρονεῖν ἐμαυτὸν ἡγούμην. (39) Σκέψασθε δὲ ὅτι καὶ ταῦτα ψεύδονται· ῥᾳδίως δὲ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε. Ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες, ὅπερ καὶ πρότερον εἶπον, φίλος ὢν Σώστρατος καὶ οἰκείως διακείμενος ἀπαντήσας ἐξ ἀγροῦ περὶ ἡλίου δυσμὰς συνεδείπνει, καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπιὼν ᾤχετο. (40) Καίτοι πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε ὅτι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐγὼ ἐπεβούλευον Ἐρατοσθένει, πότερον ἦν μοι κρεῖττον αὐτῷ ἑτέρωθι

quod, si ullas pœnas graviores habuisset, eas utique statuisset de violatis uxoribus : jam autem quum de his non potuerit graviores excogitare, easdem pro uxoribus et pro pellicibus irrogare placuit. Recita tu mihi hanc quoque legem.

LEX.

32. Auditis, o viri, legem jubere ut, si quis hominem ingenuum aut puerum vi constupraverit, mulctam luat duplam *ejus quam luisset servo duntaxat constuprato*; sin matronam vi stupraverit, super quibus deprehensum mœchum occidere licet, iisdem ille pœnis teneatur. Adeo, Athenienses, qui vi aggrediuntur, eos legislator minori pœna dignos esse existimavit quam qui blanditiis. (33) Hos enim capite damnavit, illis duplam mulctam inflixit, arbitratus eos qui vi rem perficiunt, iis odio haberi quibus vis infertur : qui vero blanditiis, animos ita penitus vitiare, ut alienas uxores sibi benevolentiores reddant quam maritis, ut tota jam domus penes ipsos sit, ut denique liberi incerta conditione nascantur, utrum scilicet ad maritum pertineant an ad mœchum. Quibus de causis legislator pœnam illis mortem statuit. (34) Me igitur, o viri, non solum crimine absolvunt leges, verum etiam jusserunt ut has pœnas repeterem : jam vero in vobis situm est utrum has leges ratas an irritas fieri oporteat. (35) Equidem arbitror omnes civitates ideo leges perferre, ut si quibus de rebus ambigatur, ab iis consilium quærentes, quid nobis faciendum sit perspiciamus. Atqui illæ injuria affectos hujusmodi pœnas ab hujusmodi hominibus repetere hortantur. (36) Eandem vero etiam vobis esse sententiam censeo; sin minus, eam peccandi licentiam mœchantibus concedetis, ut fures etiam vestra facilitate adducti se mœchos profiteantur, persuasi nempe si ad eam causam confugiant, et idcirco se dicant in alienas ædes ingredi, neminem fore qui ipsos attigerit. Omnes enim sentient leges adulterii flocci faciendas esse, vestram solummodo sententiam pertimescendam, utpote quæ sola sit omnium in hac civitate rerum arbitra.

37. Animadvertite, quæso, Athenienses. Me accusant quod illo die jusserim ancillam juvenem arcessere. Ego autem, o viri, fas esse existimassem uxoris meæ stupratorem quovis modo deprehendere. (38) Si enim, sparsis duntaxat rumoribus et re infecta, jussissem arcessi, sane peccassem. Verum quum ille omnia jam perpetravisset, et in ædes meas sæpe fuisset ingressus, profecto me sapienter egisse arbitrarer si quacumque potuissem ratione illum deprehenderem. (39) At videte istos et hæc comminisci, quod ex hisce argumentis facile erit judicare. Mihi enim, Athenienses, ut jam dixi, Sostratus, amicus meus et familiaris, ex rure obviam factus sub solis occasum mecum una cœnavit, et ubi se bene curaverat, domum abiit. (40) Jam autem hoc primum cogitate, o viri, utrum, si in illa nocte Eratostheni insidias struxissem, mihi satius fuisset alibi cœnare an convivam domum ducere; ita quippe effecissem

δειπνεῖν ἢ τὸν συνδειπνήσοντά μοι εἰσαγαγεῖν; οὕτω γὰρ ἂν ἧττον ἐτόλμησεν ἐκεῖνος εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν. Εἶτα δοκῶ ἂν ὑμῖν τὸν συνδειπνοῦντα ἀφεὶς μόνος καταλειφθῆναι καὶ ἔρημος γενέσθαι, ἢ κελεύειν ἐκεῖνον μένειν, ἵνα μετ' ἐμοῦ τὸν μοιχὸν ἐτιμωρεῖτο; (41) Ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοῖς ἐπιτηδείοις μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι, καὶ κελεῦσαι αὐτοὺς συλλεγῆναι εἰς οἰκίαν τῶν φίλων τῶν ἐγγυτάτω, μᾶλλον ἢ ἐπειδὴ τάχιστα ᾐσθόμην τῆς νυκτὸς περιτρέχειν, οὐκ εἰδὼς ὅντινα οἴκοι καταλήψομαι καὶ ὅντινα ἔξω; καὶ ὡς Ἁρμόδιον μὲν καὶ τὸν δεῖνα ἦλθον οὐκ ἐπιδημοῦντας (οὐ γὰρ ᾔδειν), ἑτέρους δὲ οὐκ ἔνδον ὄντας κατέλαβον, οὓς δ' οἷός τε ἦν λαβὼν ἐβάδιζον. (42) Καίτοιγε εἰ προῄδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν καὶ θεράποντας παρασκευάσασθαι καὶ τοῖς φίλοις παραγγεῖλαι, ἵν' ὡς ἀσφαλέστατα μὲν αὐτὸς εἰσῄειν (τί γὰρ ᾔδειν εἴ τι κἀκεῖνος εἶχε σιδήριον;), ὡς μετὰ πλείστων δὲ μαρτύρων τὴν τιμωρίαν ἐποιούμην; νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐσομένων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί, οὓς οἷός τε ἦν παρέλαβον. Καί μοι ἀνάβητε τούτων μάρτυρες.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

43. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες· σκέψασθε δὲ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς οὕτω περὶ τούτου τοῦ πράγματος, ζητοῦντες εἴ τις ἐμοὶ καὶ Ἐρατοσθένει ἔχθρα γεγένηται πώποτε πλὴν ταύτης. (44) Οὐδεμίαν γὰρ εὑρήσετε. Οὔτε γὰρ συκοφαντῶν γραφάς με ἐγράψατο, οὔτε ἐκβάλλειν ἐκ τῆς πόλεως ἐπεχείρησεν, οὔτε ἰδίας δίκας ἐδικάζετο, οὔτε συνῄδει κακὸν οὐδὲν ὃ ἐγὼ δεδιὼς μή τις πύθηται ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, οὔτε εἰ ταῦτα διεπραξάμην, ἤλπιζον χρήματα λήψεσθαι· ἔνιοι γὰρ τοιούτων πραγμάτων ἕνεκεν θάνατον ἀλλήλοις ἐπιβουλεύουσι. 96 (45) Τοσούτου τοίνυν δεῖ ἢ λοιδορία ἢ παροινία ἢ ἄλλη τις διαφορὰ ἡμῖν γεγονέναι, ὥστε οὐδὲ ἑωρακὼς ἦν τὸν ἄνθρωπον πώποτε πλὴν ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Τί ἂν οὖν βουλόμενος ἐγὼ τοιοῦτον κίνδυνον ἐκινδύνευον, εἰ μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀδικημάτων ἦν ὑπ' αὐτοῦ ἠδικημένος; (46) Ἔπειτα παρακαλέσας αὐτὸς μάρτυρας ἠσέβουν, ἐξόν μοι, εἴπερ ἀδίκως ἐπεθύμουν αὐτὸν ἀπολέσαι, μηδένα μοι τούτων συνειδέναι;

47. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἰδίαν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ νομίζω ταύτην γενέσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως ἁπάσης· οἱ γὰρ τοιαῦτα πράττοντες, ὁρῶντες οἷα τὰ ἆθλα πρόκειται τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων, ἧττον εἰς τοὺς ἄλλους ἐξαμαρτήσονται, ἐὰν καὶ ὑμᾶς ὁρῶσι τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας. (48) Εἰ δὲ μή, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι. (49) Πολὺ γὰρ οὕτω δικαιότερον ἢ ὑπὸ τῶν νόμων τοὺς πολίτας ἐνεδρεύεσθαι, οἳ κελεύουσι μέν, ἐάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅ τι ἂν οὖν βούληται χρῆσθαι, οἱ

ut adulter meas ædes intrare minus auderet : deinde, an videar vobis, hospite dimisso, solus mansurus fuisse et omni auxilio destitutus, an potius jussisse ut is maneret, et una mecum pœnas exigeret ab adultero? (41) Ad postremum, Athenienses, nonne vobis videar amicis de die præcepisse et cohortatus eos esse ut in ædes familiarium in proximo convenirent, potius quam, ubi illum intrasse cognovi, per noctem discurrere, ignarus quem domi reperturus essem, quem vero foris? Nam ad Harmodium quidem illumque atque illum postquam veni, eos peregre profectos (id enim nesciebam), alios foris esse reperi, adeo ut iis quos possem assumptis domum redirem. (42) Quodsi rem prævidissem, nonne vobis videar servos instruxisse et amicos præmonuisse, quum ut ego tutissime intrare possem (qui enim noveram utrum ille quoque ferrum haberet?) tum ut pœnas coram quam plurimis sumerem? Jam vero nihil eorum prævidens quæ in illa nocte futura essent, quos potui adduxi mecum. Horum mihi testes ascendite.

TESTES.

43. Testes audivistis, Athenienses. Jam vero apud vosmetipsos ita de hac re considerate, ut investigetis utrum mihi cum Eratosthene ulla unquam intercesserit simultas præter hanc solam. (44) Nullam omnino reperietis. Neque enim per calumniam criminis in remp. commissi me reum egit, neque patria ejicere studuit, neque privatis de causis in foro mecum certavit, neque mihi scelus aliquod conscivit, quod ego veritus ne quis rescisceret, istius mortem expetivissem; neque ex nece ipsi allata quæstum aliquem exspectabam : nam horum causa nonnulli sibi invicem exitium meditantur. (45) Atenim tantum abest ut convicium aliquod, vel temulenta rixa, vel alia quævis discordia inter nos fuerit, ut hominem in illa nocte primum viderim. Qua igitur mente tantum adirem periculum, ni injuria longe omnium gravissima ab eo affectus fuissem? (46) Deinde, an is sim qui scelus committerem advocatis testibus, quum mihi liceret, si illum injuste perdere voluissem, idem facere remotis testibus?

47. Equidem, Athenienses, eas pœnas quas sumpsi non ad me solum privatim pertinere arbitror, sed ad universam civitatem. Nam qui ejusmodi facinora perpetrant, ubi viderint quænam legibus proposita sint hujusmodi flagitiis præmia, minus prompte in alios peccabunt, si vos quoque videant eodem esse animo. (48) Sin aliter sentiatis, præstat sane abrogare leges positas et novas perferre, quæ suarum uxorum custodes vigilantissimos graviter mulctent, earumdemque stupratoribus magnam impunitatem concedant. (49) Id enim multo justius foret, quam cives in insidias duci a legibus, quæ jubent quidem ut, si quis adulterum deprehenderit, de eo statuat suo libitu, majus tamen judicii periculum iis afferunt qui in-

δ' ἀγῶνες δεινότεροι τοῖς ἀδικουμένοις καθεστήκασιν ἢ τοῖς παρὰ τοὺς νόμους τὰς ἀλλοτρίας καταισχύνουσι γυναῖκας. (50) Ἐγὼ γὰρ νῦν καὶ περὶ τοῦ σώματος καὶ περὶ τῶν χρημάτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων κινδυνεύω, ὅτι τοῖς τῆς πόλεως νόμοις ἐπειθόμην.

II.

190

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ ΒΟΗΘΟΙΣ.

Εἰ μὲν ἡγούμην οἷόν τε εἶναι, ὦ παρόντες ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ, λόγῳ δηλῶσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν ἀρετήν, ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν· ἐπειδὴ δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ πᾶς χρόνος οὐχ ἱκανὸς λόγον ἴσον παρασκευάσαι τοῖς τούτων ἔργοις, διὰ τοῦτο καὶ ἡ πόλις μοι δοκεῖ, προνοουμένη τῶν ἐνθάδε λεγόντων, ἐξ ὀλίγου τὴν πρόσταξιν ποιεῖσθαι, ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης αὐτοὺς παρὰ τῶν ἀκουσάντων τυγχάνειν. (2) Ὅμως δὲ ὁ μὲν λόγος μοι περὶ τούτων, ὁ δ' ἀγὼν οὐ πρὸς τὰ τούτων ἔργα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς πρότερον ἐπ' αὐτοῖς εἰρηκότας. Τοσαύτην γὰρ ἀφθονίαν παρεσκεύασεν ἡ τούτων ἀρετὴ καὶ τοῖς ποιεῖν δυναμένοις καὶ τοῖς εἰπεῖν βουληθεῖσιν, ὥστε καλὰ μὲν πολλὰ τοῖς προτέροις περὶ αὐτῶν εἰρῆσθαι, πολλὰ δὲ καὶ ἐκείνοις παραλελεῖφθαι, ἱκανὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἐξεῖναι εἰπεῖν· οὔτε γὰρ γῆς ἄπειροι οὔτε θαλάττης οὐδεμιᾶς, πανταχοῦ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις οἱ τὰ αὑτῶν πενθοῦντες κακὰ τὰς τούτων ἀρετὰς ὑμνοῦσι.

3. Πρῶτον μὲν οὖν τοὺς παλαιοὺς κινδύνους τῶν προγόνων δίειμι, μνήμην παρὰ τῆς φήμης λαβών· ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις κἀκείνων μεμνῆσθαι, ὑμνοῦντας μὲν ἐν ταῖς ᾠδαῖς, λέγοντας δ' ἐν ταῖς τῶν ἀγαθῶν μνήμαις, τιμῶντας δ' ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς τοιούτοις, παιδεύοντας δ' ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων ἔργοις τοὺς ζῶντας.

4. Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεως μὲν τὸ παλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμόν, μόναι μὲν ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτάς, πρῶται δὲ τῶν πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως δι' ἀπειρίαν τῶν ἐναντίων ᾕρουν μὲν τοὺς φεύγοντας, ἀπέλειπον δὲ τοὺς διώκοντας, ἐνομίζοντο διὰ τὴν εὐψυχίαν μᾶλλον ἄνδρες ἢ διὰ τὴν φύσιν γυναῖκες· πλέον γὰρ ἐδόκουν τῶν ἀνδρῶν ταῖς ψυχαῖς διαφέρειν ἢ ταῖς ἰδέαις ἐλλείπειν. (5) Ἄρχουσαι δὲ πολλῶν ἐθνῶν, καὶ ἔργῳ μὲν τοὺς περὶ αὐτὰς καταδεδουλωμέναι, λόγῳ δὲ περὶ τῆσδε τῆς χώρας ἀκούουσαι κλέος μέγα, πολλῆς δόξης καὶ μεγάλης ἐλπίδος χάριν παραλαβοῦσαι τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. Τυχοῦσαι δ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοίας ἐκτήσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει, καὶ ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προ-

juriam sunt perpessi quam iis qui præter leges uxores alienas dedecorant. (50) Ego enim hodie in discrimen vitæ, fortunarum, et reliquarum rerum omnium venio, quod civitatis legibus obtemperavi.

II.

ORATIO FUNEBRIS

IN CORINTHIORUM SOCIOS.

Si existimarem, o vos qui huic sepulcro adestis, fieri posse ut oratione quisquam assequatur eorum virtutem qui hic jacent conditi; expostulaturus forem cum iis qui ex paucorum dierum apparatu laudes ipsorum prædicandas mandaverunt: at quoniam tempus vel longissimum nulli homini sufficeret ad concinnandam orationem horum gestis æqualem, idcirco mihi videtur civitas eorum qui hic dicturi sunt rationem habuisse, dum exiguum temporis spatium ad præparationem constituit, quod inde præsertim putaret ipsos ab auditoribus facillime veniam impetraturos. (2) Est itaque mihi de his dicturo certamen propositum non cum horum præclaris facinoribus, sed cum iis qui prius in illorum laudem dixerunt. Tantam enim rerum dicendarum copiam virtus illorum suppeditat iis qui res gestas vel carmine vel soluto sermone ornare queunt, ut quamvis multa dicta sint a prioribus, multa tamen ab ipsis omissa reperiantur, nec pauca etiam posterioribus adhuc supersint enarranda. Nullius enim sunt neque continentis neque pelagi exsortes, sed ubique in populis sunt qui, dum sua ipsorum mala lugent, horum virtutes decantant.

3. Primo itaque loco antiqua majorum certamina prosequar, quorum memoriam fama nobis reservavit. Decet enim omnes homines illorum quoque meminisse, alias in carminibus cantantes eorum nomina, alias appellantes in commemorationibus virorum fortium, alias debito prosequentes honore in temporibus huic nostro similibus, et mortuorum exemplis eos qui vivunt instituentes.

4. Amazones igitur, antiquum genus, Martis fuerunt filiæ, quæ juxta Thermodontem fluvium habitabant, solæque omnium circa populorum ferro armabantur, et primæ in equos ascenderunt, quibus hostes necopinantes, insolitæque rei ignaros, et consequebantur in fugam versos, et persequentes effugiebant. Videbantur autem ob fortitudinem viris ascribendæ potius quam ob sexum feminis. Putabantur enim magis præstare viris animo quam sexu cedere. (5) Multis circa gentibus imperitantes a se subactis, celebrem nostræ patriæ gloriam quum fando accepissent, summo amore laudis et spe magna ductæ, bellicosissimis nationibus assumptis, huic civitati bellum intulerunt. Quum autem incidissent in viros strenuos, animos naturæ ipsarum congruentes nactæ et opinionem

τέρας λαβοῦσαι μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἢ ἐκ τῶν σωμάτων ἔδοξαν εἶναι γυναῖκες. (6) Μόναις δ' αὐταῖς οὐκ
191 ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις ἄμεινον περὶ τῶν λοιπῶν βουλεύσασθαι, οὐδ' οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυστυχίαν καὶ τὴν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν· αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δίκην τῆς ἀνοίας δοῦσαι, τῆσδε μὲν τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀρετὴν ἀθάνατον μνήμην ἐποίησαν, τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν ἀνώνυμον κατέστησαν. Ἐκεῖναι μὲν οὖν τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι τὴν ἑαυτῶν δικαίως ἀπώλεσαν.

7. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, οὐκ ἐώντων Καδμείων θάπτειν τοὺς νεκρούς, Ἀθηναῖοι ἡγησάμενοι ἐκείνους μέν, εἴ τι ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην, τοὺς δὲ κάτω τὰ αὑτῶν οὐ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι, τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας ἐδέοντο αὐτῶν δοῦναι τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν; (8) νομίζοντες ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπιστούντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι, οὐ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτούς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχούσης, οὐδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων χαριζόμενοι, (9) ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυγχάνειν πρὸς τοὺς ἑτέρους ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν, ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μηκέτι εἰς τοὺς τεθνεῶτας ἐξαμαρτάνοντες πλείω περὶ τοὺς θεοὺς ἐξυβρίσωσιν, ὑπὲρ δὲ τῶν ἑτέρων, ἵνα μὴ πρότερον εἰς τὴν αὑτῶν ἀπέλθωσι πατρίου τιμῆς ἀτυχήσαντες καὶ Ἑλληνικοῦ νόμου στερηθέντες καὶ κοινῆς ἐλπίδος ἡμαρτηκότες. (10) Ταῦτα διανοηθέντες, καὶ τὰς ἐν τῷ πολέμῳ τύχας κοινὰς ἁπάντων ἀνθρώπων νομίζοντες, πολλοὺς μὲν πολεμίους κτώμενοι, τὸ δὲ δίκαιον ἔχοντες σύμμαχον, ἐνίκων μαχόμενοι· καὶ οὐχ ὑπὸ τῆς τύχης ἐπαρθέντες μείζονος παρὰ Καδμείων τιμωρίας ἐπεθύμησαν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τῆς ἀσεβείας τὴν ἑαυτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο, αὐτοὶ δὲ λαβόντες τὰ ἆθλα ὧνπερ ἕνεκεν ἀφίκοντο, τοὺς Ἀργείων νεκρούς, ἔθαψαν ἐν τῇ αὑτῶν Ἐλευσῖνι. Περὶ μὲν οὖν τοὺς ἀποθανόντας τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτοι γεγόνασιν.

11. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ, ἐπειδὴ Ἡρακλῆς μὲν ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ ἔφευγον μὲν Εὐρυσθέα, ἐξηλαύνοντο δὲ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων, αἰσχυνομένων μὲν τοῖς ἔργοις, φοβουμένων δὲ τὴν Εὐρυσθέως δύναμιν, ἀφικόμενοι εἰς τήνδε τὴν πόλιν ἱκέται ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐκαθέζοντο· (12) ἐξαιτουμένου δὲ αὐτοὺς Εὐρυσθέως, Ἀθηναῖοι οὐκ ἠθέλησαν ἐκδοῦναι, ἀλλὰ τὴν Ἡρακλέους ἀρετὴν μᾶλλον ᾐδοῦντο ἢ τὸν κίνδυνον τὸν ἑαυτῶν ἐφοβοῦντο, καὶ ἠξίουν ὑπὲρ τῶν ἀσθενεστέρων μετὰ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δυναμένοις χαριζόμενοι τοὺς ὑπ' ἐκείνων ἀδικουμένους ἐκδοῦναι. (13) Ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ τῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόντων, οὐκ ἐγγὺς

a pristina diversam, certaminum discrimine potius quam ex habitu corporis mulieres esse judicatæ sunt. (6) Atque his solis non contigit, ut malis edoctæ in posterum sibi melius consulerent, neque ut reversæ domum narrarent et calamitatem suam et majorum nostrorum virtutem; sed in acie occumbentes stultitiæ suæ dederunt pœnas, ac huic quidem civitati gloriam virtutis immortalem, suæ vero patriæ æternum ignobilitatis dedecus pepererunt. Sic illæ injuste appetentes aliena, sua jure optimo amiserunt.

7. Adrasto autem et Polynice Thebas oppugnantibus ac prœlio victis, Cadmeisque nolentibus ut mortui sepelirentur, Athenienses arbitrati illos quidem, si quid deliquissent, jam mortuos summam delicti pœnam persolvisse, deos vero inferos jura sibi debita non consequi, et pollutis sacris violari deos superos, primum quidem misso præcone eos rogabant ut mortuos tolli sinerent ad sepulturam; (8) quod judicarent strenuorum quidem virorum esse viventes inimicos ulcisci, sibi vero diffidentium in exanimis corporibus animorum vim ostentare. Quo non obtento, Cadmeos adorti sunt, nec horum odio quibuscum nullas prius exercuerant simultates, nec Argivorum superstitum gratia, (9) sed æquum rati ut mortui in bello legitima consequerentur, adversus alteros pro utrisque dimicaverunt; pro illis quidem, ne amplius peccarent in mortuos, deosque gravius offenderent; pro his vero, ut ne in suam redirent regionem, honorem patrium non assecuti, jure universæ Græciæ privati et communi spe frustrati. (10) Quæ quum cogitarent ac fortunam belli communem cunctis mortalibus existimarent, hostes licet plurimos pugnando vicerunt, quod a se stantem haberent justitiam. Neque successu inflati, graviores a Cadmeis pœnas voluerunt repetere, sed illorum impietati, velut adversariam, suam opposuerunt pietatem, adeptique illa ipsa certaminis præmia, quorum causa venerant, corpora nempe Argivorum, Eleusine, suæ ditionis oppido, contumulaverunt. Erga eos igitur qui ex septem illis ad Thebas ducibus pugnantes vita defuncti sunt, tales fuere.

11. Tempore autem sequenti, postquam Hercules e rebus humanis sublatus est, liberi ipsius fugientes Eurystheum ab omnibus Græcis rejiciebantur, non illis quidem nullo motis pudore tantæ turpitudinis, at reformidantibus Eurysthei potentiam. (12) Qui hanc ingressi civitatem, quum ad altaria supplices confugissent, deposcenti eos Eurystheo Athenienses tradere recusarunt, sed Herculis virtutem magis reverebantur quam suum periculum timebant, malebantque pro infirmioribus cum justitia pugnare quam potentioribus gratificando per injurias eorum oppressos ad supplicium tradere. (13) Movente autem ipsis bellum Eurystheo cum iis qui tunc erant Peloponnesi incolis, periculis tam instantibus, non pœnitentia ducebantur, sed in eodem

τῶν δεινῶν γενόμενοι μετέγνωσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν εἶχον γνώμην ἥνπερ πρότερον, ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν ἰδίᾳ ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτῶν πεπονθότες, ἐκείνους τ' οὐκ εἰδότες ὁποῖοί τινες ἄνδρες ἔσονται γενόμενοι· (14) δίκαιον δὲ νομίζοντες εἶναι, οὐ προτέρας ἔχθρας ὑπαρχούσης πρὸς Εὐρυσθέα, οὐδὲ κέρδους προκειμένου πλὴν δόξης ἀγαθῆς, τοσοῦτον κίνδυνον ὑπὲρ αὐτῶν ἤραντο, τοὺς μὲν ἀδικουμένους ἐλεοῦντες, τοὺς δ' ὑβρίζοντας μισοῦντες, καὶ τοὺς μὲν κωλύειν ἐπιχειροῦντες, τοῖς δ' ἐπικουρεῖν ἀξιοῦντες, ἡγούμενοι ἐλευθερίας μὲν σημεῖον εἶναι μηδὲν ποιεῖν ἄκοντας, δικαιοσύνης δὲ τοῖς ἀδικουμένοις βοηθεῖν, εὐψυχίας δ' ὑπὲρ τούτων ἀμφοτέρων, εἰ δέοι, μαχομένους ἀποθνήσκειν. (15) Τοσοῦτον δ' ἐφρόνουν ἀμφότεροι, ὥσθ' οἱ μὲν μετ' Εὐρυσθέως οὐδὲν παρ' ἑκόν-
192 των ἐζήτουν εὑρίσκεσθαι, Ἀθηναῖοι δὲ οὐκ ἠξίουν Εὐρυσθέα αὐτὸν ἱκετεύοντα τοὺς ἱκέτας παρ' αὐτῶν ἐξελεῖν. Παραταξάμενοι δ' ἰδίᾳ δυνάμει τὴν ἐξ ἁπάσης Πελοποννήσου στρατιὰν ἐλθοῦσαν ἐνίκων μαχόμενοι, καὶ τῶν Ἡρακλέους παίδων τὰ μὲν σώματα εἰς ἄδειαν κατέστησαν, ἀπαλλάξαντες δὲ τοῦ δέους καὶ τὰς ψυχὰς ἠλευθέρωσαν, διὰ δὲ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν ἐκείνους τοῖς αὐτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν. (16) Τοσοῦτον δὲ εὐτυχέστεροι παῖδες ὄντες ἐγένοντο τοῦ πατρός· ὁ μὲν γάρ, καίπερ ὢν ἀγαθῶν πολλῶν αἴτιος ἅπασιν ἀνθρώποις, ἐπίπονον καὶ φιλόνεικον καὶ φιλότιμον αὑτῷ καταστήσας τὸν βίον τοὺς μὲν ἄλλους ἀδικοῦντας ἐκόλασεν, Εὐρυσθέα δὲ καὶ ἐχθρὸν ὄντα καὶ εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτάνοντα οὐχ οἷός τε ἦν τιμωρήσασθαι· οἱ δὲ παῖδες αὐτοῦ διὰ τήνδε τὴν πόλιν τῇ αὐτῇ εἶδον ἡμέρᾳ τήν θ' ἑαυτῶν σωτηρίαν καὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν τιμωρίαν.

17. Πολλὰ μὲν οὖν ὑπῆρχε τοῖς ἡμετέροις προγόνοις μιᾷ γνώμῃ χρωμένοις περὶ τοῦ δικαίου διαμάχεσθαι· ἥ τε γὰρ ἀρχὴ τοῦ βίου δικαία· οὐ γάρ, ὥσπερ οἱ πολλοί, πανταχόθεν συνειλεγμένοι καὶ ἑτέρους ἐκβαλόντες τὴν ἀλλοτρίαν ᾤκησαν, ἀλλ' αὐτόχθονες ὄντες τὴν αὐτὴν ἐκέκτηντο καὶ μητέρα καὶ πατρίδα. (18) Πρῶτοι δὲ καὶ μόνοι ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐκβαλόντες τὰς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς δυναστείας δημοκρατίαν κατεστήσαντο, ἡγούμενοι τὴν πάντων ἐλευθερίαν ὁμόνοιαν εἶναι μεγίστην, κοινὰς δ' ἀλλήλοις τὰς ἐκ τῶν κινδύνων ἐλπίδας ποιήσαντες ἐλευθέραις ταῖς ψυχαῖς ἐπολιτεύοντο, (19) νόμῳ τοὺς ἀγαθοὺς τιμῶντες καὶ τοὺς κακοὺς κολάζοντες, ἡγησάμενοι θηρίων μὲν ἔργον εἶναι ὑπ' ἀλλήλων βίᾳ κρατεῖσθαι, ἀνθρώποις δὲ προσήκειν νόμῳ μὲν ὁρίσασθαι τὸ δίκαιον, λόγῳ δὲ πεῖσαι, ἔργῳ δὲ τούτοις ὑπηρετεῖν, ὑπὸ νόμου μὲν βασιλευομένους, ὑπὸ λόγου δὲ διδασκομένους.

20. Καὶ γάρ τοι καὶ φύντες καλῶς καὶ γνόντες ὅμοια, πολλὰ μὲν καλὰ καὶ θαυμαστὰ οἱ πρόγονοι τῶν ἐνθάδε κειμένων εἰργάσαντο, ἀείμνηστα δὲ καὶ μεγάλα καὶ πανταχοῦ οἱ ἐξ ἐκείνων γεγονότες τρόπαια διὰ τὴν αὑτῶν ἀρετὴν κατέλιπον. Μόνοι γὰρ ὑπὲρ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος πρὸς πολλὰς μυριάδας τῶν βαρβάρων διεκινδύνευσαν. (21) Ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν

proposito firmiter perseverabant, quamvis nulla privata essent in ipsos Herculis merita, ignorarentque quales Heraclidæ, postquam adolevissent, erga se essent futuri; (14) sed quum id æquum esse ducerent, etsi neque simultas ipsis antea cum Eurystheo intercessisset, neque aliud sibi lucrum esset propositum præterquam honoris et gloriæ, tantum discrimen pro Heraclidis adierunt, parique vim passorum misericordia et inferentium odio, hos reprimere conabantur, illis auxiliari festinabant, existimantes notam libertatis hanc esse, nihil invitos facere; justitiæ, succurrere injuria affectis; fortitudinis, pro libertate et justitia, si ita res postulet, pugnando occumbere. (15) Tam elatis autem erant utrimque animis, ut Eurystheus nihil a volentibus per gratiam impetrare cuperet, Athenienses vero supplices tradere nollent, etiam si supplex id Eurystheus rogasset. Productis itaque in aciem domesticis copiis, collectum ex universa Peloponneso fuderunt exercitum, Heraclidarumque non corpora duntaxat collocarunt in tuto, sed et animos ab omni metu reddiderunt immunes, et propter patris virtutem suis illos periculis victoriæ corona ornarunt. (16) Tanto nimirum feliciores patre fuerunt liberi, quod pater quidem, quamvis multorum bonorum auctor omnibus esset hominibus, quamvis plenam labore, contentione et amore laudis duceret vitam, et aliorum scelera ulcisceretur, de Eurystheo tamen, suo inimico et injuriis ipsum oneranti, pœnam sumere non potuisset; liberi vero, civitatis hujus virtute, eadem die viderint et suam ipsorum salutem et suorum pœnas inimicorum.

17. Sæpe quidem contigit majoribus nostris pro justo et æquo communi assensu decertare, quippe quibus ipsum vitæ principium jure fundatum esset. Non enim, ut plerique, undecumque collecti, expulsis aliis, alienum solum occupaverunt; sed quum essent indigenæ, eandem habuerunt regionem et matrem et patriam. (18) Primi autem et soli eo tempore, regnis apud se abolitis, democratiam instituerunt, arbitrati libertatem omnium summam efficere concordiam. Atque quum spes e periculis proposuissent omnibus pares, liberis animis administrabant rempublicam, (19) legum arbitrio honorabant bonos et improbos puniebant, quod existimarent ferarum esse inter ipsas vi aliam ab alia superari; at decere homines æquitatem quum lege finire, tum ratione persuadere, et utrisque servire pariter gubernatos ab illa et ab hac edoctos.

20. Ac profecto majores eorum qui hic sepulti sunt, quum essent honeste nati, et honestis natalibus congrua sentirent, multa præclara et admiranda præstiterunt facinora. Illorum quoque posteri ita virtute excelluerunt, ut magna et digna æterna memoria ubique tropæa relinquerent. Nam solis ipsorum viribus adversus multas barbarorum myriadas dimicarunt. (21) Nempe Asiæ rex præsentibus

τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην δουλώσασθαι, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιάν. Ἡγησάμενοι δέ, εἰ τήνδε τὴν πόλιν ἢ ἑκοῦσαν φίλην ποιήσαιντο ἢ ἄκουσαν καταστρέψαιντο, ῥᾳδίως τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἄρξειν, ἀπέβησαν εἰς Μαραθῶνα, νομίσαντες οὕτως ἂν ἐρημοτάτους εἶναι συμμάχων τοὺς Ἕλληνας, εἰ ἔτι στασιαζούσης τῆς Ἑλλάδος ᾧτινι χρὴ τρόπῳ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνασθαι, τὸν κίνδυνον ποιήσαιντο. (22) Ἔτι δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων ἔργων περὶ τῆς πόλεως τοιαύτη δόξα παρειστήκει, ὡς εἰ μὲν πρότερον ἐπ' ἄλλην πόλιν ἴασιν, ἐκείνοις καὶ Ἀθηναίοις πολεμήσουσι· προθύμως γὰρ τοῖς ἀδικουμένοις ἥξουσι βοηθήσοντες· εἰ δ' ἐνθάδε πρῶτον ἀφίξονται, οὐδένας ἄλλους τῶν Ἑλλήνων τολμήσειν ἑτέρους σώζοντας φανερὰν ἔχθραν πρὸς ἐκείνους ὑπὲρ αὐτῶν καταθέσθαι. (23) Οἱ μὲν τοίνυν τοιαῦτα διενοοῦντο· οἱ δ' ἡμέτεροι πρόγονοι οὐ λογισμῷ δόντες τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους, ἀλλὰ νομίζοντες τὸν εὐκλεᾶ θάνατον ἀθάνατον περὶ τῶν ἀγαθῶν καταλείπειν λόγον, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τῇ αὐτῶν ἀρετῇ μᾶλλον ἐπίστευσαν. Καὶ αἰσχυνόμενοι ὅτι ἦσαν οἱ βάρβαροι αὐτῶν ἐν τῇ χώρᾳ, οὐκ ἀνέμειναν πυθέσθαι οὐδὲ βοηθῆσαι τοὺς συμμάχους, οὐδ' ᾠήθησαν δεῖν ἑτέροις τῆς σωτηρίας χάριν εἰδέναι, ἀλλὰ σφίσιν αὐτοῖς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας. (24) Ταῦτα μιᾷ γνώμῃ πάντες γνόντες ἀπήντων ὀλίγοι πρὸς πολλούς· ἐνόμιζον γὰρ ἀποθανεῖν μὲν αὐτοῖς μετὰ πάντων προσήκειν, ἀγαθοὺς δ' εἶναι μετ' ὀλίγων, καὶ τὰς μὲν
193 ψυχὰς ἀλλοτρίας διὰ τὸν θάνατον κεκτῆσθαι, τὴν δ' ἐκ τῶν κινδύνων μνήμην ἰδίαν καταλείψειν. Ἠξίουν δ', οὓς μὴ μόνοι νικῷεν, οὐδ' ἂν μετὰ συμμάχων δύνασθαι· καὶ ἡττηθέντες μὲν ὀλίγῳ τῶν ἄλλων προαπολεῖσθαι, νικήσαντες δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐλευθερώσειν. (25) Ἄνδρες δ' ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ τῶν μὲν σωμάτων ἀφειδήσαντες, ὑπὲρ δὲ τῆς ἀρετῆς οὐ φιλοψυχήσαντες, καὶ μᾶλλον τοὺς παρ' αὐτοῖς νόμους αἰσχυνόμενοι ἢ τὸν πρὸς τοὺς πολεμίους κίνδυνον φοβούμενοι, ἔστησαν μὲν τρόπαια ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τῶν βαρβάρων ἐν τῇ αὑτῶν, ὑπὲρ χρημάτων εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐμβαλόντων, παρὰ τοὺς ὅρους τῆς χώρας, (26) οὕτω δὲ διὰ ταχέων τὸν κίνδυνον ἐποιήσαντο, ὥστε οἱ αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις ἀπήγγειλαν τήν τ' ἐνθάδε ἄφιξιν τῶν βαρβάρων καὶ τὴν τῶν προγόνων νίκην. Καὶ γάρ τοι οὐδεὶς τῶν ἄλλων ἔδεισεν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος κινδύνου, ἀλλ' ἀκούσαντες ὑπὲρ τῆς αὑτῶν ἐλευθερίας ἥσθησαν. Ὥστε οὐδὲν θαυμαστόν, πάλαι τῶν ἔργων γεγενημένων, ὥσπερ καινῶν ὄντων ἔτι καὶ νῦν τὴν ἀρετὴν αὐτῶν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ζηλοῦσθαι.

27. Μετὰ δὲ ταῦτα Ξέρξης ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεύς, καταφρονήσας μὲν τῆς Ἑλλάδος, ἐψευσμένος δὲ τῆς ἐλπίδος, ἀτιμαζόμενος δὲ τῷ γεγενημένῳ, ἀχθόμενος δὲ τῇ συμφορᾷ, ὀργιζόμενος δὲ τοῖς αἰτίοις, ἀπαθὴς δ' ὢν κακῶν καὶ ἄπειρος ἀνδρῶν ἀγαθῶν, δεκάτῳ ἔτει παρασκευασάμενος χιλίαις μὲν καὶ διακοσίαις ναυσὶν ἀφίκετο, τῆς δὲ πεζῆς στρατιᾶς οὕτως ἄπειρον τὸ πλῆ-

bonis non contentus et Europam quoque se subacturum sperans, misit quingenta millia bellatorum. Qui quum arbitrarentur reliquam Græciam se facile debellaturos, si hanc civitatem aut volentem sibi amicitia adjungerent, aut repugnantem everterent, descenderunt ad Marathonem, autumantes tum maxime futurum ut nostros a sociis destitutos opprimerent, quum dissidente adhuc Græcia et dubitante quomodo hosti invadenti resistendum esset, belli aleam experirentur. (22) Deinde præteritorum gestorum edocti exemplo, hanc de nostra civitate opinionem habuerunt, fore ut, si alios Græcos primum invaderent, sibi et cum illis et cum Atheniensibus esset decertandum; quoniam Athenienses prompte vim passis subventuri essent: sin autem huc primum incurrerent, nullos Græcorum ausuros, alios servandi studio, manifestos Persarum hostes se profiteri. (23) Atque illi quidem talia cogitabant. Nostri vero majores, non consideratis belli periculis, sed arbitrati mortem gloriosam immortalem virorum fortium memoriam relinquere, hostium multitudinem non formidaverunt, sed suæ ipsorum virtuti magis confidebant. Atque magno pudore suffusi quod barbaros viderent in sua regione, non exspectaverunt donec ejus rei fama ad socios permanaret, et hi ad auxiliandum accurrerent; neque putaverunt decere ut ipsi suam salutem aliis referrent acceptam, sed ut sibi potius ceteri Græci. (24) Hæc omnes uno animo sentientes occurrunt pauci multis, quod existimarent mori quidem sibi esse commune cum omnibus, virtute autem præstare cum paucis tantummodo; et ut vita sibi, ob moriendi necessitatem omnibus impositam, quasi aliena et mutuo accepta erat, ita periculorum famam sibi propriam posteritati commendaturos. Autumabant porro quos soli domesticis viribus non vicissent, eos ne cum sociis quidem se posse superare; et, si vincerentur, exiguo temporis spatio ante ceteros mortem se oppetituros, victores autem omnes alios secum esse servaturos ac in libertatem vindicaturos. (25) Quum igitur se exhiberent viros fortes, quum nihil parcerent vitæ et corporibus, dummodo proferrent virtutem, quum patrias leges magis revererentur quam certamen hostile formidarent, pro salute Græciæ in sua ipsorum terra tropæum statuerunt adversus barbaros, qui aliorum opes invadendi causa fines alienos transgressi fuerant. (26) Tanta vero celeritate discrimen hoc adierunt, ut iidem et barbarorum adventum et majorum nostrorum nuntiarint victoriam. Unde factum est ut nemo alius de futuro periculo trepidaret, sed omnes statim audientes conservata sua libertate gauderent. Nihil itaque mirum accidit gesta illa, antiqua licet, perinde ac si recentissima sint, omnium admiratione et laudibus etiamnum celebrari.

27. Post hæc vero Xerxes, Asiæ rex, contemptis Græcis, sua spe falsus, quum eventuum dedecore ureretur, et ob acceptam a patre cladem iratus, hujus auctoribus succenseret, ipse malorum expers et fortium virorum ignarus, per decem annos rebus comparatis, cum ducentis et mille navibus huc accessit; peditum vero copias adduxit multitudine adeo innumerabiles, ut etiam gentes quæ ipsum

θος ἦγεν, ὥστε καὶ τὰ ἔθνη τὰ μετ' αὐτοῦ ἀκολουθήσαντα πολὺ ἂν ἔργον εἴη καταλέξαι· (28) τὸ δὲ μέγιστον σημεῖον τοῦ πλήθους· ἐξὸν γὰρ αὐτῷ χιλίαις ναυσὶ διαβιβάσαι κατὰ τὸ στενώτατον τοῦ Ἑλλησπόντου τὴν πεζὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην, οὐκ ἠθέλησεν, ἡγούμενος τὴν διατριβὴν αὐτῷ πολλὴν ἔσεσθαι· (29) ἀλλ' ὑπεριδὼν καὶ τὰ φύσει πεφυκότα καὶ τὰ θεῖα πράγματα καὶ τὰς ἀνθρωπίνας διανοίας, ὁδὸν μὲν διὰ τῆς θαλάσσης ἐποιήσατο, πλοῦν δὲ διὰ τῆς γῆς ἠνάγκασε γενέσθαι, ζεύξας μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διορύξας δὲ τὸν Ἄθω· ὑφισταμένου οὐδενός, ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκόντων ὑπακουόντων, τῶν δὲ ἑκόντων προδιδόντων· οἱ μὲν γὰρ οὐχ ἱκανοὶ ἦσαν ἀμύνασθαι, οἱ δ' ὑπὸ χρημάτων διεφθαρμένοι· ἀμφότερα δ' ἦν αὐτοὺς τὰ πείθοντα, κέρδος καὶ δέος. (30) Ἀθηναῖοι δ' οὕτω διακειμένης τῆς Ἑλλάδος αὐτοὶ μὲν εἰς τὰς ναῦς ἐμβάντες ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἐβοήθησαν· Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ τῶν συμμάχων ἔνιοι εἰς Θερμοπύλας ἀπήντησαν, ἡγούμενοι διὰ τὴν στενότητα τῶν χωρίων τὴν πάροδον οἷοί τ' ἔσεσθαι διαφυλάξαι. (31) Γενομένου δὲ τοῦ κινδύνου κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, Ἀθηναῖοι μὲν ἐνίκων τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμόνιοι δέ, οὐ ταῖς ψυχαῖς ἐνδεεῖς γενόμενοι, ἀλλὰ τοῦ πλήθους ψευσθέντες καὶ οὓς φυλάξειν ᾤοντο καὶ πρὸς οὓς κινδυνεύσειν ἔμελλον οὐχ ἡττηθέντες τῶν ἐναντίων, ἀλλ' ἀποθανόντες οὗπερ ἐτάχθησαν μάχεσθαι —, (32) τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῶν μὲν δυστυχησάντων, τῶν δὲ τῆς παρόδου κρατησάντων, οἱ μὲν ἐπορεύοντο ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν, οἱ δ' ἡμέτεροι πρόγονοι πυθόμενοι μὲν τὴν γεγενημένην Λακεδαιμονίοις συμφοράν, ἀποροῦντες δὲ τοῖς περιεστηκόσι πράγμασιν, εἰδότες δ' ὅτι, εἰ μὲν κατὰ γῆν τοῖς βαρβάροις ἀπαντήσονται, ἐπιπλεύσαντες χιλίαις ναυσὶν ἐρήμην τὴν πόλιν λήψονται, εἰ δὲ εἰς τὰς τριήρεις ἐμβήσονται, ὑπὸ τῆς πεζῆς στρατιᾶς ἁλώσονται, ἀμφότερα δ' οὐ δυνήσονται, ἀμύνασθαί τε καὶ φυλακὴν ἱκανὴν καταλιπεῖν, (33) δυοῖν δὲ προκειμένοιν, πότερον χρὴ τὴν πατρίδα ἐκλιπεῖν ἢ μετὰ τῶν βαρβάρων γενομένους καταδουλώσασθαι τοὺς Ἕλληνας, ἡγησάμενοι κρεῖττον εἶναι μετ' ἀρετῆς καὶ πενίας καὶ φυγῆς ἐλευθερίαν ἢ μετ' ὀνείδους καὶ πλούτου δουλείαν τῆς πατρίδος, ἐξέλιπον ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τὴν πόλιν, ἵν' ἐν μέρει πρὸς ἑκατέραν, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀμφοτέρας ἅμα τὰς δυνάμεις
194 κινδυνεύσωσιν, ὑπεκθέμενοι δὲ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ μητέρας εἰς Σαλαμῖνα, συνήθροιζον καὶ τὸ τῶν ἄλλων συμμάχων ναυτικόν. (34) Οὐ πολλαῖς δ' ὕστερον ἡμέραις ἦλθε καὶ ἡ πεζὴ στρατιὰ καὶ τὸ ναυτικὸν τὸ τῶν βαρβάρων, ὃ τίς ἰδὼν οὐκ ἂν ἐφοβήθη, ὡς μέγας καὶ δεινὸς τῇδε τῇ πόλει κίνδυνος ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἠγωνίσθη; (35) Ποίαν δὲ γνώμην εἶχον ἢ οἱ θεώμενοι τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶν ἐκείναις, οὔσης καὶ τῆς αὐτῶν σωτηρίας ἀπίστου καὶ τοῦ προσιόντος κινδύνου, ἢ οἱ μέλλοντες ναυμαχήσειν ὑπὲρ τῆς φιλότητος, ὑπὲρ τῶν ἐν Σαλαμῖνι; (36) Οἷς τοσοῦτον πανταχόθεν περιειστήκει πλῆθος πολεμίων, ὥστε

comitabantur recensere foret molestum. (28) Maximum autem multitudinis signum est, quod quum liceret ipsi mille navibus pedestres copias per angustum Hellesponti fretum trajicere ex Asia in Europam, id noluerit, moræ diuturnitatem sibi tædio fore arbitratus; (29) sed contempta rerum natura, contemptis divinis operibus et humanis consiliis, viam sibi fecit per mare, et navigationem per terram fieri coegit, tum Hellesponto ponte juncto, tum Atho monte perfosso; nullo e Græcis resistente, sed aliis invitis, quod se non possent tueri, aliis se sponte tradentibus, quod muneribus corrupti essent; quibus hæc duo, timor et lucrum, ut id facerent, persuadebant. (30) In hoc autem Græciæ misero statu, Athenienses cum classe ad Artemisium navigarunt barbaris obstituri; Lacedæmonii cum sociis nonnullis ad Thermopylas hosti occurrerunt, per locorum angustias sperantes fore ut aditum facile tuerentur. (31) Prœlio autem facto eodem tempore, Athenienses quidem navali pugna victores discesserunt; Lacedæmonii vero, quamvis animus ipsis non deesset, sed decepti numero tum eorum quos tuituri tum eorum contra quos pugnaturi erant, non victi ab adversariis, sed pugnando fessi, eo in loco occubuerunt quem quisque in acie sortitus fuerat. (32) Hoc igitur modo Lacedæmoniis infeliciter pugnantibus, Persæ aditu potiti contra hanc urbem procedebant. Nostri autem, majores Lacedæmoniorum audita calamitate, in his rerum procellis valde hærebant, certi quum essent futurum ut, si terra barbaris occurrerent, hi mille navibus appulsi desertam civitatem essent occupaturi; sin autem naves conscenderent, urbs pedestrium hostis copiarum præda fieret, nec utrumque possent, et propellere vim, et justum civitati præsidium relinquere. (33) Duobus ergo hisce propositis, patriamne præstaret deserere, an cum Barbaris jungi et Græcos redigere in servitutem, præstabiliorem esse ducentes libertatem cum virtute, paupertate et fuga, quam patriæ servitutem cum dedecore et opibus, urbem suam pro Græcia reliquerunt, ut seorsum adversus alteras hostium copias, nec simul cum utrisque confligerent. Liberis itaque, uxoribus et matribus Salamine depositis, reliquas sociorum navales copias congregaverunt. (34) Non multis post diebus Barbarorum classis et pedestres copiæ advenerunt; quarum vel solo aspectu quis non exhorruisset? Quantum quamque difficile pro Græcorum libertate certamen subiit hæc civitas! (35) Quid putatis animi fuisse aut iis qui e littore suos spectabant in navibus, quum sua ipsis salus esset dubia, et periculum jamjam adventaret; aut iis qui navali prœlio erant dimicaturi pro carissimis pignoribus, Salamine depositis? (36) Qui quidem tanta undique hostium multitudine cingebantur, ut

ἐλάχιστον μὲν αὐτοῖς εἶναι τῶν παρόντων κακῶν τὸ θάνατον τὸν αὐτῶν προειδέναι, μεγίστην δὲ συμφοράν, ἃ ὑπὸ τῶν βαρβάρων εὐτυχησάντων τοὺς ὑπεκτεθέντας ἤλπιζον πείσεσθαι. (37) Ἦ που διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἀπορίαν πολλάκις μὲν ἐδεξιώσαντο ἀλλήλους, εἰκότως δὲ σφᾶς αὐτοὺς ὠλοφύραντο, εἰδότες μὲν τὰς σφετέρας ναῦς ὀλίγας οὔσας, ὁρῶντες δὲ πολλὰς τὰς τῶν πολεμίων, ἐπιστάμενοι δὲ τὴν μὲν πόλιν ἠρημωμένην, τὴν δὲ χώραν πορθουμένην καὶ μεστὴν τῶν βαρβάρων, ἱερῶν δὲ καιομένων, ἁπάντων δ' ἐγγὺς ὄντων τῶν δεινῶν, (38) ἀκούοντες δ' ἐν ταὐτῷ συμμεμιγμένου Ἑλληνικοῦ καὶ βαρβαρικοῦ παιᾶνος, παρακελευσμοῦ δ' ἀμφοτέρων καὶ κραυγῆς τῶν διαφθειρομένων, καὶ τῆς θαλάττης μεστῆς τῶν νεκρῶν, καὶ πολλῶν μὲν συμπιπτόντων καὶ φιλίων καὶ πολεμίων ναυαγίων, ἀντιπάλου δὲ πολὺν χρόνον οὔσης τῆς ναυμαχίας δοκοῦντες τοτὲ μὲν νενικηκέναι καὶ σεσῶσθαι, τοτὲ δ' ἡττῆσθαι καὶ ἀπολωλέναι. (39) Ἦ που διὰ τὸν παρόντα φόβον πολλὰ μὲν ᾠήθησαν ἰδεῖν ὧν οὐκ εἶδον, πολλὰ δ' ἀκοῦσαι ὧν οὐκ ἤκουσαν. Ποῖαι δ' οὐχ ἱκετεῖαι θεῶν ἐγένοντο ἢ θυσιῶν ἀναμνήσεις, ἔλεός τε παίδων καὶ γυναικῶν πόθος οἶκτός τε πατέρων καὶ μητέρων, λογισμὸς δ', εἰ δυστυχήσειαν, τῶν μελλόντων ἔσεσθαι κακῶν; (40) Τίς οὐκ ἂν θεῶν ἠλέησεν αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ μεγέθους τοῦ κινδύνου; ἢ τίς ἀνθρώπων οὐκ ἂν ἐδάκρυσεν; ἢ τίς τῆς τόλμης αὐτοὺς οὐκ ἂν ἠγάσθη; Ἦ πολὺ πλεῖστον ἐκεῖνοι κατὰ τὴν ἀρετὴν ἁπάντων ἀνθρώπων διήνεγκαν καὶ ἐν τοῖς βουλεύμασι καὶ ἐν τοῖς τοῦ πολέμου κινδύνοις, ἐκλιπόντες μὲν τὴν πόλιν, εἰς τὰς ναῦς δ' ἐμβάντες, τὰς δ' αὐτῶν ψυχὰς ὀλίγας οὔσας ἀντιτάξαντες τῷ πλήθει τῷ τῆς Ἀσίας. (41) Ἐπέδειξαν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις, νικήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ, ὅτι κρεῖττον μετ' ὀλίγων ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κινδυνεύειν ἢ μετὰ πολλῶν βασιλευομένων ὑπὲρ τῆς αὑτῶν δουλείας. (42) Πλεῖστα δὲ καὶ κάλλιστα ἐκεῖνοι ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας συνεβάλοντο, στρατηγὸν μὲν Θεμιστοκλέα, ἱκανώτατον εἰπεῖν καὶ γνῶναι καὶ πρᾶξαι, ναῦς δὲ πλείους τῶν ἄλλων ἁπάντων συμμάχων, ἄνδρας δ' ἐμπειροτάτους. Καίτοι τίνες ἂν τούτοις τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἤρισαν γνώμῃ καὶ πλήθει καὶ ἀρετῇ; (43) Ὥστε δικαίως μὲν ἀναμφισβήτητα τἀριστεῖα τῆς ναυμαχίας ἔλαβον παρὰ τῆς Ἑλλάδος, εἰκότως δὲ τὴν εὐτυχίαν ὁμονοοῦσαν τοῖς κινδύνοις ἐκτήσαντο, γνησίαν δὲ καὶ αὐτόχθονα τοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας βαρβάροις τὴν αὑτῶν ἀρετὴν ἐπεδείξαντο.

44. Ἐν μὲν οὖν τῇ ναυμαχίᾳ τοιούτους αὑτοὺς παρασχόντες καὶ πολὺ πλεῖστον τῶν κινδύνων μετασχόντες τῇ ἰδίᾳ ἀρετῇ κοινὴν τὴν ἐλευθερίαν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκτήσαντο· ὕστερον δὲ Πελοποννησίων διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμόν, καὶ ἀγαπώντων μὲν τῇ σωτηρίᾳ, νομιζόντων δ' ἀπηλλάχθαι τοῦ κατὰ θάλατταν κινδύνου, καὶ διανοουμένων τοὺς ἄλλους Ἕλληνας περιιδεῖν ὑπὸ τοῖς βαρβάροις γενομένους, (45) ὀργισθέντες Ἀθηναῖοι συνεβούλευον αὐτοῖς, εἰ ταύτην τὴν γνώμην ἕξουσιν, περὶ

suam mortem, quam præscirent, malorum præsentium haberent in minimis, maximam autem ducerent calamitatem ea quæ sui cognati a victoribus barbaris perpessuri essent. (37) Certe propter rerum desperationem, qui in littore erant relicti, dexteris frequenter inter se conjunctis suam vicem merito deplorabant; quum suarum navium numerum exiguum, hostilium ingentem viderent; quum scirent urbem suam esse desertam, regionem vastatam et Barbaris refertam, templa incensa, omnia denique mala imminere. (38) Postquam vero audierunt mistos clamores nauticos Græcorum et Barbarorum, exhortationes amborum, ejulatus morientium; postquam mare viderunt jam cadaveribus refertum, multaque inter se collisa quassatarum navium et amicarum et hostilium fragmenta, incertamque jamdiu et dubiam prœlii navalis fortunam, ita ut nunc vicisse Græcos et servatos esse, nunc victos esse et periisse crederent: (39) hic profecto contigit ut præsenti metu exanimati multa se putarint videre quæ non videbant, et multa audire quæ non audiebant. Quibus vero precibus diis non supplicarunt? quarum victimarum non conceperunt vota? quæ non subiit animos miseratio liberorum, quod desiderium uxorum, quæ recordatio patrum et matrum, quæ cogitatio futurorum malorum, si adversa fortuna uterentur? (40) Quis deorum non esset illorum misertus ob periculi magnitudinem? aut quis hominum sorti illorum non illacrimavisset? aut quis illorum audaciam non esset admiratus? Illi sane mortales omnes virtute multum superarunt tam in consiliis quam in belli periculis, qui relicta civitate ascenderunt in naves, suamque vitam et paucitatem innumeris Asiæ copiis opposuerunt. (41) Demonstrarunt autem humano generi universo, fusis prœlio navali hostibus, præstabilius esse cum paucis pro libertate, quam cum multis alieno imperio pressis, pro sua ipsius servitute depugnare. (42) Plurima autem eaque maxima pro communi Græciæ libertate illi contulerunt: ducem inprimis Themistoclem non minus eloquentia et ingenio quam rebus gerendis pollentem; tum naves multo plures quam reliqui omnes socii, virosque rerum nauticarum expertissimos. Quis itaque ceterorum Græcorum cum his aut consilii firmitate, aut virorum multitudine, aut virtute contenderit? (43) Quare merito ab universa Græcia, sine ulla dubitatione, ipsam navalis victoriæ palmam adepti sunt. Merito quoque fortunam habuere periculis aditis parem, fortitudinemque suam genuinam et e patrio solo prognatam Barbaris ex Asia testatam fecere.

44. Tales igitur quum se præstitissent prœlio navali, partemque periculorum longe maximam soli tolerassent, propria sibi virtute communem libertatem reliquis pepererunt. Postea vero quum Peloponnesii Isthmum muro clauderent, et in sua acquiescerent incolumitate, ac rati se jam periculis ex mari imminentibus esse liberatos, cogitarent de non prohibendo quominus reliqui Græci Barbaris subderentur: (45) irati Athenienses ipsis suadebant ut, si eo essent animo, universam Peloponnesum muro cingerent.

ἅπασαν τὴν Πελοπόννησον τεῖχος περιβαλεῖν· εἰ γὰρ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων προδιδόμενοι μετὰ τῶν βαρβάρων ἔσονται, οὔτ' ἐκείνοις δεήσειν χιλίων νεῶν οὔτε τούτους ὠφελήσειν τὸ ἐν Ἰσθμῷ τεῖχος· ἀκινδύνως γὰρ ἔσεσθαι τὴν τῆς θαλάττης ἀρχὴν βασιλέως. (46) Διδασκόμενοι δὲ καὶ νομίζοντες αὐτοὶ μὲν ἄδικά τε ποιεῖν καὶ κακῶς βουλεύεσθαι, Ἀθηναίους δὲ δίκαιά τε λέγειν καὶ τὰ βέλτιστα αὐτοῖς παραινεῖν, ἐβοήθησαν εἰς Πλαταιάς· ἀποδράντων δὲ ὑπὸ νύκτα τῶν πλείστων συμμάχων ἐκ τῶν τάξεων διὰ τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων, Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Τεγεᾶται τοὺς βαρβάρους ἐτρέψαντο, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Πλαταιεῖς πάντας τοὺς Ἕλληνας ἐνίκων μαχόμενοι τοὺς ἀπογνόντας τῆς ἐλευθερίας καὶ ὑπομείναντας τὴν δουλείαν. (47) Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ καλλίστην τελευτὴν τοῖς προτέροις ἐπιθέντες κινδύνοις, βέβαιον μὲν τὴν ἐλευθερίαν τῇ Εὐρώπῃ κατειργάσαντο, ἐν ἅπασι δὲ τοῖς κινδύνοις δόντες ἔλεγχον τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς, καὶ μόνοι καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ πεζομαχοῦντες καὶ ναυμαχοῦντες, καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ὑπὸ πάντων ἠξιώθησαν, καὶ μεθ' ὧν ἐκινδύνευον καὶ πρὸς οὓς ἐπολέμουν, ἡγεμόνες γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος.

48. Ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ Ἑλληνικοῦ πολέμου καταστάντος διὰ ζῆλον τῶν γεγενημένων καὶ φθόνον τῶν πεπραγμένων, μέγα μὲν ἅπαντες φρονοῦντες, μικρῶν δ' ἐγκλημάτων ἕκαστοι δεόμενοι, ναυμαχίας Ἀθηναίοις πρὸς Αἰγινήτας καὶ τοὺς ἐκείνων συμμάχους γενομένης, ἑβδομήκοντα τριήρεις αὐτῶν ἔλαμβανον. (49) Πολιορκούντων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Αἴγυπτόν τε καὶ Αἴγιναν, καὶ τῆς ἡλικίας ἀπούσης ἔν τε ταῖς ναυσὶ καὶ ἐν τῷ πεζῷ στρατεύματι, Κορίνθιοι καὶ οἱ ἐκείνων σύμμαχοι, ἡγούμενοι ἢ εἰς ἔρημον τὴν χώραν ἐμβαλεῖν ἢ ἐξ Αἰγίνης ἄξειν τὸ στρατόπεδον, ἐξελθόντες πανδημεὶ Γεράνειαν κατέλαβον· (50) Ἀθηναῖοι δὲ τῶν μὲν ἀπόντων, τῶν δ' ἐγγὺς ὄντων, οὐδένα ἐτόλμησαν μεταπέμψασθαι· ταῖς δ' αὐτῶν ψυχαῖς πιστεύσαντες καὶ τῶν ἐπιόντων καταφρονήσαντες οἱ γεραίτεροι καὶ οἱ τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες ἠξίουν αὐτοὶ μόνοι τὸν κίνδυνον ποιήσασθαι, (51) οἱ μὲν ἐμπειρίᾳ τὴν ἀρετήν, οἱ δὲ φύσει κεκτημένοι, καὶ οἱ μὲν αὐτοὶ πολλαχοῦ ἀγαθοὶ γεγενημένοι, οἱ δ' ἐκείνους μιμούμενοι, τῶν μὲν πρεσβυτέρων ἄρχειν ἐπισταμένων, τῶν δὲ νεωτέρων τὸ ἐπιταττόμενον ποιεῖν δυναμένων, (52) Μυρωνίδου στρατηγοῦντος ἀπαντήσαντες αὐτοὶ εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐνίκων μαχόμενοι ἅπασαν τὴν δύναμιν τὴν ἐκείνων τοῖς ἤδη ἀπειρηκόσι καὶ τοῖς οὔπω δυναμένοις, τοὺς εἰς τὴν σφετέραν ἐμβαλεῖν ἀξιώσαντας εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἀπαντήσαντες, (53) τρόπαιον δὲ στήσαντες καλλίστου μὲν αὐτοῖς ἔργου, αἰσχίστου δὲ τοῖς πολεμίοις, οἱ μὲν οὐκέτι τοῖς σώμασιν, οἱ δ' οὔπω δυνάμενοι, ταῖς δὲ ψυχαῖς ἀμφότεροι κρείττους γενόμενοι, μετὰ καλλίστης δόξης εἰς τὴν αὑτῶν ἀπελθόντες οἱ μὲν πάλιν ἐπαιδεύοντο, οἱ δὲ περὶ τῶν λοιπῶν ἐβουλεύοντο.

54. Καθ' ἕκαστον μὲν οὖν οὐ ῥᾴδιον τὰ ὑπὸ πολλῶν

Etenim, inquiebant, si nos a reliquis Græcis proditi et deserti cum Barbaris conjungamur, illis non opus erit mille navibus, neque vobis Isthmi murus proderit aliquid; quippe maris imperium sine controversia regis futurum est. (46) Edocti itaque Peloponnesii persuasique se iniqua patrare et prava capessere consilia, at contrà Athenienses et æqua dicere et optima suadere, auxilio ipsis venerunt ad Platæas ; et quamvis multi sociorum fugerent per noctem, ac propter multitudinem hostium stationes desererent, Lacedæmonii tamen et Tegeatæ in fugam verterunt Barbaros; Athenienses vero et Platæenses eos Græcos qui de libertate desperantes jugo servitutis colla præbuerant, pugnando vicerunt. (47) Illa die quum prioribus certaminibus pulcherrimam coronidem imposuissent, firmaverunt libertatem Europæorum, effeceruntque ut in omni discrimine argumento fortitudinis suæ edito, tam soli quam cum aliis, terra marique, sive adversus Barbaros sive adversus Græcos pugnantes, ab omnibus et sociis et hostibus Græciæ imperio digni judicarentur.

48. Aliquanto autem post bello Græcorum contra nos exorto, quum æmulatione virtutis, tum invidia rerum gestarum, magnos quidem spiritus alentibus universis, minutarum autem criminationum quibusque egentibus, Athenienses, in navali certamine adversus Æginetas eorumque socios, ceperunt triremes eorum septuaginta. (49) Nostri porro quum eodem tempore Æginam Ægyptumque infestarent, et juventus alia in navibus, alia in castris, procul a domo militaret; Corinthii et eorum socii existimantes fore ut aut Atticam regionem desertam invaderent, aut nostram classem ab Ægina sic revocarent, cum universis copiis egressi Geraniam occupaverunt. (50) Athenienses vero, civibus absentibus et hostibus imminentibus, non impetrarunt a se ut quemquam accerserent; sed ipsi suis freti animis, et invadentes aspernati, tum ii qui provecta jam erant ætate, tum ii qui justam militiæ ætatem nondum attigerant, subire certamen ausi sunt; (51) quum illi longa rerum experientia, hi insita sibi virtute niterentur; illi sæpe jam strenue se gessissent, hi illorum gesta imitarentur; seniores scirent imperare, juniores imperata exsequi. (52) Sub duce igitur Myronide, obviam hostibus progressi in agrum usque Megaricum, pugnando vicerunt universas eorum copias, cum militibus qui erant ætate vel jam defecti vel nondum confirmati; eos, inquam, vicerunt in alienam regionem obviam illis profecti, qui in ipsorum meditabantur irruere, tropæumque statuerunt cum sua laude maxima summoque hostium opprobrio. (53) Victores itaque, illi viribus corporis jam destituti, hi nondum adulti, animis utrique præstantes, cum ingenti gloria domum reversi sunt, juniores ad consueta puerilis disciplinæ munia, seniores ad solitas de publicis rebus consultationes.

54. Atqui singulatim non facile est recenseri ab uno

κινδυνευθέντα ὑφ' ἑνὸς ῥηθῆναι, οὐδὲ τὰ ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ πραχθέντα ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δηλωθῆναι. Τίς γὰρ ἂν ἢ χρόνος ἢ λόγος ἢ ῥήτωρ ἱκανὸς γένοιτο μηνῦσαι τὴν τῶν ἐνθάδε κειμένων ἀνδρῶν ἀρετήν; (55) Μετὰ πλείστων γὰρ πόνων καὶ φανερωτάτων ἀγώνων καὶ καλλίστων κινδύνων ἐλευθέραν μὲν ἐποίησαν τὴν Ἑλλάδα, μεγίστην δ' ἀπέδειξαν τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, ἑβδομήκοντα μὲν ἔτη τῆς θαλάττης ἄρξαντες, ἀστασιάστους δὲ παρασχόντες τοὺς συμμάχους, οὐ τοῖς ὀλίγοις τοὺς πολλοὺς δουλεύειν ἀξιώσαντες, (56) ἀλλὰ τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντας ἀναγκάσαντες, οὐδὲ τοὺς συμμάχους ἀσθενεῖς ποιοῦντες, ἀλλὰ κἀκείνους ἰσχυροὺς καθιστάντες, καὶ τὴν αὑτῶν δύναμιν τοσαύτην ἐπιδείξαντες, ὥσθ' ὁ μέγας βασιλεὺς οὐκέτι τῶν ἀλλοτρίων ἐπεθύμει, ἀλλ' ἐδίδου τῶν ἑαυτοῦ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἐφοβεῖτο, (57) καὶ οὔτε τριήρεις ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐκ τῆς Ἀσίας ἔπλευσαν, οὔτε τύραννος ἐν τοῖς Ἕλλησι κατέστη, οὔτε
196 Ἑλληνὶς πόλις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἠνδραποδίσθη· τοσαύτην σωφροσύνην καὶ δέος ἡ τούτων ἀρετὴ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεῖχεν. Ὧν ἕνεκα δεῖ μόνους καὶ προστάτας τῶν Ἑλλήνων καὶ ἡγεμόνας τῶν πόλεων γίγνεσθαι.

58. Ἐπέδειξαν δὲ καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις τὴν ἑαυτῶν ἀρετήν. Ἀπολομένων γὰρ τῶν νεῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ εἴτε ἡγεμόνος κακίᾳ εἴτε θεῶν διανοίᾳ, καὶ συμφορᾶς ἐκείνης μεγίστης γενομένης καὶ ἡμῖν δυστυχήσασι καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ἐδήλωσαν οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον ὅτι ἡ τῆς πόλεως δύναμις τῆς Ἑλλάδος ἦν σωτηρία. (59) Ἑτέρων γὰρ ἡγεμόνων γενομένων, ἐνίκησαν μὲν ναυμαχοῦντες τοὺς Ἕλληνας οἱ πρότερον εἰς τὴν θάλατταν οὐκ ἐμβαίνοντες, ἔπλευσαν δ' εἰς τὴν Εὐρώπην, δουλεύουσι δὲ πόλεις τῶν Ἑλλήνων, τύραννοι δ' ἐγκαθεστᾶσιν, οἱ μὲν μετὰ τὴν ἡμετέραν συμφοράν, οἱ δὲ μετὰ τὴν νίκην τῶν βαρβάρων. (60) Ὥστ' ἄξιον ἦν ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τότε κείρασθαι τῇ Ἑλλάδι καὶ πενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους, ὡς συγκαταθαπτομένης τῆς αὑτῶν ἐλευθερίας τῇ τούτων ἀρετῇ· ὡς δυστυχὴς μὲν ἡ Ἑλλὰς τοιούτων ἀνδρῶν ὀρφανὴ γενομένη, εὐτυχὴς δ' ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἑτέρων ἡγεμόνων λαβόμενος· τῇ μὲν γὰρ τούτων στερηθείσῃ δουλεία περιέστηκε, τῷ δ' ἄλλων ἀρξάντων ζῆλος ἐγγίνεται τῆς τῶν προγόνων διανοίας. (61) Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐξήχθην ὑπὲρ πάσης ὀλοφύρασθαι τῆς Ἑλλάδος· ἐκείνων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἄξιον καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ μεμνῆσθαι, οἳ φεύγοντες τὴν δουλείαν καὶ περὶ τοῦ δικαίου μαχόμενοι καὶ ὑπὲρ τῆς δημοκρατίας στασιάσαντες, πάντας πολεμίους κεκτημένοι εἰς τὸν Πειραιᾶ κατῆλθον, οὐχ ὑπὸ νόμου ἀναγκασθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως πεισθέντες, (62) καινοῖς κινδύνοις τὴν παλαιὰν ἀρετὴν τῶν προγόνων μιμησάμενοι, ταῖς αὑτῶν ψυχαῖς κοινὴν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἄλλοις κτησάμενοι, θάνατον μετ' ἐλευθερίας αἱρούμενοι ἢ βίον μετὰ δουλείας, οὐχ ἧττον ταῖς συμφοραῖς αἰσχυνόμενοι ἢ τοῖς ἐχθροῖς ὀργιζόμενοι, μᾶλλον βουληθέντες ἐν τῇ αὑτῶν ἀποθνήσκειν ἢ ζῆν τὴν

gesta plurimorum, neque omni ævo administrata uno die indicari. Quod enim tempus, quæ oratio, quis orator sufficiat ad virorum hic conditorum virtutem explicandam? (55) Maximis enim laboribus, contentionibus celeberrimis, laudatissimisque periculis Græciam vindicarunt in libertatem, summamque suæ patriæ potentiam conciliarunt et per annos septuaginta maris imperio potiti socios præstiterunt ab omni seditione alienos, (56) quum non id studerent ut multi servirent paucis, sed ut æqualitas inter omnes servaretur. Neque enim socios infirmos, sed validos efficere cupiebant, et suam ipsorum ita demonstrabant potentiam, ut rex ille magnus non amplius aliena appeteret, sed de suis ipse concederet, sibique timeret in posterum. (57) Neque triremes ullæ ex Asia illo tempore ad nos navigabant, neque tyrannus in Græcia ullus erat; neque ulla Græciæ civitas a Barbaris servitute premebatur. Tantam moderationem et reverentiam nostrorum virtus mortalibus omnibus attulit. Talibus vero laudibus ornatos solos oportet et præfectos Græcorum, et principes esse civitatum.

58. Cognita est autem etiam ex adversitatibus illorum magnanimitas. Nostris enim navibus in Hellesponto perditis, sive ducis inscitia, sive deorum voluntate, maximaque illa calamitate accepta, quæ non nos tantum iniquo marte pugnantes, sed reliquos quoque Græcos in magnum discrimen conjecit; non longo post tempore clare visum est Græciæ salutem nostræ civitatis potentia contineri. (59) Aliis enim principibus Græcorum constitutis, navali prœlio ii Græcos vicerunt, qui antehac mare ingredi non audebant, tunc autem navigabant in Europam. In servitutem redactæ sunt Græcorum civitates, tyrannique constituti, hi quidem post pugnam illam calamitosam, illi vero post victoriam Barbarorum. (60) Quapropter æquum fuit Græciam super hoc sepulcrum plorare et ejulare, et lugere hic sepultos, quasi libertas ipsius una cum nostrorum virtute fuisset contumulata. Quippe tam infelix Græcia fuit illis viris spoliata, quam felix Asiæ rex alios nactus Græciæ principes. Illam enim nostris hominibus destitutam servitus oppressit; at hunc, aliis in Græcia imperantibus, cupido incessit majorum suorum studia æmulandi. (61) Sed patriæ infortunia eo me sensim adduxerunt ut universæ Græciæ fortunam deplorarem. Decet autem nos illorum virorum et privatim et publice recordari, qui, dum servitutem fugiunt, dum pro justo depugnant, et pro statu populari insurgunt adversus tyrannos, omnium hostes effecti venerunt ad Piræeum, non lege coacti, sed suamet indole persuasi, (62) ut novis periculis veterem majorum virtutem imitarentur, ac suæ vitæ discrimine communem civitatem aliis recuperarent, et morerentur potius in libertate quam viverent in servitute; non minus illi acceptis erubescentes cladibus quam inimicis irascentes, malentes

15. Vos vero par est reputare longe æquius esse ut mihi aliquid de vestris impertiatis, quam ut mecum de meis disceptetis; ut vos mei miserescat si pauper fiam, quam ut diviti invideatis; ut denique deos oretis ceteros quoque cives esse hujusmodi, qui aliena non appetant, et sua in vos impendant. (16) Equidem existimo, judices (neque quisquam vestrûm succenseat), multo esse justius ut vos ab inquisitoribus deferamini quod mea habeatis, quam ut ego nunc in periculum adducar quod reipublicæ pecunias habeam. Talem enim me in civitate præbeo, ut meis privatim parcam, publice lubens sumptus faciam; ut non ego superbiam propter opes, sed propter hæc quæ a me vobis impenduntur: (17) arbitratus scilicet horum me esse auctorem, meas autem fortunas a majoribus fuisse mihi relictas; arbitratus quoque me propter has ab inimicis inique accusari, at propter impensa a me jure me a vobis esse absolvendum. Quare adeo non decet ut alii pro me vos deprecentur, ut, si quis amicorum meorum in hujusmodi periculum adduceretur, æquum putarem meis meritis eum a vobis condonari, et si apud alios causam dicerem, vos ipsos pro me intercedere. (18) At vero nemo quisquam possit dicere me compluribus magistratibus functum ex vestro reditu meas fortunas auxisse, aut turpia judicia subiisse, aut inhonestum aliquod in me admisisse, aut reipublicæ calamitates lubenter aspexisse: verum ego in omnibus, tam privatis quam publicis, ita me versatum esse contendo, vosque scire arbitror, ut nihil necesse sit ad meæ vitæ rationes defendendas descendere. (19) Vos igitur oro, judices, ut de me nunc idem sentiatis, quod et olim sensistis, et ut non solum publicorum munerum memoriam teneatis, sed ut privata quoque studia recolatis; reputantes illud esse munus longe operosissimum, per omnem ætatem scilicet moderate et decenter vivere, et neque voluptate vinci, neque lucro efferri, verum ejusmodi civem se exhibere, ut nemo civium vel queri possit, vel jure postulare.

20. Indignum fuerit, judices, vos ab his accusatoribus

κατηγόροις τοιούτοις ἐμοῦ καταψηφίσασθαι, οἳ περὶ ἀσεβείας μὲν ἀγωνιζόμενοι τηλικοῦτοι γεγόνασιν, οὐκ ἂν δυνάμενοι δ' ὑπὲρ τῶν σφετέρων ἁμαρτημάτων ἀπολογήσασθαι, ἑτέρων κατηγορεῖν τολμῶσι· καὶ ὧν Κινησίας οὕτω διακείμενος πλείους στρατείας ἐστράτευται, οὗτοι περὶ τῶν τῆς πόλεως ἀγανακτοῦσι· καὶ ἐξ ὧν μὲν ἡ πόλις εὐδαίμων ἔσται, οὐ συμβάλλονται, πάντα δὲ ποιοῦσιν ὅπως ὑμεῖς τοῖς εὖ πεποιηκόσιν ὀργισθήσεσθε. (21) Οὗτοι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐν τῷ δήμῳ κατείποιεν ὑμῖν τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐπιτηδεύματα· οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι ὅ τι τούτου μεῖζον αὐτοῖς εὐξαίμην κακόν· ἐγὼ δ' ὑμῶν δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ μὴ καταγνῶναι δωροδοκίαν ἐμοῦ, μηδ' ἡγήσασθαι τοσαῦτα χρήματα εἶναι, δι' ἃ ἐγὼ βουληθείην ἄν τι κακὸν τῇ πόλει γενέσθαι. (22) Μαινοίμην γὰρ ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τὴν μὲν πατρῴαν οὐσίαν φιλοτιμούμενος εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκοιμι, ἐπὶ δὲ τῷ τῆς πόλεως κακῷ παρὰ τῶν ἄλλων δωροδοκοίην. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐκ οἶδ' οὕστινας ἢ ὑμᾶς ἐβουλήθην περὶ ἐμοῦ δικαστὰς γενέσθαι, εἴπερ χρὴ τοὺς εὖ πεπονθότας περὶ τῶν εὖ πεποιηκότων εὔχεσθαι τὴν ψῆφον φέρειν. (23) Καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί (ἐπιθυμῶ γὰρ καὶ τούτων μνησθῆναι), οὐδεπώποτε λειτουργεῖν ὑπὲρ ὑμῶν δέον . . . . , εἰ τοσούτῳ πενεστέρους τοὺς παῖδας καταλείψω, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰ μὴ προθύμως ποιήσω τὰ προσταχθέντα· (24) οὐδ' εἴ ποτε κινδυνεύσειν ἐν ταῖς ναυμαχίαις μέλλοιμι, οὐδεπώποτ' ἠλέησα οὐδ' ἐδάκρυσα οὐδ' ἐμνήσθην γυναικὸς οὐδὲ παίδων τῶν ἐμαυτοῦ, οὐδ' ἡγούμην δεινὸν εἶναι εἰ τελευτήσας ὑπὲρ τῆς πατρίδος τὸν βίον ὀρφανοὺς καὶ πατρὸς ἀπεστερημένους
164 αὐτοὺς καταλείψω, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον εἰ σωθεὶς αἰσχρῶς ὀνείδη καὶ ἐμαυτῷ καὶ ἐκείνοις περιάψω. (25) Ἀνθ' ὧν ὑμᾶς ἀπαιτῶ νῦν τὴν χάριν, καὶ ἀξιῶ, ἐν τοῖς κινδύνοις ἐμοῦ τοιαύτην περὶ ὑμῶν γνώμην ἔχοντος, ὑμᾶς νυνὶ ἐν τῷ θαρραλέῳ ὄντας ἐμὲ καὶ τοὺς παῖδας τούτους περὶ πολλοῦ ποιήσασθαι, ἡγουμένους ἡμῖν μὲν δεινόν, ὑμῖν δὲ αἰσχρὸν εἶναι, εἰ ἀναγκασθησόμεθα ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις ἄτιμοι γενέσθαι, ἢ στερηθέντες τῶν ὑπαρχόντων πένητες εἶναι καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς ὄντες περιιέναι, ἀνάξια μὲν ἡμῶν αὐτῶν πεπονθότες, ἀνάξια δὲ τῶν εἰς ὑμᾶς ὑπηργμένων. Μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἀλλ' ἀποψηφισάμενοι τοιούτοις ἡμῖν χρῆσθε πολίταις οἷοισπερ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ.

persuasos me condemnare, qui ipsi postulati impietatis tantæ sunt nequitiæ ut, quum proprias criminationes diluere nequeant, alios in jus ducere non dubitent. Et ii quibus Cinesias, quum sit talis, plures militias militavit, civitatis sortem indignantur; atque unde civitas prospera utatur fortuna qui nihil omnino conferunt, nihil tamen relinquunt infectum quo eis irascamini qui de republica bene merentur. (21) Isti porro, judices, utinam sua vobis turpia et occulta palam proferant studia! neque enim eis pejus quid possum imprecari. Ego autem vos oro et obtestor ne me munerum acceptorum condemnetis, neu existimetis tantas pecunias esse posse quas ego publicæ felicitati lubens anteponerem. (22) Insanirem enim, judices, si, quum patria bona in vestro favore ambiendo profundam, in reipublicæ detrimentum ab aliis acciperem munera. Equidem nescio quosnam nisi vos mihi in hac causa dari judices malim, si hoc sit exoptandum ut qui beneficiis affecti fuerint de beneficiorum auctoribus statuant. (23) Ac profecto, judices, (nam et hæc quoque meminisse cupio) nunquam, quando munus aliquod pro vobis obeundum erat, reputavi si tanto pauperiores liberos relinquerem, sed multo magis si sat magno studio imperata exsequerer. (24) Nunquam in navalibus pugnis dimicaturus, memet miseratus sum, neque ploravi, neque memini uxoris aut liberorum meorum; neque grave esse arbitratus sum, si pro patria defunctus liberos relinquerem parente orbatos, sed multo magis si indecore servatus et mihi ipsi et illis infamiæ notam inurerem. (25) Pro quibus mihi nunc gratiam referri postulo, et oro ut, quum ego in periculis ita in vos animatus fuerim, vos hodie extra periculum constituti, et mei et liberorum aliquam rationem habeatis; existimantes quum mihi grave, tum vobis turpe futurum, si in criminibus ejusmodi infames evadamus, aut omnibus bonis exuti ad inopiam redigamur, atque obambulemus omni re necessaria destituti, eam experti fortunam quæ et vobismetipsis et meis in vos meritis non digna sit. Nequaquam, judices; sed me vestra sententia absoluto, tali nunc cive utamini qualem in superiori tempore nacti fuistis.

XXII.

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΣΙΤΟΠΩΛΩΝ.

Πολλοί μοι προσεληλύθασιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, θαυμάζοντες ὅτι ἐγὼ τῶν σιτοπωλῶν ἐν τῇ βουλῇ κατηγόρουν, καὶ λέγοντες ὅτι ὑμεῖς, εἰ ὡς μάλιστα αὐτοὺς ἀδικεῖν ἡγεῖσθε, οὐδὲν ἧττον καὶ τοὺς περὶ τούτων ποιουμένους λόγους συκοφαντεῖν νομίζετε. Ὅθεν οὖν ἠνάγκασμαι κατηγορεῖν αὐτῶν, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν βούλομαι.

2. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πρυτάνεις ἀπέδοσαν εἰς τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν, οὕτως ὠργίσθησαν αὐτοῖς, ὥστε ἔλεγόν τινες τῶν ῥητόρων ὡς ἀκρίτους αὐτοὺς χρὴ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι θανάτῳ ζημιῶσαι. Ἡγούμενος δὲ ἐγὼ δεινὸν εἶναι τοιαῦτα ἐθίζεσθαι ποιεῖν τὴν βουλήν, ἀναστὰς εἶπον ὅτι μοι δοκοίη κρίνειν τοὺς σιτοπώλας κατὰ τὸν νόμον, νομίζων, εἰ μέν εἰσιν ἄξια θανάτου εἰργασμένοι, ὑμᾶς οὐδὲν ἧττον ἡμῶν γνώσεσθαι τὰ δίκαια, εἰ δὲ μηδὲν ἀδικοῦσιν, οὐ δεῖν αὐτοὺς ἀκρίτους ἀπολωλέναι. (3) Πεισθείσης δὲ τῆς βουλῆς ταῦτα, διαβάλλειν ἐπεχείρουν με λέγοντες ὡς ἐγὼ σωτηρίας οὕνεκα τῆς τῶν σιτοπωλῶν τοὺς λόγους τούτους ἐποιούμην. Πρὸς μὲν οὖν τὴν βουλήν, ὅτ᾽ ἦν αὐτοῖς ἡ κρίσις, ἔργῳ ἀπελογησάμην· τῶν γὰρ ἄλλων ἡσυχίαν ἀγόντων, ἀναστὰς αὐτῶν κατηγόρουν, καὶ πᾶσι φανερὸν ἐποίησα ὅτι οὐχ ὑπὲρ τούτων ἔλεγον, ἀλλὰ τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις ἐβοήθουν. (4) Ἠρξάμην μὲν οὖν τούτων ἕνεκα, δεδιὼς τὰς αἰτίας· αἰσχρὸν δ᾽ ἡγοῦμαι πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἂν ὑμεῖς περὶ αὐτῶν ὅ τι ἂν βούλησθε ψηφίσησθε.

5. Καὶ πρῶτον μὲν ἀνάβηθι καὶ εἰπὲ σὺ ἐμοί, μέτοιχος εἶ; Ναί. Μετοικεῖς δὲ πότερον ὡς πεισόμενος τοῖς νόμοις τῆς πόλεως, ἢ ὡς ποιήσων ὅ τι ἂν βούλῃ; Ὡς πεισόμενος. Ἄλλο τι οὖν ἀξιοῖς ἢ ἀποθανεῖν, εἴ τι πεποίηκας παρὰ τοὺς νόμους, ἐφ᾽ οἷς θάνατος ἡ ζημία; Ἔγωγε. Ἀπόκριναι δή μοι, εἰ ὁμολογεῖς πλείω σῖτον συμπρίασθαι πεντήκοντα φορμῶν, ὧν ὁ νόμος ἐξεῖναι κελεύνι. Ἐγὼ τῶν ἀρχόντων κελευόν των συνεπριάμην.

6. Ἂν μὲν τοίνυν ἀποδείξῃ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς ἔστι νόμος ὃς κελεύει τοὺς σιτοπώλας συνωνεῖσθαι τὸν σῖτον, ἂν οἱ ἄρχοντες κελεύωσιν, ἀποψηφίσασθε· εἰ δὲ μή, δίκαιον ὑμᾶς καταψηφίσασθαι. Ἡμεῖς γὰρ ὑμῖν παρεσχόμεθα τὸν νόμον, ὃς ἀπαγορεύει μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει πλείω σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι.

7. Χρῆν μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἱκανὴν εἶναι ταύτην τὴν κατηγορίαν, ἐπειδὴ οὗτος μὲν ὁμολογεῖ συμπρίασθαι, ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύων φαίνεται, ὑμεῖς δὲ κατὰ τοὺς νόμους ὀμωμόκατε ψηφιεῖσθαι· ὅμως δ᾽ ἵνα πεισθῆτε ὅτι καὶ κατὰ τῶν ἀρχόντων ψεύδονται, ἀνάγκη καὶ μακρότερον εἰπεῖν περὶ αὐτῶν. (8) Ἐπειδὴ γὰρ οὗτοι τὴν αἰτίαν εἰς ἐκείνους ἀνέφερον, παρακαλέσαντες τοὺς ἄρχοντας ἠρωτῶμεν. Καὶ οἱ μὲν δύο οὐδὲν ἔφασαν εἰδέναι τοῦ πράγματος,

XXII.

ADVERSUS FRUMENTARIOS.

Multi me adierunt, judices, qui mirari se dicerent quod ego frumentarios in senatu non accusarem, atque etiam affirmarent vos, si quammaxime eos deliquisse existimetis, nihilo tamen minus etiam illos qui de istis verba faciunt, in calumniatorum loco habere. Unde igitur ad istorum accusationem coactus fuerim descendere, de eo primum eloqui volo.

2. Nam quum prytanes de iis ad senatum retulissent, senatores ira adeo in ipsos erant inflammati, ut oratorum nonnulli dicerent eos indicta causa undecimviris tradendos esse et morte plectendos. Ego autem non ferendum esse ratus in eam consuetudinem adduci senatum, assurgens dixi meam esse sententiam ut de frumentariis secundum legem quæreretur; arbitratus nimirum, si quid isti morte dignum admisissent, vos nihilo minus quam nos justa omnia esse decreturos; sin autem nihil deliquissent, nequaquam oportere ut indemnati ad supplicium ducerentur. (3) Quod ubi comprobavit senatus, conati quidam sunt me calumniari, affirmantes hæc ideo a me dici ut a periculo frumentarii liberarentur. Apud senatum igitur, ubi de iis quæstio habita est, facto dilui hanc criminationem. Ceteris enim tacentibus, surrexi ego atque accusavi frumentarios, palamque feci omnibus, me non hæc istorum gratia dixisse, sed latis legibus subvenisse. (4) Exorsus igitur hanc causam sum metuens a plebe criminationes; turpe autem esse existimo prius desistere quam vos de istis quodcumque visum fuerit statueritis.

5. Huc primum ascende tu et responde mihi. Esne inquilinus? — Ego vero. — Quanam mente es inquilinus? utrumne ut hujus civitatis legibus obtemperaturus, an ut facturus quodcumque tibi collibuerit? — Ut obtemperaturus. — Aliamne tibi statuis quam mortis pœnam, si quid admisisti adversus leges quæ pœnam mortis habent adjunctam? — Nullam aliam statuo. — Responde mihi insuper. Utrumne confiteris te plus frumenti coemisse quam quinquaginta corbes quos lex permittit? — Ego jubentibus emi magistratibus.

6. Si igitur legem ostenderit, judices, quæ frumentariis permittat frumentum coemere si jubeant magistratus, absolvitote; sin minus, æquum est eum a vobis condemnari: nos enim legem vobis exhibuimus quæ diserte prohibet ne quisquam in civitate emat ultra corbes quinquaginta.

7. Oportebat porro, judices, huc usque satis hunc esse accusatum, quum ipse confiteatur se coemisse, lex autem evidenter prohibeat, et vos juraveritis secundum leges ferre sententiam : attamen ut vobis constet falso hæc ab istis in magistratus dici, paulo latius de his mihi necessario agendum est. (8) Nam quum isti in illos culpam rejicerent, magistratus compellatos interrogavi. Quorum duo responderunt nihil se harum rerum scire; Anytus autem

Ἄνυτος δ' ἔλεγεν ὡς τοῦ προτέρου χειμῶνος, ἐπειδὴ
165 τίμιος ἦν ὁ σῖτος, τούτων ὑπερβαλλόντων ἀλλήλους καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς μαχομένων, συμβουλεύσειεν αὐτοῖς παύσασθαι φιλονεικοῦσιν, ἡγούμενος συμφέρειν ὑμῖν τοῖς παρὰ τούτων ὠνουμένοις ὡς ἀξιώτατον τούτους πρίασθαι· δεῖν γὰρ αὐτοὺς ὀβολῷ μόνον πωλεῖν τιμιώτερον. (9) Ὡς τοίνυν οὐ συμπριαμένους καταθέσθαι ἐκέλευεν αὐτούς, ἀλλὰ μὴ ἀλλήλοις ἀντωνεῖσθαι συνεβούλευεν, αὐτὸν ὑμῖν Ἄνυτον μάρτυρα παρέξομαι, καὶ ὡς οὗτος μὲν ἐπὶ τῆς προτέρας βουλῆς τούτους εἶπε τοὺς λόγους, οὗτοι δ' ἐπὶ τῆσδε συνωνούμενοι φαίνονται.

ΜΑΡΤΥΣ.

10. Ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων κελευσθέντες συνεπρίαντο τὸν σῖτον, ἀκηκόατε· ἡγοῦμαι δ', ἂν ὡς μάλιστα περὶ τούτων ἀληθῆ λέγωσιν, οὐχ ὑπὲρ αὐτῶν αὐτοὺς ἀπολογήσεσθαι, ἀλλὰ τούτων κατηγορήσειν· περὶ γὰρ ὧν εἰσι νόμοι διαρρήδην γεγραμμένοι, πῶς οὐ χρὴ διδόναι δίκην καὶ τοὺς μὴ πειθομένους καὶ τοὺς κελεύοντας τούτοις τἀναντία πράττειν;

11. Ἀλλὰ μὲν γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οἴομαι αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἐλεύσεσθαι· ἴσως δ' ἐροῦσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ βουλῇ, ὡς ἐπ' εὐνοίᾳ τῆς πόλεως συνεωνοῦντο τὸν σῖτον, ἵν' ὡς ἀξιώτατον ὑμῖν πωλοῖεν. Μέγιστον δ' ὑμῖν ἐρῶ καὶ περιφανέστατον τεκμήριον ὅτι ψεύδονται. (12) Ἐχρῆν γὰρ αὐτούς, εἴπερ ὑμῶν ἕνεκα ἔπραττον ταῦτα, φαίνεσθαι τῆς αὐτῆς τιμῆς πολλὰς ἡμέρας πωλοῦντας, ἕως ὁ συνεωνημένος αὐτοὺς ἐπέλιπε· νυνὶ δ' ἐνίοτε τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπώλουν δραχμῇ τιμιώτερον, ὥσπερ κατὰ μέδιμνον συνωνούμενοι. Καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

13. Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ, ὅταν μὲν εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν δέῃ, ἣν πάντες εἴσεσθαι μέλλουσιν, οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλὰ πενίαν προφασίζονται, ἐφ' οἷς δὲ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία καὶ λαθεῖν αὐτοῖς συνέφερε, ταῦτα ἐπ' εὐνοίᾳ φασὶ τῇ ὑμετέρᾳ παρανομῆσαι. Καίτοι πάντες ἐπίστασθε ὅτι τούτοις ἥκιστα προσήκει τοιούτους ποιεῖσθαι λόγους. Τἀναντία γὰρ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις συμφέρει· τότε γὰρ πλεῖστα κερδαίνουσιν, ὅταν κακοῦ τινος ἀπαγγελθέντος τῇ πόλει τίμιον τὸν σῖτον πωλῶσιν. (14) Οὕτω δ' ἄσμενοι τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὁρῶσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότεροι τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δ' αὐτοὶ λογοποιοῦσιν, ἢ τὰς ναῦς διεφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπλεούσας συνειλῆφθαι, ἢ τὰ ἐμπόρια κεκλεῖσθαι, ἢ τὰς σπονδὰς μέλλειν ἀπορρηθήσεσθαι, καὶ εἰς τοῦτ' ἔχθρας ἐληλύθασιν, ὥστ' ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς ἐπιβουλεύουσιν ἡμῖν, ἐν οἷσπερ οἱ πολέμιοι. (15) Ὅταν γὰρ μάλιστα σίτου τυγχάνητε δεόμενοι, ἀναρπάζουσιν οὗτοι καὶ οὐκ ἐθέλουσι πωλεῖν, ἵνα μὴ περὶ τῆς τιμῆς διαφερώμεθα, ἀλλ' ἀγαπῶμεν ἂν ὁποσουτινοσοῦν πριάμενοι παρ' αὐτῶν ἀπέλθωμεν· ὥστ'

dixit se superiore hieme, quum annona esset carior, ac alius horum alio pluris licitaretur, atque inter se contenderent, suasisse ut ab hujusmodi abstinerent contentionibus; putabat scilicet vobis expedire ut ii a quibus frumentum empturi eratis, quam vilissimo pretio emerent; oportere enim ipsos carius obolo tantum vendere. (9) Quod igitur non jusserit ut annonam coementes in granariis ad tempus caritatis reservarent, sed suasisse ut in licitando se non superarent invicem, eum ipsum Anytum vobis testem producam : atque inde manifestum erit quod ille in superioris anni senatu hæc de quibus loquor dixerit, illi autem hoc anno frumentum coemerint.

TESTIS.

10. Eos igitur non magistratuum jussu frumentum coemisse, audivistis. Ego autem arbitror, si admittamus quod isti hæc vera dicant, hoc non ad suam defensionem, sed ad accusationem magistratuum pertinere. Nam de quibus rebus leges diserte constitutæ sunt, nonne pœnæ pertingunt pariter tam ad eos qui leges violant quam ad eos qui violare jubent?

11. Verum, judices, istos opinor hac oratione non esse usuros, sed dicturos forsan, quemadmodum in senatu dixerunt, se studio in rempublicam frumentum coemisse, ut nobis quam vilissimo pretio divenderent. Ego autem maximum et certissimum argumentum exhibebo ipsos mentiri. (12) Eos enim oportuit, si vestri gratia hæc erant facta, eodem pretio per plures dies vendere, donec divenditum erat quod coemerant : jam vero interdum eodem die drachma pluris vendiderunt, perinde ac si emissent per singulos medimnos. Cujus rei vobis testes exhibebo.

TESTES.

13. Absurdum autem mihi videtur esse, si, quum tributum erit pendendum, quod omnibus palam innotescere oportet, ibi refugiant, et paupertatem obtendant; in iis vero ubi capitis res agitur, et iis latuisse expediebat, dicant se vestri studio leges neglexisse. Quanquam vobis universis constat istos minime decere hac oratione uti; siquidem ipsis contraria in utilitatem cedunt atque aliis. Tunc enim quæstum faciunt plurimum, quum calamitate aliqua civitati renuntiata, annonam vendunt quam carissime. (14) Vestris infortuniis adeo delectantur, ut alia primi omnium resciscant, alia ipsi comminiscantur; scilicet aut naves in Ponto esse deletas, aut inter navigandum a Lacedæmoniis interceptas, aut portus occlusos esse, aut inducias dissolutum iri : eoque inimicitiarum adversus vos provecti sunt ut in eodem rerum articulo quo adversarii vobis insidientur. (15) Nam in maxima annonæ caritate, frumentum isti undique corradunt, et vendere idcirco recusant, ut parum de pretio solliciti simus, sed bene nobiscum agi arbitremur si quocumque demum pretio possimus auferre; adeo

ἐνίοτε εἰρήνης οὔσης ὑπὸ τούτων πολιορκούμεθα. (16) Οὕτω δὲ πάλαι περὶ τῆς τούτων πανουργίας καὶ κακονοίας ἡ πόλις ἔγνωκεν, ὥστ' ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ὠνίοις ἅπασι τοὺς ἀγορανόμους φύλακας κατεστήσατε, ἐπὶ δὲ ταύτῃ μόνῃ τῇ τέχνῃ χωρὶς σιτοφύλακας ἀποκληροῦτε· καὶ πολλάκις ἤδη παρ' ἐκείνων πολιτῶν ὄντων δίκην τὴν μεγίστην ἐλάβετε, ὅτι οὐχ οἷοί τ' ἦσαν τῆς τούτων πονηρίας ἐπικρατῆσαι. Καίτοι τί χρὴ αὐτοὺς τοὺς ἀδικοῦντας ὑφ' ὑμῶν πάσχειν, ὁπότε καὶ τοὺς οὐ δυναμένους φυλάττειν ἀποκτείνετε;

17. Ἐνθυμεῖσθαι δὲ χρὴ ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ὑμῖν ἀποψηφίσασθαι. Εἰ γὰρ ἀπογνώσεσθε ὁμολογούντων αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἐμπόρους συνίστασθαι, δόξεθ' ὑμεῖς ἐπιβουλεύειν τοῖς εἰσπλέουσιν. Εἰ μὲν γὰρ ἄλλην τινὰ ἀπολογίαν ἐποιοῦντο, οὐδεὶς ἂν εἶχε τοῖς ἀποψηφισαμένοις ἐπιτιμᾶν· ἐφ' ὑμῖν γὰρ ὁποτέροις βούλεσθε πιστεύειν· νῦν δὲ πῶς οὐ δεινὰ ἂν δόξαιτε ποιεῖν, εἰ τοὺς ὁμολογοῦντας παρανομεῖν ἀζημίους ἀφήσετε; (18) Ἀναμνήσθητε δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι πολλῶν ἤδη
166 ἐχόντων ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ μάρτυρας παρεχομένων θάνατον κατέγνωτε, πιστοτέρους ἡγησάμενοι τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους. Καίτοι πῶς ἂν οὐ θαυμαστὸν εἴη, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἁμαρτημάτων δικάζοντες μᾶλλον ἐπιθυμεῖτε παρὰ τῶν ἀρνουμένων δίκην λαμβάνειν; (19) Καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, πᾶσιν ἡγοῦμαι φανερὸν εἶναι ὅτι οἱ περὶ τῶν τοιούτων ἀγῶνες κοινότατοι τυγχάνουσιν ὄντες τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε πεύσονται ἥντινα γνώμην περὶ αὐτῶν ἔχετε, ἡγούμενοι, ἂν μὲν θάνατον αὐτῶν καταγνῶτε, κοσμιωτέρους ἔσεσθαι τοὺς λοιπούς· ἂν δ' ἀζημίους ἀφῆτε, πολλὴν ἄδειαν αὐτοῖς ἐψηφισμένοι ἔσεσθε ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται. (20) Χρὴ δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, μὴ μόνον τῶν παρεληλυθότων ἕνεκα αὐτοὺς κολάζειν, ἀλλὰ καὶ παραδείγματος ἕνεκα τῶν μελλόντων ἔσεσθαι· οὕτω γὰρ ἔσονται μόγις ἀνεκτοί. Ἐνθυμεῖσθε δ' ὅτι ἐκ ταύτης τῆς τέχνης πλεῖστοι περὶ τοῦ σώματός εἰσιν ἠγωνισμένοι· καὶ οὕτω μεγάλα ἐξ αὐτῆς ὠφελοῦνται, ὥστε μᾶλλον αἱροῦνται καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ τῆς ψυχῆς κινδυνεύειν ἢ παύσασθαι παρ' ὑμῶν ἀδίκως κερδαίνοντες. (21) Καὶ μὲν δὴ οὐδ' ἂν ἀντιβολῶσιν ὑμᾶς καὶ ἱκετεύωσι, δικαίως ἂν αὐτοὺς ἐλεήσαιτε, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῶν τε πολιτῶν οἳ διὰ τὴν τούτων πονηρίαν ἀπέθνησκον, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἐφ' οἷς οὗτοι συνέστησαν· οἷς ὑμεῖς χαριεῖσθε καὶ προθυμοτέρους ποιήσετε, δίκην παρ' αὐτῶν λαμβάνοντες. Εἰ δὲ μή, τίν' αὐτοὺς οἴεσθε γνώμην ἕξειν, ἐπειδὰν πύθωνται ὅτι τῶν καπήλων, οἳ τοῖς εἰσπλέουσιν ὡμολόγησαν ἐπιβουλεύειν, ἀπεψηφίσασθε;

22. Οὐχ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων τῶν ἀδικούντων, ὅτε δικάζονται, δεῖ παρὰ τῶν κατηγόρων πυθέσθαι, τὴν δὲ τούτων πονηρίαν ἅπαντες ἐπίστασθε. Ἂν οὖν τούτων καταψηφίσησθε, τά τε δίκαια ποιήσετε καὶ ἀξιώτερον τὸν σῖτον ὠνήσεσθε· εἰ δὲ μή, τιμιώτερον.

ut nonnunquam in media pace ab iis obsideamur. (16) Porro de istorum versutia atque improbitate ita sensit olim civitas, ut, quum cunctis aliis rebus venalibus ædiles pro custodibus præfeceritis, huic mercaturæ seorsum frumenti inspectores constitueritis : et sæpissime evenit ut ab iis, vestris licet civibus, ultimum sumeretis supplicium, quod istorum hominum nequitiam comprimere non potuerint. At enim quasnam pœnas vobis dabunt qui deliquerint ipsi, quando eos interficitis qui illos non potuerunt compescere?

17. Vobis autem cogitandum est fieri nullo modo posse ut istos absolvatis. Si enim eos indemnes vestra sententia præstabitis qui fatentur se in mercatores conspirasse, videbimini profecto iis insidiari qui in vestros portus appellunt. Nam si aliquo alio defensionis genere uterentur, nemo absolventes vos reprehendere poterat, quum in vestro sit arbitrio positum utris libuerit fidem adhibere : nunc vero qui non erit istud gravissimum si reos confitentes a periculo liberabitis? (18) Recordemini, quæso, judices, multos qui ob hoc ipsum crimen in jus erant vocati, testesque producebant, a vobis capitali pœna condemnatos esse, quod accusatorum verba veriora esse credebatis. Atqui nonne mirum erit si vos de iisdem delictis judicantes, paratiores sitis ad pœnas sumendas de iis qui infitiantur? (19) Attamen omnibus constare existimo hujusmodi judicia ad eos quotquot in urbe degunt maxime pertinere : ita ut illi sciscitaturi sint quamnam de istis sententiam feratis; rati nimirum si eos morti adjudicetis, reliquos futuros esse moderatiores, sin autem dimittatis impunes, vos magnam illis licentiam quidlibet in posterum pro libidine audendi decreturos. (20) Porro oportet, judices, non solum ob præterita delicta pœnas ab iis exposcere, sed ut exemplo sint futuris delinquentibus : nam et sic vix erunt ferendi. Reputate quoque plurimos ob hunc quæstum de capite jam dimicasse, ab eoque tantum emolumenti percipere ut malint quotidiano periculo objectare animas quam ab injusto in vestrum damnum lucro abstinere. (21) Neque si vos orabunt et deprecabuntur, ipsos debeatis miserari, sed multo magis eos cives qui propter ipsorum improbitatem interiere, et mercatores in quos ipsi conjurarunt. Quibus gratiam referetis, studiumque excitabitis in rempublicam, dum debitas ab istis pœnas sumpseritis. Sin minus, quem illis animum fore credatis, quum resciverint vos istos caupones absolvisse qui se insidias huc adnavigantibus fecisse non negant?

22. Non video quod plura dicere necesse sit. Nam de sontibus ceteris, quum in jus sistuntur, rem oportet ediscere ab accusatoribus; istorum autem improbitatem vos omnes cognovistis. Quapropter si eos condemnaveritis, et statuetis id quod justum est, et minori pretio emetis frumentum; sin minus, majori.

XXIII.

ΚΑΤΑ ΠΑΓΚΛΕΩΝΟΣ,

ΟΤΙ ΟΥΚ ΗΝ ΠΛΑΤΑΙΕΥΣ.

Πολλὰ μὲν λέγειν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τουτουὶ τοῦ πράγματος οὔτ' ἂν δυναίμην οὔτε μοι δοκεῖ δεῖν· ὡς δὲ ὀρθῶς τὴν δίκην ἔλαχον τούτῳ Παγκλέωνι οὐκ ὄντι Πλαταιεῖ, τοῦτο ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι.

2. Ὡς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ γναφεῖον ἐν ᾧ εἰργάζετο προσεκαλεσάμην αὐτὸν πρὸς τὸν πολέμαρχον, νομίζων μέτοικον εἶναι. Εἰπόντος δὲ τούτου ὅτι Πλαταιεὺς εἴη, ἠρόμην ὁπόθεν δημοτεύοιτο, παραινέσαντός τινος τῶν παρόντων προσκαλέσασθαι καὶ πρὸς τὴν φυλήν, ἧστινος εἶναι σκήπτοιτο. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Δεκελειόθεν, προσκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς τῇ Ἱπποθωντίδι δικάζοντας, (3) ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς, ἵνα οἱ Δεκελεῖς προσφοιτῶσιν, ἠρώτων, οὕς τε ἐξευρίσκοιμι Δεκελέων ἐπυνθανόμην εἴ τινα γιγνώσκοιεν Δεκελειόθεν δημοτευόμενον Παγκλέωνα. Ἐπειδὴ δὲ οὐδεὶς ἔφασκεν γιγνώσκειν αὐτόν, πυθόμενος ὅτι καὶ ἑτέρας δίκας τὰς μὲν φύγοι, τὰς δ' ὠφλήκοι παρὰ τῷ πολεμάρχῳ, ἔλαχον καὶ ἐγώ.

4. Πρῶτον μὲν οὖν ὑμῖν Δεκελέων οὓς ἠρόμην μάρτυρας παρέξομαι, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν λαχόντων τε δίκας αὐτῷ πρὸς τὸν πολέμαρχον καὶ καταδικασαμένων, ὅσοι τυγχάνουσι παρόντες. Καί μοι ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

5. Ἐκ μὲν τούτων πεισθεὶς πρὸς τὸν πολέμαρχον αὐτῷ τὴν δίκην ἔλαχον· ἐπειδὴ δέ μοι αὐτὴν ἀντεγράψατο μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι, περὶ πολλοῦ ποιούμενος μηδενὶ δόξαι ὑβρίζειν βούλεσθαι μᾶλλον ἢ δίκην λαβεῖν ὧν ἠδικήθην, πρῶτον μὲν Εὐθύκριτον, ὃν πρεσβύτατόν τε Πλαταιέων ἐγίγνωσκον καὶ μάλιστα ᾤόμην εἰδέναι, ἠρόμην εἴ τινα γιγνώσκοι Ἱππαρμοδώρου υἱὸν Παγκλέωνα Πλαταιέα· (6) ἔπειτα δέ, ἐπειδὴ ἐκεῖνος ἀπεκρίνατό μοι ὅτι τὸν Ἱππαρμόδωρον μὲν γιγνώσκοι, υἱὸν δὲ ἐκείνῳ οὐδένα οὔτε Παγκλέωνα οὔτε ἄλλον οὐδένα εἰδείη ὄντα, ἠρώτων δὴ καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ᾔδειν Πλαταιέας ὄντας. Πάντες οὖν ἀγνοοῦντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀκριβέστατα ἂν ἔφασάν με πυθέσθαι ἐλθόντα εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ· ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς ἑκάστου ἐκεῖσε συλλέγεσθαι τοὺς Πλαταιέας. (7) Ἐλθὼν οὖν εἰς τὸν τυρὸν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐπυνθανόμην αὐτῶν, εἴ τινα γιγνώσκοιεν Παγκλέωνα πολίτην σφέτερον. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι οὐκ ἔφασαν γιγνώσκειν, εἷς δέ τις εἶπεν ὅτι τῶν μὲν πολιτῶν οὐδενὶ εἰδείη τοῦτο ὂν τὸ ὄνομα, δοῦλον μέντοι ἔφη ἑαυτοῦ ἀφεστῶτα εἶναι Παγκλέωνα, τήν τε ἡλικίαν λέγων τὴν τούτου καὶ τὴν τέχνην ᾗ οὗτος χρῆται. (8) Ταῦτ' οὖν ὡς ἀληθῆ ἐστι, τόν τε

XXIII.

CONTRA PANCLEONEM,

HUNC NON ESSE PLATÆENSEM.

Multa dicere, judices, de hoc negotio neque possum, neque video esse necessarium. Me autem jure isti Pancleoni litem scripsisse, neque eum esse Platæensem, id vobis demonstrare conabor.

2. Quoniam iste per diutinum tempus me injuriis lacessere non destitit, ad fulloniam in qua mercenariam operam navabat, accessi, et quod ipsum advenam esse existimabam, ad polemarchum vocavi. Homo autem quum diceret se esse Platæensem, ipsum interrogavi in quem demum fuisset ascriptus, submonente quodam eorum qui astabant, ut in jus apud eam tribum vocarem ex qua se esse contenderet. Respondentem se factum fuisse Deceleensem, in jus vocavi apud eos qui in Hippothoontide tribu judicabant; (3) et ad tonstrinam juxta Hermas, quo Deceleenses ventitabant, accedens, interrogabam essentne ibi Deceleenses, et percunctatus sum ab iis quos offendebam Deceleensibus, si quem novissent Pancleonem ipsorum demo accensitum. Ubi nemo se nosse dixit, quum istum accepissem et in aliis litibus apud polemarchum partim adhuc esse reum, partim jam esse condemnatum, ego quoque ei litem scripsi.

4. Primum igitur eos quos interrogavi Deceleenses, deinde et eorum qui istum vocarunt ad polemarchum reumque peregerunt, quotquot hic adsunt, testes producam. Tu vero aquam inhibe.

TESTES.

5. His igitur persuasus, istum vocavi ad polemarchum. Ubi autem iste, exceptione usus, negabat posse lege agi, ego magni faciens ut nemini viderer aliquem injuria afficere potius quam illatæ mihi injuriæ pœnas repetere velle, primum quidem Euthycritum, quem et Platæensium natu maximum noveram, et hæc maxime sciturum esse arbitrabar, interrogavi si quem novisset Hipparmodori filium Pancleonem, Platæensem : (6) deinde vero, quum ille mihi respondisset se quidem Hipparmodorum novisse, at huic filium neminem, neque Pancleonem, neque alium quemvis, alios interrogavi quoscumque Platæenses esse cognoveram. Verum hi omnes tale nomen ignotum sibi esse dicentes, me rem accuratissime posse intelligere significabant si Calendis mensis proximi ad forum casei recentis proficiscerer; Calendis enim mensis cujuslibet ibi convenire solere Platæenses. (7) Dicto igitur die ad dictum forum profectus, a Platæensibus sciscitabar si quem nossent Pancleonem civem suum. Atque reliqui quidem se negabant novisse; sed unus aliquis ait se quidem nullum nosse civem eo nomine, sibi autem servum esse fugitivum Pancleonem : et simul commemoravit ætatem qua iste est et artem quam exercet. (8) Hæc esse vera ut ostendam, vobis et Euthycritum quem

Εὐθύκριτον, ὃν πρῶτον ἠρόμην, καὶ τῶν ἄλλων Πλαταιέων ὅσοις προσῆλθον, καὶ τὸν ὃς ἔφη δεσπότης τούτου εἶναι, μάρτυρας παρέξομαι. Καί μοι ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

9. Ἡμέραις τοίνυν μετὰ ταῦτα οὐ πολλαῖς ὕστερον ἰδὼν ἀγόμενον τουτονὶ Παγκλέωνα ὑπὸ Νικομήδους, ὃς ἐμαρτύρησεν αὐτοῦ δεσπότης εἶναι, προσῆλθον βουλόμενος εἰδέναι ὁποῖόν τι περὶ αὐτοῦ πραχθήσοιτο. Τότε μὲν οὖν ἐπειδὴ ἐπαύσαντο μαχόμενοι, εἰπόν τινες τῶν τούτῳ παρόντων ὅτι εἴη αὐτῷ ἀδελφὸς ὃς ἐξαιρήσοιτο αὐτὸν εἰς ἐλευθερίαν· ἐπὶ τούτοις ἐγγυησάμενοι παρέξειν εἰς ἀγορὰν ᾤχοντο ἀπιόντες. (10) Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῆς τε ἀντιγραφῆς ἕνεκα ταυτησὶ καὶ αὐτῆς τῆς δίκης ἔδοξέ μοι χρῆναι μάρτυρας λαβόντι παραγενέσθαι, ἵν' εἰδείην τόν τ' ἐξαιρησόμενον αὐτὸν καὶ ὅ τι λέγων ἀφαιρήσοιτο. Ἐφ' οἷς μὲν οὖν ἐξηγγυήθη, οὔτε ἀδελφὸς οὔτε ἄλλος οὐδεὶς ἦλθε, γυνὴ δὲ φάσκουσα αὑτῆς αὐτὸν εἶναι δοῦλον, ἀμφισβητοῦσα τῷ Νικομήδει, καὶ οὐκ ἔφη ἐάσειν αὐτὸν ἄγειν. (11) Ὅσα μὲν οὖν αὐτόθι ἐρρήθη, πολὺς ἂν εἴη μοι λόγος διηγεῖσθαι· εἰς τοῦτο δὲ βιαιότητος ἦλθον οἵ τε παρόντες τούτῳ καὶ αὐτὸς οὗτος, ὥστε ἐθέλοντος μὲν τοῦ Νικομήδους, ἐθελούσης δὲ τῆς γυναικὸς ἀφιέναι, εἴ τις ἢ εἰς ἐλευθερίαν τοῦτον ἄγοι ἢ φάσκων ἑαυτοῦ δοῦλον εἶναι, τούτων οὐδὲν ποιήσαντες ἀφελόμενοι ᾤχοντο. Ὡς οὖν τῇ τε προτεραίᾳ ἐπὶ τούτοις ἐξηγγυήθη καὶ τότε βίᾳ ᾤχοντο ἀφελόμενοι αὐτόν, μάρτυρας παρέξομαι ὑμῖν. Καί μοι ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

12. Ῥᾴδιον τοίνυν εἰδέναι ὅτι οὐδ' αὐτὸς Παγκλέων νομίζει ἑαυτὸν μὴ ὅτι Πλαταιέα εἶναι, ἀλλ' οὐδ' ἐλεύθερον. Ὅστις γὰρ ἐβουλήθη βίᾳ ἀφαιρεθεὶς ἐνόχους καταστῆσαι τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιτηδείους τοῖς βιαίοις μᾶλλον ἢ κατὰ τοὺς νόμους εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἐξαιρεθεὶς δίκην λαβεῖν παρὰ τῶν ἀγόντων αὐτόν, οὐδενὶ χαλεπὸν γνῶναι ὅτι εὖ εἰδὼς ἑαυτὸν ὄντα δοῦλον ἔδεισεν ἐγγυητὰς καταστήσας περὶ τοῦ σώματος ἀγωνίσασθαι.

13. Ὅτι μὲν οὖν Πλαταιεὺς εἶναι πολλοῦ δεῖ, οἶμαι ὑμᾶς ἐκ τούτων σχεδόν τι γινώσκειν· ὅτι δὲ οὐδ' οὗτος, ὃς ἄριστα οἶδε τὰ αὑτοῦ, ἡγήσατο δόξαι ἂν ὑμῖν Πλαταιεὺς εἶναι, ἐξ ὧν ἔπραξε ῥᾳδίως μαθήσεσθε. Ἐν τῇ ἀντωμοσίᾳ γὰρ τῆς δίκης ἣν αὐτῷ ἔλαχεν Ἀριστόδικος οὑτοσί, ἀμφισβητῶν μὴ πρὸς τὸν πολέμαρχον εἶναί οἱ τὰς δίκας διεμαρτυρήθη μὴ Πλαταιεὺς εἶναι, (14) ἐπισκηψάμενος δὲ τῷ μάρτυρι οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἀλλ' εἴασε καταδικάσασθαι αὑτοῦ τὸν Ἀριστόδικον. Ἐπεὶ δὲ ὑπερήμερος ἐγένετο, ἐξέτισε τὴν δίκην, καθότι ἔπειθε. Καὶ τούτων, ὡς ἀληθῆ ἐστι, μάρτυρας ἐγὼ παρέξομαι ὑμῖν. Καί μοι ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

15. Πρὶν τοίνυν ταῦτα ὁμολογηθῆναι αὐτῷ, δεδιὼς
168 τὸν Ἀριστόδικον, μεταστὰς ἐντεῦθεν Θήβησι μετῴκει.

primum interrogavi, ceterorumque Platæensium quoscumque conveni, et Nicomedem qui affirmavit se esse istius dominum, testes producam. Tu vero aquam inhibe.

TESTES.

9. Paucis diebus postquam hæc facta sunt, conspicatus Pancleonem duci a Nicomede qui ejus se dominum esse asseruit, accessi ego cognoscendi cupidus quorsum ea res evaderet. Tunc igitur ubi cessatum est a rixando, dixerunt nonnulli ex iis qui Pancleoni aderant, isti fratrem esse qui eum in libertatem vindicaret. Quamobrem quum fidejussissent se istum exhibituros, in forum abierunt. (10) Postridie vero, exceptionis simul diluendæ et litis confirmandæ causa, mihi visum est oportere me adesse cum testibus, ut et illum qui vindicaturus erat cognoscerem, atque intelligerem simul qua oratione usus vindicaret. Ob quas igitur res fidejussores dati erant, earum gratia nemo, neque frater, neque quispiam alius, in judicio apparuit, unicam præter mulierem quæ contendebat istum suum esse servum, cum Nicomede litigans, neque permissuram se aiens ut eum ille abduceret. (11) Quæ verba tunc sint habita, mihi longum est enarrare : sed eousque violentiæ processerunt et qui Pancleoni aderant et ipse Pancleo, ut, quum vellet Nicomedes, vellet etiam mulier hominem dimittere, si quis ipsum vel ut liberum vindicaret, vel suum servum esse affirmaret, neutrum horum facientes, per vim abducto homine abierint. Ut igitur constet ob hæc quæ dixi pridie pro isto fidejussionem fuisse datam, eumque tunc per vim fuisse abductum, producam testes. Tu mihi aquam inhibe.

TESTES.

12. Facile est igitur scitu Pancleonem suo ipsius judicio non modo non Platæensem esse, sed ne liberum quidem. Qui enim maluit vi ereptus suos necessarios reddere legibus de vi obnoxios, quam lege in libertatem vindicatus, pœnas ab iis reposcere qui eum abducebant in servitutem, non est difficile intellectu eum, suæ servitutis conscium, timuisse ne dati fidejussores de capite contenderent.

13. Multum igitur abesse ut iste Platæensis sit, id vobis ex iis quæ dicta sunt fere constare arbitror : jam autem neque eum ipsum qui ea quæ ad se pertinent novit optime, existimasse vos se pro Platæensi habituros, id ex iis quæ fecit facile intelligetis. In ea enim litis contestatione quam ipsi scripsit Aristodicus, quum contenderet sibi apud polemarchum causam non esse agendam, alicujus testimonio erat convictus se non esse Platæensem. (14) Quum vero actionem falsi testimonii adversus illum testem denuntiaret, non tamen persecutus est, sed se ab Aristodico condemnari sustinuit. Et posteaquam legitimum solvendi diem elabi passus est, compositione quam commodissime potuit facta, mulctam solvit. Atque hæc ut sciatis vera esse, vobis ego testes producam. Tu mihi aquam inhibe.

TESTES.

15. Antequam igitur hæc ipsi pacta fuissent cum Aristodico, hujus metu Thebas commigravit. At enim vos scire

Καίτοι οἶμαι εἰδέναι ὑμᾶς ὅτι εἴπερ ἦν Πλαταιεύς, πανταχοῦ μᾶλλον ἢ Θήβησιν εἰκὸς ἦν αὐτὸν μετοικῆσαι. Ὡς οὖν ᾤκει [ἐκεῖ] πολὺν χρόνον, τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι. Καί μοι ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

16. Ἐξαρκεῖν μοι νομίζω τὰ εἰρημένα, ὦ ἄνδρες δικασταί· ἐὰν γὰρ διαμνημονεύητε, οἶδ' ὅτι τά τε δίκαια καὶ τἀληθῆ ψηφιεῖσθε, καὶ ἃ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι.

XXIV.

ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΕΙΣΑΓΓΕΛΙΑΝ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΤΩ ΑΔΥΝΑΤΩ ΑΡΓΥΡΙΟΝ.

Οὐ πολλοῦ δέω χάριν ἔχειν, ὦ βουλή, τῷ κατηγόρῳ, ὅτι μοι παρεσκεύασε τὸν ἀγῶνα τουτονί. Πρότερον γὰρ οὐκ ἔχων πρόφασιν ἐφ' ἧς τοῦ βίου λόγον δοίην, νυνὶ διὰ τοῦτον εἴληφα. Καὶ πειράσομαι τῷ λόγῳ τοῦτον μὲν ἐπιδεῖξαι ψευδόμενον, ἐμαυτὸν δὲ βεβιωκότα μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας ἐπαίνου μᾶλλον ἄξιον ἢ φθόνου· διὰ γὰρ οὐδὲν ἄλλο μοι δοκεῖ παρασκευάσαι τόνδε μοι τὸν κίνδυνον οὗτος ἢ διὰ φθόνον. (2) Καίτοι ὅστις τούτοις φθονεῖ οὓς οἱ ἄλλοι ἐλεοῦσι, τίνος ἂν ὑμῖν ὁ τοιοῦτος ἀποσχέσθαι δοκεῖ πονηρίας; εἰ μὲν γὰρ ἕνεκα χρημάτων, συκοφαντεῖ· εἰ δ' ὡς ἐχθρὸν ἑαυτοῦ με τιμωρεῖται, ψεύδεται· διὰ γὰρ τὴν πονηρίαν αὐτοῦ οὔτε φίλῳ οὔτε ἐχθρῷ πώποτε ἐχρησάμην αὐτῷ. (3) Ἤδη τοίνυν, ὦ βουλή, δῆλός ἐστι φθονῶν, ὅτι τοιαύτῃ κεχρημένος συμφορᾷ τούτου βελτίων εἰμὶ πολίτης. Καὶ γὰρ οἶμαι δεῖν, ὦ βουλή, τὰ τοῦ σώματος δυστυχήματα τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι καλῶς. Εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ καὶ τὴν διάνοιαν ἕξω καὶ τὸν ἄλλον βίον διάξω, τί τούτου διοίσω;

4. Περὶ μὲν οὖν τούτων τοσαῦτά μοι εἰρήσθω· ὑπὲρ ὧν δέ μοι προσήκει λέγειν ὡς ἂν οἷόν τε διὰ βραχυτάτων ἐρῶ. Φησὶ γὰρ ὁ κατήγορος οὐ δικαίως με λαμβάνειν τὸ παρὰ τῆς πόλεως ἀργύριον· καὶ γὰρ τῷ σώματι δύνασθαι καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἀδυνάτων, καὶ τέχνην ἐπίστασθαι τοιαύτην ὥστε καὶ ἄνευ τοῦ διδομένου τούτου ζῆν. (5) Καὶ τεκμηρίοις χρῆται τῆς μὲν τοῦ σώματος ῥώμης, ὅτι ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνω, τῆς δ' ἐν τῇ τέχνῃ εὐπορίας, ὅτι δύναμαι συνεῖναι δυναμένοις ἀνθρώποις ἀναλίσκειν. Τὴν μὲν οὖν ἐκ τῆς τέχνης εὐπορίαν καὶ τὸν ἄλλον τὸν ἐμὸν βίον, οἷος τυγχάνει, πάντας ὑμᾶς οἴομαι γινώσκειν· ὅμως δὲ κἀγὼ διὰ βραχέων ἐρῶ. (6) Ἐμοὶ γὰρ ὁ μὲν πατὴρ κατέλιπεν οὐδέν, τὴν δὲ μητέρα τελευτήσασαν πέπαυμαι τρέφων τρίτον ἔτος τουτί, παῖδες δέ μοι οὔπω εἰσὶν οἵ με θεραπεύσουσι. Τέχνην δὲ κέκτημαι βραχέα δυναμένην ὠφελεῖν, ἣν αὐτὸς μὲν ἤδη χαλεπῶς ἐργάζομαι, τὸν διαδεξόμενον δ' αὐτὴν οὔπω δύναμαι κτήσασθαι. Πρόσοδος δέ μοι οὐκ ἔστιν ἄλλη πλὴν

arbitror eum, si revera fuisset Plataeensis, ubivis potius quam Thebis ex probabili habitaturum fuisse. Quod vero illic per diutinum tempus commoratus sit, ejus rei testes producam. Tu mihi aquam inhibe.

TESTES.

16. Ea quæ dixi satis esse opinor, judices : quorum si memineritis, nullus dubito quin justa et vera, et quæ a vobis postulo, sitis decreturi.

XXIV.

ADVERSUS DELATIONEM QUOD PECUNIA PUBLICA EI COLLATA ESSET QUI IMPOTENS NON ERAT.

Parum abest, senatores, quin gratiam habeam accusatori, quod hanc mihi contentionem comparaverit. Nam quum nullam antehac occasionem habuerim meæ vitæ rationes exponendi, eam hodie per istum inveni. Id igitur in mea oratione enitar, ut et istum mendacii arguam, et me ipsum ostendam ita in hunc usque diem vitam instituisse, ut laude magis quam invidia dignus sim. Nulla enim alia de causa iste mihi videtur hanc contentionem instituisse quam propter invidiam. (2) Attamen quicumque eis invidet quos miserantur ceteri, quonam improbitatis genere abstinere vobis videatur? Quodsi ideo me accusat quod dives sim, calumniatorem agit: sin me cupit ulcisci tanquam inimicum, in hoc quoque mentitur; siquidem propter improbitatem ipsius eum nunquam amici aut inimici in loco habui. (3) Constat igitur, senatores, istum mihi invidere, quod ego scilicet hujusmodi calamitate oppressus præstantiorem ipso civem me geram. Quippe existimo, senatores, corporis incommoda animi dotibus esse emendanda. Et profecto jure ita sentio : si enim similem corporis calamitati, et animum geram et ceteram vitæ rationem instituam, qua ratione istum superabo?

4. De his igitur hactenus : de quibus autem mihi dicendum est, ea quam brevissime fieri poterit expediam. Contendit accusator me præter jus pecunia publica sustentari : nam et corpore valere, neque esse e numero invalidorum, ac præterea artem callere ejusmodi, ut sine hoc emolumento vivere queam. (5) Atque harum rerum argumentis utitur, corporei scilicet roboris, quod in equos ascendam; quæstus autem ex arte provenientis, quod eorum hominum familiaritate utar qui sumptibus tolerandis sufficiunt. Quæstum igitur qui mihi ex arte suppetit, ceteramque omnem vitæ meæ rationem vos omnes cognoscere arbitror; ego tamen paucis attingam. (6) Mihi pater nihil reliquit; matrem defunctam tribus abhinc annis alere destiti. Liberos nondum habeo qui me curent : et artem calleo ex qua exiguus admodum fructus oritur; quam exerceo ægerrime, et servum cui in manus tradere possim nondum inveni. Hic igitur solus mihi relinquitur proven-

ταύτης, ἣν ἂν ἀφέλησθέ με, κινδυνεύσαιμ᾽ ἂν ὑπὸ τῇ δυσχερεστάτῃ γενέσθαι τύχῃ. (7) Μὴ τοίνυν, ἐπειδή γε ἔστιν, ὦ βουλή, σῶσαί με δικαίως, ἀπολέσητε ἀδίκως· μηδὲ ἃ νεωτέρῳ καὶ μᾶλλον ἐρρωμένῳ ὄντι ἔδοτε, πρεσβύτερον καὶ ἀσθενέστερον γιγνόμενον ἀφέλησθε· μηδὲ πρότερον καὶ περὶ τοὺς οὐδὲν ἔχοντας κακὸν ἐλεημονέστατοι δοκοῦντες εἶναι, νυνὶ διὰ τοῦτον τοὺς καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἐλεεινοὺς ὄντας ἀγρίως ἀποδέξησθε· μηδ᾽ ἐμὲ τολμήσαντες ἀδικῆσαι καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμοίως ἐμοὶ διακειμένους ἀθυμῆσαι ποιήσητε. (8) Καὶ γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη, ὦ βουλή, εἰ ὅτε μὲν ἁπλῆ μοι ἦν ἡ συμφορά, τότε μὲν φαινοίμην λαμβάνων τὸ ἀργύριον τοῦτο, νῦν δ᾽ ἐπειδὴ καὶ γῆρας καὶ νόσοι καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα
169 κακὰ προσγίνεταί μοι, τότε ἀφαιρεθείην. (9) Δοκεῖ δέ μοι τῆς πενίας τῆς ἐμῆς τὸ μέγεθος ὁ κατήγορος ἂν ἐπιδεῖξαι σαφέστατα μόνος ἀνθρώπων. Εἰ γὰρ ἐγὼ κατασταθεὶς χορηγὸς τραγῳδοῖς προκαλεσαίμην αὐτὸν εἰς ἀντίδοσιν, δεκάκις ἂν ἕλοιτο χορηγῆσαι μᾶλλον ἢ ἀντιδοῦναι ἅπαξ. Καὶ πῶς οὐ δεινόν ἐστι νῦν μὲν κατηγορεῖν ὡς διὰ πολλὴν εὐπορίαν ἐξ ἴσου δύναμαι συνεῖναι τοῖς πλουσιωτάτοις, εἰ δὲ ὧν ἐγὼ λέγω τύχοι τι γενόμενον, τοιοῦτον εἶναι καὶ ἔτι πονηρότερον;

10. Περὶ δὲ τῆς ἐμῆς ἱππικῆς, ἧς οὗτος ἐτόλμησε μνησθῆναι πρὸς ὑμᾶς, οὔτε τὴν τύχην δείσας οὔτε ὑμᾶς αἰσχυνθείς, οὐ πολὺς ὁ λόγος. Ἐγὼ γάρ, ὦ βουλή, πάντας οἶμαι τοὺς ἔχοντάς τι δυστύχημα τοιοῦτον ῥᾳστώνην τινὰ ζητεῖν καὶ τοῦτο φιλοσοφεῖν, ὅπως ὡς ἀλυπότατα μεταχειριοῦνται τὸ συμβεβηκὸς πάθος. Ὧν εἷς ἐγώ, καὶ περιπεπτωκὼς τοιαύτῃ συμφορᾷ ταύτην ἐμαυτῷ ῥᾳστώνην ἐξεῦρον εἰς τὰς ὁδοὺς τὰς μακροτέρας τῶν ἀναγκαίων. (11) Ὃ δὲ μέγιστον, ὦ βουλή, τεκμήριον ὅτι διὰ τὴν συμφορὰν ἀλλ᾽ οὐ διὰ τὴν ὕβριν, ὡς οὗτός φησιν, ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνω, ῥᾴδιόν ἐστι μαθεῖν. Εἰ γὰρ ἐκεκτήμην οὐσίαν, ἐπ᾽ ἀστράβης ἂν ὠχούμην, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἵππους ἀνέβαινον· νυνὶ δ᾽ ἐπειδὴ τοιοῦτον οὐ δύναμαι κτήσασθαι, τοῖς ἀλλοτρίοις ἵπποις ἀναγκάζομαι χρῆσθαι πολλάκις. (12) Καίτοι πῶς οὐχ ἄτοπόν ἐστιν, ὦ βουλή, τοῦτον αὐτόν, εἰ μὲν ἐπ᾽ ἀστράβης ὀχούμενον ἑώρα με, σιωπᾶν, (τί γὰρ ἂν καὶ ἔλεγεν;) ὅτι δ᾽ ἐπὶ τοὺς ᾐτημένους ἵππους ἀναβαίνω, πειρᾶσθαι πείθειν ὑμᾶς ὡς δυνατὸς εἴην; καὶ ὅτι μὲν δυοῖν βακτηρίαιν χρῶμαι τῶν ἄλλων μιᾷ χρωμένων, μὴ κατηγορεῖν ὡς καὶ τοῦτο τῶν δυναμένων ἐστίν· ὅτι δ᾽ ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀναβαίνω, τεκμηρίῳ χρῆσθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς εἰμὶ τῶν δυναμένων; οἷς ἐγὼ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἀμφοτέροις χρῶμαι.

13. Τοσοῦτον δὲ διενήνοχεν ἀναισχυντίᾳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων, ὥστε ὑμᾶς πειρᾶται πείθειν, τοσούτους ὄντας εἷς ὤν, ὡς οὐκ εἰμὶ τῶν ἀδυνάτων ἐγώ. Καίτοι εἰ τοῦτο πείσει τινὰς ὑμῶν, ὦ βουλή, τί με κωλύει κληροῦσθαι τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ ὑμᾶς ἐμοῦ μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν ὡς ὑγιαίνοντος, τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι πάντας ὡς ἀναπήρῳ; οὐ γὰρ δήπου τὸν αὐτὸν ὑμεῖς μὲν ὡς δυνάμενον ἀφαιρήσεσθε τὸ διδόμενον, οἱ δὲ ὡς ἀδύ-

tus : quem si adimatis, periculum erit ne tristissima opprimar fortuna. (7) Nolite igitur, senatores, quum me jure servare possitis, me injuria perdere; neque ea quæ juniori et valentiori dedistis, jam seniori et debiliori eripere. Nolite vos, qui nulla calamitate oppressos humaniter excipere prius consuevistis, hodie, huic auscultantes, eos inclementer tractare qui vel ab inimicis misericordiam consequuntur; neque de me statuentes crudeliter, alios qui simili mecum conditione utuntur, ad summam desperationem redigere. (8) Absurdum enim foret, senatores, si, quum simplex mihi erat calamitas, tunc pecuniam hanc acciperem; nunc vero, quum accedat senectus et morbi ac cetera quæ his adjunguntur mala, tunc mihi hæc adimeretur. (9) Mihi autem videtur inopiæ meæ magnitudinem unus ipse accusator dilucidissime posse commonstrare. Nam si ego ad ludos tragicos choregus electus, ad permutationem ipsum provocarem, mallet decies choregum agere quam semel facultates permutare. Qui igitur non iniquum sit, eum me nunc accusare quod propter lautissimas fortunas ditissimorum quorumque consortio uti possim, qui, si res forte contingeret ut dixi, ejusmodi foret, vel etiam nequior?

10. Quod vero me equitare memoravit, neque fortunam timens, neque vos reveritus, de ea re non est cur multa dicam. Ego enim, senatores, omnes qui hujusmodi incommodis gravantur, oportere arbitror sedulo meditari quo pacto calamitatem suam ita tractent, ut minimo cum dolore vitam transigere queant. Quorum ego unus, quum in hoc infortunium inciderim, hoc mihi levamen inveni ad itinera paulo longiora. (11) Quod porro maximum est argumentum, senatores, me imbecillitatis causa, non luxus, ut iste contendit, equos ascendere, id facile intelligere possitis. Nam si mihi opes essent, mulo potius uterer quam in alienos equos ascenderem : jam vero qui mulum comparare nequeam, alienis equis uti frequenter cogor. (12) Verumtamen nonne hoc est absurdum, senatores, eum ipsum qui, si me mulo utentem conspicaretur, nihil diceret, (quid est enim quod posset dicere?) nunc, quod equis commodatis insideam, inde vobis conatur persuadere me esse validum et divitem; quique, quod duobus baculis innixus incedam, quum alii uno sint contenti, non objicit quod hoc quoque ad validos et divites pertineat, meam vero equitationem profert tanquam virium et opum indicium? quum tamen et baculis duobus et equis ob eandem causam utar.

13. Jamque adeo omnes homines impudentia superat, ut unus ipse vobis, quum tot sitis, persuadere aggrediatur me non esse ex numero invalidorum. Atqui si vestrûm nonnullis hoc persuadeat, quid me prohibet unum ex novem archontibus sorte eligi? quid prohibet vos a me obolum ut valenti et robusto auferre, et isti hanc stipem decernere ut invalido? Non enim eundem virum, vos ut corpore valentem, concessa stipe fraudabitis, illi vero sortitione

νατον ὄντα κληροῦσθαι κωλύσουσιν. (14) Ἀλλὰ γὰρ οὔτε ὑμεῖς τούτῳ τὴν αὐτὴν ἔχετε γνώμην, οὔθ' οὗτος εὖ ποιῶν. Ὁ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐπικλήρου τῆς συμφορᾶς οὔσης ἀμφισβητήσων ἥκει καὶ πειρᾶται πείθειν ὑμᾶς ὡς οὐκ εἰμὶ τοιοῦτος οἷον ὑμεῖς ὁρᾶτε πάντες· ὑμεῖς δὲ (ὃ τῶν εὖ φρονούντων ἔργον ἐστί) μᾶλλον πιστεύετε τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν ὀφθαλμοῖς ἢ τοῖς τούτου λόγοις.

15. Λέγει δ' ὡς ὑβριστής εἰμι καὶ βίαιος καὶ λίαν ἀσελγῶς διακείμενος, ὥσπερ εἰ φοβερῶς ὀνομάσαι, μέλλων ἀληθῆ λέγειν, ἀλλ' οὐκ ἂν πάνυ πραόνως, μηδὲ ψεύδηται, ταῦτα ποιήσων. Ἐγὼ δ' ὑμᾶς, ὦ βουλή, σαφῶς οἶμαι δεῖν διαγινώσκειν οἷς τ' ἐγχωρεῖ τῶν ἀνθρώπων ὑβρισταῖς εἶναι καὶ οἷς οὐ προσήκει. (16) Οὐ γὰρ πενομένους καὶ λίαν ἀπόρως διακειμένους ὑβρίζειν εἰκός, ἀλλὰ τοὺς πολλῷ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένους· οὐδὲ τοὺς ἀδυνάτους τοῖς σώμασιν ὄντας, ἀλλὰ τοὺς μάλιστα πιστεύοντας ταῖς αὑτῶν ῥώμαις· οὐδὲ τοὺς ἤδη προβεβηκότας τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους. (17) Οἱ μὲν γὰρ πλούσιοι τοῖς χρήμασιν ἐξωνοῦνται τοὺς κινδύνους, οἱ δὲ πένητες ὑπὸ τῆς παρούσης ἀπορίας σωφρονεῖν ἀναγκάζονται· καὶ οἱ μὲν νέοι συγγνώμης ἀξιοῦνται τυγχάνειν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, τοῖς δ' ἑτέροις ἐξαμαρτάνουσιν ὁμοίως ἐπιτιμῶσιν ἀμφότεροι· (18) καὶ τοῖς μὲν ἰσχυροῖς ἐγχωρεῖ μηδὲν αὐτοῖς πάσχουσιν, οὓς ἂν βουληθῶσιν, ὑβρίζειν, τοῖς δὲ ἀσθενέσιν οὐκ ἔστιν οὔτε ὑβριζομένοις ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας οὔτε ὑβρίζειν βουλομένοις περιγίνεσθαι τῶν ἀδικουμένων. Ὥστε μοι δοκεῖ ὁ κατήγορος εἰπεῖν περὶ τῆς ἐμῆς ὕβρεως οὐ σπουδάζων, ἀλλὰ παίζων, οὐδ' ὑμᾶς πεῖσαι βουλόμενος ὡς εἰμὶ τοιοῦτος, ἀλλ' ἐμὲ κωμῳδεῖν βουλόμενος, ὥσπερ τι καλὸν ποιῶν.

19. Ἔτι δὲ καὶ συλλέγεσθαί φησιν ἀνθρώπους ὡς ἐμὲ πονηροὺς καὶ πολλούς, οἳ τὰ μὲν ἑαυτῶν ἀνηλώκασι, τοῖς δὲ τὰ σφέτερα σῴζειν βουλομένοις ἐπιβουλεύουσιν. Ὑμεῖς δὲ ἐνθυμήθητε πάντες ὅτι ταῦτα λέγων οὐδὲν ἐμοῦ κατηγορεῖ μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων ὅσοι τέχνας ἔχουσιν, οὐδὲ τῶν ὡς ἐμὲ εἰσιόντων μᾶλλον ἢ τῶν ὡς τοὺς ἄλλους δημιουργούς. (20) Ἕκαστος γὰρ ὑμῶν εἴθισται προσφοιτᾶν ὁ μὲν πρὸς μυροπωλεῖον, ὁ δὲ πρὸς κουρεῖον, ὁ δὲ πρὸς σκυτοτομεῖον, ὁ δ' ὅποι ἂν τύχῃ, καὶ πλεῖστοι μὲν ὡς τοὺς ἐγγυτάτω τῆς ἀγορᾶς κατεσκευασμένους, ἐλάχιστοι δὲ ὡς τοὺς πλεῖστον ἀπέχοντας αὐτῆς· ὥστ' εἴ τις ὑμῶν πονηρίαν καταγνώσεται τῶν ὡς ἐμὲ εἰσιόντων, δῆλον ὅτι καὶ τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις διατριβόντων· εἰ δὲ κἀκείνων, ἁπάντων Ἀθηναίων· ἅπαντες γὰρ εἴθισθε προσφοιτᾶν καὶ διατρίβειν ἁμοῦ γέ που.

21. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ λίαν με ἀκριβῶς ἀπολογούμενον πρὸς ἓν ἕκαστον ὑμῖν τῶν εἰρημένων ἐνοχλεῖν πλείω χρόνον. Εἰ γὰρ ὑπὲρ τῶν μεγίστων εἴρηκα, τί δεῖ περὶ τῶν ὁμοίως τούτῳ φαύλων σπουδάζειν; ἐγὼ δ' ὑμῶν, ὦ βουλή, δέομαι πάντων τὴν αὐτὴν ἔχειν περὶ ἐμοῦ διάνοιαν, ἥνπερ καὶ πρότερον· (22) μηδ' οὗ μόνου μεταλαβεῖν ἔδωκεν ἡ τύχη μοι τῶν ἐν τῇ πατρίδι,

excludent ut viribus infirmum. (14) Sed neque vobis eadem atque isti est sententia, neque isti hæc erit si recte agat. Iste nimirum de mea calamitate, quasi ampla esset aliqua hæreditas, venit controversiam moturus, vobisque persuadere nititur me non esse talem qualem vos omnes cernitis: vos autem, ut sapientes viros decet, vestris ipsorum oculis majorem fidem adhibetis quam istius orationi.

15. Dicit me esse contumeliosum, petulantem et procacem nimis; quasi vera dicturus sit si me formidandum hominem appellat, et non si admodum mitem me dicit, ac quasi eo ipso ita agat, ne mendacium proferat. Ego vero, senatores, opinor vobis accurate dignoscendum quibusnam hominibus petulantibus esse usuveniat, et quibusnam contra. (16) Non enim paupertate et inopia oppressos credibile est contumeliose agere, verum eos potius qui multo plura quam necessitas velit, possident; non corpore fractos et debilitatos, sed eos qui viribus maxime confidunt; non ætate jam provectos, sed juvenes adhuc et juvenili animo præditos. (17) Nam divites pecunia possunt redimere pericula; pauperes contra propter præsentem inopiam moderate vivere coguntur: et juvenes se condonatum iri sperant a senioribus, at delinquentes seniores utrique pariter, et juvenes et senes, reprehendunt: (18) rursus facile est validis, absque proprio detrimento, in quoscumque velint proterviam suam exprimere; infirmiores autem, neque si injuriam accipiant, aggressores propulsare, neque si inferre meditentur, adversarios possunt superare. Videtur itaque mihi accusator, ubi meam protorviam memorat, non serio agere, sed ludo et joco; neque id eniti ut vobis persuadeat me esse ejusmodi, sed ut me potius ludificetur, quasi aliquid laude dignum præstiturus.

19. Præterea domum meam ventitare ait homines nequam et non paucos, qui rem familiarem dilapidarunt, ac ceteris qui suæ rationem habent, insidiantur. At vos omnes animadvertite istum, quum mihi hæc objicit, non me potius accusare quam ceteros quoslibet qui artem aliquam exercent; neque hæc esse dicta magis in eos qui domum meam ventitant, quam qui ceterorum artificum officinas frequentant. (20) Unusquisque enim vestrûm itare consuevit hic ad tabernam unguentariam, ad tonstrinam ille, alius ad sutrinam, alius quocumque sibi collibuerit; et plurimi quidem ad eos qui foro proximiores habitant, paucissimi vero ad eos qui absunt longius. Quare si quis vestrûm improbitatis eos condemnet qui domum ad me veniunt, eadem porro ratione et eos condemnaturus est qui ad ceteros; quodsi illos, cunctos pariter Athenienses: cuncti enim consuevistis itare aliquo et ibi commorari.

21. At enim intelligo mihi non esse opus, ut, sollicite nimis respondendo ad singula eorum quæ dicuntur, vobis diutius sim molestus. Nam si ad gravissima quæque respondi, quid opus est in iis ponere studium quæ non minus quam iste vilia sunt? Ego autem vos omnes, senatores, obtestor ut idem de me atque olim sentiatis; (22) nec quam solam utilitatem mihi in patria percipiendam fortuna

τούτου διὰ τουτονὶ ἀποστερήσητέ με· μηδ' ἃ πάλαι κοινῇ πάντες ἔδοτέ μοι, νῦν οὗτος εἷς ὢν πείσῃ πάλιν ὑμᾶς ἀφελέσθαι. Ἐπειδὴ γάρ, ὦ βουλή, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ὁ δαίμων ἀπεστέρησεν ἡμᾶς, ἡ πόλις ἡμῖν ἐψηφίσατο τοῦτο τὸ ἀργύριον, ἡγουμένη κοινὰς εἶναι τὰς τύχας τοῖς ἅπασι καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν. (23) Πῶς οὖν οὐκ ἂν δειλαιότατος εἴην, εἰ τῶν μὲν καλλίστων καὶ μεγίστων διὰ τὴν συμφορὰν ἀπεστερημένος εἴην, ἃ δ' ἡ πόλις ἔδωκε προνοηθεῖσα τῶν οὕτως διακειμένων, διὰ τὸν κατήγορον ἀφαιρεθείην; Μηδαμῶς, ὦ βουλή, ταύτῃ θῆσθε τὴν ψῆφον. (24) Διὰ τί γὰρ ἂν καὶ τύχοιμι τοιούτων ὑμῶν; πότερον ὅτι δι' ἐμέ τις εἰς ἀγῶνα πώποτε καταστὰς ἀπώλεσε τὴν οὐσίαν; ἀλλ' οὐδ' ἂν εἷς ἀποδείξειεν. Ἀλλ' ὅτι πολυπράγμων εἰμὶ καὶ θρασὺς καὶ φιλαπεχθήμων; ἀλλ' οὐ τοιαύταις ἀφορμαῖς τοῦ βίου πρὸς τὰ τοιαῦτα τυγχάνω χρώμενος. (25) Ἀλλ' ὅτι λίαν ὑβριστὴς καὶ βίαιος; ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς φήσειεν, εἰ μὴ βούλοιτο καὶ τοῦτο ψεύδεσθαι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ἀλλ' ὅτι ἐπὶ τῶν τριάκοντα γενόμενος ἐν δυνάμει κακῶς ἐποίησα πολλοὺς τῶν πολιτῶν; ἀλλὰ μετὰ τοῦ ὑμετέρου πλήθους ἔφυγον εἰς Χαλκίδα τὴν ἐπ' Εὐρίπῳ, καὶ ἐξόν μοι μετ' ἐκείνων ἀδεῶς πολιτεύεσθαι, μεθ' ὑμῶν εἱλόμην κινδυνεύειν ἁπάντων. (26) Μὴ τοίνυν, ὦ βουλή, μηδὲν ἡμαρτηκὼς ὁμοίως ὑμῶν τύχοιμι τοῖς πολλὰ ἠδικηκόσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ψῆφον θέσθε περὶ ἐμοῦ ταῖς ἄλλαις βουλαῖς, ἀναμνησθέντες ὅτι οὔτε χρήματα διαχειρίσας τῆς πόλεως δίδωμι λόγον αὐτῶν, οὔτε ἀρχὴν ἄρξας οὐδεμίαν εὐθύνας ὑπέχω νῦν αὐτῆς, ἀλλὰ περὶ ὀβολοῦ μόνον ποιοῦμαι τοὺς λόγους. (27) Καὶ οὕτως ὑμεῖς μὲν τὰ δίκαια γνώσεσθε πάντες, ἐγὼ δὲ τούτων ὑμῖν τυχὼν ἕξω τὴν χάριν, οὗτος δὲ τοῦ λοιποῦ μαθήσεται μὴ τοῖς ἀσθενεστέροις ἐπιβουλεύειν, ἀλλὰ τῶν ὁμοίων αὐτῷ περιγίνεσθαι.

dedit, eam propter istum eripiatis; nec quæ prius vos universi mihi impertistis, ea iste, unus quum sit, persuadeat esse adimenda. Posteaquam enim, senatores, maximis magistratibus nos fortuna orbavit, hanc nobis pecuniam decrevit respublica, existimans malorum et bonorum sortem omnibus esse communem. (23) Quo pacto igitur non essem omnium miserrimus, si rebus maximis et splendidissimis privatus per calamitatem meam, iis quoque quæ mihi civitas largita est, conditionis meæ miserta, per istum accusatorem spoliarer? Nequaquam, senatores, ita decernite. (24) Cur enim tales vos in me haberem? anne quod mea opera quisquam in jus vocatus, bona sua perdidit? at id ne unus quidem commonstrare potest. Anne quod inquietus nimis, quod audax, et inimicitias libenter suscipiens? at vitæ meæ conditio cum talibus institutis nunquam congruit. (25) Anne quod insolens nimis et contumeliosus? sed istud ne ipse quidem adversarius dixerit, nisi et hoc velit, ut cetera, mentiri. Anne quod sub trigintaviris magistratu aliquo functus cives multos læserim? sed una cum populo Chalcidem quæ est ad Euripum profugi; et quum mihi fuisset liberum impune cum illis versari in republica, periculorum vestrorum societatem prætuli. (26) Ne igitur, senatores, quum nihil mali commiserim, tales vos in me experiar quales experti sunt qui commiserunt mali plurimum; verum eandem de me ferte sententiam atque alii antea tulerunt senatus: illud in animo habentes, me nunc non pecuniarum publicarum rationes reddere, non magistratus gesti disquisitionem subire, sed verba facere tantum de obolo. (27) Ita et vos omnes æqua decernetis, et ego jus a vobis consecutus maximam habebo gratiam; iste denique in futurum discet non amplius infirmioribus insidiari, at cum similibus de victoria contendere.

XXV.

171 ΔΗΜΟΥ ΚΑΤΑΛΥΣΕΩΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Ὑμῖν μὲν πολλὴν συγγνώμην ἔχω, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀκούουσι τοιούτων λόγων καὶ ἀναμιμνησκομένοις τῶν γεγενημένων, εἰ ὁμοίως ἅπασιν ὀργίζεσθε τοῖς ἐν ἄστει μείνασι· τῶν δὲ κατηγόρων θαυμάζω, οἳ ἀμελοῦντες τῶν οἰκείων, τῶν ἀλλοτρίων ἐπιμελοῦνται· οἳ σαφῶς εἰδότες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας καὶ τοὺς πολλὰ ἐξημαρτηκότας ζητοῦσι κερδαίνειν ἢ ὑμᾶς πείθειν περὶ ἁπάντων ἡμῶν τὴν γνώμην ταύτην ἔχειν. (2) Εἰ μὲν οὖν οἴονται, ἃ ὑπὸ τῶν τριάκοντα γεγένηται τῇ πόλει, ἐμοῦ κατηγορηκέναι, ἀδυνάτους αὐτοὺς ἡγοῦμαι λέγειν· οὐδὲ γὰρ πολλοστὸν μέρος τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰρήκασιν· εἰ δὲ ὡς ἐμοί τι προσῆκον περὶ αὐτῶν ποιοῦνται τοὺς λόγους, ἀποδείξω τούτους μὲν ἅπαντα ψευδομένους, ἐμαυτὸν δὲ τοιοῦτον ὄντα οἷόσπερ ἂν τῶν ἐκ Πειραιῶς [ὁ] βέλτιστος ἐν ἄστει μείνας ἐγένετο. (3) Δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν

XXV.

DE AFFECTATA TYRANNIDE APOLOGIA.

Vobis equidem, judices, libens ignosco, quod orationes istiusmodi audientes, et rerum gestarum memoriam in animo habentes, omnibus æque succenseatis qui in urbe remanserunt: sed accusatores miror, qui, posthabitis rebus suis, alienas curant; qui, quum ipsis liquido constiterit quinam nihil mali admiserint et quinam plurimum, quæstum potius facere meditantur, quam vobis persuadere satagunt ut nos omnes in eodem loco ne habeatis. (2) Quodsi existimant se ea quæ a trigintaviris perpessa est civitas enarrasse magis quam me accusasse, eos rudes et dicendi imperitos esse arbitror (neque illorum scelerum protulerunt partem multesimam): sin autem, quasi ea res ad me spectet, de illis verba faciunt, ostendam et istos in omnibus mentiri, et me ita vitam instituisse quemadmodum instituisset Piræensium optimus quisque, si in urbe restitisset. (3) Vos utique, judices, obsecro atque obtestor ne eundem animum quem

τοῖς συκοφανταις. Τούτων μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ καὶ τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας εἰς αἰτίαν καθιστάναι (ἐκ τούτων γὰρ ἂν μάλιστα χρηματίζοιντο), ὑμέτερον δὲ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἐξ ἴσου τῆς πολιτείας μεταδιδόναι· οὕτω γὰρ ἂν τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι πλείστους συμμάχους ἔχοιτε. (4) Ἀξιῶ δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐὰν ἀποφανῶ συμφορᾶς μὲν μηδεμιᾶς αἴτιος γεγενημένος, πολλὰ δὲ κἀγαθὰ εἰργασμένος τὴν πόλιν καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς χρήμασι, ταῦτα γοῦν μοι παρ' ὑμῶν ὑπάρχειν, ὧν οὐ μόνον τοὺς εὖ πεποιηκότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας τυγχάνειν δίκαιόν ἐστι. (5) Μέγα μὲν οὖν ἡγοῦμαι τεκμήριον εἶναι, ὅτι, εἴπερ ἐδύναντο οἱ κατήγοροι ἰδίᾳ με ἀδικοῦντα ἐξελέγξαι, οὐκ ἂν τὰ τῶν τριάκοντα ἁμαρτήματα ἐμοῦ κατηγόρουν, οὐδ' ἂν ᾤοντο χρῆναι ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων ἑτέρους διαβάλλειν, ἀλλ' αὐτοὺς τοὺς ἀδικοῦντας τιμωρεῖσθαι· νῦν δὲ νομίζουσι τὴν πρὸς ἐκείνους ὀργὴν ἱκανὴν εἶναι καὶ τοὺς μηδὲν κακὸν εἰργασμένους ἀπολέσαι. (6) Ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαι δίκαιον εἶναι οὔτε εἴ τινες τῇ πόλει πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιοι γεγένηνται, ἄλλους τινὰς ὑπὲρ τούτων τιμὴν ἢ χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν, οὔτ' εἴ τινες πολλὰ κακὰ εἰργασμένοι εἰσίν, εἰκότως ἂν δι' ἐκείνους τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας ὀνείδους καὶ διαβολῆς τυγχάνειν· ἱκανοὶ γὰρ οἱ ὑπάρχοντες ἐχθροὶ τῇ πόλει καὶ μέγα κέρδος νομίζοντες εἶναι τοὺς ἀδίκως ἐν ταῖς διαβολαῖς καθεστηκότας.

7. Πειράσομαι δ' ὑμᾶς διδάξαι, οὓς ἡγοῦμαι τῶν πολιτῶν προσήκειν ὀλιγαρχίας ἐπιθυμεῖν καὶ δημοκρατίας. Ἐκ τούτου γὰρ καὶ ὑμεῖς γνώσεσθε, κἀγὼ περὶ ἐμαυτοῦ τὴν ἀπολογίαν ποιήσομαι, ἀποφαίνων ὡς οὔτε ἐξ ὧν ἐν δημοκρατίᾳ οὔτε ἐξ ὧν ἐν ὀλιγαρχίᾳ πεποίηκα, οὐδέν μοι προσῆκον κακόνουν εἶναι τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ. (8) Πρῶτον μὲν οὖν ἐνθυμηθῆναι χρὴ ὅτι οὐδείς ἐστιν ἀνθρώπων φύσει οὔτε ὀλιγαρχικὸς οὔτε δημοκρατικός, ἀλλ' ἥτις ἂν ἑκάστῳ πολιτεία συμφέρῃ, ταύτην προθυμεῖται καθιστάναι· ὥστε οὐκ ἐλάχιστον ἐν ὑμῖν ἐστι μέρος ὡς πλείστους ἐπιθυμεῖν τῶν παρόντων νυνὶ πραγμάτων. Καὶ ταῦτα ὅτι οὕτως ἔχει, οὐ χαλεπῶς ἐκ τῶν πρότερον γεγενημένων μαθήσεσθε. (9) Σκέψασθε γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς προστάντας ἀμφοτέρων τῶν πολιτειῶν, ὁσάκις δὴ μετεβάλλοντο. Οὐ Φρύνιχος μὲν καὶ Πείσανδρος καὶ οἱ μετ' ἐκείνων δημαγωγοί, ἐπειδὴ πολλὰ εἰς ὑμᾶς ἐξήμαρτον, τὰς περὶ τούτων δείσαντες τιμωρίας τὴν προτέραν ὀλιγαρχίαν κατέστησαν, πολλοὶ δὲ τῶν τετρακοσίων μετὰ τῶν ἐκ Πειραιῶς συγκατῆλθον, ἔνιοι δὲ τῶν ἐκείνους ἐκβαλόντων αὐτοὶ αὖθις τῶν
172 τριάκοντα ἐγένοντο; εἰσὶ δὲ οἵτινες τῶν Ἐλευσῖνάδε ἀπογραψαμένων, ἐξελθόντες μεθ' ὑμῶν, ἐπολιορκοῦντο μετ' αὐτῶν. (10) Οὔκουν χαλεπὸν γνῶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι οὐ περὶ πολιτείας εἰσὶν αἱ πρὸς ἀλλήλους διαφοραί, ἀλλὰ περὶ τῶν ἰδίᾳ συμφερόντων ἑκάστῳ. Ὑμᾶς οὖν χρὴ ἐκ τούτων δοκιμάζειν τοὺς πολίτας, σκοποῦντας μὲν ὅπως ἦσαν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ πεπολιτευμένοι, ζητοῦντας δὲ εἴ τις αὐτοῖς ὠφέλεια ἐγίνετο τῶν πραγμάτων μεταπε-

calumniatores geratis. Istorum enim opus est eos qui nihil mali admiserunt in jus ducere (hinc enim maxime quæstum fecerint); vestrum contra, eis qui a culpa sint immunes, omnia civitatis jura æqualiter impertiri. (4) Ego autem, judices, si declaravero me nullius calamitatis auctorem fuisse, atque in rempublicam multa insigniaque beneficia et corpore et facultatibus contulisse, postulo ut ea a vobis reportem, quæ reportare fas sit eos qui de vobis bene, nec unquam male, meriti sunt. (5) Illud vero maximum est innocentiæ meæ argumentum, quod, si accusatores me alicujus facinoris potuissent convincere, nequaquam trigintavirorum flagitia objecissent, neque existimassent ea aliis imputanda quæ ab illis gesta sunt, sed ab ipsis potius scelerum auctoribus pœnas expetissent. Nunc autem arbitrantur odium in illos conflatum sufficere ad eos etiam opprimendos qui nihil omnino deliquerint. (6) Ego vero minime æquum esse arbitror, neque ut, si qui plurima in rempublicam beneficia contulerint, illorum beneficiorum alii præmia vel gratiam a vobis consequantur; neque ut, si qui pessime de ea meruerint, insontes idcirco opprobrium experiantur et calumniam. Sat enim magnus est eorum hominum numerus qui inimico sunt animo in rempublicam, et qui in magno lucro deputant plures nostrûm iniquis criminationibus circumveniri.

7. Ceterum ego enitar vobis exponere quibusnam civibus conveniat appetere oligarchiam et quibusnam democratiam. Namque ita et vos facillime de causa cognoscetis, et ego una meam defensionem peragam, demonstrando scilicet quod neque ex iis quæ in democratia, neque ex iis quæ in oligarchia gessi, mihi ullo modo expediret ut animum alienum a populo Atheniensi haberem. (8) Ac primo quidem illud animadvertendum est, neminem scilicet a natura esse comparatum vel ad democratiam vel ad oligarchiam; sed quamcumque administrationem sibi maxime expedire contigerit, eam locum obtinere et stabiliri cupit. Vestra igitur potissimum in potestate situm est ut quam plurimi præsentem reipublicæ formam adament. Atque hæc ita se habere ex anteactis rebus facile intelligetis. (9) Revocate in animum, quæso, utriusque administrationis duces quoties ingenium mutaverint. Nonne Phrynichus et Pisander, et qui una cum illis populo præerant, ex offensis pœnam metuentes, superiorem oligarchiam constituere? nonne multi ex quadringentis viris cum Piræensibus in urbem reduces facti sunt? nonne aliqui qui Quadringentos expulerunt, ipsi inter Triginta numerabantur? sunt etiam nonnulli ex iis qui nomina dederunt ad Eleusinem, qui tametsi prius vobiscum egressi, cum Triginta tamen obsidebantur. (10) Quapropter, judices, non difficile est intellectu quod non de administrationum forma hominibus nata sint dissidia, sed de iis quæ unicuique expediunt. Vos igitur æquum est ex his quæ dico civium animos explorare, quærentes nimirum quo pacto se in democratia gesserint, atque scrutantes si quid eis utilitatis ex mutata republica accedere

σόντων· οὕτω γὰρ ἂν δικαιοτάτην κρίσιν περὶ αὐτῶν ποιοῖσθε. (11) Ἐγὼ τοίνυν ἡγοῦμαι, ὅσοι μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἄτιμοι ἦσαν εὐθύνας δεδωκότες ἢ τῶν ὄντων ἀπεστερημένοι ἢ ἄλλῃ τινὶ συμφορᾷ τοιαύτῃ κεχρημένοι, προσήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας, ἐλπίζοντας τὴν μεταβολὴν ὠφέλειάν τινα αὐτοῖς ἔσεσθαι· ὅσοι δὲ τὸν δῆμον πολλὰ κἀγαθὰ εἰργασμένοι εἰσί, κακὸν δὲ μηδὲν πώποτε, ὀφείλεται δὲ αὐτοῖς χάριν κομίσασθαι παρ' ὑμῶν μᾶλλον ἢ δοῦναι δίκην τῶν πεπραγμένων, οὐκ ἄξιον τὰς τούτων ἀποδέχεσθαι διαβολάς, οὐδ' ἂν πάντες οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττοντες ὀλιγαρχικοὺς αὐτοὺς φάσκωσιν εἶναι. (12) Ἐμοὶ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτ' ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ συμφορὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ οὐδεμία πώποτε ἐγένετο, ἀνθ' ἧστινος ἂν προθυμούμενος τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγῆναι ἑτέρων ἐπεθύμουν πραγμάτων. Ἐτριηράρχησα μὲν γὰρ πεντάκις, καὶ τετράκις νεναυμάχηκα, καὶ εἰσφορὰς ἐν τῷ πολέμῳ πολλὰς εἰσενήνοχα, καὶ τἆλλα λελειτούργηκα οὐδενὸς χεῖρον τῶν πολιτῶν. (13) Καίτοι διὰ τοῦτο πλείω τῶν ὑπὸ τῆς πόλεως προσταττομένων ἐδαπανώμην, ἵνα καὶ βελτίων ὑφ' ὑμῶν νομιζοίμην, καὶ εἴ πού μοί τις συμφορὰ γένοιτο, ἄμεινον ἀγωνιζοίμην. Ὧν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ ἁπάντων ἀπεστερούμην· οὐ γὰρ τοὺς τῷ πλήθει ἀγαθοῦ τινος αἰτίους γεγενημένους χάριτος παρ' αὐτῶν ἠξίουν τυγχάνειν, ἀλλὰ τοὺς πλεῖστα κακὰ ὑμᾶς εἰργασμένους εἰς τὰς τιμὰς καθίστασαν, ὡς ταύτην παρ' ἡμῶν πίστιν εἰληφότες. Ἃ χρὴ πάντας ἐνθυμουμένους μὴ τοῖς τούτων λόγοις πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἔργων σκοπεῖν ἃ ἑκάστῳ τυγχάνει πεπραγμένα. (14) Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε τῶν τετρακοσίων ἐγενόμην· ἢ τῶν κατηγόρων ὁ βουλόμενος παρελθὼν ἐλεγξάτω· οὐ τοίνυν οὐδ' ἐπειδὴ οἱ τριάκοντα κατέστησαν, οὐδείς με ἀποδείξει οὔτε βουλεύσαντα οὔτε ἀρχὴν οὐδεμίαν ἄρξαντα. Καίτοι εἰ μὲν ἐξόν μοι ἄρχειν μὴ ἠβουλόμην, ὑφ' ὑμῶν νυνὶ τιμᾶσθαι δίκαιός εἰμι· εἰ δὲ οἱ τότε δυνάμενοι μὴ ἠξίουν μοι μεταδιδόναι τῶν πραγμάτων, πῶς ἂν φανερώτερον ἢ οὕτω ψευδομένους ἀποδείξαιμι τοὺς κατηγόρους;

15. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ἄξιον σκέψασθαι. Ἐγὼ γὰρ τοιοῦτον ἐμαυτὸν ἐν ταῖς τῆς πόλεως συμφοραῖς παρέσχον ὥστε, εἰ πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχον ἐμοί, μηδένα ἂν ὑμῶν μηδεμιᾷ κεχρῆσθαι συμφορᾷ. Ὑπ' ἐμοῦ γὰρ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ οὔτε ἀπαχθεὶς οὐδεὶς φανήσεται, οὔτε τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς τετιμωρημένος, οὔτε τῶν φίλων εὖ πεπονθώς. (16) Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἄξιον θαυμάζειν· εὖ μὲν γὰρ ποιεῖν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ χαλεπὸν ἦν, ἐξαμαρτάνειν δὲ τῷ βουλομένῳ ῥᾴδιον. Οὐ τοίνυν οὔτ' εἰς τὸν κατάλογον Ἀθηναίων καταλέξας οὐδένα φανήσομαι, οὔτε δίαιταν καταδιαιτησάμενος οὐδενός, οὐδὲ πλουσιώτερος ἐκ τῶν ὑμετέρων γεγονὼς συμφορῶν. Καίτοι εἰ τοῖς τῶν γεγενημένων κακῶν αἰτίοις ὀργίζεσθε, εἰκὸς καὶ τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας βελτίους ὑφ' ὑμῶν νομίζεσθαι. (17) Καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, μεγίστην ἡγοῦμαι περὶ ἐμαυτοῦ τῇ δημοκρατίᾳ πίστιν δεδωκέναι· ὅστις

potuisset; ita enim accuratissimum de ipsis judicium mihi facturi videmini. (11) Equidem existimo, quicumque in democratia post rationes redditas infamia notati sunt, vel fortunis exuti, vel simili aliqua calamitate pressi, eis omnino convenire ut aliam administrationis formam exoptarent, sperantes eam mutationem alicui commodo sibi esse futuram : at quicumque sæpius de populo optime, nunquam male, meriti sunt, et quos æquius est a vobis consequi gratiam quam dare pœnas, adversus eos non oportet criminationes admittere, etiamsi omnes reipublicæ administratores eos oligarchiæ studiosos esse dixerint. (12) Porro, judices, nulla unquam mihi vel privatim vel publice contigit calamitas, cujus ergo præsentibus malis liberari gestiens, novas res expeterem. Quinquies enim triremi præfectus fui, quater classe conflixi, multas pecunias durante bello contuli, ceteraque publica munia nihilo segnius obivi quam quisquam civium. (13) Atqui idcirco majores sumptus feci quam mihi a republica imperabantur, ut civis melior a vobis existimarer; et, si quid unquam mihi periculum accideret, æquiori conditione dimicarem. Quibus omnibus commodis in oligarchia privabar. Non enim eos qui de populo bene meriti fuerant, sua gratia illi dignati sunt; sed qui vos malis affecerant plurimis, eos ad honores evexere, hoc quasi fidei pignus ab iis accipientes. Quæ in animo reputantes unumquemque vestrûm oportet non istorum orationibus fidem adhibere, sed ex rebus ipsis quid a quoquam gestum sit judicare. (14) Ego autem, judices, neque quadringentorum virorum unus fui; vel accusatorum quilibet huc accedens id demonstret : neque postquam triginta viri imperio sunt potiti, quisquam me arguet vel in senatu fuisse, vel magistratum aliquem gessisse. Verumtamen si, quum mihi licuisset, magistratum tamen defugi, a vobis nunc honorem consequi debeo : si vero illi qui tunc rerum potiebantur, me in reipublicæ administrandæ societatem admittere noluerunt, quonam argumento dilucidiori refutare queam accusatorum mendacia?

15. Ad hæc, judices, et ex aliis vitæ meæ institutis vos spectare me decet. Ego enim talem me ipsum in civitatis calamitatibus præstiti ut, si omnes eodem mecum fuissent animo, nemo vestrûm ullam incommoditatem fuisset subiturus. Siquidem constabit in oligarchia me neminem in carcerem abduxisse, ab inimicorum nullo ultionem cepisse, nullum amicorum beneficiis ornavisse. (16) Neque id mirum cuiquàm esse debet. Bene enim facere per illud tempus erat difficile, insolenter agere cuivis facile. Neque etiam convincar in albo Atheniensium quenquam per fraudem inscripsisse, vel arbiter electus condemnasse, vel ex calamitatibus vestris fortunas meas adauxisse. Atqui si malorum auctoribus succenseatis, æquum est ut qui nihil in vos offenderint viros bonos existimetis. (17) Et profecto, judices, arbitror maximam de me ipso fidem ad de-

γὰρ τότε οὐδὲν ἐξήμαρτον οὕτω πολλῆς δεδομένης ἐξουσίας, ἦ που νῦν σφόδρα προθυμηθήσομαι χρηστὸς εἶναι, εὖ εἰδὼς ὅτι, ἐὰν ἀδικῶ, παραχρῆμα δώσω δίκην. Ἀλλὰ γὰρ τοιαύτην διὰ τέλους γνώμην ἔχω, ὥστ' ἐν ὀλι-
173 γαρχίᾳ μὲν μὴ ἐπιθυμεῖν τῶν ἀλλοτρίων, ἐν δημοκρατίᾳ δὲ τὰ ὄντα προθύμως εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκειν.

18. Ἡγοῦμαι δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐκ ἂν δικαίως ὑμᾶς μισεῖν τοὺς ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ μηδὲν πεπονθότας κακόν, ἐξὸν ὀργίζεσθαι τοῖς εἰς τὸ πλῆθος ἐξημαρτηκόσιν, οὐδὲ τοὺς μὴ φυγόντας ἐχθροὺς νομίζειν, ἀλλὰ τοὺς ὑμᾶς ἐκβαλόντας, οὐδὲ τοὺς προθυμουμένους τὰ ἑαυτῶν σῶσαι, ἀλλὰ τοὺς τὰ τῶν ἄλλων ἀφῃρημένους, οὐδὲ οἳ τῆς σφετέρας αὐτῶν σωτηρίας ἕνεκα ἔμειναν ἐν τῷ ἄστει, ἀλλ' οἵτινες ἑτέρους ἀπολέσαι βουλόμενοι μετέσχον τῶν πραγμάτων. Εἰ δὲ οἴεσθε χρῆναι, οὓς ἐκεῖνοι παρέλιπον ἀδικοῦντες, ὑμεῖς ἀπολέσαι, οὐδεὶς τῶν πολιτῶν ἀπολειφθήσεται.

19. Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ ἐκ τῶνδε, ὦ ἄνδρες δικασταί. Πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι ἐν τῇ προτέρᾳ δημοκρατίᾳ τῶν τὰ τῆς πόλεως πραττόντων πολλοὶ μὲν τὰ δημόσια ἔκλεπτον, ἔνιοι δ' ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις ἐδωροδόκουν, οἱ δὲ συκοφαντοῦντες τοὺς συμμάχους ἀφίστασαν. Καὶ εἰ μὲν οἱ τριάκοντα τούτους μόνους ἐτιμωροῦντο, ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ὑμεῖς ἂν αὐτοὺς ἡγεῖσθε· νῦν δέ, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις ἡμαρτημένων τὸ πλῆθος κακῶς ποιεῖν ἠξίουν, ἠγανακτεῖτε, ἡγούμενοι δεινὸν εἶναι τὰ τῶν ὀλίγων ἀδικήματα πάσῃ τῇ πόλει κοινὰ γίνεσθαι. (20) Οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἑωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας, οὐδὲ ἃ πάσχοντες ἄδικα ἐνομίζετε πάσχειν, ὅταν ἑτέρους ποιῆτε, δίκαια ἡγεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν κατελθόντες περὶ αὐτῶν γνώμην ἔχετε, ἥνπερ φεύγοντες περὶ ὑμῶν αὐτῶν εἴχετε· ἐκ τούτων γὰρ καὶ ὁμόνοιαν πλείστην ποιήσετε, καὶ ἡ πόλις ἔσται μεγίστη, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαρότατα ψηφιεῖσθε.

21. Ἐνθυμηθῆναι δὲ χρή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τῶν ἐπὶ τῶν τριάκοντα γεγενημένων, ἵνα τὰ τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήματα ἄμεινον ὑμᾶς ποιήσῃ περὶ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν βουλεύσασθαι. Ὅτε μὲν γὰρ ἀκούοιτε τοὺς ἐν ἄστει τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν, μικρὰς ἐλπίδας εἴχετε τῆς καθόδου, ἡγούμενοι τὴν ἡμετέραν ὁμόνοιαν μέγιστον κακὸν εἶναι τῇ ὑμετέρᾳ φυγῇ· (22) ἐπειδὴ δὲ πυνθάνοισθε τοὺς μὲν τρισχιλίους στασιάζοντας, τοὺς δὲ ἄλλους πολίτας ἐκκεκηρυγμένους ἐκ τοῦ ἄστεος, τοὺς δὲ τριάκοντα μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας, πλείους δ' ὄντας τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν δεδιότας ἢ τοὺς ὑμῖν πολεμοῦντας, τότ' ἤδη καὶ κατιέναι προσεδοκᾶτε καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν λήψεσθαι δίκην. Ταῦτα γὰρ τοῖς θεοῖς εὔχεσθε, ἅπερ ἐκείνους ἑωρᾶτε ποιοῦντας, ἡγούμενοι διὰ τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν πολὺ μᾶλλον σωθήσεσθαι ἢ διὰ τὴν τῶν φευγόντων δύναμιν κατιέναι. (23) Χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῖς πρότερον γεγενημένοις παραδείγμασι χρωμένους βουλεύεσθαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, καὶ τούτους ἡγεῖσθαι δημοτικωτάτους, οἵτινες ὁμονοεῖν ὑμᾶς βου-

mocratiam dedisse. Qui enim tunc temporis nihil peccavi, quum tantum licuerit, certe nunc vehementer enitar bonus civis esse; id probe sciens quod, si quid deliquero, statim pœnas sim daturus. Verum hæc mea est perpetua et constans sententia, ut in oligarchia alienas opes non concupiscam, in democratia meas lubens in vestram utilitatem impendam.

18. Existimo autem, judices, vos nequaquam justo odio eos esse persecuturos qui in oligarchia nihil mali perpessi sunt, quum rectius eis succensere possitis qui populum læserunt; neque eos pro inimicis habere qui non exularunt, sed qui vos expulerunt; neque eos qui sua servare studuerunt, sed qui aliena diripuerunt; neque eos qui suæ salutis causa in urbe remanserunt, sed qui, ut alios perderent, reipublicæ negotia susceperunt. Quodsi putetis eos quibus illi pepercerunt, a vobis esse injuste occidendos, jam nullus civium relinquetur.

19. Hoc quoque animadvertite, judices: vos omnes nosse arbitror quod in priori democratia multi reipublicæ administratores expilabant ærarium, nonnulli res vestras et jura vestra pretio venumdabant, alii falsis criminationibus socios nostros abalienabant. Quodsi trigintaviri in eos solos animadvertissent, illos fuisse viros probos vos ipsi judicassetis: nunc vero quod pro eorum peccatis sævierint in populum, indignabamini, putantes iniquum esse delicta paucorum universæ reipublicæ fieri communia. (20) Minime igitur vos decet ea vos uti ratione quam illos videbatis peccando sequi; neque quæ dum sustinuistis, iniqua esse judicabatis, ea quum contra alios statuitis, æqua esse arbitremini: sed reversi domum eandem de aliis habeatis opinionem, quam in fuga de vobismetipsis habuistis. Ita enim maximam efficietis concordiam, et respublica erit amplissima, atque ea decernetis quæ inimicos urant maxime.

21. Considerare autem oportet, judices, quæ sub trigintavirali dominatu gesta sunt, quo inimicorum delicta id demum efficiant, ut vos de rebus vestris melius deliberetis. Quamdiu enim audivistis idem sentire eos qui in urbe remanserant, levissimam spem habuistis redeundi; autumantes nostram concordiam maximum esse vobis in fuga vestra incommodum: (22) at simul ac intellexistis tria millia urbanorum dissidere, ceterosque cives publice ex civitate ejici, et trigintaviros sententiis discordare, pluresque pro vobis timere quam vobis adversari, tum demum et vos redituros, et ab inimicis supplicium sumpturos exspectabatis. Ea enim a diis immortalibus ut fierent precabamini, quæ jam illos facere videbatis, arbitrantes vos multo facilius per improbitatem trigintavirorum salutem consecuturos quam per vires exulum reversuros. (23) Vos igitur oportet, judices, rebus præteritis pro exemplis usos, de futuris consultare, eosque democratiæ studiosissimos judicare qui vestri consensus cupidissimi,

λόμενοι τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένουσι, νομίζοντες καὶ τῆς πόλεως ταύτην ἱκανωτάτην εἶναι σωτηρίαν καὶ τῶν ἐχθρῶν μεγίστην τιμωρίαν· οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη αὐτοῖς χαλεπώτερον τούτων, ἢ πυνθάνεσθαι μὲν ἡμᾶς μετέχοντας τῶν πραγμάτων, αἰσθάνεσθαι δὲ οὕτω διακειμένους τοὺς πολίτας ὥσπερ μηδενὸς ἐγκλήματος πρὸς ἀλλήλους γεγενημένου. (24) Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι οἱ φεύγοντες τῶν ἄλλων πολιτῶν ὡς πλείστους καὶ διαβεβλῆσθαι καὶ ἠτιμῶσθαι βούλονται, ἐλπίζοντες τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀδικουμένους ἑαυτοῖς ἔσεσθαι συμμάχους, τοὺς δὲ συκοφάντας εὐδοκιμεῖν δέξαιντ' ἂν παρ' ὑμῖν καὶ μέγα δύνασθαι ἐν τῇ πόλει· τὴν γὰρ τούτων πονηρίαν ἑαυτῶν ἡγοῦνται σωτηρίαν.

25. Ἄξιον δὲ μνησθῆναι τῶν μετὰ τοὺς τετρακοσίους πραγμάτων· εὖ γὰρ εἴσεσθε ὅτι, ἃ μὲν οὗτοι συμβουλεύουσιν, οὐδεπώποτε ὑμῖν ἐλυσιτέλησεν, ἃ δ' ἐγὼ παραινῶ, ἀμφοτέραις ἀεὶ ταῖς πολιτείαις συμφέρει.
174 Ἴστε γὰρ Ἐπιγένην καὶ Δημοφάνην καὶ Κλεισθένην ἰδίᾳ μὲν καρπωσαμένους τὰς τῆς πόλεως συμφοράς, δημοσίᾳ δὲ ὄντας μεγίστων κακῶν αἰτίους. (26) Ἐνίων μὲν γὰρ ἔπεισαν ὑμᾶς ἀκρίτων θάνατον καταψηφίσασθαι, πολλῶν δὲ ἀδίκως δημεῦσαι τὰς οὐσίας, τοὺς δ' ἐξελάσαι καὶ ἀτιμῶσαι τῶν πολιτῶν· τοιοῦτοι γὰρ ἦσαν ὥστε τοὺς μὲν ἡμαρτηκότας ἀργύριον λαμβάνοντες ἀφιέναι, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας εἰς ὑμᾶς εἰσιόντες ἀπολλύναι. Καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, ἕως τὴν μὲν πόλιν εἰς στάσεις καὶ τὰς μεγίστας συμφορὰς κατέστησαν, αὐτοὶ δ' ἐκ πενήτων πλούσιοι ἐγένοντο. (27) Ὑμεῖς δὲ οὕτω διετέθητε ὥστε τοὺς μὲν φεύγοντας κατεδέξασθε, τοὺς δ' ἀτίμους ἐπιτίμους ἐποιήσατε, τοῖς δ' ἄλλοις περὶ ὁμονοίας ὅρκους ὤμνυτε· τελευτῶντες δὲ ἥδιον ἂν τοὺς ἐν τῇ δημοκρατίᾳ συκοφαντοῦντας ἐτιμωρήσασθε ἢ τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ. Καὶ εἰκότως, ὦ ἄνδρες δικασταί· πᾶσι γὰρ ἤδη φανερόν ἐστιν ὅτι διὰ μὲν τοὺς ἀδίκως πολιτευομένους ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ δημοκρατία γίνεται, διὰ δὲ τοὺς ἐν τῇ δημοκρατίᾳ συκοφαντοῦντας ὀλιγαρχία δὶς κατέστη. Ὥστε οὐκ ἄξιον τούτοις χρῆσθαι πολλάκις συμβούλοις, οἷς οὐδὲ ἅπαξ ἐλυσιτέλησε πειθομένοις. (28) Σκέψασθαι δὲ χρὴ ὅτι καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς οἱ μεγίστην δόξαν ἔχοντες καὶ μάλιστα κεκινδυνευκότες καὶ πλεῖστα ὑμᾶς ἀγαθὰ εἰργασμένοι πολλάκις ἤδη τῷ ὑμετέρῳ πλήθει διεκελεύσαντο τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν, ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν· τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ἄστεος ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἄδειαν ποιήσειν, τοῖς δ' ἐκ Πειραιῶς οὕτω πλεῖστον χρόνον τὴν πολιτείαν ἂν παραμεῖναι. (29) Οἷς ὑμεῖς πολὺ ἂν δικαιότερον πιστεύοιτε ἢ τούτοις, οἳ φεύγοντες μὲν δι' ἑτέρους ἐσώθησαν, κατελθόντες δὲ συκοφαντεῖν ἐπιχειροῦσιν. Ἡγοῦμαι δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς μὲν τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντας ἐμοὶ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων φανεροὺς γεγενῆσθαι καὶ ἐν δημοκρατίᾳ καὶ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, ὁποῖοί τινές εἰσι πολῖται· (30) τούτων δ' ἄξιον

pacta et juramenta religiose observant, existimantes civitatis hanc esse salutem certissimam, atque inimicorum ultionem maximam. Nulla enim res eis injucundior hac potest contingere, nempe si audiant nos ad rempublicam posse accedere, simulque intelligant ita se habere cives quasi nullæ unquam mutuæ criminationes exstitissent. (24) Illud autem non ignorate, judices, exules id maxime velle, ut ceterorum civium quamplurimi in criminationem veniant et infamentur, ea scilicet spe, ut qui a vobis habeantur male, eos nanciscantur socios; eosdem etiam magni facere ut calumniatores apud vos in honore sint et in civitate plurimum valeant : istorum enim improbitatem suam salutem existimant.

25. Meminisse etiam operæ pretium est earum rerum quæ post quadringentos viros gestæ sunt. Facile enim intelligetis istorum consilia nunquam vobis profuisse, ea autem quorum ego auctor sum, utrique semper reipublicæ expedire. Novistis scilicet Epigenem et Demophanem et Clisthenem privatim quidem ex reipublicæ calamitatibus fructus collegisse, publice vero maximorum malorum auctores exstitisse. (26) Vobis quippe persuaserunt nonnullos indicta causa capite damnare, multorum facultates per summam injuriam publicare, alios cives exterminare atque infamare. Ita enim erant comparati ut sontes pecunia accepta missos facerent, et innocentissimos ad vos ingressi morte mulctarent. Neque finem prius fecerunt quam civitatem impulissent in seditiones et maximas calamitates, ipsi autem e pauperibus locupletes evasissent. (27) Vos contra ita fuistis animati, ut et exules reciperetis, infamia notatos in integrum restitueretis, atque erga ceteros cives de concordia jusjurandum præstaretis, denique ut procliviores essetis ad pœnas ab iis repetendas qui in democratia alios falsis criminibus impetebant, quam ab iis qui in oligarchia imperabant. Nec immerito, judices. Jam enim apud omnes constat per eos qui inique imperant in oligarchia nasci democratiam, per eos autem qui falso criminantur in democratia bis jam oligarchiam fuisse constitutam; ita ut minime conveniat eorum sæpius consiliis uti, quibus ne semel quidem auscultantes profecistis. (28) Animadvertere autem oportet quod Piræensium qui summo in honore erant, qui maxima adierant pericula, plurimaque in vos beneficia contulerant, sæpissime populum sint hortati ut juramentis pactisque permaneret, rati in eo esse sitam democratiæ incolumitatem : ita enim et eis qui in urbe remanserant præteritorum impunitatem fore, et eis qui e Piræeo venerant diuturnitatem imperii. (29) Quibus multo æquius fidem habeatis quam istis qui exulantes per alios restituti sunt, reversi vero calumniari meditantur. Equidem arbitror, judices, eos qui ejusdem mecum animi in urbe remanserunt, satis declarasse quales sint cives tam in oligarchia quam in democratia : (30) istos autem miremur quidnam

θαυμάζειν, ὅ τι ἂν ἐποίησαν, εἴ τις αὐτοὺς εἴασε τῶν τριάκοντα γενέσθαι, οἳ νῦν δημοκρατίας οὔσης ταὐτὰ ἐκείνοις πράττουσι, καὶ ταχέως μὲν ἐκ πενήτων πλούσιοι γεγένηνται, πολλὰς δ' ἀρχὰς ἄρχοντες οὐδεμιᾶς εὐθύνην διδόασιν, ἀλλ' ἀντὶ μὲν ὁμονοίας ὑποψίαν πρὸς ἀλλήλους πεποιήκασιν, ἀντὶ δὲ εἰρήνης πόλεμον κατηγγέλκασι, διὰ τούτους δὲ ἄπιστοι τοῖς Ἕλλησι γεγενήμεθα. (31) Καὶ τοσούτων κακῶν καὶ ἑτέρων πολλῶν ὄντες αἴτιοι, καὶ οὐδὲν διαφέροντες τῶν τριάκοντα πλὴν ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ὀλιγαρχίας οὔσης ἐπεθύμουν ὧνπερ οὗτοι, οὗτοι δὲ δημοκρατίας τῶν αὐτῶν ὧνπερ ἐκεῖνοι, ὅμως οἴονται χρῆναι οὕτω ῥαδίως ὃν ἂν βούλωνται κακῶς ποιεῖν, ὥσπερ τῶν μὲν ἄλλων ἀδικούντων, ἄριστοι δὲ ἄνδρες αὐτοὶ γεγενημένοι. (32) Καὶ τούτων μὲν οὐκ ἄξιον θαυμάζειν, ὑμῶν δέ, ὅτι οἴεσθε μὲν δημοκρατίαν εἶναι, γίγνεται δὲ ὅ τι ἂν οὗτοι βούλωνται, καὶ δίκην διδόασιν οὐχ οἱ τὸ ὑμέτερον πλῆθος ἀδικοῦντες, ἀλλ' οἱ τὰ σφέτερα αὐτῶν μὴ διδόντες. Καὶ δέξαιντ' ἂν μικρὰν εἶναι τὴν πόλιν μᾶλλον ἢ δι' ἄλλους μεγάλην καὶ ἐλευθέραν, (33) ἡγούμενοι νῦν μὲν διὰ τοὺς ἐκ Πειραιῶς κινδύνους αὐτοῖς ἐξεῖναι ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται, ἐὰν δ' ὕστερον ὑμῖν δι' ἑτέρους σωτηρία γένηται, τούτους μὲν ἐπιλύσεσθαι, ἐκείνους δὲ μεῖζον δυνήσεσθαι· ὥστε τὸ αὐτὸ πάντες ἐμποδών εἰσιν, ἐάν τι δι' ἄλλων ἀγαθὸν ὑμῖν φαίνηται. (34) Τοῦτο μὲν οὖν οὐ χαλεπὸν τῷ βουλομένῳ κατανοῆσαι· αὐτοί τε γὰρ οὐκ ἐπιθυμοῦσι λανθάνειν, ἀλλ' αἰσχύνονται μὴ δοκοῦντες εἶναι πονηροί, ὑμεῖς δὲ τὰ μὲν αὐτοὶ ὁρᾶτε, τὰ δ' ἑτέρων πολλῶν ἀκούετε. Ἡμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, δίκαιον μὲν ἡγούμεθ' εἶναι πρὸς πάντας ὑμᾶς τοὺς πολίτας ταῖς συνθήκαις καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμένειν, (35) ὅμως
175 δέ, ὅταν μὲν ἴδωμεν τοὺς τῶν κακῶν αἰτίους δίκην διδόντας, τῶν τότε περὶ ὑμᾶς γεγενημένων μεμνημένοι συγγνώμην ἔχομεν, ὅταν δὲ φανεροὶ γένησθε τοὺς μηδὲν αἰτίους ἐξ ἴσου τοῖς ἀδικοῦσι τιμωρούμενοι, τῇ αὐτῇ ψήφῳ πάντας ἡμᾶς εἰς ὑπο . . . . . .

XXVI.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΑΝΔΡΟΥ ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΣ.

. . . . . ἡγούμενος ἀκριβῆ νῦν τὴν δοκιμασίαν αὐτοὺς διὰ τὸν χρόνον ποιήσεσθαι, ἐπεὶ σύνοισθα πολλὰ καὶ δεινὰ εἰς αὐτοὺς ἐξημαρτηκώς, ὧν ἐπιλελῆσθαι καὶ οὐδ' ἀναμνησθήσεσθαι ἐνίους αὐτῶν νομίζεις. Ὃ δὴ ἔγωγε καὶ ἀγανακτῶ, εἰ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι εἰς ὑμᾶς ἥκει πιστεύων, ὥσπερ ἄλλων μέν τινων ὄντων τῶν ἠδικημένων, ἑτέρων δὲ τῶν ταῦτα διαψηφιουμένων, ἀλλ' οὐκ ἀμφότερα τῶν αὐτῶν καὶ πεπονθότων καὶ ἀκουσομένων. (2) Αἴτιοι δὲ τούτων ὑμεῖς ἐστε· οὐ γὰρ ἐνθυμεῖσθε ὅτι οὗτοι μέν, ὅτε ἡ πόλις ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἤρχετο, οὐδὲ τῆς αὐτῆς δουλείας ὑμῖν μεταδοῦναι

facturi fuissent, si quis ipsos inter trigintaviros accensuisset, qui nunc in democratia eadem atque illi perpetrare audeant; qui subito e pauperibus facti sunt divites, multisque magistratibus defuncti nullius unquam rationes reddiderunt, sed pro concordia suspiciones mutuas intulere, pro pace bellum renuntiarunt: per eosdem utique fidem inter Græcos perdidimus. (31) Atque isti tot malorum auctores aliorumque quamplurimorum, et in nulla re a trigintaviris discrepantes, nisi quod illi in oligarchia eadem atque isti concupivere, et isti in democratia eadem quæ illi; isti, inquam, ita sibi licere arbitrantur quemcumque voluerint injuria afficere, quasi ceteri omnes inique agerent, et ipsi soli viri essent boni. (32) Attamen non tam istos mirari decet, quam vos, quod democratiam esse creditis, quum omnia ad istorum libitum aguntur. Et pœnas quidem persolvunt non qui populum malis afflixere; sed qui de facultatibus suis non largiuntur : jam isti mallent sua opera exiguam esse rempublicam, quam aliorum beneficio amplam et liberam. (33) Existimant scilicet propter adita in Piræeo discrimina sibi nunc quæcumque libuerit licere; et si posthac vobis per alios salus obvenerit, se nullo in pretio futuros esse, illos autem majorem auctoritatem adepturos. Itaque unanimiter contra nituntur, si qua vobis beneficii spes aliunde affulserit. (34) Quos certe arguere cuivis proclive est, siquidem dissimulare norunt, sed erubescunt potius ni palam videantur improbi : vos autem partim ipsi videtis, partim auditis ex aliis. Nos vero, judices, arbitramur vobis standum esse juramento et pactis erga omnes cives : (35) verumtamen quum videamus malorum auctores pœnas dare, eorum quæ tunc vobis acciderunt memores, facile ignoscimus; at quum palam easdem pœnas resposcitis ab innocentibus quas a maxime facinorosis, eodem suffragio nos omnes in suspicionem *adducitis vos quoque tyrannidem affectare....*

XXVI.

DE EVANDRI PROBATIONE.

...... existimans hos judices longo post tempore accuratam inquisitionem nunc non habituros. Attamen tibi conscius es multarum graviumque injuriarum quas illi a te acceperint, quarumque oblitos esse, neque recordari velle nonnullos eorum arbitraris. Quod ego vehementer indignor, si ea fiducia fretus iste ad vos accedat; quasi alii fuissent qui acceperint injuriam, alii de ea laturi sententias, et non iidem qui et perpessi sunt et hodie audituri. (2) Horum autem vos estis culpandi : non enim animadvertitis quod isti, quum hæc civitas a Lacedæmoniis regeretur, ne servitutem quidem ipsam vobiscum voluerunt

ἠξίωσαν, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως ἐξήλασαν, ὑμεῖς δ' ἐλευθέραν αὐτὴν ποιήσαντες οὐ μόνον τῆς ἐλευθερίας αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῦ δικάζειν καὶ τοῦ ἐκκλησιάζειν περὶ τῶν κοινῶν μετέδοτε, ὥστε εἰκότως ὑμῶν ταύτην τὴν εὐήθειαν καταγιγνώσκουσιν. (3) Ὧν εἷς οὗτος ὢν οὐκ ἀγαπᾷ εἴ τις αὐτὸν ἐᾷ τούτων μετέχειν, ἀλλὰ καὶ πρὶν ἐκείνων δοῦναι δίκην πάλιν ἄρχειν ἀξιοῖ. Καὶ νυνὶ αὐτὸν ἀκούομεν, ὑπὲρ ὧν αὐτοῦ κατηγοροῦμεν, διὰ βραχέων ἀπολογήσεσθαι, ἐπισύροντα τὰ πράγματα καὶ διακλέπτοντα τῇ ἀπολογίᾳ τὴν κατηγορίαν, λέξειν δὲ ὡς πολλὰ εἰς τὴν πόλιν ἀνηλώκασι καὶ φιλοτίμως λελειτουργήκασι καὶ νίκας πολλὰς καὶ καλὰς ἐν δημοκρατίᾳ νενικήκασι, καὶ ὅτι αὐτὸς κόσμιός ἐστι καὶ οὐχ ὁρᾶται ποιῶν ἃ ἕτεροι ἐνταῦθα τολμῶσιν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν ἀξιοῖ. (4) Ἐγὼ δὲ πρὸς τούτους τοὺς λόγους οὐ χαλεπὸν οἶμαι ἀντειπεῖν, πρὸς μὲν τὰς λειτουργίας, ὅτι κρείττων ἦν ὁ πατὴρ αὐτοῦ μὴ λειτουργήσας ἢ τοσαῦτα τῶν ἑαυτοῦ ἀναλώσας· διὰ γὰρ ταῦτα πιστευθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ὥστ' εἶναι ταῦτα τὰ ἔργα ἀειμνηστότερα ἢ τὰ ἐκ τῶν λειτουργιῶν αὐτῷ ἀναθήματα· (5) πρὸς δὲ τὴν ἡσυχιότητα τὴν τούτου, ὅτι οὐ νῦν δεῖ αὐτὸν ἐξετάζειν εἰ σώφρων ἐστίν, ὅτ' αὐτὸν οὐκ ἔξεστιν ἀσελγαίνειν, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον σκοπεῖν, ἐν ᾧ ἐξὸν ὁποτέρως ἐβούλετο ζῆν εἵλετο παρανόμως πολιτευθῆναι. Τοῦ μὲν γὰρ νῦν μηδὲν ἐξαμαρτάνειν οἱ κωλύσαντες αἴτιοι, τῶν δὲ τότε γεγενημένων ὁ τούτου τρόπος καὶ οἱ τούτῳ ἐπιτρέπειν ἀξιοῦντες. Ὥστε ἂν ἐκ τούτων δοκιμάζεσθαι ἀξιοῖ, ταῦτα χρὴ ὑπολαμβάνειν, μὴ εὐήθεις αὐτῷ εἶναι δοκῆτε.

6. Ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τοιόνδε λόγον τράπωνται, ὡς ὁ χρόνος οὐκ ἐγχωρεῖ ἄλλον ἀποκληρῶσαι, ἀλλ' ἀνάγκη, ἐὰν αὐτὸν ἀποδοκιμάσητε, ἄθυτα τὰ πάτρια ἱερὰ γίγνεσθαι, τάδ' ἐνθυμήθητε, ὅτι πάλαι ὁ χρόνος ἤδη παρελήλυθεν. Ἡ γὰρ αὔριον ἡμέρα μόνη λοιπὴ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐστιν, ἐν δὲ ταύτῃ τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι θυσία γίγνεται, δικαστήριον δὲ παρὰ τοὺς νόμους οὐ δυνατὸν πληρωθῆναι. (7) Εἰ δὲ ταῦτα πάνθ' οὗτος ὥστε γενέσθαι διαπέπρακται, τί προσδοκῆσαι δεῖ δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν, εἰ τὴν ἐξιοῦσαν ἀρχὴν πέπεικεν αὐτοῦ ἕνεκα παρανομῆσαι; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν οἶμαι. (8) Ἔστι δ' ὑμῖν οὐ τοῦτο μόνον σκεπτέον, ἀλλὰ καὶ πότερον εὐσεβέστερον τὸν βασιλέα καὶ τοὺς συνάρχοντας τὰ ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἄρξειν ἱερὰ θῦσαι, ὡς καὶ πρότερον ἤδη γεγένηται, ἢ καὶ τοῦτον, ὃν οὐδὲ καθαρὸν εἶναι τὰς χεῖρας οἱ εἰδότες μεμαρτυρήκασι, καὶ πότερον ὑμεῖς ὠμόσατε εἰς τὴν ἀρχὴν ἀδοκίμαστον καταστήσειν, ἢ δο-
176 κιμάσαντες τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς στεφανώσειν. (9) Ταῦτα γὰρ σκοπεῖσθε· κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθε, ὅτι ὁ θεὶς τὸν περὶ τῶν δοκιμασιῶν νόμον οὐχ ἥκιστα περὶ τῶν ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἀρξάντων ἕνεκα ἔθηκεν, ἡγούμενος δεινὸν εἶναι, εἰ δι' οὓς ἡ δημοκρατία κατελύετο, οὗτοι ἐν αὐτῇ τῇ πολιτείᾳ πάλιν ἄρξουσι, καὶ κύριοι γενήσονται τῶν νόμων

communicare, sed e civitate ejecerunt : vos contra, restituta libertate, cum istis non solum libertatem communicastis, verum etiam potestatem judicandi et conciones habendi de republica. Itaque eam simplicitatem merito vobis isti ipsi exprobrant : (3) quorum Evander unus quum sit, non sibi sat habet, si his liceat impune frui; at priusquam præteritorum scelerum det pœnas, rursus magistratu fungi postulat. Et nunc audio istum accusationi meæ paucissima responsurum, res constringendo, totamque accusationem in defensione sua quasi suffurando : dicturum scilicet majores suos multa in civitatem impendisse, muneribus publicis magnifice esse perfunctos, multasque et præclaras victorias in democratia reportasse; se autem moderate vivere, neque ea videri agere quæ alii solent, sed suis duntaxat rebus occupari. (4) Quibus dictis non difficile esse arbitror respondere. Quod ad munera publica attinet, repono multo præstantius fuisse ipsius patrem ea munera non exsequi quam ex suis facultatibus tantas pecunias insumere. Ob hæc enim fidem populi consecutus, popularem statum evertit : adeo ut eorum malorum quæ inde intulit longe firmior sit memoria quam monumentorum quæ obitis muneribus victor consecravit. (5) Quod vero spectat ad istius moderationem, respondeo non nunc inspiciendos esse istius mores, utrum modesti sint necne, quum insolescere non conceditur; sed illud potius tempus considerandum, in quo, utrovis modo vivendi libertate permissa, vitam improbam secutus est. Quod enim nunc nihil delinquat, id eis tribuendum qui obstant : quæ autem tunc temporis perpetravit, ea sunt imputanda suis moribus, atque eis qui ea fieri permiserunt. Quare si ex his quæ nunc agit approbari postulet, ea quæ dico subjiciatis, ne isti vos simplices esse videamini.

6. Quodsi in eam orationem diverterint, nos scilicet tempore excludi quominus quisquam eligatur alius, verum necesse esse ut, si iste reprobetur, intermittantur sacra consueta; id in animo reputetis jam dudum id tempus præteriisse. Crastinus enim dies anni est supremus; eo autem die Jovi Servatori sacra fiunt; judicium vero haberi per leges nullo modo licet. (7) Quodsi iste sategit ut hæc omnia fierent, quid ipsum jam probatum facturum esse arbitremini, si nondum probatus exeunti magistratui persuaserit in suam gratiam leges violare? an pauca hujusmodi in suo anno perpetraturum? mihi profecto non videtur. (8) Quanquam non id solum vobis considerandum est, sed utrum magis religioni vestræ conveniat regem sacrorum nunc gerentem cum collegis pro futuro magistratu sacra facere, ut jam antea factum est, an istum, quem ne puris quidem esse manibus testantur ii qui id sciunt; et utrum juraveritis vos eum magistratum electuros quem non probavistis, an, probatione facta, eum coronaturos quem magistratu dignum comperistis. (9) Hæc debetis vos considerare, atque illud etiam reputare in animo, eum qui tulit legem de probationibus, non minime eorum causa qui in oligarchia magistratibus perfuncti sunt, eam tulisse; quum putaret id esse iniquum, si quorum opera eversa sit democratia, ii, eadem restituta, iterum ad magistratus accederent, com-

καὶ τῆς πόλεως, ἣν πρότερον παραλαβόντες οὕτως αἰσχρῶς καὶ δεινῶς ἐλωβήσαντο. Ὥστ' οὐχ ἄξιον τῆς δοκιμασίας ὀλιγώρως ἔχειν, οὐδὲ μικρὸν ἡγουμένους τὸ πρᾶγμα μὴ φροντίζειν αὐτῆς, ἀλλὰ φυλάττειν· ὡς ἐν τῷ ἕκαστον δικαίως ἄρχειν ἥ τε πολιτεία καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος τὸ ὑμέτερον σώζεται. (10) Εἰ μὲν δὴ βουλεύσων νυνὶ ἐδοκιμάζετο καὶ ὡς ἱππευκότος αὐτοῦ ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἅρμα ἐν ταῖς σανίσιν ἐνεγέγραπτο, καὶ ἄνευ κατηγόρου ἂν αὐτὸν ἀπεδοκιμάζετε· νυνὶ δέ, ὅτε μὴ μόνον ἱππευκὼς μηδὲ βεβουλευκώς, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ πλῆθος ἐξημαρτηκὼς φαίνεται, οὐκ ἂν ἄτοπον ποιήσαιτε, εἰ μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχοντες περὶ αὐτοῦ φανοῖσθε; (11) Καὶ μὲν δὴ βουλεύειν γε δοκιμασθεὶς πεντακοσιοστὸς ὢν μετὰ τῶν ἄλλων ἐνιαυτὸν ἂν μόνον ἐβούλευσεν, ὥστε καὶ εἴ τι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐξαμαρτάνειν ἐβούλετο, ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐκωλύετο. Ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν μεγίστων κύριος γενέσθαι· (12) ὥστε ὑμῖν καθήκειν περὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀκριβεστέραν τὴν δοκιμασίαν ἢ περὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν ποιεῖσθαι. Εἰ δὲ μή, πῶς οἴεσθε τὸ ἄλλο πλῆθος τῶν πολιτῶν διακείσεσθαι, ὅταν αἴσθωνται, ὃν προσῆκε δίκας τῶν ἡμαρτημένων διδόναι, τοῦτον ὑφ' ὑμῶν τοιαύτης ἀρχῆς ἠξιωμένον; καὶ φόνου δίκας δικάζοντα, ὃν ἔδει αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς κρίνεσθαι; καὶ πρὸς τούτοις ἴδωσιν ἐστεφανωμένον, καὶ ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν κύριον γεγενημένον, ὧν ἐνίοις αὐτὸς οὗτος τῆς ὀρφανίας αἴτιος γεγένηται; (13) Ἆρ' οὐκ οἴεσθε αὐτοὺς χαλεπῶς διακείσεσθαι καὶ ὑμᾶς αὐτῶν αἰτίους ἡγήσεσθαι, ὅταν γένωνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς αὐτῶν πολλοὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπήγοντο καὶ ἄκριτοι ὑπὸ τούτων ἀπώλλυντο καὶ φεύγειν τὴν σφετέραν αὐτῶν ἠναγκάζοντο; Κἀκεῖνο προσενθυμηθῶσιν, ὅτι ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Θρασύβουλος αἴτιος γεγένηται Λεωδάμαντά τε ἀποδοκιμασθῆναι καὶ τοῦτον δοκιμασθῆναι, τοῦ μὲν κατήγορος γενόμενος, ὑπὲρ τούτου δὲ ἀπολογήσασθαι παρασκευασάμενος; ὃς ὅπως πρὸς τὴν πόλιν διέκειτο καὶ πόσων αἴτιος αὐτῇ κακῶν γεγένηται. . . . (14) ᾗ πειθόμενοι πῶς ἂν οἴεσθε διαβληθῆναι; Τότε μὲν γὰρ ὑμᾶς ᾤοντο ὀργισθέντας Λεωδάμαντα ἀποδοκιμάσαι· ἐὰν δὲ αὐτὸν δοκιμάσητε, εὖ εἴσονται ὅτι οὐ δικαίᾳ γνώμῃ περὶ αὐτοῦ κέχρησθε. Ἔστι δὲ τούτοις μὲν πρὸς ὑμᾶς ἀγών, ὑμῖν δὲ πρὸς ἅπασαν τὴν πόλιν, ἣ σκοπεῖ νυνὶ τίνα ὑμεῖς γνώμην περὶ αὐτῆς ἕξετε. (15) Καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἡγείσθω με Λεωδάμαντι χαριζόμενον κατηγορεῖν Εὐάνδρου, ὅτι φίλος ὢν τυγχάνει, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς πόλεως προνοούμενον. Ῥᾴδιον δ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος μαθεῖν. Λεωδάμαντι γὰρ συμφέρει τοῦτον δοκιμασθῆναι, οὕτω γὰρ ὑμεῖς μάλιστα διαβληθήσεσθε, καὶ δόξετε ἀντὶ δημοτικῶν ἀνθρώπων ὀλιγαρχικοὺς εἰς τὰς ἀρχὰς καθιστάναι· ὑμῖν δὲ τόνδε ἀποδοκιμάσαι, δόξετε γὰρ κἀκεῖνον δικαίως ἀποδοκιμάσαι· ἐὰν δὲ μηδὲ τόνδε, οὐδ' ἐκεῖνον δικαίως.

potes facti legum et civitatis quam prius a se oppressam tam turpiter tamque indigne labefactarunt. Constat igitur non negligenter probationem esse exercendam, neque a vobis despectui habendam tanquam leviculam rem et nullius momenti, sed severe observandam, quum in justo uniuscujusque magistratus imperio et reipublicæ et populi salus contineatur. (10) Quodsi iste probationem subiret pro senatoris officio, nomenque ejus in tabulis equitum sub trigintaviris descriptum reperiretur, eum vel nullo accusante reprobaretis. Nunc vero quum non solum istum fuisse equitem, sed in populum graviter deliquisse constet, annon foret omnium absurdissimum si non eadem de eo sentiretis? (11) At enim ex probatione in senatorium ordinem cooptatus, unus ipse cum quingentis aliis per unum duntaxat annum consedisset: ita ut si quid per istud tempus meditaretur mali, facile a ceteris prohiberetur. Hunc vero magistratum gerere solus ipse per se postulat, et deinde cum senatu Areopagitico per omnem ætatem summis et gravissimis rebus præesse. (12) Vos igitur quammaxime decet de hoc magistratu accuratiorem multo quam de ceteris probationem adhibere. Sin minus, quo demum animo censetis ceteros cives futuros, ubi intellexerint quem suorum flagitiorum pœnas dare oporteret, eum tali a vobis dignitate ornari; et de cæde judicare, quem ipsum oportuit judicari a senatu Areopagitico; atque etiam coronari viderint, fierique pupillarum orphanorumque patronum, quorum nonnullis ipse, tali præditus ingenio, orbitatis auctor exstitit? (13) Annon existimatis eos ægre admodum laturos, atque omnium vobis culpam ascripturos, ubi illorum temporum memoriam revocaverint, in quibus multi ipsorum in carcerem abducebantur, et indicta causa ab istis capite plectebantur, vel suam patriam relinquere cogebantur; idque etiam cogitaverint, eundem Thrasybulum in causa fuisse ut et reprobaretur Laodamas, et iste approbaretur, illum accusando, et istius defensionem meditando, quem scitis omnes quali animo sit in civitatem, et quantas calamitates ei intulerit. (14) Cui si adhibeatis fidem, quantam criminationis molem vobis impendere existimatis? Tunc enim arbitrabantur vos præ ira Laodamantem reprobasse: si autem istum approbabitis, bene scient vos non juste de illo statuisse. Atque istis quidem video contentionem vobiscum comparari, vobis vero cum universa civitate, quæ nunc studiose observat quænam de se futura sit vestra sententia. (15) Et nemo vestrûm arbitretur me in Laodamantis gratiam, quod mecum amicitia sit conjunctus, Evandrum accusare: imo hunc accuso quod vobis et reipublicæ optime consulere velim. Atque id ex re ipsa facile fuerit colligere. In rem enim est Laodamantis ut iste approbetur (ea quippe ratione vos gravissimam infamiam subituri estis et palam videbimini pro viris popularibus oligarchicos ad magistratus promovere); in rem autem vestram ut reprobetis: ita enim dicemini illum quoque merito reprobasse. Quodsi neque iste a vobis reprobetur, ille dicetur a vobis immerito fuisse reprobatus.

16. Καίτοιγε αὐτὸν ἀκούω λέξειν ὡς οὐ περὶ αὐτοῦ μόνον ἡ δοκιμασία ἐστίν, ἀλλὰ περὶ πάντων τῶν ἐν ἄστει μεινάντων, καὶ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ὑμᾶς ὑπομνήσειν, ὡς ἐκ τούτων προσληψόμενον αὐτὸν δοκιμαστὰς τοὺς ἐν ἄστει μείναντας. Ἐγὼ δ' ὑπὲρ τοῦ πλήθους βραχέα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν βούλομαι, ὅτι ὁ δῆμος οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχει περὶ πάντων τῶν ἐν ἄστει
177 μεινάντων, ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τοιαῦτα ἐξαμαρτανόντων οἵαν ἐγώ φημι δεῖν, περὶ δὲ τῶν ἄλλων τὴν ἐναντίαν. (17) Τεκμήριον δέ· οὐ γὰρ ἐλάττους τούτων ἡ πόλις τετίμηκε τῶν ἐπὶ Φυλὴν ἐλθόντων καὶ τὸν Πειραιᾶ καταλαβόντων. Εἰκότως· τοὺς μὲν γὰρ ἴσασιν ὁποῖοί τινες ἐν δημοκρατίᾳ μόνῃ γεγένηνται, ὁποῖοι δ' ἂν τινες ἐν ὀλιγαρχίᾳ γένοιντο, οὔπω πεῖραν εἰλήφασι· παρὰ δὲ τούτων ἑκατέρας τῆς πολιτείας ἱκανὴν βάσανον ἔχουσιν, ὥστ' εἰκότως πιστεύειν. (18) Καὶ ἡγοῦνταί γε διὰ μὲν τοὺς τοιούτους τοὺς συλληφθέντας τότε ἀποθανεῖν, διὰ δὲ τοὺς ἄλλους τοὺς συλληφθέντας ἐκφυγεῖν, ἐπεὶ εἴ γε τὴν αὐτὴν γνώμην ἅπαντες ἔσχον, οὔτ' ἂν φυγὴ οὔτ' ἂν κάθοδος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ἂν τῶν γεγενημένων τῇ πόλει συνέβη. (19) Ἀλλὰ καὶ τὸ ἄλογον δοκοῦν εἶναι παρά τισιν, ὅπως ποτὲ πολλοὶ ὄντες ὑπ' ὀλίγων τῶν ἐν Πειραιεῖ ἡττήθησαν, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῆς τούτων προνοίας γεγένηται· οὗτοι γὰρ εἵλοντο μετὰ τῶν κατελθόντων πολιτεύεσθαι μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν τριάκοντα Λακεδαιμονίοις δουλεύειν. (20) Τοιγάρτοι ἀντὶ τούτων αὐτοὺς ὁ δῆμος ταῖς μεγίσταις τιμαῖς τετίμηκεν, ἱππαρχεῖν καὶ στρατηγεῖν καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ αὐτῶν αἱρούμενοι· καὶ οὐδέποτε αὐτοῖς μετεμέλησε. Καὶ διὰ μέν γε τοὺς πολλὰ ἐξαμαρτόντας τὰς δοκιμασίας εἶναι ἐψηφίσαντο, διὰ δὲ τοὺς μηδὲν τοιοῦτον πράξαντας τὰς συνθήκας ἐποιήσαντο. Τοιαῦτά σοι ἐγὼ ὑπὲρ τοῦ δήμου ἀποκρίνομαι.

21. Ὑμέτερον δὴ ἔργον ἐστίν, ὦ ἄνδρες βουλευταί, σκέψασθαι ποτέρῳ ἂν πειθόμενοι περὶ τῆς δοκιμασίας ταύτης ἄμεινον βουλεύσαισθε, πότερον ἐμοὶ ἢ Θρασυβούλῳ, ὃς αὐτῷ ἀπολογήσεται. Περὶ μὲν οὖν ἐμοῦ ἢ τοῦ παιδὸς ἢ τῶν προγόνων οὐδὲν οὗτος εἰπεῖν ἕξει εἰς μισοδημίαν. Οὔτε γὰρ ὡς ὀλιγαρχίας μετέσχον (ὕστερον γὰρ τῶν χρόνων τούτων ἀνὴρ εἶναι ἐδοκιμάσθην), οὔθ' ὡς ὁ πατήρ (πρὸ γὰρ τῶν στάσεων πολὺ ἐν Σικελίᾳ ἄρχων ἐτελεύτησεν)· (22) οὐδ' ὡς οἱ πρόγονοι ὑπὸ τοῖς τυράννοις ἐγένοντο· στασιάζοντες γὰρ πρὸς αὐτοὺς τὸν ἅπαντα χρόνον διετέλεσαν. Ἀλλὰ μὲν δὴ οὐδὲ τὴν οὐσίαν ἡμᾶς ἐν τῷ πολέμῳ φήσει κτήσασθαι, εἰς δὲ τὴν πόλιν οὐδὲν ἀνηλωκέναι· πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἐν εἰρήνῃ μὲν ὀγδοηκοντατάλαντος ἡμῶν ὁ οἶκος ἐγένετο, εἰς δὲ τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἐν τῷ πολέμῳ ἅπας ἀνηλώθη. (23) Ἐγὼ δὲ περὶ τούτου τρία ἕξω εἰπεῖν τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὥστ' ἄξιον εἶναι ἕκαστον ἔργον θανάτου· πρῶτον μὲν ὅτι τὴν ἐν Βοιωτοῖς πολιτείαν χρήματα λαβὼν μετέστησε καὶ τῆς συμμαχίας ὑμᾶς ταύτης ἀπεστέρησεν, ἔπειτα ὅτι τὰς ναῦς προὔδωκε καὶ τὴν πόλιν περὶ σωτηρίας βουλεύεσθαι πεποίηκεν, (24) ἔπειτα ὅτι παρὰ τῶν αἰ-

16. At enim audio istum dicturum non ad se solum hanc probationem pertinere, sed ad omnes qui in urbe remanserunt; vosque de jurejurando et pactis admoniturum; quasi inde sui probatores sibi conciliaturus esset eos qui in urbe remanserunt. Ego autem pro populo pauca huic respondere volo: scilicet populum non idem sentire de omnibus qui in urbe remanserunt; verum de iis qui talia perpetrarunt qualia Evander, ita ut ego aio oportere, de reliquis contrario modo. (17) Cujus rei hoc argumentum esse possit. Non enim pauciores ex his auxit honoribus respublica, quam ex iis qui Phylen accesserunt et Piræeum occuparunt. Et quidem merito: hos quippe norunt cujusmodi essent in sola democratia, quales vero sint futuri in oligarchia, nondum sunt experti; illorum autem in utraque politia satis experimenti habent, ut non immerito possint confidere: (18) et existimant per tales qualis fuit Evander, tum morti fuisse datos eos qui comprehendebantur, per alios vero effugisse. Nam si omnes eodem animo fuissent, neque fuga, neque reditus, neque quidquam aliud eorum quæ facta sunt, civitati contigisset. (19) Verum etiam quod nonnullis præter rationem videtur accidisse, quo pacto nimirum viri tam multi a Piræensibus tam paucis debellari potuerint, id non aliunde provenit quam ex horum quos loquor cura et consilio. Ii enim maluere una cum redeuntibus rempublicam administrare, quam cum triginta viris Lacedæmoniis servire. (20) Quapropter eos civitas amplissimis ornavit honoribus, ut ex iis equitum præfecti, imperatores, legati eligerentur; nec ejus rei ipsam unquam pœnituit. Ac propter reos quidem multorum delictorum, probationes habendas esse decrevit; propter eos autem, qui nihil tale perpetrarunt, pacta inivit et concordiam. Atque hæc quidem pro populo respondeo.

21. Vestrûm autem est, senatores, deliberare utri adhibentes fidem de hac probatione, rectius eritis decreturi, utrum mihi an Thrasybulo qui istius defensionem suscepturus est. De me igitur, de patre meo, aut majoribus, nihil ab illo dici potest ex quo odium populi in nos concitaverimus: neque enim vel me oligarchiæ participem fuisse, qui post id tempus virilem ætatem attigi; vel patrem meum, qui multo ante has turbas in Sicilia dux copiarum obiit; (22) non denique majores se tyrannis submisisse, cum quibus æternum bellum gesserunt. Neque ille dicere sustinebit nos in bello rem familiarem auxisse, et in rempublicam nihil contulisse. Contrarium enim accidit; siquidem fortuna nostra quæ in pace octoginta talentorum erat, in reipublicæ salutem tota in bello absumpta est. (23) At ego de illo tria habeo dicere, tamque nefaria, ut unumquodque morte sit dignissimum. Primum quidem, pecunia accepta, apud Bœotos politiam immutavit, eaque hinc nos fraudavit societate: deinde prodidit naves, atque hanc civitatem eo redegit ut de salute consuleret: (24) denique a captivis, quos ipse perdidit,

26. Διὰ τί δ' ἄν τις ἀποψηφίσαιτο τούτου; πότερον ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ πολλαῖς μάχαις καὶ ναυμαχίαις παραγεγενημένου; ἀλλὰ ὅτε ὑμεῖς ἐκινδυνεύετε ἐκπλέοντες, οὗτος αὐτοῦ μένων τοὺς Σόλωνος νόμους ἐλυμαίνετο. Ἀλλ' ὅτι χρήματα δεδαπάνηκε καὶ πολλὰς εἰσφορὰς εἰσενήνοχεν; ἀλλ' οὐχ ὅπως ὑμῖν τῶν αὑτοῦ τι ἐπέδωκεν, ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων πολλὰ ὑφῄρηται. (27) Ἀλλὰ διὰ τοὺς προγόνους; ἤδη γάρ τινες καὶ διὰ τοῦτο συγγνώμης ἔτυχον παρ' ὑμῶν. Ἀλλὰ τούτῳ γε προσήκει διὰ μὲν αὑτὸν τεθνάναι, διὰ δὲ τοὺς προγόνους πεπρᾶσθαι. Ἀλλ'

TESTES.

21. Cogitate igitur, judices, quod, quando juxta præscriptum populi sacra facimus, omnia sacrificia fiant a majoribus tradita; ubi autem ex cippis quos iste descripsit, plurimæ ex religionibus vestris aboleantur. Atqui obambulat iste sacrilegus, jactitans se pietatem, non parcimoniam, descripsisse; et si hæc displiceant quæ tulit, abolere jubet, atque exinde evincere arbitratur se nihil admisisse mali: qui uno biennio duodecim talentis majorem quam oportebat impensam fecit, et in singulos annos sex talentis civitatem fraudare conatus est; (22) idque quum sentiret eam pecuniis indigere, et Lacedæmonios nobis minitari ni constitutum æs solverimus, Bœotos prædas agere quod bina talenta reddere non possimus, navalia et muros collapsum ire; quum sentiret etiam senatum, qui pro tempore consederit, quum satis instructus sit pecunia ad usitatas largitiones, nihil delinquere; at ubi in angustias redactus fuerit, tunc cogi delationes admittere, fortunas civium publicare, et oratorum pessimis auscultare. (23) Oportet igitur, judices, non senatoribus uniuscujusque anni succensere, sed eis qui in has angustias civitatem adigunt: oportet cogitare quod ii qui publica furari meditantur, sollicite animadvertant qualis futura sit hodierna Nicomachi contentio. Quibus vos, nisi ab isto homine pœnas sumpseritis, plurimam concedetis peccandi licentiam. Sin autem condemnatum ultimis pœnis affeceritis, eadem sententia emendabitis ceteros, et de isto sumetis supplicium. (24) Jam hoc scitote, judices, istud insigne exemplum fore ne quis alius in vos peccare audeat, non quum rudes dicendi punietis, sed quum a disertis pœnas exposcetis. Quis igitur in urbe Nicomacho dignior qui puniatur? quis civitatem minus demeruit, quis graviter magis offendit? (25) qui scriba constitutus rerum civilium sacrarumque, in utrisque fidem fefellit. Recordemini, quæso, vos, multos jam cives ob furtum pecuniarum publicarum capite damnasse. Attamen illi in præsens tantum vos læserunt; hi autem in legibus et sacris describendis muneribus corrupti, in omnem ætatem rempublicam vulnerant.

26. Ecqua tandem de causa aliquis absolvat? utrumne quod adversus hostem se fortem virum præstitit, multisque prœliis terra marique interfuit? At quum vos ad magna discrimina enavigabatis, iste domi manens Solonis leges adulterabat. An quod fortunas in publicam utilitatem impendit, et tributa multa persolvit? At iste adeo non ex suis aliquid in vestrum emolumentum impertivit, ut ex vestris plurimum surripuerit. (27) Anne propter ipsius majores? nonnulli enim quandoque vel eo nomine veniam a vobis consecuti sunt. At istum oportet sui ipsius gratia occidi, majorum causa venumdari. An ideo quod, si ei hodie

186 ώς, ἐὰν νῦν αὐτοῦ φείσησθε, αὖθις ἀποδώσει τὰς χάριτας; ὃς οὐδ' ὧν πρότερον μετέλαβε παρ' ὑμῶν ἀγαθῶν μέμνηται. Καίτοι ἀντὶ μὲν δούλου πολίτης γεγένηται, ἀντὶ δὲ πτωχοῦ πλούσιος, ἀντὶ δὲ ὑπογραμματέως νομοθέτης. (28) Ἃ καὶ ὑμῶν ἔχοι ἄν τις κατηγορῆσαι, ὅτι οἱ μὲν πρόγονοι νομοθέτας ᾑροῦντο Σόλωνα καὶ Θεμιστοκλέα καὶ Περικλέα, ἡγούμενοι τοιούτους ἔσεσθαι τοὺς νόμους οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ τιθέντες, ὑμεῖς δὲ Τισαμενὸν τὸν Μηχανίωνος καὶ Νικόμαχον καὶ ἑτέρους ἀνθρώπους ὑπογραμματέας· καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ὑπὸ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθε διαφθείρεσθαι, αὐτοῖς δὲ τούτοις πιστεύετε. (29) Ὃ δὲ πάντων δεινότατον· ὑπογραμματεῦσαι μὲν οὐκ ἔξεστι δὶς τὸν αὐτὸν τῇ ἀρχῇ τῇ αὐτῇ, περὶ δὲ τῶν μεγίστων τοὺς αὐτοὺς ἐᾶτε πολὺν χρόνον κυρίους εἶναι. Καὶ τὸ τελευταῖον Νικόμαχον εἵλεσθε ἀναγράφειν τὰ πάτρια, ᾧ κατὰ πατέρα τῆς πόλεως οὐ προσήκει· (30) καὶ ὃν ἔδει ὑπὲρ τοῦ δήμου κρίνεσθαι, οὗτος τὸν δῆμον συγκαταλύσας φαίνεται. Νῦν τοίνυν ὑμῖν μεταμελησάτω τῶν πεπραγμένων, καὶ μὴ ὑπὸ τούτων ἀεὶ κακῶς πάσχοντες ἀνέχεσθε, μηδὲ ἰδίᾳ μὲν ὀνειδίζετε τοῖς ἀδικοῦσιν, ἐπειδὰν δ' ἐξῇ δίκην παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἀποψηφίζεσθε.

31. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά μοι τὰ εἰρημένα· περὶ δὲ τῶν ἐξαιτησομένων βραχέα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν βούλομαι. Παρεσκευασμένοι τινές εἰσι καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν τὰ τῆς πόλεως πραττόντων δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ· ὧν ἐγὼ ἡγοῦμαι ἐνίοις προσήκειν ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῖς πεπραγμένων ἀπολογεῖσθαι πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς ἀδικοῦντας σώζειν προαιρεῖσθαι. (32) Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ τούτου μὲν ἑνὸς ὄντος καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῆς πόλεως ἠδικημένου οὐκ ἐπεχείρησαν δεῖσθαι ὡς χρὴ παύσασθαι εἰς ὑμᾶς ἐξαμαρτάνοντα, ὑμᾶς δὲ τοσούτους ὄντας καὶ ἠδικημένους ὑπὸ τούτου ζητήσουσιν ὡς οὐ χρὴ δίκην παρ' αὐτοῦ λαμβάνειν. (33) Χρὴ τοίνυν, ὥσπερ καὶ τούτους ὁρᾶτε προθύμως σώζοντας τοὺς φίλους, οὕτω καὶ ὑμᾶς τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, εὖ εἰδότας ὅτι τούτοις πρώτοις ἄνδρες ἀμείνους δόξετε εἶναι, ἐὰν παρὰ τῶν ἀδικούντων δίκην λαμβάνητε. Ἐνθυμεῖσθε δὲ ὅτι οὔτε Νικόμαχος οὔτε τῶν αἰτησομένων οὐδεὶς τοσαῦτα ἀγαθὰ πεποίηκε τὴν πόλιν, ὅσα οὗτος ἠδίκηκεν, ὥστε πολὺ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει τιμωρεῖσθαι ἢ τούτοις βοηθεῖν. (34) Εὖ δ' εἰδέναι χρὴ τοὺς αὐτοὺς τούτους, ὅτι πολλὰ δεηθέντες τῶν κατηγόρων ἡμᾶς μὲν οὐδαμῶς ἔπεισαν, τὴν δὲ ὑμετέραν ψῆφον καταπειράσοντες εἰσεληλύθασιν εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἐλπίζουσιν ὑμᾶς ἐξαπατήσαντες ἄδειαν εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον λήψεσθαι τοῦ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούλωνται. (35) Ἡμεῖς μὲν τοίνυν οὐκ ἠθελήσαμεν ὑπὸ τούτων ἀξιούμενοι πεισθῆναι, τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο παρακαλοῦμεν, μὴ πρὸ τῆς κρίσεως μισοπονηρεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ κρίσει τιμωρεῖσθαι τοὺς τὴν ὑμετέραν νομοθεσίαν ἀφανίζοντας· οὕτω γὰρ ἐννόμως διοικηθήσεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν ἅπαντα.

pepercerítis, postmodum gratias erit relaturus? qui neque præteritorum beneficiorum memoriam ullam retinet. Et tamen pro servo civis factus est, pro paupere dives, pro scriba legislator. (28) Quod vobis etiam crimini dare aliquis possit; nam majores vestri legum latores elegerunt Solonem, Themistoclem et Periclem, arbitrati tales futuras esse leges, quales erant qui laturi essent: vos autem elegistis Tisamenum Mechanionis filium, et Nicomachum alioque inferioris ordinis scribas; et magistratus vestros existimatis ab istis corrumpi, quibus ipsis tamen vos fiditis. (29) Jam quod est omnium gravissimum, quum duos continuos annos in eodem magistratu scribatus munere fungi non liceat, eosdem per diutinum tempus permittitis summam rerum gravissimarum auctoritatem habere. Postremum tandem Nicomachum elegistis ut patria instituta describeret, qui genere nihil civitatem attingit; (30) et quem oportuit judicari tanquam reum læsæ majestatis erga populum, eum constat populi potestatem evertentibus operam suam præstitisse. Vos igitur nunc tandem aliquando horum cœptorum pœniteat, neque ab omnibus pessimis pessime vos accipi patiamini, neque quibus sua scelera privatim exprobratis, eosdem, quum pœnas liceat ab ipsis sumere, impunitos dimittatis.

31. Ac de his quidem hactenus: de iis autem qui reum precando liberare studebunt pauca dicere volo. Parati nempe sunt et amicorum nonnulli, et eorum qui reipublicæ tractant negotia, pro isto supplicare; quorum aliquibus arbitror magis pro suis rebus gestis defensionem esse, quam aggrediendum nocentes viros servare. (32) Indignum sane mihi videtur, judices, si quum hunc unum, eumque a civitate nullo malo affectum, obtestari noluerint ut vos male tractare desinat, vobis autem tot numero, et ab eo injuriose acceptis, persuadere nitantur quod pœnas ab eo repetere non oporteat. (33) Æquum est igitur, quemadmodum hos perspicitis alacri studio amicos ab exitio defendere, eodem animo vos inimicos persequi; intelligentes quod his primis viri meliores esse videbimini, quum a nefariis hominibus supplicium sumpseritis. Cogitate porro quod neque Nicomachus, neque eorum quisquam qui deprecaturus veniet, tantis beneficiis civitatem affecerit, quantis hic Nicomachus injuriis: ita ut multo magis ad vos pertineat pœnas ab hoc reposcere quam ad illos huic favere. (34) Porro scire vos oportet eos ipsos accusatoribus multum supplicasse, et quum nihil a nobis profecerint, in judicium venisse vestra suffragia tentaturos, atque id sperare, vobis in fraudem inductis, se impunitatem summamque licentiam in posterum adepturos. (35) Nos igitur noluimus horum precibus morem gerere; atque hinc hortamur ut nolitis ante judicium duntaxat improbitatem detestari, sed in ipso judicio eos coercere qui legum vestrarum rationes labefactant. Ita enim optime administrabitur respublica.

XXXI.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΩΝΟΣ ΔΟΚΙΜΑΣΙΑΣ.

Ὤμην μέν, ὦ βουλή, οὐκ ἄν ποτ' εἰς τοῦτο τόλμης Φίλωνα ἀφικέσθαι, ὥστε ἐθελῆσαι ὡς ὑμᾶς ἐλθεῖν δοκιμασθησόμενον· ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἕν τι μόνον ἀλλὰ πολλὰ τολμηρός ἐστιν, ἐγὼ δὲ ὀμόσας εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον τὰ βέλτιστα συμβουλεύσειν τῇ πόλει, (2) ἔνεστί τε ἐν τῷ ὅρκῳ ἀποφαίνειν εἴ τίς τινα οἶδε τῶν λαχόντων ἀνεπιτήδειον ὄντα βουλεύειν, ἐγὼ τὴν κατὰ τουτουὶ
187 Φίλωνος ποιήσομαι κατηγορίαν, οὐ μέντοι γε ἰδίαν ἔχθραν οὐδεμίαν μεταπορευόμενος, οὐδὲ τῷ δύνασθαι καὶ εἰωθέναι λέγειν ἐν ὑμῖν ἐπαρθείς, ἀλλὰ τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ πιστεύων, καὶ τοῖς ὅρκοις οἷς ὤμοσα ἐμμένειν ἀξιῶν. (3) Γνώσεσθε μὲν οὖν ὅτι οὐκ ἀπὸ ἴσης παρασκευῆς ἐγώ τε τοῦτον ἐλέγξω οἷός ἐστι, καὶ οὗτος ἐπεχείρησε πονηρὸς εἶναι· ὅμως εἴ τι ἐγὼ ἐλλείποιμι τῷ λόγῳ τῆς κατηγορίας, οὐκ ἂν δίκαιος εἴη οὗτος διὰ τοῦτο ὠφεληθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον, ὅ τι ἱκανῶς διδάξαιμι, ἐκ τούτων ἀποδοκιμασθῆναι. (4) Ἐνδεῶς μὲν γὰρ διὰ τὴν ἀπειρίαν πάντων τῶν τούτῳ πεπραγμένων, ἱκανῶς δὲ διὰ τὴν περὶ αὐτὸν κακίαν εἰρηκὼς ἂν εἴην. Ἀξιῶ δὲ καὶ ὑμῶν οἵτινες δυνατώτεροι ἐμοῦ εἰσι, λόγῳ ἀποφῆναι μείζω ὄντα αὐτοῦ τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ ὑπολίπωμαι, πάλιν αὐτοὺς περὶ ὧν ἴσασι κατηγορῆσαι Φίλωνος· οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων δεῖ ὑμᾶς περὶ αὐτοῦ ὁποῖός ἐστι σκέψασθαι. (5) Ἐγὼ γὰρ οὐκ ἄλλους τινάς φημι δίκαιον εἶναι βουλεύειν περὶ ἡμῶν, ἢ τοὺς πρὸς τῷ εἶναι πολίτας καὶ ἐπιθυμοῦντας τούτου. Τούτοις μὲν γὰρ μεγάλα τὰ διαφέροντά ἐστιν εὖ τε πράττειν τὴν πόλιν τήνδε καὶ ἀνεπιτηδείως διὰ τὸ ἀναγκαῖόν σφισιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι εἶναι μετέχειν τὸ μέρος τῶν δεινῶν, ὥσπερ καὶ τῶν ἀγαθῶν μετέχουσιν· (6) ὅσοι δὲ φύσει μὲν πολῖταί εἰσι, γνώμῃ δὲ χρῶνται ὡς πᾶσα γῆ πατρὶς αὐτοῖς ἐστιν ἐν ᾗ ἂν τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσιν, οὗτοι δῆλοί εἰσιν ὅτι ἂν παρέντες τὸ τῆς πόλεως κοινὸν ἀγαθὸν ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ἴδιον κέρδος ἔλθοιεν διὰ τὸ μὴ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν οὐσίαν πατρίδα ἑαυτοῖς ἡγεῖσθαι. (7) Ἐγὼ τοίνυν ἀποφανῶ Φίλωνα τουτονὶ περὶ πλείονος ποιησάμενον τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν ἢ τὸν κοινὸν τῆς πόλεως κίνδυνον, καὶ ἡγησάμενον κρεῖττον εἶναι αὐτὸν ἀκινδύνως τὸν βίον διάγειν ἢ τὴν πόλιν σώζειν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις πολίταις κινδυνεύοντα. (8) Οὗτος γάρ, ὦ βουλή, ὅτε ἡ συμφορὰ τῇ πόλει ἦν (ἧς ἐγώ, καθ' ὅσον ἀναγκάζομαι, κατὰ τοῦτο μέμνημαι), ἐκκεκηρυγμένος ἐκ τοῦ ἄστεος ὑπὸ τῶν τριάκοντα μετὰ τοῦ ἄλλου πλήθους τῶν πολιτῶν τέως μὲν ᾤκει ἐν ἀγρῷ, ἐπειδὴ δὲ οἱ ἀπὸ Φυλῆς κατῆλθον εἰς τὸν Πειραιᾶ, καὶ οὐ μόνον οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ τῆς ὑπερορίας οἱ μὲν εἰς τὸ ἄστυ, οἱ δ' εἰς τὸν Πειραιᾶ συνελέγοντο, καὶ καθ' ὅσον ἕκαστος οἷός τ' ἦν, κατὰ τοσοῦτον ἐβοήθει τῇ πατρίδι, τὰ ἐναντία ἅπασι τοῖς ἄλλοις πολίταις ἐποίησε· (9) συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ

XXXI.

ADVERSUS PHILONEM DE PROBATIONE.

Nunquam existimavi, senatores, eo usque audaciæ processurum fuisse Philonem, ut vos adire sustineret senator approbandus. Verum quum non in una re tantum, sed in multis audaciam expromat suam; quum egomet juramento obstrictus in judicium venerim ut optima quæque reipublicæ darem consilia, (2) quumque ejus juramenti pars sit ut, si quis quem noverit eorum quos senatores elegit sors, indignum qui senatorio munere fungatur, ejus nomen deferat : ego hujusce Philonis accusationem suscipiam, non hinc tamen privatas aliquas injurias persequens, neque mea in dicendo aut facultate aut consuetudine fretus, sed istius delictorum multitudine confisus, et juramento quod suscepi stare confirmatus. (3) Intelligetis nimirum me non ex æquo apparatu descendere ad istius accusationem, et istum ad male agendum proruisse. Verumtamen si quid egomet in accusatione defecero, certe iste indignus est qui exinde utilitatem aliquam capiat; sed potius, si quid satis commonstravero, dignus fuerit qui reprobetur. (4) Minus enim copiose propter ignorantiam omnium ipsius delictorum, copiose satis propter ejusdem improbitatis magnitudinem, eloqui potuerim. Oro autem ut e vobis qui ea valent dicendi facultate ut melius quam ego majora Philonis delicta exponere queant, ea colligentes quæ ipse omisero, super iis quæ sciunt de integro istum accusent : siquidem non ex mea duntaxat oratione hominem qualis sit spectare vos oportet. (5) Equidem non alios de nobis consulere in senatorum numero oportere arbitror, quam eos qui, præterquam quod cives sint, esse etiam bona fide contendant. Horum enim maxime interest utrum bene agatur cum republica an secus, propterea quod videant sibi necessario calamitatum partem esse sustinendam, quemadmodum et felicitatis habent. (6) Qui enim sunt natura quidem cives, eo autem ingenio ut omnem civitatem, ubi ad victum necessaria sibi suppetant, patriam suam existiment, eos certum est omisso communi reipublicæ bono, ad privatum commodum festinaturos; propterea quod non civitatem, sed fortunas suas patriæ in loco habeant. (7) Ego igitur commonstrabo Philonem pluris fecisse propriam salutem quam commune reipublicæ periculum, atque habuisse satius ipsum sine periculo vitam transigere, quam rempublicam servare una cum ceteris civibus periclitantem. (8) Iste enim, senatores, quum reipublicæ calamitas incubuit (cujus eatenus meminero quatenus necesse habeam), a trigintaviris urbe publice ejectus, tantisper rure se continuit : ubi vero Phylenses in Piræeum descenderunt, et non solum ii qui in agris, verum etiam ii qui extra Atticæ fines habitabant, vel in urbem vel in Piræeum se contulere, et quantum quisque poterat, tantum reipublicæ subvenit, iste secus egit omnino atque omnes ceteri. (9) Rebus quippe convasatis, se proripuit extra

ἐνθάδε εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε, καὶ ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον κατατιθεὶς ἐπὶ προστάτου ᾤκει, βουληθεὶς παρ' ἐκείνοις μετοικεῖν μᾶλλον ἢ μεθ' ἡμῶν πολίτης εἶναι. Οὐ τοίνυν οὐδ' ὥσπερ ἔνιοί τινες τῶν πολιτῶν μετεβάλοντο, ἐπειδὴ ἑώρων τοὺς ἀπὸ Φυλῆς ἐν οἷς ἔπραττον εὐτυχοῦντας, οὐδὲ τούτων τι τῶν εὐτυχημάτων ἠξίωσε μετασχεῖν, ἐπὶ κατειργασμένοις μᾶλλον ἐλθεῖν βουλόμενος ἢ συγκατελθεῖν κατεργασάμενός τι τῶν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ συμφερόντων· οὐδ' ἦλθεν εἰς τὸν Πειραιᾶ, οὐδ' ἔστιν ὅπου ἑαυτὸν ὑμῖν τάξαι παρέσχε. (10) Καίτοι ὅστις εὐτυχοῦντας ὁρῶν ὑμᾶς ἐτόλμα προδιδόναι, τί ποτε ὡς μὴ βουλόμεθά γε πράττοντας ἐποίησεν ἄν; Ὅσοι μὲν τοίνυν διὰ συμφορὰς ἰδίας οὐ μετέσχον τῶν τότε γενομένων τῇ πόλει κινδύνων, συγγνώμης τινὸς ἄξιοί εἰσι τυχεῖν· οὐδενὶ γὰρ οὐδὲν ἑκούσιον δυστύχημα γίγνεται· (11) ὅσοι δὲ γνώμῃ τοῦτο ἔπραξαν, οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιοί εἰσιν· οὐ γὰρ διὰ δυστυχίαν, ἀλλὰ δι' ἐπιβουλὴν ἐποίησαν αὐτό. Καθέστηκε δέ τι ἔθος δίκαιον πᾶσιν ἀνθρώποις τῶν αὐτῶν ἀδικημάτων μάλιστα ὀργίζεσθαι τοῖς μάλιστα δυναμένοις μὴ ἀδικεῖν, τοῖς δὲ πένησιν ἢ ἀδυνάτοις τῷ σώματι συγγνώμην ἔχειν διὰ τὸ ἡγεῖσθαι ἄκοντας αὐτοὺς ἁμαρτάνειν. (12) Οὗτος τοίνυν οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιός ἐστι τυχεῖν· οὔτε γὰρ τῷ σώματι ἀδύνατος ἦν ταλαιπωρεῖν, ὡς καὶ ὑμεῖς ὁρᾶτε,
188 οὔτε τῇ οὐσίᾳ ἄπορος λειτουργεῖν, ὡς ἐγὼ ἀποδείξω. Ὅστις οὖν ὅσον δυνατὸς ἦν ὠφελεῖν, τοσοῦτον κακὸς ἦν, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ὑπὸ πάντων ὑμῶν μισοῖτο; (13) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀπεχθήσεσθέ γε τῶν πολιτῶν οὐδενὶ τοῦτον ἀποδοκιμάσαντες· οὐ γὰρ τοὺς ἑτέρους, ἀλλ' ἀμφοτέρους φανερός ἐστι προδούς, ὥστε μήτε τοῖς ἐν τῷ ἄστει γενομένοις φίλον προσήκειν εἶναι τοῦτον (οὐ γὰρ ἠξίωσεν ὡς αὐτοὺς ἐλθεῖν κινδυνεύοντας), μήτε τοῖς τὸν Πειραιᾶ καταλαβοῦσιν· οὐδὲ γὰρ τούτοις ἠθέλησε συγκατελθεῖν. Φησὶ δὲ καὶ ταῦτα καὶ αὐτὸς γενόμενος. (14) Εἰ μέντοι τι μέρος περίεστι τῶν πολιτῶν ὅ τι τῶν αὐτῶν μετέσχε τούτῳ πραγμάτων, μετ' ἐκείνων, ἐάν ποτε (ὃ μὴ γένοιτο) λάβωσι τὴν πόλιν, βουλεύειν ἀξιούτω.

Ὡς οὖν ᾤκει τε ἐν Ὠρωπῷ ἐπὶ προστάτου καὶ ἐκέκτητο ἱκανὴν οὐσίαν καὶ οὔτ' ἐν τῷ Πειραιεῖ οὔτ' ἐν τῷ ἄστει ἔθετο τὰ ὅπλα, ἵνα εἰδῆτε ὅτι ταῦτα πρῶτον ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτύρων.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

15. Ὑπολείπεται τοίνυν αὐτῷ λέγειν ὡς τῷ μὲν σώματι δι' ἀσθένειάν τινα γενομένην ἀδύνατος κατέστη βοηθῆσαι εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἀπὸ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐπαγγειλάμενος αὐτὸς ἢ χρήματ' εἰσενεγκεῖν εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ἢ ὁπλίσαι τινὰς τῶν ἑαυτοῦ δημοτῶν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν πολιτῶν αὐτοὶ οὐ δυνάμενοι λειτουργεῖν τοῖς σώμασιν. (16) Ἵνα οὖν μὴ ἐγγένηται αὐτῷ ψευσαμένῳ ἐξαπατῆσαι, καὶ περὶ τούτων ἤδη σαφῶς ὑμῖν ἀποδείξω, ἐπειδὴ ὕστερον οὐκ ἐξέσται μοι παρελθόντι ἐνθάδ' ἐλέγχειν αὐτόν. Καί μοι κάλει αὐτὸν Διότιμον Ἀχαρνέα καὶ τοὺς αἱρεθέν-

Atticam, et Oropi mercede inquilini persoluta, sub patrono habitavit, maluitque cum illis inquilinus quam nobiscum civis esse. Neque præterea quorundam civium exemplo, qui, postquam exules secundiori fortuna uti animadvertebant, mentem mutarunt, vel horum successuum ullam habere partem voluit, cupiens magis confectis jam rebus accedere, quam una cum aliis reverti, postquam ea perpetrasset quæ reipublicæ salus postulabat, neque venit in Piræeum, neque locus ullus est in quo collocandi sui copiam vobis fecisset. (10) At vero qui in rebus secundis sustinuit nos deserere, quid eum in adversis facturum arbitremini? Quicumque igitur propter domesticas calamitates periculo in quo tunc versabatur civitas interesse non poterant, aliqua saltem venia digni sunt (nullus enim infortunium ultro arcessit); (11) qui autem consulto aberant, iis nullatenus ignosci debet; non enim per infortunium, sed ex industria peccavere. Jam autem æquum est et apud omnes obtinuit, ab iis hominibus pœnas reposcere maximas quibus maxime integrum erat non peccare, tenuioribus vero aut corpore invalidis ideo facile condonare, quia ipsos non sponte offendere arbitrantur. (12) Iste porro nullam veniam dignus est consequi; siquidem non dici potest ipsum corpore fuisse a laboribus alieno, uti vos quoque videtis, vel re ad sumptus faciendos parum idonea, ut ego docebo. Qui igitur quatenus prodesse potuit, eatenus malum civem se exhibuit, quo pacto hic non jure ab omnibus vobis odio habebitur? (13) At sane nemini civium ingratum eritis facturi, si istum hominem reprobaveritis, qui non alteram utram solummodo partem, sed utramque aperte deseruit: adeo ut amicus esse debeat neque eis qui in urbe remanserunt, quorum periculis se adjungere noluit; nec Piræensibus, quibuscum una redire non sustinuit. Et id ipse confitetur. (14) Quodsi ulla pars civium supersit quæ easdem cum illo rationes sit secuta, cum iis demum, si quando (quod deus avertat) rempublicam occupaverint, senatorio munere perfungi postulet.

Eum igitur Oropi sub patrono vixisse, remque satis magnam habere, et neque in Piræeo neque in urbe arma cepisse, ut intelligatis me hæc primo vera dicere, audite a testibus.

TESTES.

15. Ipsi igitur reliquum est dicere quod ob corporis infirmitatem Piræensibus se adjungere non potuerit, sed ex facultatibus suis in se susceperit vel pecuniam in populi utilitatem conferre, vel ex suis demotis aliquos armare, quemadmodum multi alii ex civibus fecerunt qui ipsi labores perferre non potuerint. (16) Ut igitur isti non liceat mendaciis vos decipere, de his quoque evidenter fidem faciam; quandoquidem mihi jam non concedetur iterum huc prodire hominem convicturus. Et mihi voca Dioti-

τας μετ' αὐτοῦ τοὺς δημότας ὁπλίσαι ἀπὸ τῶν εἰσενεχθέντων χρημάτων.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΔΙΟΤΙΜΟΝ.

17. Οὗτος τοίνυν οὐχ ὅπως ὠφελήσει τὴν πόλιν ἐν τοιούτῳ καιρῷ καὶ τοιαύτῃ καταστάσει διενοήθη, ἀλλ' ὅπως τι κερδανεῖ ἀπὸ τῶν ὑμετέρων συμφορῶν παρεσκευάσατο· ὁρμώμενος γὰρ ἐξ Ὠρωποῦ, τοτὲ μὲν αὐτὸς μόνος, τοτὲ δ' ἑτέροις ἡγούμενος οἷς τὰ ὑμέτερα δυστυχήματα εὐτυχήματα ἐγεγόνει, (18) περιιὼν κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ ἐντυγχάνων τῶν πολιτῶν τοῖς πρεσβυτάτοις, οἳ κατέμειναν ἐν τοῖς δήμοις ὀλίγα μὲν τῶν ἐπιτηδείων ἔχοντες, ἀναγκαῖα δέ, εὖνοι μὲν ὄντες τῷ πλήθει, ἀδύνατοι δὲ ὑπὸ τῆς ἡλικίας βοηθεῖν, τούτους ἀφῃρεῖτο τὰ ὑπάρχοντα, περὶ πλείονος ποιούμενος αὐτὸς μικρὰ κερδαίνειν ἢ ἐκείνους μηδὲν ἀδικεῖν· οἳ νῦν αὐτὸν δι' αὐτὸ τοῦτο οὐχ οἷοί τέ εἰσιν ἐπεξελθεῖν ἅπαντες, δι' ὅπερ καὶ τότε ἀδύνατοι τῇ πόλει βοηθεῖν ἦσαν. (19) Οὐ μέντοι τοῦτόν γε χρὴ διὰ τὴν ἐκείνων ἀδυναμίαν δὶς ὠφεληθῆναι, τότε τ' ἀφελόμενον ἃ εἶχον, νῦν τε δοκιμασθέντα ὑφ' ὑμῶν· ἀλλὰ κἂν ὁστισοῦν παραγένηται τῶν ἀδικηθέντων, μέγα αὐτὸ ἡγήσασθε εἶναι, καὶ τοῦτον ὑπερμισήσατε, ὅστις ἐτόλμησεν, οἷς ἕτεροι διδόναι παρ' ἑαυτῶν τι προῃροῦντο διὰ τὴν ἀπορίαν οἰκτείραντες αὐτούς, τούτων ἀφαιρεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα. Κάλει μοι τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

20. Οὐ τοίνυν ἔγωγε οἶδα ὅ τι ὑμᾶς διαφερόντως δεῖ γιγνώσκειν περὶ αὐτοῦ ἢ οἱ οἰκεῖοι γιγνώσκουσι· τοιαῦτα γάρ ἐστιν, ὥστ' εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ ἄλλο ἡμάρτητο, διὰ μόνα ταῦτα ἱκανὸν εἶναι ἀποδοκιμασθῆναι. Οἷα μὲν οὖν ζῶσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ κατηγόρει, παρήσω· ἐξ ὧν δὲ τελευτῶσα τὸν βίον διεπράξατο τεκμαιρομένοις ῥᾴδιόν ἐστιν ὑμῖν γνῶναι ὁποῖός τις ἦν περὶ αὐτήν. (21) Ἐκείνη γὰρ τούτῳ μὲν ἠπίστησεν ἀποθανοῦσαν ἑαυτὴν ἐπιτρέψαι, Ἀντιφάνει δὲ οὐδὲν προσήκουσα πιστεύσασα ἔδωκεν εἰς τὴν ἑαυτῆς ταφὴν τρεῖς μνᾶς ἀργυρίου, παραλιποῦσα τοῦτον υἱὸν ὄντα ἑαυτῆς. Ἆρα δῆλον ὅτι εὖ ᾔδει αὐτὸν οὐδὲ διὰ τὸ προσήκειν αὐτῇ τὰ δέοντα ἂν ποιήσοντα; (22) Καίτοι εἰ μήτηρ, ἣ πέφυκε καὶ ἀδικουμένη ὑπὸ τῶν ἑαυτῆς παίδων μάλιστα ἀνέχεσθαι καὶ μηδ' ὠφελουμένη μεγάλα ἔχειν ἡγεῖσθαι διὰ τὸ εὐνοίᾳ μᾶλλον ἢ ἐλέγχῳ τὰ γιγνόμενα
189δοκιμάζειν, ἐνόμιζε τοῦτον κἂν ἀπὸ τεθνεώσης φέρειν ἑαυτῆς, τί χρὴ ὑμᾶς περὶ αὐτοῦ διανοηθῆναι; (23) Ὅστις γὰρ περὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἀναγκαίους τοιαῦτα ἁμαρτάνει ἁμαρτήματα, τί ἂν περί γε τοὺς ἀλλοτρίους ποιήσειεν; Ὡς οὖν καὶ ταῦτ' ἀληθῆ ἐστιν, ἀκούσατε αὐτοῦ τοῦ λαβόντος τὸ ἀργύριον καὶ θάψαντος αὐτήν.

ΜΑΡΤΥΣ.

24. Τί ἂν οὖν βουληθέντες ὑμεῖς τοῦτον δοκιμάσαιτε; πότερον ὡς οὐχ ἡμαρτηκότα; ἀλλὰ τὰ μέγιστα

mum Acharnensem, eosque qui cum illo electi sunt ad demotas armandos ex collatitia pecunia.

TESTIMONIA DIOTIMI ET COLLEGARUM.

17. Iste igitur in tali tempestate et in tali rerum fortuna, non ad civitatem adjuvandam animum adjecit, sed ita se comparavit ut ex vestris calamitatibus aliquid lucri auferret. Profectus enim Oropo, modo ipse solus, modo aliis comitantibus qui calamitates vestras felicitatem suam ducebant, (18) agros circumiens, civesque ætate provectissimos adortus, qui in domibus manserant, modicis, sed necessariis facultatibus, præditi, animo quidem in populum benevolo, at propter ætatem ad opem huic ferendam inhabiles, eos, inquam, bonis exuit, satius existimans ut ipse paululum lucri faceret, quam ut illos non læderet: qui nunc ob eam ipsam causam istum persequi omnes non possunt, ob quam tunc civitati suppetias ferre non potuerunt. (19) At enim non par est ut iste ex illorum infirmitate duplicem reportaret commoditatem, nempe ut tunc res eorum abstulerit, atque nunc a vobis approbetur: verum si quisquam injuria ab ipso affectorum adfuerit, magnum id esse existimetis, eumque maximo odio habeatis qui eos spoliare sustinuit, quibus ceteri, misericordia propter inopiam commoti, de suis conferre decreverant. Mihi testes voca.

TESTES.

20. Equidem arbitror non debere vos aliter de eo statuere quam statuunt ejus propinquissimi. Talis enim fuit erga illos, ut, etiamsi nihil aliud fuisset ab eo peccatum, ob id solum reprobari deberet. Qualia igitur mater vivens ipsum incusabat, ea prætermittam: ex iis vero quæ fecit moritura, vobis conjectare facile est, qualem se iste in parentem præstiterit. (21) Ea quippe isti se mortuam committere noluit; verum Antiphani, cui non erat genere conjuncta, fidem adhibens, dedit ad sepulturam tres argenti minas, proprio filio præterito. Nonne igitur patet eam bene intellexisse, istum quantumvis intima necessitudine conjunctum ipsi justa non facturum? (22) Atqui si mater, quæ a liberis etiam injuriose habita, ita natura comparata est ut sufferre soleat, putetque, quum magna non accipiat, magna tamen se habere, propterea quod res ex benevolentia magis quam ex effectu perpendat; si illa, inquam, existimavit istum se vel mortuam compilaturum, qualem vos animum de isto eodem habere oportebit? (23) Quicumque enim talia audeat contra propinquissimos, quid audebit contra alienos? Ut autem constet hæc vera esse, ipsum hominem audite qui pecuniam accepit et mulierem sepelivit.

TESTIS.

24. Quo igitur animo istum approbabitis? anne quod nihil mali admiserit? Atqui maxima deliquit in patriam. Anne

περὶ τὴν πατρίδα ἠδίκηκεν. Ἀλλ' ὡς ἔσται βελτίων; τοιγάρτοι πρότερον βελτίων γενόμενος περὶ τὴν πόλιν ὕστερον βουλεύειν ἀξιούτω, φανερόν τι ἀγαθὸν ὥσπερ τότε κακὸν ποιήσας. Σωφρονέστερον γάρ ἐστιν ὕστερον πᾶσι τῶν ἔργων τὰς χάριτας ἀποδιδόναι· δεινὸν γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, εἰ ἐξ ὧν μὲν ἤδη ἡμάρτηκε μηδέποτε τιμωρηθήσεται, ἐξ ὧν δὲ μέλλει εὖ ποιήσειν ἤδη τετιμήσεται. (25) Ἀλλ' ἆρα ἵνα βελτίους ὦσιν οἱ πολῖται ὁρῶντες ἅπαντας ὁμοίως τιμωμένους, διὰ τοῦτο δοκιμαστέον ἐστίν; ἀλλὰ κίνδυνος καὶ τοὺς χρηστούς, ἐὰν αἰσθάνωνται ὁμοίως τοὺς πονηροὺς τιμωμένους, παύσεσθαι τῶν χρηστῶν ἐπιτηδευμάτων, τῶν αὐτῶν ἡγουμένους εἶναι τούς τε κακοὺς τιμᾶν καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀμνημονεῖν. (26) Ἄξιον δὲ καὶ τόδε ἐνθυμηθῆναι, ὅτι εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν ἢ ναῦν ἢ στρατόπεδόν τι, ἐν ᾧ μέρος τι ἐτύγχανε τῶν πολιτῶν ὄν, ταῖς ἐσχάταις ἂν ζημίαις ἐζημιοῦτο, οὗτος δὲ προδοὺς ὅλην τὴν πόλιν οὐχ ὅπως τιμωρηθήσεται παρασκευάζεται. Καίτοι δικαίως γ' ἂν ὅστις φανερῶς ὥσπερ οὗτος προὔδωκε τὴν ἐλευθερίαν, οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν καὶ τῆς μεγίστης ἀπορίας ἐκκλησιάζεται.

27. Ἀκούω δ' αὐτὸν λέγειν ὡς, εἴ τι ἦν ἀδίκημα τὸ μὴ παραγενέσθαι ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, νόμος ἂν ἔκειτο περὶ αὐτοῦ διαρρήδην, ὥσπερ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων. Οὐ γὰρ οἴεται ὑμᾶς γνώσεσθαι ὅτι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀδικήματος οὐδεὶς περὶ αὐτοῦ ἐγράφη νόμος. Τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη ἢ νομοθέτης ἤλπισεν ἁμαρτήσεσθαί τινα τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν; (28) Οὐ γὰρ ἂν δήπου, εἰ μέν τις λίποι τὴν τάξιν μὴ αὐτῆς τῆς πόλεως ἐν κινδύνῳ οὔσης, ἀλλ' ἑτέρους εἰς τοῦτο καθιστάσης, ἐτέθη νόμος ὡς μεγάλα ἀδικοῦντος, εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς πόλεως ἐν κινδύνῳ οὔσης λίποι τὴν πόλιν αὐτήν, οὐκ ἂν ἄρα ἐτέθη. Σφόδρα γ' ἄν, εἴ τις ᾠήθη τινὰ τῶν πολιτῶν ἁμαρτήσεσθαί τι τοιοῦτόν ποτε. (29) Τίς δ' οὐκ ἂν εἰκότως ἐπιτιμήσειεν ὑμῖν, εἰ τοὺς μετοίκους μέν, ὅτι οὐ κατὰ τὸ προσῆκον ἑαυτοῖς ἐβοήθησαν τῷ δήμῳ, ἐτιμήσατε ἀξίως τῆς πόλεως, τοῦτον δέ, ὅτι παρὰ τὸ προσῆκον ἑαυτῷ προὔδωκε τὴν πόλιν, μὴ κολάσετε, εἰ μή γε ἄλλῳ τινὶ μείζονι, τῇ γε παρούσῃ ἀτιμίᾳ; (30) Ἀναμνήσθητε δὲ δι' ὅ τι ποτὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας γινομένους περὶ τὴν πόλιν τιμᾶτε καὶ τοὺς κακοὺς ἀτιμάζετε. Ἐδείχθη γὰρ ἀμφότερα ταῦτα οὐ τῶν γεγενημένων μᾶλλόν τι ἕνεκα ἢ τῶν γενησομένων, ἵν' ἀγαθοὶ προθυμῶνται γίνεσθαι ἐκ παρασκευῆς, κακοὶ δὲ μηδὲ ἐξ ἑνὸς τρόπου ἐπιχειρῶσιν. (31) Ἔτι δὲ ἐνθυμήθητε ποίων ἂν ὑμῖν δοκεῖ οὗτος ὅρκων φροντίσαι, ὃς ἔργῳ τοὺς πατρῴους θεοὺς προὔδωκεν; ἢ πῶς ἂν χρηστόν τι βουλεῦσαι περὶ τῆς πολιτείας, ὃς οὐδὲ ἐλευθερῶσαι τὴν πατρίδα ἐβουλήθη; ἢ ποῖα ἂν ἀπόρρητα τηρῆσαι, ὃς οὐδὲ τὰ προειρημένα ποιῆσαι ἠξίωσε; Πῶς δ' εἰκός ἐστι τοῦτον, ὃς οὐδὲ τελευταῖος ἐπὶ τοὺς κινδύνους ἦλθε, πρότερον τῶν κατεργασαμένων καὶ οὕτω συντιμηθῆ-

quod melior fiet? Verumenimvero postquam melior factus fuerit erga civitatem, tunc munus senatorium affectet, notus ob benefacta sicut et prius ob malefacta innotescebat. Consultius est enim gratias post facta unicuique rependere. Nam mihi videtur esse iniquum, si ob ea quæ jam peccavit nunquam punietur, ob ea autem quæ aliquando bene facturus est jam nunc honoratur. (25) Sed anne ut ceteri cives meliores fiant, quum omnes viderint pariter honoratos, ideo iste approbandus est? At periculum est ne et boni cives, ubi viderint malos secum pariter honorari, de bonis suis rationibus remittant, arbitrati eorundem esse et malos honorare et bonorum oblivisci. (26) Quin et hoc quoque reputemus, quod, si quis prodidisset vel castellum vel navem vel castra, ubi ulla pars civium contineretur, is extrema omnia supplicia subiret: iste vero, etsi universam civitatem prodidit, non is est qui de pœna subeunda sit sollicitus. Attamen quicumque evidenter, ut iste, libertatem prodidit, is jure non de dignitate senatoria, sed de servitute summaque inopia periclitaretur.

27. Audio autem istum dicere quod, si nefas esset ejusmodi in tempore patriæ deesse, de ea re diserte lata fuisset lex, quemadmodum de ceteris maleficiis. Arbitratur enim vos nescire quod propter magnitudinem flagitii de hoc nulla sit lata lex. Nam quis aut orator cogitasset, aut legislator exspectasset, civium quenquam tale facinus admissurum? (28) Non enim profecto, si quis deseruerit ordinem, quum civitas non ipsa in periculo versetur, sed alios in periculum adducat, lata fuisset lex tanquam delicto gravi admisso; sin autem quis civitatem ipsam in periculo versantem deseruerit, tum lata non fuisset. Omnino fuisset lata, si quis potuisset exspectare tale facinus a quoquam civium admissum iri. (29) Jam quis vos non jure increparet si, quum inquilinos qui præter debitum populo opitulati sunt, honoraveritis ut rempublicam decebat; istum, quod præter officium civitatem prodiderit, non mulctetis, sin minus majori supplicio, at saltem eo dedecore de quo hic agitur? (30) Recordemini, quæso, quanam mente bonos cives honore, malos ignominia afficiatis. Utrumque enim institutum est non magis præteritorum gratia quam futurorum, ut nempe nostri dedita opera nitantur boni cives esse, mali nulla prorsus ratione esse conentur. (31) Ad hæc, cogitate cujusnam juramenti is videatur rationem habiturus, qui re ipsa patrios deos prodidit; vel quo pacto reipublicæ bene consulturus, qui patriam ne liberare quidem voluit; vel quænam arcana servaturus, qui ne diserte quidem enuntiata legibus facere suscepit. Qui vero decebit eum qui ne ultimus quidem venit ad pericula, in honoribus, iisque tantis, conferendis præhaberi iis ipsis, quorum

ναι; Σχέτλιον δ' ἂν εἴη, εἰ οὗτος μὲν ἅπαντας τοὺς πολίτας περὶ οὐδενὸς ἡγήσατο, ὑμεῖς δὲ τοῦτον ἕνα ὄντα μὴ ἀποδοκιμάσαιτε. (32) Ὁρῶ δέ τινας οἳ νῦν μὲν τούτῳ παρασκευάζονται βοηθεῖν καὶ δεῖσθαι ὑμῶν, ἐπειδὴ ἐμὲ οὐκ ἠδύναντο πεῖσαι· τότε δέ, ὅτε οἱ κίνδυνοι μὲν ὑμῖν καὶ οἱ μέγιστοι ἀγῶνες ἦσαν, τὰ δὲ ἆθλα αὐτὴ ἡ πολιτεία ἔκειτο, καὶ ἔδει οὐ μόνον περὶ 900 τοῦ βουλεύειν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας βουλεύεσθαι, τότε οὐκ ἐδέοντο αὐτοῦ βοηθῆσαι καὶ ὑμῖν καὶ κοινῇ τῇ πόλει, καὶ μὴ προδοῦναι μήτε τὴν πατρίδα μήτε τὴν βουλήν, ἧς νῦν ἀξιοῖ τυχεῖν οὐ μετὸν αὐτῷ, ἄλλων γε κατεργασαμένων. (33) Μόνος δή, ὦ βουλή, δικαίως οὐδ' ἂν ἀγανακτοίη μὴ τυχών· οὐ γὰρ ὑμεῖς νῦν αὐτὸν ἀτιμάζετε, ἀλλ' αὐτὸς αὑτὸν τότε ἀπεστέρησεν, ὅτε οὐκ ἠξίωσεν, ὥσπερ νῦν προθύμως κληρωσόμενος ἦλθε, καὶ τότε διαμαχόμενος περὶ αὐτῆς καταστῆναι μεθ' ὑμῶν.

34. Ἱκανά μοι νομίζω εἰρῆσθαι, καίτοι πολλά γε παραλιπών· ἀλλὰ πιστεύω ὑμᾶς καὶ ἄνευ τούτων αὐτοὺς τὰ συμφέροντα τῇ πόλει γνώσεσθαι. Οὐ γὰρ ἄλλοις τισὶν ὑμᾶς δεῖ περὶ τῶν ἀξίων ὄντων βουλεύειν τεκμηρίοις χρῆσθαι ἢ ὑμῖν αὐτοῖς, ὁποῖοί τινες ὄντες αὐτοὶ περὶ τὴν πόλιν ἐδοκιμάσθητε. Ἔστι γὰρ τὰ τούτου ἐπιτηδεύματα κοινὰ παραδείγματα καὶ πάσης δημοκρατίας ἀλλότρια.

laboribus urbs servata est? Miserum sane esset si, quum iste universos cives nihili fecerit, vos istum, unus quum sit, non reprobaretis. (32) Quosdam autem video qui nunc huic patrocinari meditantur, vosque obsecrare, ubi me exorare nequiverunt; at tunc quum pericula vobis maximaque aderant certamina, quum ipsa reipublicæ administratio præmium erat in medio positum, et oportebat non de dignitate senatoria, sed de ipsa libertate capere consilium; tunc, inquam, istum non obsecrabant ut vobis et universæ reipublicæ patrocinaretur, ut nollet prodere nec patriam, nec senatum, cujus nunc præter jus et æquum communionem flagitat, quum alii eum in integrum restituerint. (33) Solus iste, senatores, non succensere debet si a senatu excludatur. Non enim vos nunc ipsum infamatis, sed ipse se tunc exclusit, quum ea alacritate qua nunc accessit sorte eligendus, tunc noluerit vobiscum una prœliari de senatu restituendo.

34. Sat dicta esse arbitror, tametsi multa prætermiserim; verum confido vos sine his quod reipublicæ utile est judicaturos. Non enim aliis argumentis vos uti decet quam vobismetipsis, ut cognoscatis quinam senatu sint digni; recordamini quali vos ipsi animo erga rempublicam quum essetis, in senatum cooptari meruistis. Hujus quidem Philonis studia communia (*nova?*) sunt exempla, et omni democratiæ adversaria.

XXXII.

ΚΑΤΑ ΔΙΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Διόδοτος, εἷς τῶν μετὰ Θρασύλου καταλεγέντων ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, μέλλων ἐκπλεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος, ἔχων νήπια παιδία, διαθήκας ἐποιήσατο, καταλιπὼν αὐτοῖς ἐπίτροπον τὸν ἑαυτοῦ μὲν ἀδελφόν, Διογείτονα, τῶν δὲ παιδίων θεῖόν τε καὶ πάππον ἀπὸ μητρός. Αὐτὸς μὲν οὖν ἐν Ἐφέσῳ μαχόμενος ἀποθνήσκει· Διογείτων δὲ πᾶσαν τὴν οὐσίαν τῶν ὀρφανῶν διαχειρισάμενος, καὶ ἐκ πολλῶν πάνυ χρημάτων οὐδὲν ἀποδείξας, αὐτὸς ἔτι περιὼν κατηγορεῖται πρὸς ἑνὸς τῶν μειρακίων δοκιμασθέντος κακῆς ἐπιτροπῆς. Λέγει δὲ κατ' αὐτοῦ τὴν δίκην ὁ τῆς ἐκείνου μὲν θυγατριδῆς, τῶν δὲ μειρακίων ἀδελφῆς, ἀνήρ. Προὔλαβον δὲ τὴν ὑπόθεσιν ἵνα μᾶλλον γένηται καταφανές, εἰ μετρίᾳ καὶ προσηκούσῃ ἀρχῇ κέχρηται.

Εἰ μὲν μὴ μεγάλα ἦν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰ διαφέροντα, οὐκ ἄν ποτε εἰς ὑμᾶς εἰσελθεῖν τούτους εἴασα, νομίζων αἴσχιστον εἶναι πρὸς τοὺς οἰκείους διαφέρεσθαι, εἰδώς τε ὅτι οὐ μόνον οἱ ἀδικοῦντες χείρους ὑμῖν εἶναι δοκοῦσιν, ἀλλὰ καὶ οἵτινες ἂν ἔλαττον ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἔχοντες ἀνέχεσθαι μὴ δύνωνται· ἐπειδὴ μέντοι, ὦ ἄνδρες δικασταί, πολλῶν χρημάτων ἀπεστέρηνται καὶ πολλὰ καὶ δεινὰ πεπονθότες ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν ἐπ' ἐμὲ κηδεστὴν ὄντα κατέφυγον, ἀνάγκη μοι γεγένηται εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. (2) Ἔχω δὲ τούτων μὲν ἀδελφήν, Διογείτονος δὲ θυγατριδῆν, καὶ πολλὰ δεηθεὶς

XXXII.

CONTRA DIOGITONEM.

ARGUMENTUM.

Dionysius Hal. De Lysia: Diodotus unus de numero in bellum Peloponnesiacum sub Thrasyllo duce adlectorum, in Asiam archonte Glaucippo navigaturus, quum filios puerulos haberet, testamentum condidit, iisdemque tutorem assignavit Diogitonem, fratrem suum, puerorum avunculum et maternum avum. Ac Diodotus quidem Ephesi in pugna occubuit; Diogiton vero, quum omnia pupillorum bona administrasset et ex ampla fortuna nihil protulisset, ipse superstes adhuc ab uno puerorum qui virilem togam sumpserat, male administratæ tutelæ accusatur. Causam dicit contra ipsum puerorum sororis, ipsius e filia neptis, maritus. Argumentum ideo præmisi, ut evidentius appareret an convenienti aptoque exordio orator usus fuerit.

Nisi profecto, judices, magni momenti res essent de quibus controversia est, haudquaquam permisissem hosce pueros apud vos contendere, turpe esse existimans adversus affines et consanguineos in judicio disceptare, illudque sciens, vobis non solum deteriores videri eos qui injuriam faciunt, sed et eos qui detrimenti aliquid ab affinibus et propinquis habentes, id moderate ferre nequeant. Verumenimvero, judices, quum hi pueri ingenti pecunia fraudati sint, et magna et gravia a quibus minime oportuit passi, ad me affinem suum confugerint, necesse fuit ipsorum patrocinium dicendo suscipere. (2) Ego autem horum sororem, Diogitonis e fratre natam, in uxorem duxi. Ac primum quidem plurimis

ἀμφοτέρων, τὸ μὲν πρῶτον ἔπεισα αὐτοὺς τοῖς φίλοις ἐπιτρέψαι δίαιταν, περὶ πολλοῦ ποιούμενος τὰ τούτων πράγματα μηδένα τῶν ἄλλων εἰδέναι· ἐπεὶ δὲ ὁ Διογείτων ἃ φανερῶς ἔχων ἐξηλέγχετο, περὶ τούτων οὐδενὶ τῶν αὑτοῦ φίλων ἐτόλμα πείθεσθαι, ἀλλ' ἐβουλήθη καὶ φεύγειν δίκας καὶ μὴ οὔσας διώκειν καὶ ὑπομεῖναι τοὺς ἐσχάτους κινδύνους μᾶλλον ἢ τὰ δίκαια ποιήσας ἀπηλλάχθαι τῶν πρὸς τούτους ἐγκλημάτων, (3) ὑμῶν δέομαι, ἐὰν μὲν ἀποδείξω οὕτως αἰσχρῶς αὐτοὺς ἐπιτετροπευμένους ὑπὸ τοῦ πάππου ὡς οὐδεὶς πώποτε ὑπὸ τῶν οὐδὲν προσηκόντων ἐν τῇ πόλει, βοηθεῖν αὐτοῖς τὰ δίκαια, εἰ δὲ μή, τούτῳ μὲν ἅπαντα πιστεύειν, ἡμᾶς δὲ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἡγεῖσθαι χείρους εἶναι. Ἐξ ἀρχῆς δ' ὑμᾶς περὶ αὐτῶν διδάξαι πειράσομαι.

verbis suasi utrisque ut arbitris amicis rem committerent, permagni nempe interesse ratus horum negotia palam non divulgari. Quum vero de his quæ habere aperte convincitur, nihil amicis suis cedere Diogiton sustinuerit; sed quum lites fugere, exceptione pugnare, et ultimum potius discrimen subire voluerit, quam, æquitate observata, controversiis quas cum his habet liberari : (3) peto a vobis, ut, si clare ostendero neminem hactenus in urbe nostra tam fœde ab alienis habitum quam hos ab avo suo pupillos, his secundum jus succurratis; sin minus, isti ut in omnibus credatis, nosque ut nefarios in posterum habeatis. Porro ab initio rem omnem, ut se habet, edocere vos contendam.

Ἄξιον δὲ καὶ τὴν διήγησιν ὡς ᾠκονόμηται καταμαθεῖν. Ἔχει δὲ οὕτως·

Scire etiam operæ pretium est quomodo ille narrationem suam instituerit; quæ sic se habet :

4. Ἀδελφοὶ ἦσαν, ὦ ἄνδρες δικασταί, Διόδοτος καὶ Διογείτων ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι, καὶ τὴν μὲν ἀφανῆ οὐσίαν ἐνείμαντο, τῆς δὲ φανερᾶς ἐκοινώνουν. Ἐργασαμένου δὲ Διοδότου κατ' ἐμπορίαν πολλὰ χρήματα, πείθει αὐτὸν λαβεῖν Διογείτων τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, ἥπερ ἦν αὐτῷ μόνη· καὶ γίνονται αὐτῷ δύο υἱοὶ καὶ θυγάτηρ. (5) Χρόνῳ δὲ ὕστερον καταλεγεὶς Διόδοτος μετὰ Θρασύλου τοῦ ἐπὶ τῶν ὁπλιτῶν, καλέσας τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἀδελφιδῆν οὖσαν, καὶ τὸν ἐκείνης μὲν πατέρα, αὐτοῦ δὲ κηδεστὴν καὶ ἀδελφὸν ὁμοπάτριον, πάππον δὲ τῶν παιδίων καὶ θεῖον, ἡγούμενος διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας οὐδενὶ μᾶλλον προσήκειν δικαίῳ περὶ τοὺς αὑτοῦ παῖδας ἐπιτρόπῳ γενέσθαι, διαθήκην αὐτῷ δίδωσι καὶ πέντε τάλαντα ἀργυρίου παρακαταθήκην· (6) ναυτικὰ δὲ ἐπέδειξεν ἐκδεδομένα ἑπτὰ τάλαντα καὶ τετταράκοντα μνᾶς, δισχιλίας δὲ ὀφειλομένας ἐν Χερρονήσῳ· ἐπέσκηψε δέ, ἐάν τι πάθῃ, τάλαντον μὲν ἐπιδοῦναι τῇ γυναικὶ καὶ τὰ ἐν τῷ δωματίῳ δοῦναι, τάλαντον δὲ τῇ θυγατρί. Κατέλιπε δὲ καὶ εἴκοσι μνᾶς τῇ γυναικὶ καὶ τριάκοντα στατῆρας Κυζικηνούς. (7) Ταῦτα δὲ πράξας καὶ οἴκοι ἀντίγραφα καταλιπὼν ᾤχετο στρατευσόμενος μετὰ Θρασύλου. Ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου ἐν Ἐφέσῳ, Διογείτων τὴν μὲν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός, καὶ τὰ γράμματα λαμβάνει ἃ κατέλιπε σεσημασμένα, φάσκων τὰ ναυτικὰ χρήματα δεῖν ἐκ τούτων τῶν γραμματείων κομίσασθαι. (8) Ἐπεὶ δὲ τῷ χρόνῳ ἐδήλωσε τὸν θάνατον αὐτοῖς καὶ ἐποίησαν τὰ νομιζόμενα, τὸν μὲν πρῶτον ἐνιαυτὸν ἐν Πειραιεῖ διῃτῶντο· ἅπαντα γὰρ αὐτοῦ κατελέλειπτο τὰ ἐπιτήδεια· ἐκείνων δὲ ἐπιλειπόντων τοὺς μὲν παῖδας εἰς ἄστυ ἀναπέμπει, τὴν δὲ μητέρα αὐτῶν ἐκδίδωσιν ἐπιδοὺς πεντακισχιλίας δραχμάς, χιλίαις ἔλαττον ὧν ὁ ἀνὴρ αὐτῇ ἔδωκεν. (9) Ὀγδόῳ δ' ἔτει δοκιμασθέντος μετὰ ταῦτα τοῦ πρεσβυτέρου τοῖν μειρακίοιν, καλέσας αὐτοὺς εἶπε Διογείτων ὅτι καταλίποι αὐτοῖς ὁ πατὴρ εἴκοσι μνᾶς ἀργυρίου καὶ τριάκοντα στατῆρας. « Ἐγὼ οὖν πολλὰ τῶν ἐμαυτοῦ δεδαπάνηκα

4. Diodotus et Diogiton, judices, fratres erant ejusdem patris et matris : ac supellectilem quidem et res mobiles inter se diviserunt; iis vero quæ erant fundi communiter utebantur. Quum autem Diodotus, negotiatione facta, magnam sibi pecuniam comparasset, rogat eum Diogiton suam ut filiam, quam habebat unicam, in matrimonium capiat : ex qua dein illi filii duo et una filia procreati sunt. (5) Aliquo post tempore, quum Diodotus sub Thrasyllo, duce peditum, ad militiam adlectus esset, et uxorem suam quæ fratris erat filia, simul et uxoris patrem, suum germanum et affinem, liberorum suorum avum et patruum, ad se vocasset, ratus ob arctum hoc necessitudinis vinculum nemini se melius liberorum tutelam posse committere, testamentum huic in manus consignat, et quinque argenti talenta apud eum deponit. (6) Declaravit ad hæc talenta septem et quadraginta minas ad fœnus nauticum exposita, et bis mille drachmas sibi in Chersoneso debitas. Jussit quoque, si quid pateretur humanitus, unum uxori talentum dari, simul et domesticam supellectilem; filiæ quoque talentum reliquit, et viginti minas et triginta stateres Cyzicenos. (7) His peractis, et horum antigraphis domi relictis, cum Thrasyllo in militiam profectus est. Illo autem Ephesi mortuo, Diogiton filiam suam mariti mortem celavit, et testamenti tabellas, quas ille domi obsignatas reliquerat, arripuit, dicens se hisce e tabellis nauticas pecunias recuperare debere. (8) Quum vero matri et liberis mortem Diodoti tandem indicasset, et hi defuncto justa persolvissent, primum annum in Piræeo commorabantur : omnia enim ad victum necessaria ibi erant. Quibus deficientibus, liberos in urbem remittit, et matrem elocat in matrimonium, assignatis in dotem quinis drachmarum millibus, detractis mille drachmis ex iis quas maritus ipsi dotis nomine reliquerat. (9) Octavo post anno, quum filius natu major ad ætatem virilem pervenisset, pupillos tutor vocavit ad se, dicens patrem illis viginti minas argenti et triginta stateres reliquisse. « Ego, inquit, multa e facultatibus meis

εἰς τὴν ὑμετέραν τροφήν. Καὶ ἕως μὲν εἶχον, οὐδέν μοι διέφερε· νυνὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπόρως διάκειμαι. Σὺ οὖν, ἐπειδὴ δεδοκίμασαι καὶ ἀνὴρ γεγένησαι, σκόπει αὐτὸς ἤδη πόθεν ἕξεις τὰ ἐπιτήδεια. » (10) Ταῦτ' ἀκούσαντες ἐκπεπληγμένοι καὶ δακρύοντες ᾤχοντο πρὸς τὴν μητέρα, καὶ παραλαβόντες ἐκείνην ἧκον πρὸς ἐμέ, οἰκτρῶς ὑπὸ τοῦ πάθους διακείμενοι καὶ ἀθλίως ἐκπεπτωκότες, κλαίοντες καὶ παρακαλοῦντές με μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς ἀποστερηθέντας τῶν πατρῴων μηδ' εἰς πτωχείαν καταστάντας, ὑβρισμένους ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν, ἀλλὰ βοηθῆσαι καὶ τῆς ἀδελφῆς οὕνεκα καὶ σφῶν αὐτῶν. (11) Πολλὰ ἂν εἴη λέγειν, ὅσον πένθος ἐν τῇ ἐμῇ οἰκίᾳ ἦν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ. Τελευτῶσα δὲ ἡ μήτηρ αὐτῶν ἠντιβόλει με καὶ ἱκέτευε συναγαγεῖν αὐτῆς τὸν πατέρα καὶ τοὺς φίλους, εἰποῦσα ὅτι, εἰ καὶ πρότερον μὴ εἴθισται λέγειν ἐν ἀνδράσι, τὸ μέγεθος αὐτὴν ἀναγκάσει τῶν συμφορῶν περὶ τῶν σφετέρων κακῶν δηλῶσαι πάντα πρὸς ἡμᾶς. (12) Ἐλθὼν δ' ἐγὼ ἠγανάκτουν μὲν πρὸς Ἡγήμονα τὸν ἔχοντα τὴν τούτου θυγατέρα, λόγους δ' ἐποιούμην πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιτηδείους, ἠξίουν δὲ τοῦτον εἰς ἔλεγχον ἰέναι περὶ τῶν πραγμάτων. Διογείτων δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἤθελε, τελευτῶν δὲ ὑπὸ τῶν φίλων ἠναγκάσθη. Ἐπειδὴ δὲ συνήλθομεν, ἤρετο αὐτὸν ἡ γυνή, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἀξιοῖ περὶ τῶν παίδων τοιαύτῃ γνώμῃ χρῆσθαι, « ἀδελφὸς μὲν ὢν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, πατὴρ δ' ἐμός, θεῖος δὲ αὐτοῖς καὶ πάππος. (13) Καὶ εἰ μηδένα ἀνθρώπων ᾐσχύνου, τοὺς θεοὺς ἐχρῆν σε, φησί, δεδιέναι· ὃς ἔλαβες μέν, ὅτ' ἐκεῖνος ἐξέπλει, πέντε τάλαντα παρ' αὐτοῦ παρακαταθήκην. Καὶ περὶ τούτων ἐγὼ θέλω τοὺς παῖδας παραστησαμένη καὶ τούτους καὶ τοὺς ὕστερον ἐμαυτῇ γενομένους ὀμόσαι ὅπου ἂν αὐτὸς λέγῃς. Καίτοι οὐχ οὕτως ἐγώ εἰμι ἀθλία, οὐδ' οὕτω περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι χρήματα, ὥστ' ἐπιορκήσασα κατὰ τῶν παίδων τῶν ἐμαυτῆς τὸν βίον καταλιπεῖν, ἀδίκως δὲ ἀφελέσθαι τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν· » (14) Ἔτι τοίνυν ἐξήλεγχεν αὐτὸν ἑπτὰ τάλαντα κεκομισμένον ναυτικὰ καὶ τετρακισχιλίας δραχμάς, καὶ τούτων τὰ γράμματα ἀπέδειξεν· ἐν γὰρ τῇ διοικίσει, ὅτ' ἐκ Κολλυτοῦ διῳκίζετο εἰς τὴν Φαίδρου οἰκίαν, τοὺς παῖδας ἐπιτυχόντας ἐκβεβλημένῳ τῷ βιβλίῳ ἐνεγκεῖν πρὸς ταύτην. (15) Ἀπέφηνε δ' αὐτὸν ἑκατὸν μνᾶς κεκομισμένον ἐγγείους ἐπὶ τόκῳ δεδανεισμένας, καὶ ἑτέρας δισχιλίας δραχμὰς καὶ ἔπιπλα πολλοῦ ἄξια· φοιτᾶν δὲ καὶ σῖτον αὐτοῖς ἐκ Χερρονήσου καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. « Ἔπειτα σὺ ἐτόλμησας, ἔφη, εἰπεῖν, ἔχων τοσαῦτα χρήματα, ὡς δισχιλίας δραχμὰς ὁ τούτων πατὴρ κατέλιπε καὶ τριάκοντα στατῆρας, ἅπερ ἐμοὶ καταλειφθέντα ἐκείνου τελευτήσαντος ἐγώ σοι ἔδωκα. (16) Καὶ ἐκβαλεῖν τούτους ἠξίωκας θυγατριδοῦς ὄντας ἐκ τῆς οἰκίας τῆς αὐτῶν ἐν τριβωνίοις, ἀνυποδήτους, οὐ μετὰ ἀκολούθου, οὐ μετὰ στρωμάτων, οὐ μετὰ ἱματίων, οὐ μετὰ τῶν ἐπίπλων ἃ ὁ πατὴρ αὐτοῖς κατέλιπεν, οὐδὲ μετὰ τῶν παρακαταθηκῶν ἃς ἐκεῖνος παρὰ σοὶ κατέθετο. (17) Καὶ νῦν τοὺς μὲν ἐκ τῆς μητρυιᾶς τῆς ἐμῆς

in vestrum alimentum impendi; et quamdiu quidem res lauta fuit, curavi nihil : jam vero ipse pauper sum et inops. Tu igitur quum jam ad virilem ætatem perveneris et inter viros ascriptus sis, prospice qua ratione tibi victum compares. » (10) Hisce auditis, perculsi et lacrimantes ierunt ad matrem, et simul cum illa venerunt ad me, suo incommodo luctuosum in modum afflicti, bonis suis indigne expulsi, flentes, meque hortantes ne se paternis bonis frustratos pauperesque jam factos, et gravi a quibus non oportuit injuria affectos, desererem, sed sororis suaque causa defenderem. (11) Multa sane dici possent de luctu qui tunc in domo mea habitus fuerit. Mater tandem oravit et obtestata est ut suum patrem ceterosque amicos convocarem, dicens se, etsi inter viros prius loqui non assueverit, tamen coactam calamitatum magnitudine de suis apud illos infortuniis conquesturam. (12) Ego vero adiens Hegemonem, qui Diogitonis filiam in matrimonio habebat, apud illum ob rem indignabar, et apud alios propinquos et amicos verba faciebam, postulabamque ut Diogiton ad crimina diluenda accederet. Quod quidem iste initio detrectavit, sed tandem eo ab amicis adactus est. Quum igitur convenissemus, interrogabat ipsum mulier quo tandem animo erga pueros talem se præbuerit; « quum, inquit, frater sis patris eorum, pater meus, eorundemque patruus et avus; (13) et, si mortalium neminem verebaris, deos tamen te timere oportebat. Qui quidem accepisti, illo discedente, quinque talenta, depositum : de quibus ego et hos et alios qui postea mihi nati sunt exhibens, jurare parata sum, quocumque loco jusseris. Atqui non adeo misera sum, nec tanti pecuniam facio, ut velim mori postquam super meis liberis pejerarim, aut per nefas patri facultates auferam. » (14) Istum etiam convicit quod pecunias nauticas, septem talenta, recuperaverit et quattuor drachmarum millia; atque horum tabellas protulit. Nam in migratione, quando commeabat e Collyto in Phædri ædes, filios aiebat in libellum ejectum incidentes ad se detulisse. (15) Ostendit quoque istum viginti minas fœnore solito commodatas, et alia duo drachmarum millia, et magni pretii supellectilem recepisse : quin et singulis annis frumentum venire e Chersoneso in ipsorum alimoniam. « Deinde, aiebat, quum tantum penes te haberes pecuniarum, dicere ausus es horum patrem bis mille drachmas et triginta stateres duntaxat reliquisse. (16) Hosce quos mihi reliquit ille moriens, ex tua filia natos ejecisti e propriis eorum ædibus, attritis indutos vestimentis, discalceatos, sine famulo, sine vestibus, sine supellectile quam eis pater reliquerat, sine pecunia quam apud te deposuerat. (17) Filios ex noverca mea tibi natos in ampla rerum omnium

παιδεύεις ἐν πολλοῖς χρήμασιν εὐδαίμονας ὄντας· καὶ ταῦτα μὲν καλῶς ποιεῖς· τοὺς δ' ἐμοὺς ἀδικεῖς, οὓς ἀτίμως ἐκ τῆς οἰκίας ἐκβαλὼν ἀντὶ πλουσίων πτωχοὺς ἀποδεῖξαι προθυμῇ. Καὶ ἐπὶ τοιούτοις ἔργοις οὔτε τοὺς θεοὺς φοβῇ, οὔτε ἐμὲ τὴν σὴν θυγατέρα τὴν συνειδυῖαν αἰσχύνῃ, οὔτε τοῦ ἀδελφοῦ μέμνησαι, ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς περὶ ἐλάττονος ποιῇ χρημάτων. » (18) Τότε μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, πολλῶν καὶ δεινῶν ὑπὸ τῆς γυναικὸς ῥηθέντων οὕτω διετέθημεν πάντες οἱ παρόντες ὑπὸ τῶν τούτῳ πεπραγμένων καὶ τῶν λόγων τῶν ἐκείνης, ὁρῶντες μὲν τοὺς παῖδας, οἷα ἦσαν πεπονθότες, ἀναμιμνησκόμενοι δὲ τοῦ ἀποθανόντος, ὡς ἀνάξιον τῆς οὐσίας τὸν ἐπίτροπον κατέλιπεν, ἐνθυμούμενοι δὲ ὡς χαλεπὸν ἐξευρεῖν ὅτῳ χρὴ περὶ τῶν ἑαυτοῦ πιστεῦσαί τινα, ὥστε, ὦ ἄνδρες δικασταί, μηδένα τῶν παρόντων δύνασθαι φθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ δακρύοντας μηδὲν ἧττον τῶν πεπονθότων ἀπιόντας οἴχεσθαι σιωπῇ.

copia beatos instituis : et hoc quidem facis recte; sed hosce meos injuria cumulas, quos indecore domo sua ejectos, e divitibus inopes reddere satagis. Atque hæc quum agas, nec deos times, nec me tuam filiam revereris, nec fratris tui recordaris, at omnes nos pecuniis postponis. » (18) Itaque, judices, quum multa tunc et acerba a muliere dicta essent, omnes quotquot aderamus, ita gestorum ab isto indignitate et mulieris verbis permoti sumus, dum videremus scilicet pupillos talia perpessos; dum mortui Diodoti recordaremur, quam rerum suarum indignum tutorem reliquisset, dum cogitaremus quam difficile sit reperire cui quis sua tuto credere queat : ita, inquam, judices, omnes sumus permoti, ut nemo nostrûm præ miseratione hiscere potuerit; sed cuncti lacrimantes, non minus quam qui ista patiebantur, discesserimus cum silentio.

Ἵνα δὲ καὶ ὁ τῶν ἀποδείξεων χαρακτὴρ καταφανὴς γένηται, θήσω καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις λεγόμενα. Τὰς μὲν οὖν ἰδίας πίστεις ὡς οὐ πολλῶν ἔτι λόγων δεομένας δι' αὐτῶν βεβαιοῦται τῶν μαρτύρων, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο εἰπών·

Ut autem et qualis argumentorum ratio fuerit, evidens fiat, exponam et sequentia. Proprias utique probationes quæ non multis verbis indigent, testibus confirmat, nihil dicens aliud quam hoc :

Πρῶτον μὲν οὖν τούτων ἀνάβητέ μοι μάρτυρες·

Primum quidem horum testes ascendite;

τὰ δὲ τοῦ ἀντιδίκου δίκαια διχῇ νείμας, ὡς τὰ μὲν ὁμολογήσαντος αὐτοῦ λαβεῖν καὶ εἰς τὰς τροφὰς τῶν ὀρφανῶν ἀνηλωκέναι σκηψαμένου, τὰ δὲ ἐξάρνου γενηθέντος εἰληφέναι κἄπειτα ἐλεγχθέντος, ὑπὲρ ἀμφοτέρων ποιεῖται τὸν λόγον, τάς τε δαπάνας οὐχ ἃς ἐκεῖνος ἀπέφηνε γενέσθαι λέγων καὶ περὶ τῶν ἀμφιβόλων τὰς πίστεις ἀποδιδούς.

adversarii vero rationibus dupliciter divisis, quum iste fateretur se nonnulla accepisse, sed causaretur se ea insumpsisse in educationem pupillorum, alia autem negaret sibi relicta fuisse; deinde isto convicto et refutato, de utrisque verba facit, dicitque illos sumptus non esse factos quos iste jactat, ac de dubiis certissima profert argumenta.

ptaverat; qui Endius plus viginti annis ei supervixit, et bona ejus possedit, totoque illo tempore nemo unquam simulavit se existimare illam hereditatem ad se pertinere, neque super ea cum Endio contendit. (2) Verum Endio fratre meo anno superiori vita defuncto, prætermittens heredem hunc postremum Phile mulier, avunculi nostri filiam se fert legitimam, et maritus ejus Xenocles Coprius, uxoris nomine, litem exorsus est super Pyrrhi hereditate jam plusquam viginti annis ante vita defuncti, petitque illam hereditatem a se in libello petitorio tribus talentis æstimatam. (3) Ibi mater nostra, Pyrrhi soror, eadem de hereditate contendere; sed vir, in cujus potestate illa mulier est, intercedebat obnuntiatione quam ausus est interponere, qua testem agens negat matri nostræ jus ullum esse fratris hereditatem petendi, quoniam Pyrrho, primo bonorum domino, filia legitime nata supersit adhuc in vivis. (4) Opposuimus vero nos actionem de falso dicto testimonio, vestrumque ad forum pertraximus eum qui interponenda obnuntiatione sua ausus fuerat hereditatis aditu nos excludere, atque non illum modo [Xenoclem] dicti falsi testimonii luculentissime coarguimus et actionem de falso testimonio in hoc eodem vestro foro vicimus, sed etiam hunc Nicodemum tum quoque in continenti coarguimus, qui coram iisdem judicibus falsum illud Xenoclis testimonium suo perinde falso fultum ierat, aiens a se sororem suam avunculo nostro Pyrrho rite desponsam fuisse, quo uxor ejus jure optimo esset. (5) Testimonium hoc Nicodemi jam in priore actione judicibus qui tum sedebant falsum fuisse visum, docet testis tum condemnatus Xenocles. Nam si Nicodemus tum visus non fuisset falsa testatus esse, constat hoc eventurum fuisse ut et Xenocles in causa obtestationis absolutus abiret, et mulier, quam Xenoclis obtestatio filiam Pyrrhi legitimam perhibet esse, avunculi nostri bonorum heres declararetur; non mater nostra. (6) Sed victus et condemnatus discessit testis, et mulier illa quæ Pyrrhi se ferebat filiam, ab hereditate quam poscebat destitit; unde invicta exsistit necessitas Nicodemi quoque testimonium reprobatum fuisse. Nam Xenocles hoc de ipso actionem falsi testimonii certabat, utrum mulier hereditatem petens Pyrrho e meretrice an ex uxore legitima nata esset. Sed vos quoque statum causæ cognoscetis, ubi audiveritis et jusjurandum nostrum ab illis dicto oppositum et Nicodemi testimonium et Xenoclis obtestationem convictam falsitatis. (7) Recita tu judicibus tres hasce schedas.

CONTRAJURAMENTUM. TESTIMONIUM. OBTESTATIO.

Nicodemum ergo jam tum statim visum fuisse falsum testem, id liquido tum demonstratum fuit omnibus : verum etiam coram vobis, judices, convenit testimonium ejus mendacii coargui, quippe qui hoc de ipso sedeatis judicaturi. (8) Ante omnia itaque percontari volo, quamnam dotem a se sorori aiat additam fuisse Nicodemus, qui testimonio asseveravit, sororem a se Pyrrho rite elocatam fuisse, substantiam possidenti tribus talentis æquiparabilem; deinde percontari volo, utrum illa prætensa Pyrrhi uxor virum adhuc superstitem an eo exstincto domum ejus deseruerit, et, posterius hoc si evenit, a quonam dotem sorori contributam recuperarit post ejus excessum cui se illam despondisse ait, (9) aut si dotem minus recuperarit, quam-

39 προικὸς αὐτῆς ἐν εἴκοσιν ἔτεσι τῷ ἔχοντι τὸν κλῆρον δικάσασθαι ἠξίωσεν, ἢ εἴ του ἀνθρώπων ἐναντίον προσῆλθεν ἐγκαλῶν τῷ κληρονόμῳ περὶ τῆς προικὸς τῆς ἀδελφῆς ἐν χρόνῳ τοσούτῳ. Περί τε οὖν τούτων ἡδέως ἂν πυθοίμην, ὅ τι ποτ' ἦν τὸ αἴτιον τοῦ μηδὲν τούτων γεγενῆσθαι περὶ τῆς ἐγγυητῆς (ὡς μεμαρτύρηκεν οὗτος) γυναικός, (10) καὶ πρὸς τούτοις εἴ τις ἄλλος ἐγγυητὴν ἔσχε τὴν τούτου ἀδελφὴν γυναῖκα, ἢ τῶν πρότερον χρησαμένων πρὶν γνῶναι τὸν ἡμέτερον θεῖον αὐτήν, ἢ ὅσοι ἐκείνου γιγνώσκοντος ἐπλησίαζον αὐτῇ, ἢ ὅσοι ὕστερον ἐπλησίαζον τετελευτηκότος ἐκείνου· δῆλον γὰρ ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ ἀδελφὸς αὐτὴν ἅπασι τοῖς πλησιάζουσιν ἐδεδώκει. (11) Περὶ ὧν εἰ δεήσειε καθ' ἕκαστον διελθεῖν, οὐκ ἂν πάνυ μικρὸν ἔργον γένοιτο. Ἐὰν μὲν οὖν ὑμεῖς κελεύητε, περὶ ἐνίων μνησθείην ἂν αὐτῶν· εἰ δέ τισιν ὑμῶν ἀηδές ἀκούειν ἐστίν, ὥσπερ ἐμοὶ λέγειν τι περὶ τούτων, αὐτὰς τὰς μαρτυρίας ὑμῖν παρέξομαι τὰς μαρτυρηθείσας ἐν τῇ προτέρᾳ δίκῃ, ὧν οὐδεμιᾷ ἐπισκήψασθαι ἠξίωσαν οὗτοι. Καίτοι ὅπου κοινὴν αὐτὴν ὡμολογήκασιν εἶναι τοῦ βουλομένου, τὴν γυναῖκα, πῶς ἂν εἰκότως ἡ αὐτὴ γυνὴ ἐγγυητὴ δόξειεν εἶναι; (12) Ἀλλὰ μὴν ὁπότε μὴ ἐπεσκημμένοι εἰσὶ ταῖς περὶ αὐτοῦ τούτου μαρτυρίαις, ὡμολογηκότες εἰσὶ ταῦτα. Ἀκούσαντες δὲ καὶ ὑμεῖς αὐτῶν τῶν μαρτυριῶν, γνώσεσθε ὡς οὗτός τε περιφανῶς τὰ ψευδῆ μεμαρτύρηκε, καὶ ὀρθῶς καὶ κατὰ τοὺς νόμους οἱ δικάσαντες τὴν δίκην ἔγνωσαν τὴν κληρονομίαν μὴ προσήκειν τῇ μὴ ὀρθῶς γεγενημένῃ γυναικί. Ἀναγίνωσκε· σὺ δ' ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

13. Ὡς μὲν ἑταίρα ἦν τῷ βουλομένῳ καὶ οὐ γυνὴ τοῦ ἡμετέρου θείου, ἣν οὗτος ἐγγυῆσαι ἐκείνῳ μεμαρτύρηκεν, ὑπὸ τῶν ἄλλων οἰκείων καὶ ὑπὸ τῶν γειτόνων τῶν ἐκείνου μεμαρτύρηται πρὸς ὑμᾶς· οἳ μάχας καὶ κώμους καὶ ἀσέλγειαν πολλήν, ὁπότε ἡ τούτου ἀδελφὴ εἴη παρ' αὐτῷ, μεμαρτυρήκασι γίνεσθαι περὶ αὐτῆς. (14) Καίτοι οὐ δή πού γε ἐπὶ γαμετὰς γυναῖκας οὐδεὶς ἂν κωμάζειν τολμήσειεν· οὐδὲ αἱ γαμεταὶ γυναῖκες ἔρχονται μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὰ δεῖπνα, οὐδὲ συνδειπνεῖν ἀξιοῦσι μετὰ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ἐπιτυχόντων. Ἀλλὰ μὴν τῷ γε μεμαρτυρηκότι οὐδ' ἐπισκήψασθαι οὗτοι ἠξίωσαν. Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀναγίνωσκε πάλιν αὐτοῖς τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

15. Ἀνάγνωθι δὴ καὶ τὰς περὶ τῶν πλησιασάντων αὐτῇ μαρτυρίας, ἵνα εἰδῶσιν ὅτι ἑταίρα τε ἦν τοῦ βουλομένου, καὶ ὅτι οὐδ' ἐξ ἑνὸς ἄλλου φαίνεται τεκοῦσα. Ἀναγίνωσκε αὐτοῖς.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

16. Ὡς μὲν τοίνυν ἦν κοινὴ τῷ βουλομένῳ, ἣν οὗτος ἐγγυῆσαι τῷ ἡμετέρῳ θείῳ μεμαρτύρηκε, μνημονεύειν χρὴ ὑφ' ὅσων ὑμῖν μεμαρτύρηται, καὶ ὅτι οὐδενὶ ἄλλῳ

nam actionem sive titulo alimentorum mulieri præbendorum sive dotis ipsius reddendæ intra viginti annorum decursum in eum intentarit qui hereditatem Pyrrhi in potestate habuit, aut quonam coram teste congressus cum herede, de dote sorori reddenda intra tam longinquum tempus expostulaverit. Horum itaque omnium cur nihil factum sit, libenter ex eo perconter, ea super muliere quam legitime elocatam fuisse hic testatus est, (10) et præterea, num quis adhuc alius sororem ejus habuerit uxorem sibi rite desponsam, sive ille unus est ex eorum numero qui muliere illa familiariter usi sunt, antequam avunculus noster notitiam cum ea contraheret, sive ex eorum qui avunculo cum ea consuescente mulierem frequentarunt, sive denique eorum qui avunculo e vivis sublato amicam eam habuerunt: constat enim eam eorum unicuique conditione eadem elocatam fuisse a fratre qua avunculo nostro fuit. (11) Non modicum mihi datum foret negotium, si de horum unoquoque sigillatim exponere necesse fuerit. Quodsi ergo vos jubeatis de quibusdam eorum a me mentionem fieri, faciam: sin autem vestrûm quibusdam perinde insuave sit audire ista, atque mihi est in iis oratione versari, sola vobis exhibebo testimonia in priore actione dicta, quorum omnium in nullum hi ausi sunt falsitatis actionem instruere. Atqui fieri qui possit, ut rite desponsa cuiquam videatur ea mulier, quam hi ipsi confitentur volenti cuique patuisse? (12) Quod enim testimonia hac ipsa de re dicta falsitatis actione persecuti non sunt, eo ipso rem confessi sunt. Quæ testimonia ubi vos quoque audieritis, cognoscetis et Nicodemum testimonium dixisse manifeste falsum et superioris actionis judices jure æquo pronuntiasse, hereditatem uxori haud legitimæ non competere. Recita tu, tu autem inhibe clepsydram.

TESTIMONIA.

13. Quod ergo meretrix volenti cuique obnoxia, non autem uxor legitima nostri avunculi, fuerit ea mulier, quam Nicodemus testatus est a se illi legitime desponsam fuisse, de eo jam constat vobis quum e reliquorum propinquorum tum e vicinorum testimoniis; nunc autem testati sunt rixas fuisse et comissationes et petulantiam incredibilem, quoties hæc Nicodemi soror penes Pyrrhum esset. (14) Atqui nemo facile ausit ad matronas comissabundus accedere; neque uxores maritos ad convivia comitantur, neque compotantibus assident inter ignotos et alienos eosque fortuito oblatos. Neque adversarii mei ausi sunt contra testium illorum quemquam actionem falsitatis instituere. Vera me hæc affirmare quo constet, recita tu illis hoc testimonium iterum.

TESTIMONIUM.

15. Sed et illa recita testimonia de viris cum illa congressis, quo constet et meretricem illam fuisse volenti cuique obnoxiam, et neminem illorum alium ex ea liberos suscepisse. Recita ipsis.

TESTIMONIA.

16. Meminisse jam vos oportet quot homines coram vobis, judices, contestati sint, quam mulierem hic avunculo nostro a se desponsam ait fuisse, eam commune omnium

ἐγγυηθεῖσα οὐδὲ συνοικήσασα φαίνεται· σκεψώμεθα δὲ καὶ ἐξ ὧν ἄν τις ὑπονοήσειεν ἐγγύην γενέσθαι τοιαύτης γυναικός, εἰ ἄρα καὶ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ τοιοῦτόν τι συμβέβηκεν. (17) Ἤδη γάρ τινες νέοι ἄνθρωποι ἐπιθυμήσαντες τοιούτων γυναικῶν, καὶ ἀκρατῶς ἔχοντες αὐτῶν, ἐπείσθησαν ὑπ' ἀνοίας εἰς αὑτοὺς τοιοῦτόν τι ἐξαμαρτεῖν. Πόθεν οὖν ἄν τις σαφέστερον γνοίη περὶ τούτων, ἢ ἔκ τε τῶν μαρτυριῶν τῶν τούτοις μεμαρτυρημένων ἐν τῇ προτέρᾳ δίκῃ καὶ ἐκ τῶν εἰκότων τῶν περὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα σκεψάμενος; (18) Ἐνθυμεῖσθε δὲ τὴν ἀναίδειαν ὧν λέγουσιν. Ὁ μὲν γὰρ ἐγγυᾶν μέλλων εἰς τὸν τριτάλαντον οἶκον, ὥς φησι, τὴν ἀδελφήν, διαπραττόμενος τηλικαῦτα ἕνα μάρτυρα παρεῖναι αὐτῷ Πυρετίδην προσεποιήσατο, καὶ τούτου ἐκμαρτυρίαν ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δίκῃ παρέσχοντο οὗτοι· ἣν Πυρετίδης οὐκ ἀναδέδεχται αὑτοῖς, οὐδὲ ὁμολογεῖ μαρτυρῆσαι οὐδὲ εἰδέναι τούτων ἀληθὲς ὂν οὐδέν. (19) Μέγα δὲ τεκμήριον ὡς περιφανῶς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν οὗτοι παρέσχοντο ταύτην· ἴστε γὰρ πάντες ὡς ὅταν μὲν ἐπὶ προδήλους πράξεις ἴωμεν, ἃς δεῖ μετὰ μαρτύρων γενέσθαι, τοὺς οἰκειοτάτους καὶ οἷς ἂν τυγχάνωμεν χρώμενοι μάλιστα, τούτους παραλαμβάνειν εἰώθαμεν ἐπὶ τὰς πράξεις τὰς τοιαύτας, τῶν δὲ ἀδήλων καὶ ἐξαίφνης γινομένων τοὺς προστυχόντας ἕκαστοι μάρτυρας ποιούμεθα. (20) Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μαρτυρίαις αὐταῖς τοῖς παραγενομένοις αὐτοῖς, ὁποῖοί τινες ἂν ὦσι, τούτοις μάρτυσι χρῆσθαι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμῖν· παρὰ δὲ τῶν ἀσθενούντων ἢ τῶν ἀποδημεῖν μελλόντων ὅταν τις ἐκμαρτυρίαν ποιῆται, τοὺς ἐπιεικεστάτους τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς ἡμῖν γνωριμωτάτους ἕκαστος ἡμῶν παρακαλεῖ μάλιστα, καὶ οὐ μεθ' ἑνὸς οὐδὲ μετὰ δυοῖν, (21) ἀλλ' ὡς ἂν μετὰ πλείστων δυνώμεθα τὰς ἐκμαρτυρίας πάντες ποιούμεθα, ἵνα τῷ τε ἐκμαρτυρήσαντι μὴ ἐξείη ὕστερον ἐξάρνῳ γενέσθαι τὴν μαρτυρίαν, ὑμεῖς τε πολλοῖς καὶ καλοῖς κἀγαθοῖς ταῦτα μαρτυροῦσι πιστεύοιτε μᾶλλον. (22) Ξενοκλῆς τοίνυν Βήσαζε μὲν ἰὼν εἰς τὸ ἐργαστήριον τὸ ἡμέτερον εἰς τὰ ἔργα, οὐχ ἡγήσατο δεῖν τοῖς ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἐκεῖ ἐντυχοῦσι μάρτυσι χρῆσθαι περὶ τῆς ἐξαγωγῆς, ἀλλ' ἧκεν ἔχων ἐνθένδε Διόφαντον τὸν Σφήττιον μεθ' ἑαυτοῦ, ὃς ἔλεγε τὴν δίκην ὑπὲρ τούτου, καὶ Δωρόθεον τὸν Ἐλευσίνιον καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Φιλοχάρη καὶ ἄλλους πολλοὺς μάρτυρας, παρακεκληκὼς ἐνθένδε σταδίους ἐγγὺς τριακοσίους ἐκεῖσε· (23) περὶ δὲ τῆς ἐγγύης τῆς τήθης τῶν παίδων τῶν ἑαυτοῦ ἐν τῷ ἄστει ἐκμαρτυρίαν (ὥς φησι) ποιούμενος τῶν μὲν οἰκείων οὐδένα τῶν ἑαυτοῦ παρακεκληκὼς φαίνεται, Διονύσιον δὲ Ἐρχιέα καὶ Ἀριστόλοχον τὸν Αἰθαλίδην· μετὰ δυοῖν τούτοιν ἐν τῷ ἄστει αὐτοῦ τὴν ἐκμαρτυρίαν ποιήσασθαί φασιν οὗτοι. Τοιαῦτα μὲν τὰ τούτων· οἷς οὐδ' ἂν περὶ ὁτουοῦν πιστεύσειεν ἄλλου οὐδείς. (24) Ἴσως γὰρ ἦν νὴ Δία πάρεργον καὶ φαῦλον, περὶ οὗ τὴν ἐκμαρτυρίαν παρὰ τοῦ Πυρετίδου φασὶ ποιήσασθαι οὗτοι, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν ὀλιγωρηθῆναι ἦν τὸ πρᾶγμα. Καὶ πῶς; ὥστε περὶ αὐτοῦ τούτου ὁ ἀγὼν ἦν ὁ τῶν ψευ-

fuisse prostibulum, et constare jam aliorum nemini eam desponsam fuisse neque cohabitasse. Verum age excutiamus, unde suspicio nascatur fieri tamen potuisse ut ejusmodi mulier rite desponderetur, si nostro quoque avunculo contigisset hac in re humanum quid pati. (17) Usu enim nonnunquam venit ut adolescentes, quum talium mulierum amore exarsissent, sui haud compotes insania sua ad peccandum in se ipsos compellerentur. Unde igitur de his quid statuendum sit certius intelligatur, quam partim e testimoniis in actione superiori horum in causa dictis, partim ex indiciis probabilibus quæ ipsa res suppeditat? (18) Jam spectate impudentiam eorum quæ protulerunt. Nicodemus enim viro rem trium talentorum possidenti, uti ait, desponsurus sororem, comminiscitur unum solummodo testem, Pyretidem, sibi præsto fuisse. Et hujus rei testimonium absentis nomine scriptum exhibuere; quod ipse Pyretides suscipere recusat, negatque sibi constare horum quicquam verum esse. (19) Luculentum ego vero edam documentum, unde constet testimonium hoc manifesto ementitum esse: nostis enim vos omnes, quum res prævisas suscipiamus quibus testes adesse debent, tum solere nos advocare propinquissimos eosque quibus utamur quam familiarissime; subitarum autem rerum, quarum eventum præscire nemo possit, testes producere eos qui fortuito rei interfuerunt. (20) In ipsis testimoniis, ubi testes in judicum conspectum producimus, facere non possumus quin præsentes testes, quicunque tandem sunt, producamus; sin vero absentium propter morbum vel iter testimoniis uti aliquis velit, tum operam damus ut civium probatissimos quosque vobisque notissimos adhibeamus, (21) neque uno teste duobusve defungimur, sed quamplurimos corrogamus, quo et auctori testimonii postmodum negatum sit a se scripta rursus infitiari, et vos fidem hoc promptius habeatis quo testes et numero plures et fama atque dignitate meliores sint. (22) Xenocles quidem ubi Besam profectus est ad officinam metallicam, quæ ibi nobis est a Pyrrho relicta, uxoris nomine invadendam, non existimabat oportere se testibus eductionis uti quos fors esset objectura, sed in viam se dabat habens secum Diophantum Sphettium, eundem qui Xenoclis in superiore actione patronus fuit, et Dorotheum Eleusinium fratremque suum Philocharem multosque alios ad testandum convocatos, quos hinc illuc perduxit Xenocles per trecenta fere stadia: (23) super elocatione autem mulieris quæ liberis suis avia est, quum in urbe sibi dari curaret extestimonium, necessariorum suorum neminem advocasse deprehenditur, sed solummodo Dionysium Erchiensem et Aristolochum Æthalidem. Per hos duos Xenocles ejusque socii hic in urbe extestimonium sibi procurasse dicunt. Hujusmodi sunt eorum mores; quibus nemo facile ulla alia in re fidem adhibeat. (24) At medius fidius leve quid erat atque frivolum id, cujus causa extestimonium a Pyretide hi poscebant, ut mirandum nil sit ab eo rem istam tanta cum socordia actam esse? Atqui levis hæc res qui, quæso, erit ei, cui in hoc ipso verteretur cardo certaminis

δομαρτυριῶν, ὃν Ξενοκλῆς ἔφευγεν, ἢ ἐξ ἑταίρας ἢ ἐξ ἐγγυητῆς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα εἶναι. Εἶτα ἐπὶ ταύτην ἂν τὴν μαρτυρίαν, εἰ ἦν ἀληθής, οὐκ ἂν ἅπαντας τοὺς οἰκείους τοὺς ἑαυτοῦ παρακαλεῖν ἐκεῖνος ἠξίωσεν; (25) Ναὶ μὰ Δία, ὥς ἔγωγε ᾤμην, εἴ γε ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα. Οὐ τοίνυν φαίνεται, ἀλλ' ὁ μὲν Ξενοκλῆς πρὸς τοὺς ἐπιτυχόντας δύο ἐκμαρτυρησάμενος τὴν μαρτυρίαν ταύτην, Νικόδημος δὲ οὗτος ἕνα μόνον μάρτυρα παρακαλέσας μεθ' ἑαυτοῦ τῷ τὸν τριτάλαντον οἶκον κεκτημένῳ ἐγγυῆσαί φησι τὴν ἀδελφήν. (26) Καὶ οὗτος μὲν τὸν Πυρετίδην μόνον, οὐχ ὁμολογοῦντα, προσεποιήσατο μετὰ αὑτοῦ παραγενέσθαι· ὑπὸ δὲ τοῦ ἐγγυήσασθαι μέλλοντος τὴν τοιαύτην Λυσιμένης καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Χαίρων καὶ Πυλάδης, φασὶ παρακληθέντες τῇ ἐγγύῃ παραγενέσθαι, καὶ ταῦτα θεῖοι ὄντες τῷ ἐγγυωμένῳ. (27) Ὑμέτερον οὖν ἔργον σκέψασθαι νῦν, εἰ δοκεῖ πιστὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ μὲν γὰρ νομίζω, ἐκ τῶν εἰκότων σκοπούμενος, πολὺ ἂν μᾶλλον τὸν Πύρρον πάντας ἂν τοὺς οἰκείους βούλεσθαι λεληθέναι, εἴ τι παρεσκευάζετο ὁμολογεῖν ἢ πράττειν ἀνάξιον τῶν αὑτοῦ, ἢ παρακαλέσαι μάρτυρας τοὺς θείους τοὺς ἑαυτοῦ ἐπὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον.

28. Ἔτι δὲ καὶ περὶ ἐκείνου θαυμάζω, εἰ μηδεμίαν προῖκα μήθ' ὁ διδοὺς μήθ' ὁ λαμβάνων διωμολογήσαντο ἕξειν ἐπὶ τῇ γυναικί. Τοῦτο μὲν γὰρ εἴ τινα ἐδίδου, εἰκὸς ἦν καὶ τὴν δοθεῖσαν ὑπὸ τῶν παραγενέσθαι φασκόντων μαρτυρεῖσθαι· τοῦτο δ' εἰ δι' ἐπιθυμίαν τὴν ἐγγύην ὁ θεῖος ἡμῶν ἐποιεῖτο τῆς τοιαύτης γυναικός, δῆλον ὅτι κἂν ἀργύριον πολλῷ μᾶλλον ὁ ἐγγυῶν διωμολογήσατο ἔχειν αὐτὸν ἐπὶ τῇ γυναικί, ἵνα μὴ ἐπ' ἐκείνῳ γένοιτο ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι, ὁπότε βούλοιτο, τῆς γυναικός· (29) καὶ μάρτυράς γε πολλῷ πλείους τὸν ἐγγυῶντα παρακαλεῖν ἢ τὸν ἐγγυώμενον τὴν τοιαύτην· οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν ἀγνοεῖ ὅτι ὀλίγα διαμένειν εἴωθε τῶν τοιούτων. Ὁ μὲν τοίνυν ἐγγυῆσαι φάσκων μετὰ ἑνὸς
41 μάρτυρος καὶ ἄνευ ὁμολογίας προικὸς εἰς τὸν τριτάλαντον οἶκον ἐγγυῆσαί φησι τὴν ἀδελφήν· οἱ δὲ θεῖοι τῷ ἀδελφιδῷ ἄπροικον τὴν τοιαύτην ἐγγυωμένῳ μεμαρτυρήκασι παραγενέσθαι.

30. Καὶ οἱ αὐτοὶ θεῖοι οὗτοι ἐν τῇ δεκάτῃ τῆς θυγατρὸς ἀποφανθείσης εἶναι ὑπὸ τοῦ ἀδελφιδοῦ κληθέντες μεμαρτυρήκασι παραγενέσθαι. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ δεινῶς ἀγανακτῶ, ὅτι ὁ μὲν ἀνὴρ λαγχάνων ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῆς αὑτοῦ τοῦ κλήρου τοῦ πατρῴου Φίλην ὄνομα εἶναι ἐγράψατο τῇ γυναικί, οἱ δὲ τοῦ Πύρρου θεῖοι ἐν τῇ δεκάτῃ φάσκοντες παραγενέσθαι τὸ τῆς τήθης ὄνομα Κλειταρέτην τὸν πατέρα ἐμαρτύρησαν θέσθαι αὐτῇ. (31) Θαυμάζω οὖν εἰ ὁ ἀνὴρ ὁ συνοικῶν πλείω ἢ ὀκτὼ ἔτη ἤδη μὴ ᾔδει τοὔνομα τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. Εἶτα οὐδὲ παρὰ τῶν αὑτοῦ μαρτύρων πρότερον ἐδυνήθη πυθέσθαι, οὐδ' ἡ μήτηρ τῆς γυναικὸς τὸ τῆς θυγατρὸς ὄνομα τῆς αὐτῆς ἐν χρόνῳ τοσούτῳ ἔφρασεν αὐτῷ, οὐδ' ὁ θεῖος αὐτός, Νικόδημος, (32) ἀλλ' ἀντὶ τοῦ τῆς τήθης ὀνόματος, εἴ τις ᾔδει τοῦθ' ὑπὸ τοῦ πατρὸς κείμενον

ejus, quod de falso testimonio certandum fuit, utrum uxor sua e scorto nata an e matre familias suscepta esset? Itane vero ad testimonium hac de re, si verum fuisset, non amicos atque familiares omnes advocasset? (25) Utique, ita me deus amet, vere factum id si fuisset, quod ii factum aiunt. Atqui non ita rem habere apparet; nam Xenocles quidem extestimonium sibi dari curavit coram duobus solummodo testibus fortuito oblatis, Nicodemus autem, id agens ut sororem viro substantiam habenti tribus talentis parem elocasse probaret, non habuit secum nisi unum solummodo testem advocatum. (26) Et Nicodemus quidem se solum Pyretidem secum habuisse commentus est; Pyretides enim ipse factum infitiatur; ab eo autem viro, qui ejusmodi mulierem sibi desponderi curaret, advocatos se sponsalibus interfuisse aiunt Lysimenes et fratres ejus, Chæron et Pylades. Hoc aiunt hi, qui despondendi avunculi essent. (27) Jam vestrum est, judices, dispicere commentum hoc utrum sit credibile. Nam ego equidem autumo, ex eo colligens quod consentaneum est fieri, si Pyrrhus sibi proposuisset aliquid aut spondere aut agere quod genere ipsius esset indignum, multo eum magis operam fuisse daturum ut id insciis necessariis omnibus faceret, quam voluisse avunculos ad errorem tam fœdum contestandum advocare.

28. Præterea hoc quoque miror, cur de dote nullum pactum intercesserit neque a parte dantis neque a parte accipientis. Sive enim Nicodemus dotem Pyrrho dedit, consentaneum erat ut, qui testes se sponsalibus aiunt interfuisse, hi iidem quoque testarentur illam dotem Pyrrho in manus datam fuisse: sin autem cupiditate mulieris accensus avunculus noster passus esset indotatam sibi desponderi talem mulierem, paret Nicodemum multo etiam magis operam daturum fuisse ut Pyrrhus coram testibus affirmaret se dotem pro muliere accepisse atque sic caveret, ne facile ei esset mulierem, si quando luberet, a se ablegare; (29) multo etiam plures tum testes despondens adhibuisset quam is qui sibi talem mulierem desponderi curaret. Nemo enim vestrûm ignorat, ejusmodi connubia utplurimum mox dissolvi. Et nihilominus tamen Nicodemus, sororem a se desponsam aiens, viro substantiam habenti tribus talentis æquiparabilem ait eam despondisse uno tantum cum teste et sine pactione dotis; et avunculi aiunt se interfuisse sponsalibus iis quibus suus ex sorore nepos mulierem talem sibi curasset indotatam desponderi.

30. Testati præterea quoque sunt hi iidem Pyrrhi avunculi se advocatos a nepote affuisse die nominali filiæ, quæ ei nata esse perhibebatur. Hic vero loci gravissime indignor, quod maritus quidem uxoris nomine litem instituens de hereditate Pyrrhi veluti de patrimonio uxoris in libello accusatorio uxoris suæ Philæ nomen ediderit; avunculi autem Pyrrhi, qui die nominali affuisse testati sint, eam a patre ex aviæ nomine Clitaretam appellatam fuisse. (32) Miror itaque qui factum sit ut maritus, octavum jam in annum uxorem domi habens, verum ejus nomen ignorarit, et neque a testibus suis id ante hunc diem didicerit, neque socrus ei filiæ suæ nomen intra tam longinquum tempus prodiderit, et ne ipse quidem avunculus Nicodemus, (33) sed pro aviæ nomine — si revera nomen aviæ mulieri fuit unquam impositum — maritus uxori suæ nomen Philæ

ταύτῃ, Φίλην ὁ ἀνὴρ ὄνομα ἐπεγράψατο εἶναι αὐτῇ, καὶ ταῦτα λαγχάνων αὐτῇ τοῦ κλήρου τοῦ πατρῴου. Τίνος ἕνεκα; ἢ ἵνα καὶ τοῦ τῆς τήθης ὀνόματος τοῦ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τεθέντος ἄκληρον ὁ ἀνὴρ καταστήσειεν εἶναι τὴν αὐτοῦ γυναῖκα; (33) Ἆρά γε οὐχὶ δῆλον, ὦ ἄνδρες, ὅτι ἃ πάλαι οὗτοι μαρτυροῦσι γενέσθαι, πολλῷ πλέον τῆς λήξεως τοῦ κλήρου σύγκειται αὐτοῖς; Οὐ γὰρ ἄν ποτε οἱ μὲν εἰς τὴν δεκάτην (ὥς φασι) κληθέντες τῆς τοῦ Πύρρου θυγατρός, ἀδελφιδῆς δὲ τούτου, ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ἥτις ἦν ποτε, ἀκριβῶς εἰς τὸ δικαστήριον ἧκον μεμνημένοι ὅτι Κλειταρέτην ὁ πατὴρ ἐν τῇ δεκάτῃ ὠνόμηνεν, (34) οἱ δ' οἰκειότατοι τῶν ἁπάντων, ὁ πατὴρ καὶ ὁ θεῖος καὶ ἡ μήτηρ οὐκ ἂν ᾔδει τὸ ὄνομα τῆς θυγατρός, ὥς φασι, τῆς αὐτοῦ. Πολύ γε μάλιστ' ἄν, εἰ ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ὕστερον ἐγχωρήσει εἰπεῖν.

35. Περὶ δὲ τῆς τούτου μαρτυρίας οὐ χαλεπὸν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν νόμων ἐστὶ γνῶναι ὅτι φαίνεται περιφανῶς τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκὼς οὗτος. Ὅπου γάρ, ἐάν τίς τι ἀτίμητον δῷ ἕνεκα τοῦ γάμου, ἐὰν ἀπολίπῃ ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα ἢ ἐὰν ὁ ἀνὴρ ἐκπέμψῃ τὴν γυναῖκα, οὐκ ἔξεστι πράξασθαι τῷ δόντι ὃ μὴ ἐν προικὶ τιμήσας ἔδωκεν, ἦ που ὅστις γέ φησιν ἄνευ ὁμολογίας προικὸς τὴν ἀδελφὴν ἐγγυῆσαι, περιφανῶς ἀναίσχυντος ὢν ἐλέγχεται. (36) Τί γὰρ ἔμελλεν ὄφελος εἶναι αὐτῷ τῆς ἐγγύης, εἰ ἐπὶ τῷ ἐγγυησαμένῳ ἐκπέμψαι ὁπότε βούλοιτο τὴν γυναῖκα ἦν; Ἦν δ' ἂν ἐπ' ἐκείνῳ, ὦ ἄνδρες, δῆλον ὅτι, εἰ μηδεμίαν προῖκα διωμολογήσατο ἕξειν ἐπ' αὐτῇ. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις ἂν Νικόδημος ἐνεγύησε τῷ ἡμετέρῳ θείῳ τὴν ἀδελφήν; καὶ ταῦτα εἰδὼς τὸν ἅπαντα χρόνον ἄτοκον οὖσαν αὐτήν, καὶ τῆς ὁμολογηθείσης προικὸς ἐκ τῶν νόμων γινομένης εἰς αὐτόν, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ; (37) Ἆρ' οὖν δοκεῖ τῷ ὑμῶν ὀλιγώρως οὕτως ἔχειν χρημάτων Νικόδημος, ὥστε παραλιπεῖν ἄν τι τῶν τοιούτων; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ νομίζω. Εἶτα παρὰ τούτου ὁ ἡμέτερος θεῖος ἠξίωσεν ἂν ἐγγυήσασθαι τὴν ἀδελφήν, ὃς αὐτὸς ξενίας φεύγων ὑπὸ ἑνὸς τῶν φρατόρων ὧν φησιν αὐτοῦ εἶναι, παρὰ τέτταρας ψήφους μετέσχε τῆς πόλεως; Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀναγίνωσκε τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

38. Οὗτος τοίνυν τῷ ἡμετέρῳ θείῳ ἄπροικον τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ μεμαρτύρηκεν ἐγγυῆσαι, καὶ ταῦτα τῆς προικὸς εἰς αὐτὸν γινομένης, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ πρὶν γενέσθαι παῖδας αὐτῇ. Λαβὲ δὴ καὶ ἀνάγνωθι τοὺς νόμους τουσδὶ αὐτοῖς.

ΝΟΜΟΙ.

39. Δοκεῖ ἂν ὑμῖν οὕτως ὀλιγώρως ἔχειν χρημάτων Νικόδημος, ὥστε, εἰ ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα, οὐκ ἂν σφόδρα διακριβώσασθαι περὶ τῶν ἑαυτῷ συμφερόντων; Ναὶ μὰ Δία, ὡς ἔγωγ' οἶμαι, ἐπεὶ καὶ οἱ ἐπὶ παλλακίᾳ διδόντες τὰς ἑαυτῶν πάντες πρότερον διομολογοῦνται

curarit in tabulis publicis scribi, idque in sortitione litis super hereditate bonorum paternorum. Quid ita? ipsone adeo aviæ nomine a patre imposito uxorem privatum ibat ipse maritus? (33) Non jam liquet, judices, quæ hi dudum ante evenisse aiunt, ea multum post institutam hereditatis petitionem commentos esse? Neque enim credibile est, ut testes quidem ad diem nominalem convocati, ut aiunt, nominis quod Pyrrhi filiæ et Nicodemi neptidi a patre inditum est, ab illo inde die, quicunque fuit, tam probe memores in judicium convenirent; (34) qui autem omnium eidem sunt propinquissimi, pater et avunculus et mater ipsa, nomen ignoraverint filiæ quam pro Pyrrhi filia venditant. Imo vero hi omnium certissime nomen mulieris tenebant. Verum de his etiam postea dicendi erit locus.

35. De hujus autem Nicodemi testimonio difficile non est ex ipsis adeo legibus colligere, id manifesto falsum esse dictum. Ubi enim, quidquid in dote non æstimatum tu alteri nuptiarum ergo dederis, id tibi postmodum repetere non licet, si forte fiat ut aut uxor sponte sua maritum deserat, aut maritus eam domo expellat: quanto ille magis arguitur esse hominum impudentissimus qui aiat, quum sororem elocaret, tum se nil curasse de dote sibi caveri! (36) Ecquid enim tibi profuisset sororem despondisse, si commisisses ut, cui tu eam despondisses, in ejus fuisset arbitrio illam rursus pro lubitu quandocunque repudiare? Hoc autem constat fuisse in Pyrrhi arbitrio futurum, si ei cum Nicodemo de dote nil convenisset. In hanccine legem existimandus est Nicodemus sororem avunculo nostro despondisse? præsertim qui sciret eam ex eorum quibuscum consuevisset nullo peperisse, legesque nosset ipsi dotem adjudicare cum marito compromissam, si contingeret ut mulier sine prole decederet? (37) Estne quisquam, cui Nicodemus tam lucri contemptor esse videatur, ut hujusmodi pactionum ullam prætereat? Mihi quidem non videtur. Itane vero noster avunculus ab eo dignatus fuisset sororem sibi uxorem petere, qui actione peregrinitatis ab uno quodam eorum phratorum, quibus ipse sese arrogat, exagitatus, quattuor solummodo suffragiis debeat quod civis nunc sit? Quod ut constet vere a me dici, recita tu hoc testimonium.

TESTIMONIUM.

38. Hic igitur testatus est Nicodemum avunculo nostro indotatam sororem suam tradidisse, idque quum ipsi dos ex jure deberetur, si soror ejus absque prole decederet. Recita tu hanc quoque nostri juris e codice legum particulam.

LEGES.

39. Videturne vobis Nicodemus ad emolumenta tam segnis fuisse, ut, si vera res esset, non summa cum diligentia suis fuisset commodis prospecturus? Ego quidem medius fidius arbitror. Nam etiam qui ad pellicatum mulieres elocant, omnes caveri sibi curant de emolumentis quorum

περὶ τῶν δοθησομένων ταῖς παλλακαῖς· Νικόδημος δὲ
42 ἐγγυᾶν μέλλων, ὥς φησι, τὴν ἀδελφὴν τὴν αὑτοῦ μόνον τὸ κατὰ τοὺς νόμους ἐγγυῆσαι διεπράξατο; ὃς ἐπ' ὀλίγῳ ἀργυρίῳ, οὗ ἐπιθυμῶν λέγει πρὸς ὑμᾶς, σφόδρα βούλεται πονηρὸς εἶναι;

40. Περὶ μὲν οὖν τῆς τούτου πονηρίας καὶ σιωπῶντος ἐμοῦ οἱ πολλοὶ γινώσκουσιν ὑμῶν, ὥστε οὐκ ἀπορῶ γε μαρτύρων, ὅταν τι λέγω περὶ αὐτοῦ· βούλομαι δὲ πρῶτον ἐκ τῶν τοιῶνδε ἐξελέγξαι τοῦτον ἀναισχυντότατον τῇ μαρτυρίᾳ ὄντα ταύτῃ. Φέρε γάρ, ὦ Νικόδημε, εἰ ᾔσθα ἐγγεγυηκὼς τῷ Πύρρῳ τὴν ἀδελφὴν καὶ εἰ ᾔδεις ἐξ αὐτῆς θυγατέρα γνησίαν καταλειπομένην, πῶς ἐπέτρεψας τῷ ἡμετέρῳ ἀδελφῷ ἐπιδικάσασθαι τοῦ κλήρου ἄνευ τῆς γνησίας θυγατρός, ἣν φῂς τῷ ἡμετέρῳ θείῳ καταλειφθῆναι; (41) ἢ οὐκ ᾔδεις ἐν τῇ ἐπιδικασίᾳ τοῦ κλήρου νόθην καθισταμένην τὴν ἀδελφιδῆν τὴν σαυτοῦ; Ὁπότε γάρ τις ἐπεδικάζετο τοῦ κλήρου, νόθην τὴν θυγατέρα τοῦ καταλιπόντος τὸν κλῆρον καθίστη. (42) Ἔτι δὲ πρότερον ὁ Πύρρος ὁ ποιησάμενος τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν υἱὸν αὑτῷ· οὔτε γὰρ διαθέσθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν ἔξεστι τῶν ἑαυτοῦ ἄνευ τῶν θυγατέρων, ἐάν τις καταλιπὼν γνησίας τελευτᾷ. Γνώσεσθε δὲ αὐτῶν ἀκούσαντες τῶν νόμων ἀναγινωσκομένων. Ἀναγίνωσκε τούσδε αὐτοῖς.

NOMOI.

43. Δοκεῖ ἂν ὑμῖν ὁ μεμαρτυρηκὼς ἐγγυῆσαι ἐπιτρέψαι ἄν τι τούτων γίγνεσθαι, καὶ οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦ κλήρου τῇ λήξει, ἣν ὁ Ἔνδιος λαχὼν ἐπεδικάζετο, ἀμφισβητῆσαι ἂν ὑπὲρ τῆς ἀδελφιδῆς τῆς ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἂν διαμαρτυρῆσαι μὴ ἐπίδικον τῷ Ἐνδίῳ τὸν ἐκείνης πατρῷον κλῆρον εἶναι; Ἀλλὰ μὴν ὥς γε ἐπεδικάσατο ὁ ἡμέτερος ἀδελφὸς τοῦ κλήρου καὶ οὐκ ἠμφισβήτησεν οὐδεὶς ἐκείνῳ, ἀναγίνωσκε τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

44. Γενομένης τοίνυν τῆς ἐπιδικασίας ταύτης οὐκ ἐτόλμησεν ἀμφισβητῆσαι τοῦ κλήρου Νικόδημος, οὐδὲ διαμαρτυρῆσαι τὴν ἀδελφιδῆν τὴν ἑαυτοῦ γνησίαν θυγατέρα Πύρρῳ καταλειφθῆναι.

45. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐπιδικασίας ἔχοι ἄν τις ψεῦδος προφασίσασθαι πρὸς ὑμᾶς· ἢ γὰρ λαθεῖν σφᾶς προσποιήσαιτ' ἂν οὗτος, ἢ καὶ ψεύδεσθαι αἰτιῷτ' ἂν ἡμᾶς. Τοῦτο μὲν οὖν παρῶμεν· ἐπειδὴ δὲ τῷ Ξενοκλεῖ ἐνεγύα ὁ Ἔνδιος τὴν ἀδελφιδῆν σου, ἐπέτρεψας ἄν, ὦ Νικόδημε, τὴν ἐκ τῆς ἐγγυητῆς τῷ Πύρρῳ γεγενημένην ὡς ἐξ ἑταίρας ἐκείνῳ οὖσαν ἐγγυᾶσθαι; (46) Καὶ οὐκ ἂν εἰσήγγελλες πρὸς τὸν ἄρχοντα κακοῦσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ εἰσποιήτου οὕτως ὑβριζομένην καὶ ἄκληρον τῶν ἑαυτῆς πατρῴων καθισταμένην, ἄλλως τε καὶ μόνων τούτων τῶν δικῶν ἀκινδύνων τοῖς διώκουσιν οὐσῶν καὶ ἐξὸν τῷ βουλομένῳ βοηθεῖν ταῖς ἐπικλήροις; (47) Οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔπεστιν, οὐδ' ἐὰν οὐδὲ μίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγείλαντες

fructum sperare debeat ejusmodi pellex ? Nicodemus autem in sorore, ut ait, despondenda, hoc unum scilicet spectaverit ut legitime eam desponderet? illene, qui minuti æris causa, cujus cupiditate forenses causas actitat, nequam esse haud veretur?

40. Verum etsi nequitia hujus hominis, me vel tacente, plerisque vestrûm ita perspecta est, ut mihi de eo quippiam eloquenti testes non sint defuturi; juvat tamen ante omnia summam ejus in dicendo falso testimonio impudentiam hisce argumentis denudare. Dic, sodes, Nicodeme, sororem si tu Pyrrho legitime despondisti ex eaque nosti filiam illi rite natam, cur passus es fratrem nostrum hereditatem Pyrrhi a judicibus petere eamque illi adjudicari, præterita filia quam tu ais ab avunculo nostro relictam? (41) An te fugiebat per hanc ipsam hereditatis adjudicationem filiam e sorore tua natam declarari spuriam? Nam profecto frater noster illa petenda et impetranda nil aliud fecit, quam ut filiam, quæ se fert ejus a quo hereditas relicta fuit, spuriam declararet. (42) Verum dudum ante idem fecerat ipse quoque Pyrrhus eo quod fratrem nostrum pro filio adoptavit: quibus enim filiæ sint legitime quæsitæ, eorum nulli per leges licet neque filium instituere neque bonorum partem alicui legare nisi cum filiabus. Id quod vos ipsi e legibus intelligetis, quum recitatas audieritis. Recita tu illis hasce.

LEGES.

43. Videturne jam vobis Nicodemus ille qui testatus sit a se sororem Pyrrho desponsam esse, fratri nostro permissurus fuisse ut eorum quicquam ageret? Annon potius Endio hereditatem petente intercessisset pro sua ex sorore nepte obnuntiando jus Endio nullum esse hereditatem petendi superstite filia legitima cui soli bona paterna debeantur? Quo autem certi sitis, Endium, fratrem nostrum, hereditatem Pyrrhi sibi legitime adjudicari curasse nemine controversiam obmovente, recita tu hoc testimonium.

TESTIMONIUM.

44. Nicodemus itaque non ausus est neque controversiam hereditatis commovere, neque testimonium interponere, quod filia legitime suscepta supersit a Pyrrho relicta.

45. Et de adjudicatione quidem hereditatis possit aliquis vos, judices, commentitiis excusationibus ludificari: causatus enim fuerit se eam ignorasse, vel etiam nos mendacii incusarit. Verum transmittamus hunc locum. Xenocli autem quum Endius filiam tuæ sororis in manus daret, fuissesne tu unquam, Nicodeme, permissurus, ut ea pro spuria desponderetur, quæ e legitima uxore Pyrrho nata esset? (46) Annon potius actione intronuntiationis fuisses usus, ad archontem denuncians, mulierem, cujus in jure sit hereditas ei a patre relicta, a filio adoptato contumeliose haberi, qui eam hereditate paterna denudatum eat? præsertim quum actionum omnium hoc unum genus sit in quo actores discrimen damni accipiendi nullum adeant, et volenti cuique liceat filiabus succurrere, si quæ sine fratribus cum patrimonio relictæ fuerint. (47) Nam neque mulctæ luendæ locus est in hujusmodi ad archontem denuntiationibus, ne si quidem prorsus nullum suffragium denun-

μεταλάβωσιν, οὔτε πρυτανεῖα οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν· ἀλλὰ τοῖς μὲν διώκουσιν ἀκινδύνως εἰσαγγέλλειν ἔξεστι, τῷ βουλομένῳ, τοῖς δ' ἁλισκομένοις αἱ ἔσχαται τιμωρίαι ἐπὶ ταῖς εἰσαγγελίαις ἔπεισιν. (48) Ἔπειτα εἰ ἦν ἐξ ἐγγυητῆς ἡ τούτου ἀδελφιδῆ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ γεγενημένη, ἐπέτρεψεν ἂν Νικόδημος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν αὐτὴν ἐγγυᾶσθαι; καὶ γενομένων αὐτῶν οὐκ ἂν εἰσήγγελλε πρὸς τὸν ἄρχοντα ὑβρίζεσθαι τὴν ἐπίκληρον ὑπὸ τοῦ οὕτως ἐγγυήσαντος αὐτήν; Καὶ εἰ ἦν ἀληθῆ ἃ νυνὶ τετόλμηκας μαρτυρῆσαι, παραχρῆμα εὐθὺς τότε ἐτιμωρήσω ἂν τὸν ἀδικοῦντα, ἢ καὶ ταῦτα λαθεῖν σεαυτὸν προσποιήσει; (49) Ἔπειτ' οὐδ' ἐκ τῆς ἐπιδοθείσης αὐτῇ προικὸς ᾔσθου; Ὥστε καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ἀγανακτήσαντι δήπου σοι εἰσαγγεῖλαι τὸν Ἔνδιον προσῆκεν, εἰ αὐτὸς μὲν τριτάλαντον οἶκον ἔχειν ἠξίου ὡς προσῆκον αὐτῷ, τῇ δὲ γνησίᾳ οὔσῃ τρισχιλίας δραχμὰς προῖκα ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι ἠξίωσεν ἄλλῳ. Εἶτ' ἐπὶ τούτοις οὐκ ἀγανακτήσας εἰσήγγειλεν ἂν τὸν Ἔνδιον οὗτος; ναὶ μὰ Δία, εἴ γ' ἦν ἀληθὲς τὸ πρᾶγμα. (50) Οἶμαι δὲ οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνον οὐδ' ἄλλον δὴ τῶν εἰσποιήτων οὐδένα οὕτως εὐήθη οὐδ' ἂν
43 ὀλίγωρον τῶν νόμων τῶν κειμένων γίνεσθαι, ὥσθ' ὑπαρχούσης γνησίας θυγατρὸς τῷ τὸν κλῆρον καταλιπόντι ἑτέρῳ δοῦναι ταύτην ἀνθ' ἑαυτοῦ. Ἀκριβῶς γὰρ ᾔδει διότι τοῖς γε ἐκ τῆς γνησίας θυγατρὸς παισὶ γεγονόσιν ἁπάντων τῶν παππῴων κληρονομία προσήκει. Εἶτα εἰδὼς ἄν τις ταῦτα ἑτέρῳ παραδοίη τὰ αὑτοῦ, καὶ ταῦτα τηλικαῦτα ὄντα ὅσων ἠμφισβήτησαν οὗτοι; (51) Δοκεῖ δ' ἄν τις ὑμῖν οὕτως ἀναιδὴς ἢ τολμηρὸς εἰσποίητος γενέσθαι, ὥστε μηδὲ τὸ δέκατον μέρος ἐπιδοὺς ἐκδοῦναι τῇ γνησίᾳ θυγατρὶ τῶν πατρῴων; Γενομένων δὲ τούτων δοκεῖ ἂν ὑμῖν ὁ θεῖος ἐπιτρέψαι, ὁ ἐγγυῆσαι μεμαρτυρηκὼς αὐτῆς τὴν μητέρα; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ νομίζω, ἀλλὰ καὶ ἠμφισβήτησεν ἂν τοῦ κλήρου καὶ διεμαρτύρησε καὶ εἰσήγγειλεν ἂν πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ ἄλλο εἴ τι ἦν ἰσχυρότερον τούτων, ἅπαντ' ἂν διεπράξατο. (52) Ὁ μὲν τοίνυν Ἔνδιος ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν ἐνεγύησεν, ἥν φησιν ἀδελφιδῆν Νικόδημος εἶναι αὑτῷ· οὗτος δὲ οὔτε τῷ Ἐνδίῳ τοῦ Πύρρου κλήρου ἀμφισβητῆσαι ἠξίωσεν, οὔτ' ἐγγυήσαντα τὴν ἀδελφιδῆν ὡς οὖσαν ἐξ ἑταίρας εἰσαγγεῖλαι πρὸς τὸν ἄρχοντα ἠξίωσεν, οὔτ' ἐπὶ τῇ δοθείσῃ προικὶ αὐτῇ ἠγανάκτησεν οὐδέν, ἀλλὰ πάντα ταῦτα εἴασε γενέσθαι. Οἱ δὲ νόμοι περὶ ἁπάντων διορίζουσι τούτων. (53) Ἀναγνώσεται οὖν πρῶτον ὑμῖν τὴν περὶ τῆς ἐπιδικασίας τοῦ κλήρου μαρτυρίαν πάλιν, ἔπειτα τὴν περὶ τῆς ἐγγυήσεως τῆς γυναικός. Ἀναγίνωσκε αὐτοῖς.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

Ἀνάγνωθι δὴ καὶ τοὺς νόμους.

ΝΟΜΟΙ.

Λαβὲ δὴ καὶ τὴν τούτου μαρτυρίαν.

tiatores abstulerint, neque sportulæ solvuntur neque sacramentum deponitur; sed actori quidem, quicunque esse vult, sine ullo periculo denuntiandi potestas est, reos autem condemnatos extremæ manent pœnæ in hujusmodi causis præscriptæ. (48) Jam igitur si e legitima uxore neptis hujus suscepta esset, num passurus Nicodemus fuisset eam quasi e meretrice natam desponderi? Et si acta res jam esset, nonne apud archontem actionem instituisset de injuria, quam mulier, unica paternorum heres bonorum, accepisset ab isto eam modo despondente? Porro vera si fuissent ista, quæ tu nunc ausus es pro testimonio affirmare, utrum tu tunc statim, recente adhuc injuria, auctorem ejus ultum isses, an etiam ista Endium aies clam et inscio te patrasse? Annon ex ipsa dote, quam Endius spuriæ suæ sorori addebat, rem odorabaris? (49) Debuisses propter hoc ipsum concepta indignatione Endium apud archontem denuntiare, si ipse quidem substantiam tribus talentis æquiparabilem possidere postularet, filiam vero patris sui adoptivi legitimam alii cuipiam cum addita dote ter mille drachmarum solummodo elocandam censeret. Et Nicodemus hoc æquo tulisset animo? non Endium detulisset? Fecisset profecto, ita me deus amet, si, quod ait, verum id fuisset. (50) Quid? quod ne videtur quidem mihi unquam neque Endius neque ullus alius filius adoptatus tam tardus legumque contemptor fuisse in rep. obtinentium, ut, si pater adoptivus una cum hereditate filiam reliquisset legitime natam, non ipse eam domum duceret, sed alii cuipiam nuptui elocaret. Probe enim norat Endius liberorum ab filia legitima procreatorum universam aliquando futuram esse avitam hereditatem. Itane vero quisquam hujus rei gnarus, alii cuiquam bona sua sciens traderet, præsertim tam ampla, atque hæc sunt bona super quibus hi nobiscum contendunt? (51) Videturne vobis ullus filius adoptatus tam fore impudens, ut filiam sui patris legitimam alii elocaret cum dote ne decimam quidem partem paternæ hereditatis exæquante? Aut, si factum tamen id fuisset, videturne vobis illius mulieris avunculus id fieri passurus fuisse, is qui matrem puellæ despondisse asseveravit? Mihi quidem Nicodemus non videtur æquo id animo laturus, sed potius contentionem super hereditate exorsurus et obtestationem interpositurus et indicaturus rem archonti, et, aliud si quod superfuisset telum adhuc acrius, eo usurus fuisse videtur. (52) Jam Endius quidem mulierem, quam Nicodemus e sorore natam ait, ut e meretrice susceptam elocavit; hic Nicodemus autem neque cum Endio de Pyrrhi hereditate contendere ausus est neque Endium apud archontem deferendum censuit, quanquam is Nicodemi neptem pro spuria e scorto nata elocasset, neque dotis mediocritatem ægre se ferre significavit, sed illa omnia fieri æquo animo passus est. Atqui leges de his omnibus diligenter definiunt. (53) Recitabit jam scriba vobis primo quidem loco iterum testimonium de hereditatis adjudicatione, deinde vero de mulieris elocatione. Recita tu ipsis.

TESTIMONIA.

Recita leges quoque.

LEGES.

Cape jam hoc hujus quoque [Nicodemi] testimonium.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

54. Πῶς οὖν ἄν τις σαφέστερον ἐξελέγχοι ψευδομαρτυριῶν διώκων ἢ ἔκ τε τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς τούτοις ἐπιδεικνύων καὶ ἐκ τῶν νόμων ἁπάντων τῶν ἡμετέρων;

Περὶ μὲν οὖν τούτου σχεδὸν εἴρηται τὰ πολλά· σκέψασθε δὲ καὶ περὶ τοῦ ἔχοντος τὴν ἀδελφιδῆν τὴν τούτου γυναῖκα, ἐὰν ἄρα τι γένηται καὶ ἐκ τούτου τεκμήριον ὡς ἔστι ψευδῆ τὰ μεμαρτυρημένα Νικοδήμῳ. (55) Ὡς μὲν οὖν ἐνεγυήσατο καὶ ἔλαβεν ὡς οὖσαν ἐξ ἑταίρας τὴν γυναῖκα, ἐπιδέδεικται καὶ μεμαρτύρηται· ὡς δ' ἀληθὴς ἡ μαρτυρία ἐστὶν αὕτη, ὁ Ξενοκλῆς αὐτὸς ἔργῳ οὐκ ὀλίγον χρόνον ἤδη ἀληθῆ ταῦτα μεμαρτύρηκε. Δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ μὴ ἐνεγεγύητο παρὰ τοῦ Ἐνδίου ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν τὴν γυναῖκα, ὄντων αὐτῷ παίδων ἤδη τηλικούτων ἐκ τῆς γυναικός, ζῶντι ἂν τῷ Ἐνδίῳ ἠμφισβήτησεν ὑπὲρ τῆς γνησίας θυγατρὸς τῶν πατρῴων, (56) ἄλλως τε καὶ παρεσκευασμένος μὴ ὁμολογεῖν τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν τῷ Πύρρῳ γενέσθαι· ὡς δὴ οὐχ ὁμολογῶν πως ἐπεσκήπτετο τοῖς μεμαρτυρηκόσιν ἐπὶ τῇ διαθήκῃ τοῦ Πύρρου παραγενέσθαι. Καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὴν μαρτυρίαν τὴν μαρτυρηθεῖσαν. Ἀναγίνωσκε αὐτοῖς.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

57. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνό γε δῆλον, ὡς οὐχ ὁμολογοῦσι τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἂν ὑπερβάντες τὸν τελευταῖον τοῦ οἴκου γεγενημένον κληρονόμον ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τοῦ Πύρρου κλήρου λαχεῖν τὴν λῆξιν ἠξίωσαν οὗτοι. Ὁ μὲν γὰρ Πύρρος πλείω ἢ εἴκοσιν ἔτη τετελεύτηκεν ἤδη, ὁ δὲ Ἔνδιος τοῦ Μεταγειτνιῶνος μηνὸς πέρυσιν, ἐν ᾧ ἔλαχον τοῦ κλήρου τὴν λῆξιν τρίτῃ ἡμέρᾳ εὐθέως οὗτοι. (58) Ὁ δὲ νόμος πέντε ἐτῶν κελεύει δικάσασθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος. Οὐκοῦν δυοῖν τὰ ἕτερα προσῆκε τῇ γυναικί, ἢ ζῶντι τῷ Ἐνδίῳ ἀμφισβητῆσαι τῶν πατρῴων, ἢ ἐπειδὴ τετελευτηκὼς ἦν ὁ εἰσποίητος, τῶν τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἐπιδικασίαν ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ εἰ, ὥς φασιν οὗτοι, ἠγγυήκει αὐτὴν τῷ Ξενοκλεῖ ὡς γνησίαν ἀδελφὴν οὖσαν αὐτοῦ. (59) Ἀκριβῶς γὰρ ἐπιστάμεθα πάντες ὅτι ἀδελφῶν μὲν κλήρων ἐπιδικασία πᾶσίν ἐστιν ἡμῖν, ὅτῳ δὲ γόνῳ γεγόνασι γνήσιοι παῖδες, οὐδενὶ ἐπιδικάζεσθαι τῶν πατρῴων προσήκει. Καὶ περὶ τούτων οὐδένα λόγον λεχθῆναι δεῖ· ἅπαντες γὰρ ὑμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται ἀνεπίδικα ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρῷα. (60) Οὗτοι τοίνυν εἰς τοῦτο τόλμης ἀφιγμένοι εἰσίν, ὥστε τῷ μὲν εἰσποιήτῳ οὐχ ἔφασαν ἐπιδικάσασθαι προσήκειν τῶν δοθέντων, τῇ δὲ Φίλῃ, ἥν φασι θυγατέρα γνησίαν τῷ Πύρρῳ καταλελεῖφθαι, λαχεῖν τοῦ κλήρου τοῦ πατρῴου τὴν λῆξιν ἠξίωσαν. Καίτοι (ὅπερ εἶπον καὶ πρότερον) ὅσοι μὲν ἂν καταλίπωσι γνησίους παῖδας ἐξ αὑτῶν, οὐ προσήκει τοῖς παισὶν ἐπιδικάσασθαι τῶν πατρῴων· ὅσοι δὲ δια-

TESTIMONIUM.

54. Quomodo jam quis, actione de falso dicto testimonio aliquem persequens, evidentius reum arguat, quam si illum et ex ipsis rebus gestis et ex universo vestro jure civili mendacii convincat?

Exsecutus itaque quum jam sim eorum pleraque quæ de Nicodemo dicenda habebam, Xenoclem quoque spectate, qui neptem hujus uxorem habet, num ex illo quoque indicium sit, unde constet dictum a Nicodemo testimonium falsum fuisse. (55) Xenoclem itaque uxorem ut e meretrice natam desponderi sibi sivisse et accepisse, patet ex argumentis et ex testimonio, cujus de veritate Xenocles ipse per tempus haud modicum rebus ipsis testatus est. Patet enim, nisi Xenocles uxorem sibi ut spuriam ab Endio desponderi sivisset, operam eum fuisse daturum quum liberi ei jam essent ex illa uxore suscepti jam adulti, ut Endio adhuc superstiti controversiam moveret de filia legitima ut sola herede bonorum patris, (56) præsertim qui paratus esset Endii adoptationem a Pyrrho unquam factam infitiari : utique, quo eam infitiaretur, exceptionem falsitatis opposuit iis qui testati fuerant se interfuisse quum Pyrrhus testamentum conderet. Quæ a me vera dici, recitabit scriba vobis testimonium ab iis quos dico perhibitum. Recita ipsis.

TESTIMONIUM.

57. Atqui etiam ex hoc patet hos non agnoscere factam fuisse Endii a Pyrrho adoptationem. Nam alias non transeuntes heredem postremum, Endium, hereditatem ut paternam sive a Pyrrho Philæ relictam, sed ut fraternam pro muliere postularent. Plus enim quam viginti anni ab excessu Pyrrhi exierunt, Endius autem anno superiori demum mense Metagitnione exspiravit; quo facto, protinus tertio die post cœperunt veniam in jure petere hereditatem Pyrrhi adeundi. (58) Atqui lex præcipit, ut petens hereditatem alicujus intra quinquennium ab ejus excessu eam petat. Conveniebat itaque mulieri alterutrum facere, aut cum superstite adhuc Endio de patrimonio contendere, aut Endio exstincto hereditatem ejus petere; præsertim si verum fuit, quod hi præ se ferunt, eam ab Endio pro legitima sorore Xenocli desponsam et in manus traditam fuisse. (59) Novimus enim probe nos omnes, nobis omnibus licere fratrum hereditates in jure petere; quibus autem natu liberi sint, eorum bona in jure petere nemini prorsus licere. Horum de bonis controversiæ locus omnino nullus est : omnes enim, et vos et reliqui cives, patrum patrimonia tenent incontestabilia. (60) Et nihilominus tamen hi tam sunt audaces, ut dicant adoptato quidem filio haud convenisse ut sibi per testamentum donata in jure peteret confirmari, pro Phila autem, quam aiunt a Pyrrho filiam genuinam esse relictam, se recte contentionem super hereditate paterna capessere. Atqui (prout paulo ante docebam) quicunque liberos legitimos reliquerint, eorum liberi haud tenentur bona paterna in jure petere : si qui autem per testamentum

θήκαις αὐτοῖς εἰσποιοῦνται, τούτοις ἐπιδικάζεσθαι προσήκει τῶν δοθέντων. (61) Τοῖς μὲν γάρ, ὅτι γόνῳ γεγόνασιν, οὐδεὶς ἂν δήπου ἀμφισβητήσειε περὶ τῶν πατρῴων· πρὸς δὲ τοὺς εἰσποιήτους ἅπαντες οἱ κατὰ γένος προσήκοντες ἀμφισβητεῖν ἀξιοῦσιν. Ἵνα οὖν μὴ παρὰ τοῦ ἐντυχόντος τῶν κλήρων αἱ λήξεις τοῖς ἀμφισβητεῖν βουλομένοις γίγνωνται, καὶ μὴ ὡς ἐρήμων τῶν κλήρων ἐπιδικάζεσθαί τινες τολμῶσι, τούτου ἕνεκα τὰς ἐπιδικασίας οἱ εἰσποίητοι πάντες ποιοῦνται. (62) Μηδεὶς οὖν ὑμῶν ἡγείσθω, εἰ ἐνόμιζε γνησίαν εἶναι τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Ξενοκλῆς, λαχεῖν ἂν ὑπὲρ αὐτῆς τὴν λῆξιν τοῦ κλήρου τοῦ πατρῴου, ἀλλ' ἐβάδιζεν ἂν ἡ γνησία εἰς τὰ ἑαυτῆς πατρῷα, καὶ εἴ τις αὐτὴν ἀφῃρεῖτο ἢ ἐβιάζετο, ἐξῆγεν ἂν ἐκ τῶν πατρῴων, καὶ οὐκ ἂν ἰδίας μόνον δίκας ἔφευγεν ὁ βιαζόμενος, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ εἰσαγγελθεὶς εἰς τὸν ἄρχοντα ἐκινδύνευεν ἂν περὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης τῆς ἑαυτοῦ. (63) Ἔτι δ' ἂν πρότερον τοῦ Ξενοκλέους οἱ τοῦ Πύρρου θεῖοι, εἰ ᾔδεσαν γνησίαν θυγατέρα τῷ ἑαυτῶν ἀδελφιδῷ καταλειπομένην καὶ ἡμῶν μηδένα λαμβάνειν ἐθέλοντα αὐτήν, οὐκ ἄν ποτε ἐπέτρεψαν Ξενοκλέα, τὸν μηδαμόθεν μηδὲν γένει προσήκοντα Πύρρῳ, λαβόντα ἔχειν τὴν κατὰ γένος προσήκουσαν αὐτοῖς γυναῖκα. (64) Ἦ δεινόν γ' ἂν εἴη. Τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκδοθείσας καὶ συνοικούσας ἀνδράσι γυναῖκας (περὶ ὧν τίς ἂν ἄμεινον ἢ ὁ πατὴρ βουλεύσαιτο;) — καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἂν ὁ πατὴρ αὐτῶν τελευτήσῃ μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει, καὶ πολλοὶ συνοικοῦντες ἤδη ἀφῄρηνται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας· (65) εἶτα τὰς μὲν ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκδοθείσας διὰ τὸν νόμον ἐξ ἀνάγκης ἐπιδίκους εἶναι προσήκει· Ξενοκλεῖ δὲ ἄν τις τόδ' ἐπέτρεψε τῶν τοῦ Πύρρου θείων, εἰ ἦν γνησία θυγάτηρ ἐκείνῳ καταλειπομένη, λαβόντα ἔχειν τὴν κατὰ γένος προσήκουσαν αὐτοῖς γυναῖκα, καὶ τοσαύτης οὐσίας τοῦτον καταστῆναι κληρονόμον ἀνθ' ἑαυτῶν; (66) Μὴ νομίσητε ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων μισεῖ τὸ λυσιτελοῦν, οὐδὲ περὶ πλείονος τοὺς ἀλλοτρίους ἑαυτοῦ ποιεῖται. Ἐὰν οὖν προφασίζωνται διὰ τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν γυναῖκα, καὶ διὰ ταῦτα μὴ φῶσιν ἀμφισβητῆσαι αὐτῆς, πρῶτον μὲν ἐκεῖνα αὐτοὺς ἐρέσθαι χρή, εἰ ὁμολογοῦντες τὴν τοῦ Ἐνδίου ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι ἐπεσκημμένοι εἰσὶ τοῖς μεμαρτυρηκόσι ταῦτα, (67) εἶτα παρελθόντες τὸν τελευταῖον τοῦ οἴκου γεγενημένον κληρονόμον τοῦ Πύρρου κλήρου τὴν λῆξιν λαχεῖν ἠξίωσαν παρὰ τὸν νόμον. Πρὸς δὲ τούτοις ἐκεῖνο αὐτοὺς ἔρεσθε, εἴ τις τῶν γνησίων αὐτοῦ ἐπιδικάζεσθαι ἀξιοῖ. Ταῦτα πρὸς τὴν ἀναίδειαν αὐτῶν πυνθάνεσθε. Ὡς δ' ἦν ἐπίδικος ἡ γυνή, εἴ περ γνησία καταλειφθείη, ἐκ τῶν νόμων σαφέστατα μαθεῖν ἔστι τοῦτο. (68) Ὁ γὰρ νόμος διαρρήδην λέγει ἐξεῖναι διαθέσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ τις τὰ αὑτοῦ, ἐὰν μὴ παῖδας γνησίους καταλίπῃ ἄρρενας· ἂν δὲ θηλείας καταλίπῃ, σὺν ταύταις. Οὐκοῦν μετὰ τῶν θυγατέρων ἔστι δοῦναι καὶ διαθέσθαι τὰ αὑτοῦ· ἄνευ δὲ τῶν γνη-

adoptati fuerint, illos oportet operam dare ut bona sibi legata a judicibus adjudicentur. (61) Illis enim, quia natu liberi sunt, nemo facile controversiam de bonis paternis moverit; cum adoptatis autem cognati omnes jus contendendi habere postulant. Super hereditatibus itaque ne a quocunque contendere volente lites moverentur, et ne essent qui hereditates veluti desolatas sibi peterent adjudicari, propterea dant adoptati omnes operam ut sibi legata formula juris adjudicentur. (62) Nemo jam vestrûm existimet Xenoclem, si putasset uxorem suam legitime natam esse, pro ea super hereditate ipsius paterna contentionem fuisse suscepturum. Nil minus. Filia legitime nata si fuisset, tacita in bona paterna immigrasset, eaque si quis illi adimere per vim conatus esset, e suis eum ejecisset, homoque ejusmodi violentiam ausus non privatas solummodo lites haberet decertandas, verum etiam apud archontem reus agi posset ceu turbator pacis publicæ et in discrimen incurreret amittendi capitis fortunarumque omnium. (63) Adde, quod Pyrrhi avunculi, si scissent a sororis suæ filio filiam genuinam esse relictam, et nostrûm neminem illam mulierem in matrimonium ducere velle, profecto non permisissent Xenocli ut, qui nullo pacto Pyrrhum cognatione attingeret, illam mulierem secum cognatam sibi præriperet. (64) Gravis utique res foret. Nam leges edicunt ut mulieres ab ipsis patribus elocatæ et jam in matrimonio degentes (de quibus quis melius filiæ quam pater consulat?), ut vel sic elocatæ, inquam, quum pater earum decesserit, nulla prole mascula legitima relicta, proximis genere in matrimonium a judicibus adjudicentur; et profecto complures jam sic uxoribus mulctati sunt, quibuscum jamdudum cohabitassent. (65) Igitur quum quæ ab ipsis patribus elocatæ sunt, lege controversiæ eas necessario esse obnoxias oporteat, Xenocli tamen avunculorum Pyrrhi unus aliquis permisisset et uxorem domum ducere sibi ipsi convenientem, si Pyrrhus filiam genuinam reliquisset, tantamque substantiam ipse sibi denegasset, Xenocli tribuisset? (66) Nolite illos tam stultos existimare. Nemo lucrum facile aversatur, nec alienos sibi præfert. Quodsi ergo prætextu utentur hoc, ut aiant propter adoptationem Endii controversiæ mulierem haud fuisse obnoxiam, et idcirco de ea obtinenda in jure contendere se negent voluisse, primum hoc debebitis eos interrogare, quum factam a Pyrrho Endii fateantur adoptationem, cur tamen oppugnent eos testes qui Endium a Pyrrho adoptatum fuisse testati sunt? (67) deinde, quum præterissent eum qui bonorum a Pyrrho relictorum postremus possessor et heres fuisset, cur tamen contra formulam juris hereditatem in jure petere nunc demum incipiant? Denique eos interrogate, num quis legitimus postulet de jure in bona sua immitti? Has quæstiones opponite vos eorum impudentiæ. Philam autem controversiæ utique obnoxiam fuisse, si quidem legitime nata fuerit, id vero licet e legibus quam evidentissime cernere. (68) Lex enim expressis verbis ita præcipit, qui prolem masculam nullam relinquat, ei licere bona sua per testamentum cuicunque velit legare: sin autem idem filias relinquat, ita valituram esse voluntatem patris, ut, qui hereditatem ejus adeat, is una quoque filiam in matrimonium ducat. Licet ergo alicui bona sua legare, si una cum bonis filiam quoque eidem deleget pater: non licet autem

σίων θυγατέρων οὐχ οἷόν τε οὔτε ποιήσασθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν τῶν ἑαυτοῦ. (69) Οὐκοῦν εἰ μὲν ἄνευ τῆς γνησίας θυγατρὸς τὸν Ἔνδιον Πύρρος ἐποιεῖτο υἱὸν αὑτῷ, ἄκυρος ἂν ἦν αὐτοῦ ἡ ποίησις κατὰ τὸν νόμον· εἰ δὲ τὴν θυγατέρα ἐδίδου καὶ ἐπὶ τούτῳ ποιησάμενος κατέλιπε, πῶς ἂν ὑμεῖς ἐπετρέψατε ἐπιδικάζεσθαι, τὼ τοῦ Πύρρου θείω, τὸν Ἔνδιον τοῦ Πύρρου κλήρου ἄνευ τῆς γνησίας θυγατρός, εἰ ἦν ἐκείνῳ, ἄλλως τε εἰ καὶ ἐμαρτυρήσατε ὡς ἐπέσκηψεν ὑμῖν ὁ ἀδελφιδοῦς ἐπιμελεῖσθαι τούτου τοῦ παιδίου; (70) Ἀλλ' ὦ 'γαθέ, τοῦτο μὲν καὶ λαθεῖν φήσαιτ' ἂν ὑμᾶς· ὅτε δ' ἐνεγύα καὶ ἐξεδίδου ὁ Ἔνδιος τὴν γυναῖκα, ἐπετρέπετε ὑμεῖς οἱ θεῖοι τὴν τοῦ ἀδελφιδοῦ τοῦ ὑμετέρου αὐτῶν ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν ἐκείνῳ ἐγγυᾶσθαι, ἄλλως τε καὶ παραγενέσθαι φάσκοντες, ὅτε ὁ ἀδελφιδοῦς ὑμῶν ἐνεγυᾶτο τὴν μητέρα τὴν ταύτης κατὰ νόμους ἕξειν γυναῖκα, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇ δεκάτῃ τῇ ταύτης κληθέντες συνεστιᾶσθαι; (71) Πρὸς δὲ τούτοις (τουτὶ γὰρ τὸ δεινόν ἐστιν) ἐπισκῆψαι φάσκοντες ὑμῖν τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπιμελεῖσθαι τούτου τοῦ παιδίου, οὕτως ἐπεμελήθητε ὥστ' ἐᾶσαι ὡς ἐξ ἑταίρας οὖσαν αὐτὴν ἐγγυᾶσθαι, ἄλλως τε καὶ ἔχουσαν τοὔνομα τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἀδελφῆς, ὡς ἐμαρτυρεῖτε;

72. Ἐκ τοίνυν τούτων, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ῥᾴδιόν ἐστι γνῶναι ὅσον ἀναισχυντότατοι ἀνθρώπων εἰσὶν οὗτοι. Τίνος γὰρ ἕνεκα, εἰ ἦν γνησία θυγάτηρ τῷ ἡμετέρῳ θείῳ καταλειπομένη, ποιησάμενος ὁ θεῖος κατέλιπε τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν υἱὸν ἑαυτῷ; πότερον ὅτι προσήκοντες αὐτῷ ἐγγυτέρω γένους ἡμῶν ἦσαν ἄλλοι, οὓς βουλόμενος τὴν ἐπιδικασίαν τῆς θυγατρὸς ἀποστερῆσαι, ἐποιεῖτο τὸν ἀδελφὸν υἱὸν αὑτῷ; Ἀλλ' οὔτε ἐγένετο οὔτ' ἔστι, μὴ γενομένων δὲ παίδων γνησίων ἐκείνῳ, ἐγγυτέρω ἡμῶν οὐδὲ εἷς· ἀδελφὸς μὲν γὰρ οὐκ ἦν αὐτῷ οὐδ' ἀδελφοῦ παῖδες, ἐκ δὲ τῆς ἀδελφῆς ἡμεῖς ἦμεν αὐτῷ. (73) Ἀλλὰ νὴ Δία ἄλλον τινὰ ποιησάμενος τῶν συγγενῶν ἔδωκεν ἂν ἔχειν τὸν κλῆρον καὶ τὴν θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ; Καὶ τί αὐτὸν ἔδει καταφανῶς καὶ ὁτῳοῦν ἀπεχθέσθαι τῶν οἰκείων, ἐξόν, εἴπερ ἦν ἐγγεγυημένος τὴν ἀδελφὴν τὴν Νικοδήμου, τὴν θυγατέρα τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν εἶναι εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγαγόντι ὡς οὖσαν γνησίαν ἑαυτῷ, ἐπὶ ἅπαντι τῷ κλήρῳ ἐπίδικον καταλιπεῖν αὐτήν, καὶ ἐπισκῆψαι τῶν γιγνομένων τῆς θυγατρὸς παίδων εἰσαγαγεῖν υἱὸν ἑαυτῷ; (74) Δῆλον μὲν γὰρ ὅτι ἐπίκληρον καταλιπὼν ἀκριβῶς ἂν ᾔδει ὅτι δυοῖν θάτερον ἔμελλεν ὑπάρχειν αὐτῇ· ἢ γὰρ ἡμῶν τινα τῶν ἐγγύτατα γένους ἐπιδικασάμενον ἕξειν γυναῖκα, ἢ εἰ μηδεὶς ἡμῶν ἐβούλετο λαμβάνειν, τῶν θείων τινὰ τούτων τῶν μαρτυρούντων, εἰ δὲ μή, τῶν ἄλλων τινὰ συγγενῶν τὸν αὐτὸν τρόπον περὶ πάσης τῆς οὐσίας ἐπιδικασάμενον κατὰ τοὺς νόμους ἕξειν ταύτην γυναῖκα. (75) Οὐκοῦν ἐκ μὲν τοῦ τὴν θυγατέρα εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγαγεῖν καὶ μὴ ποιήσασθαι τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν υἱὸν αὑτῷ, ταῦτ' ἂν διεπράξατο· ἐκ δὲ τοῦ τοῦτον μὲν ποιήσασθαι, τὴν δὲ μὴ εἰσαγαγεῖν, τὴν μὲν νόθην, ὥσπερ αὐτῷ προσῆκε, καὶ

filiarum legitime natarum ratione nulla habita aliquem adoptare eique bona sua legare. (69) Quodsi ergo Pyrrhus legitima filia præterita Endium adoptavit, lex illam adoptationem illegitimam declaravit : sin autem Endio filiam dedit eaque conditione adoptatum in bonis Endium reliquit, cur passi vos duo estis, qui Pyrrhi essetis avunculi, ut Endius bona Pyrrhi a judicibus sibi curaret attribui, tametsi prætensam illam Pyrrhi filiam in matrimonium haud duceret? præsertim testati quum sitis ipsi Pyrrhum, sororis vestræ filium, ipsum vobis demandasse ut hujus natæ suæ curam haberetis? (70) At agite, o boni, excusabitis forsitan obliviositatem vestram; at Endius tamen quum mulierem desponderet atque elocaret, cur tum vos permisistis mulieri, ut tacita et nil contra hiscens se pateretur pro spuria Pyrrhi desponderi, vos qui Pyrrhi avunculi essetis? præsertim quum ipsi aiatis vos affuisse tum, quum Pyrrhus matrem hujus mulieris ut legitimam uxorem sibi curaret despondendam, et præterea iis epulis vos aiatis invitatos interfuisse, quæ die hujus filiæ nominali celebratæ fuissent; (71) denique (id quod deterrimum est) ipsi quum aiatis Pyrrhum morientem demandasse, curam hujus puellæ ut velletis habere, tam probe consuluistis ei ut pateremini eam pro spuria desponderi, præsertim quæ sororis vestræ nomen gereret, ut ipsi testimonio affirmastis.

72. Ex his itaque a me dictis et ex tota causa facile perspectu cuique est, quam impudentissimi sint hi homines. Avunculus enim noster si filiam rite sibi natam reliquisset, ecquo fratrem nostrum pro filio adoptato in bonis reliquisset? Ideone, quod alii essent necessitudine propiores quam nos, quos ille volens facultate filiam suam in jure petendi excludere, fratrem nostrum adoptasset? At neque fuit unquam filia ejusmodi, neque est. Liberis itaque nullis ingenuis ab eo relictis, nemo illi propior est quam nos sumus; nam neque frater illi fuit neque nepotes ex fratre, sed nos sumus ex ejus sorore nati. (73) Atque tamen medius fidius Pyrrhus alium e cognatis si adoptasset, una cum hereditate filiam quoque ei dedisset habendam pro uxore? Ecquid, inquam, oportebat Pyrrhum ita palam quemcunque tandem cognatorum offendere? cui licebat, si revera Nicodemi sororem sibi curasset desponderi, filiam, quæ ex ea nata fertur esse, in phratoras inducere ut ex se legitime natam, et virginem heredem universæ substantiæ relinquere, ea lege ut proximus cognatus eam sibi a judicibus curaret adjudicandam, et e nepotibus, si qui ex filia nascerentur, unus aliquis sibi institueretur filii loco. (74) Constat enim eum, si filiam heredem reliquisset, certissime cognitum habuisse alterutrum horum esse eventurum, ut aut nostrûm, qui cognatione sumus proximi, quisquam filiam illam suam uxorem haberet sibi a judicibus adjudicatam, aut, si nostrûm quisquam eam ducere recusaret, ut horum avunculorum suorum alter, qui nunc testimonia præstant, aut reliquorum cognatorum quisquam pari modo, petita in jure universa hereditate, eam uxorem haberet. (75) Hæc ille perfecturus erat, si filiam in phratoras induxisset fratremque meum pro filio haud adoptasset : eo autem quod fratrem meum adoptavit, illam vero in phratoras non induxit, hanc quidem pro spuria, id quod eum decebat quoque facere, fratrem vero

ἄκληρον κατέστησε, τὸν δὲ κληρονόμον κατέλιπε τῶν ἑαυτοῦ. (76) Ἀλλὰ μὴν ὥς γε οὔτε γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖος ἡμῶν, οὔτε τὴν θυγατέρα, ἥν φασι γνησίαν αὐτῷ εἶναι οὗτοι, εἰσαγαγεῖν εἰς τοὺς φράτορας ἠξίωσε, καὶ ταῦτα νόμου ὄντος αὐτοῖς, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὴν τῶν φρατόρων τῶν ἐκείνου μαρτυρίαν. Ἀναγίνωσκε· σὺ δ' ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

Λαβὲ δὲ καὶ ὡς ἐποιήσατο τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν υἱὸν αὐτῷ.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

77. Εἶτα ὑμεῖς τὴν Νικοδήμου μαρτυρίαν τῶν αὐτοῦ τοῦ θείου ἐκμαρτυριῶν πιστοτέραν ἡγήσεσθε εἶναι, καὶ τὴν οὕτω κοινὴν τοῖς βουλομένοις γεγενημένην, ταύτην ἐπιχειρήσει τις ὑμᾶς πείθειν ὅτι ἐγγυητὴν γυναῖκα ὁ ἡμέτερος θεῖος ἔσχεν; (78) Ἀλλ' ὑμεῖς, ὡς ἔγωγ' οἶμαι, οὐ πιστεύσετε, ἐὰν μὴ ἀποφαίνῃ ὑμῖν, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον τοῦ λόγου, πρῶτον μὲν ἐπὶ τίνι προικὶ οὗτος ἐγγυῆσαι τῷ Πύρρῳ φησὶ τὴν ἀδελφήν, ἔπειτα πρὸς ὁποῖον ἄρχοντα ἡ ἐγγυητὴ γυνὴ ἀπέλιπε τὸν ἄνδρα ἢ τὸν οἶκον αὐτοῦ, εἶτα παρ' ὅτου ἐκομίσατο τὴν προῖκα αὐτῆς, ἐπειδὴ τετελευτηκὼς ἦν ᾧ φησιν αὐτὴν ἐγγυῆσαι· ἢ εἰ ἀπαιτῶν μὴ ἐδύνατο κομίσασθαι ἐν εἴκοσιν ἔτεσιν, ὁποίαν δίκην σίτου ἢ τῆς προικὸς αὐτῆς ὑπὲρ τῆς ἐγγυητῆς γυναικὸς ἐδικάσατο τῷ ἔχοντι τὸν Πύρρου κλῆρον οὗτος. (79) Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐπιδειξάτω ὅτῳ πρότερον ἢ ὕστερον ἐνεγύησεν οὗτος τὴν ἀδελφήν, ἢ εἰ ἐξ ἄλλου τινὸς γεγενημένοι εἰσὶ παῖδες αὐτῇ. Ταῦτα οὖν ἀξιοῦτε πυνθάνεσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς τοῖς φράτορσι γαμηλίας μὴ ἀμνημονεῖτε. Οὐ γὰρ τῶν ἐλαχίστων πρὸς τὴν τούτου μαρτυρίαν τεκμήριόν ἐστι τοῦτο. Δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ ἐπείσθη ἐγγυήσασθαι, ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς φράτορσιν εἰσενεγκεῖν καὶ εἰσαγαγεῖν τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν θυγατέρα ὡς γνησίαν οὖσαν αὐτῷ. (80) Καὶ ἐν τῷ δήμῳ κεκτημένος τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ θεσμοφόρια ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα ὅσα προσῆκε λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης. Οὐ τοίνυν φανεῖται οὐδὲν τούτων γεγενημένον οὐδεπώποτε. Οἱ μὲν οὖν φράτορες μεμαρτυρήκασιν ὑμῖν· λαβὲ δὲ καὶ τὴν τῶν δημοτῶν τῶν ἐκείνου μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

meum heredem bonorum suorum declaravit. (76) Quod autem avunculus noster neque sacrificium neque epulum nuptiale intulerit neque in phratoras induxerit filiam, quam hi aiunt ei legitime natam esse, quanquam apud phratoras obtinet hic ritus, his de rebus ut vobis constet, recitabit vobis scriba testimonium phratorum qui olim avunculo nostro fuerunt. Recita tu : tu autem inhibe aquam.

TESTIMONIUM.

Cape hoc quoque testimonium, docens illud, ab avunculo fratrem meum adoptatum esse.

TESTIMONIUM.

77. Vosne jam, judices, testimonio Nicodemi majorem fidem, quam avunculi nostri extestimoniis habebitis? Jam quisquam persuadere vobis conetur, quæ mulier volenti cuique patuerit, eam avunculo nostro uxorem fuisse legitimam? (78) Atqui vos, ut opinor, hoc non credetis, nisi planum fecerit id, quod initio hujus orationis urgebam, primum hoc, cujusnam sub dotis conditione Nicodemus Pyrrho sororem suam desponderit; deinde apud quemnam archontem mulier denuntiaverit se domo mariti ultro excessisse; post a quonam Nicodemus dotem sororis recuperarit post excessum ejus, cui se ait illam spopondisse; aut, si dotem quum reposceret recuperare non potuerit, quamnam intra viginti annos actionem de dandis alimentis vel de dote reddenda in eum intenderit qui Pyrrhi hereditatem possedit. (79) Præterea doceto Nicodemus, num alii cuipiam sororem suam desponderit sive antea sive etiam post, item num ab illa muliere adhuc alii liberi aliis nati fuerint. Hæc vobis ex illo percontanda esse existimate, neque obliviscimini de victima nuptiali in phratoras illata interrogare. Argumentum enim hoc est non levissimum adversus Nicodemi testimonium. Planum enim est si Pyrrhus induci potuerit ut mulierem hanc pro uxore legitima sibi sineret desponderi, passurum quoque eum fuisse se adduci ut pro ea victimam nuptialem in phratoras inferret, item ut filiam, quæ ex illa muliere ipsi nata proditur, induceret pro filia sibi legitime nata; (80) denique, quum substantiam tria talenta valentem haberet, si Pyrrhus revera illam pro legitima uxore habuisset, etiam in pago ejus nomine matronas in Thesmophoriis epulis excipere aliaque nonnulla in pago suo pro matrefamilias, præsertim e re tam ampla, peragere munia debebat. Atqui horum omnium nihil factum esse constat. Phratores jam testimonium dixerunt. Accipite jam testimonia paganorum quoque qui Pyrrho quondam fuerunt.

TESTIMONIUM.

IV.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ ΚΛΗΡΟΥ ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Νικοστράτου ἐν ὑπερορίᾳ τελευτήσαντος, Ἅγνων καὶ Ἁγνόθεος ὡς ὄντες ἀνεψιοὶ ἐκ πατραδέλφου ἀμφισβητοῦσι τοῦ κλήρου πρὸς Χαριάδην, φάσκοντα κληρονόμον αὐτοῦ εἶναι κατὰ δόσιν, ὅ ἐστι κατὰ διαθήκας. Ἰσαῖος οὖν ὁ ῥήτωρ, ὡς συγγενὴς ὢν τῶν περὶ τὸν Ἅγνωνα, λέγει συνηγορῶν αὐτοῖς. Ἡ στάσις στοχασμός.

Ἐπιτήδειοί μοι τυγχάνουσιν, ὦ ἄνδρες, ὄντες Ἅγνων τε οὑτοσὶ καὶ Ἁγνόθεος, καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν ἔτι πρότερον. Εἰκὸς οὖν μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνειπεῖν αὐτοῖς.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ πραχθέντων οὔτε μάρτυρας ἐξευρεῖν οἷόν τε, οὔτε τοὺς ἀντιδίκους, ἐάν τι ψεύδωνται, ἐλέγχειν ῥᾴδιον, διὰ τὸ μηδέτερον τούτων ἐκεῖσε ἀφῖχθαι· τὰ δὲ ἐνθάδε συμβεβηκότα δοκεῖ μοι ὑμῖν ἱκανὰ γενέσθαι ἂν τεκμήρια, ὅτι ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν δόσιν τῶν Νικοστράτου ἀμφισβητοῦντες ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς βούλονται. (2) Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐπιγραφῆς ἄξιόν ἐστιν ἐξετάσαι, καὶ σκέψασθαι ὁπότεροι ἁπλούστερον καὶ κατὰ φύσιν μᾶλλον τὰς λήξεις ἐποιήσαντο. Ἅγνων μὲν γὰρ οὑτοσὶ καὶ Ἁγνόθεος Θρασυμάχου ἐπεγράψαντο τὸν Νικόστρατον, καὶ ἑαυτοὺς ἐκείνῳ ἀνεψιοὺς ἀποφαίνουσι, καὶ τούτων μάρτυρας παρέχονται· (3) Χαριάδης δὲ καὶ οἱ συνδικοῦντες αὐτῷ Σμίκρου μὲν πατρὸς εἶναί φασι τὸν Νικόστρατον, ἀμφισβητοῦσι δὲ τοῦ Θρασυμάχου υἱοῦ κλήρου. Καὶ οἵδε μὲν οὐδὲν προσποιοῦνται ἐκείνου τοῦ ὀνόματος οὔτε γινώσκειν οὔτε προσήκειν αὑτοῖς· φασὶ μὲν οὖν εἶναι Θρασυμάχου Νικόστρατον, τούτου δὲ ὁμοίως τῆς οὐσίας ἀμφισβητοῦσι. (4) Καὶ εἰ μὲν τὸ ὄνομα πατρόθεν τὸ αὐτὸ ὡμολόγουν εἶναι τοῦ Νικοστράτου, περὶ δὲ τοῦ κλήρου μόνου διεφέροντο, οὐδὲν ἂν ἔδει ὑμᾶς σκέψασθαι ἀλλ' εἴ τι διέθετο ἐκεῖνος ὁ Νικόστρατος, ὃν ἀμφότεροι ὡμολόγουν· νῦν δὲ πῶς οἷόν τε τῷ ἀνδρὶ δύο πατέρας ἐπιγράψασθαι; τοῦτο γὰρ Χαριάδης πεποίηκεν· αὐτός τε γὰρ ἔλαχε τοῦ Σμίκρου Νικοστράτου, τούτοις δὲ τοῦ Θρασυμάχου λαχοῦσι παρακατέβαλεν ὡς τὸν αὐτὸν ὄντα. (5) Ἔστι μὲν οὖν ἅπαντα ταῦτα ἐπήρεια καὶ παρασκευή. Ἡγοῦνται γὰρ τούτους, ἁπλοῦ μὲν ὄντος τοῦ πράγματος καὶ μη-
47 δεμιᾶς αὐτοῖς ταραχῆς ἐγγιγνομένης, οὐ χαλεπῶς ἐπιδείξειν ὅτι οὐδὲν Νικόστρατος διέθετο· ἐὰν δὲ μὴ τὸν πατέρα τὸν αὐτὸν εἶναι φῶσι, τοῦ δὲ κλήρου μηδὲν ἧττον ἀμφισβητῶσιν, ἀκριβῶς ἴσασιν ὅτι πλείονι λόγῳ εἰπεῖν τουτουσὶ δεήσει ὡς Νικόστρατος Θρασυμάχου ἦν ἢ ὡς οὐδὲν διέθετο. (6) Ἔτι δὲ καὶ ὁμολογοῦντες Θρασυμάχου μὲν εἶναι τὸν Νικόστρατον οὐχ ἂν εἶχον ἐξελέγξαι τούσδε ὡς οὐχ εἰσὶν ἐκείνῳ ἀνεψιοί· ἄλλον δὲ πατέρα τῷ τεθνεῶτι κατασκευάζοντες οὐ μόνον περὶ

IV.

DE NICOSTRATI HEREDITATE EPILOGUS.

ARGUMENTUM.

Mortuo in expeditione apud exteros Nicostrato, Hagnon et Hagnotheus consobrini patrueles contendunt de hereditate cum Chariade, se heredem illius donatione profitente, per testamentum. Isæus itaque orator, utpote consanguineus Hagnonis, orans patrocinatur illis. Lis est controversialis.

Hagnon hic, o judices, Hagnotheusque familiariter me utuntur, et jam antea pater eorum quoque me pariter usus fuit. Quocirca consentaneum esse mihi videtur, me causam eorum quam potero diligentissime agere.

Foris itaque gestorum extra ditionem Atticam neque testes possunt inveniri, neque, si quid adversarii de iis mentiuntur, facile est eos coarguere, quia fratrum quos modo nominabam neuter illuc profectus est [ubi Nicostratus exspiravit] : quæ autem hic evenere, satis ea mihi videntur idonea essa documenta e quibus constet, quicunque ex titulo donationis hereditatem Nicostrati petunt, eos omnes hoc agere ut vobis imponant. (2) Ante omnia itaque, judices, nomen quæri par est quod in tabulis petitoriis utrinque editum est, et dijudicari utri simplicius atque rei naturæ convenientius hereditatem petierint. Hagnon scilicet hic atque Hagnotheus apud archontem professi sunt hereditatem abs se peti Nicostrati ejus qui filius Thrasymachi fuisset, consobrinosque se ejus esse, testesque hujus rei exhibent : (3) Chariades autem ejusque advocati Nicostratum qui Smicri filius esset nominarunt, et nihilominus hereditatem ejus Nicostrati, qui Thrasymachi filius fuit, prætendunt ad se pertinere. Et hi quidem, Hagnon atque Hagnotheus, nomen illud ad se quicquam facere notumque ipsis esse negant; dicunt igitur Thrasymachi filium esse Nicostratum; hujus vero de hereditate perinde contendunt. (4) Jam si nomen Nicostrati a patre idem utrique faterentur, et de hereditate solummodo differrent, hac una de re vos oporteret disceptare quidnam in testamento constituisset ille Nicostratus, de quo homine ambæ partes consentirent : jam vero qui licet eidem homini duos patres imputare? Id enim fecit Chariades, qui, hereditatem petens ejus Nicostrati qui filius Smicri fuit, adversus hos tamen deposito contendit sacramento, qui hereditatem petunt a Nicostrato Thrasymachi filio relictam; quasi Smicrus et Thrasymachus idem homo fuissent. (5) Mera quidem hæc est malitia et machinatio. Existimant enim, causam si sinant simplicem manere nihilque turbelæ ei immisceant, difficile his non futurum ut planum faciant a Nicostrato testamentum scriptum prorsus nullum esse : sin autem patrem Nicostrati non eundem edentes hereditatem nihilominus petant, certi sunt fore ut hi verborum plus conterant in docendo Nicostratum Thrasymachi filium fuisse, quam in eo, Nicostratum testamentum nullum scripsisse. (6) Præterea si Nicostratum confiterentur Thrasymachi filium esse, non possent hoc arguere consobrinos hos illius non esse : quum autem defuncto patrem

τῶν διαθηκῶν ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ γένους λόγον ἐμβεβλήκασιν.

7. Οὐκ ἐκ τούτων δὲ μόνον γνοίητ' ἂν ὅτι ἄλλοι τινές εἰσιν οἱ ταῦτα ἐπὶ τουτουσὶ ἐπάγοντες, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν κατ' ἀρχὰς γεγενημένων. Τίς γὰρ οὐκ ἀπεκείρατο, ἐπειδὴ τὼ δύο ταλάντω ἐξ Ἄκης ἦλθετον; ἢ τίς οὐ μέλαν ἱμάτιον ἐφόρησεν, ὡς διὰ τὸ πένθος κληρονομήσων τῆς οὐσίας; Ἢ πόσοι συγγενεῖς καὶ υἱεῖς κατὰ δόσιν προσεποιήσαντο τῶν Νικοστράτου; (8) Δημοσθένης μέν γε ἀδελφιδοῦς ἔφη αὐτῷ εἶναι, ἐπειδὴ δ' ἐξηλέγχθη ὑπὸ τούτων, ἀπέστη· Τήλεφος δὲ δοῦναι αὐτῷ Νικόστρατον ἅπαντα τὰ ἑαυτοῦ· καὶ οὗτος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπαύσατο. Ἀμινιάδης δὲ υἱὸν αὐτῷ πρὸς τὸν ἄρχοντα ἧκεν ἄγων οὐδὲ τριετῆ γεγονότα, καὶ ταῦτ' οὐκ ἐπιδεδημηκότος τοῦ Νικοστράτου ἕνδεκα ἐτῶν Ἀθήνησι. (9) Πύρρος δὲ ὁ Λαμπτρεὺς τῇ μὲν Ἀθηνᾷ ἔφη τὰ χρήματα ὑπὸ Νικοστράτου καθιερῶσθαι, αὑτῷ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου δεδόσθαι. Κτῆσις δ' ὁ Βησαιεὺς καὶ Κραναὸς τὸ μὲν πρῶτον δίκην ἔφασαν τοῦ Νικοστράτου ταλάντου καταδεδικάσθαι, ἐπειδὴ δ' οὐκ εἶχον τοῦτο ἀποδεῖξαι, ἀπελεύθερον αὐτὸν ἑαυτῶν προσεποιήσαντο εἶναι· καὶ οὐδ' οὗτοι ἃ ἔλεγον ἀπέδειξαν. (10) Καὶ οἱ μὲν εὐθὺς κατὰ τὰ πρῶτα ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ᾄξαντες οὗτοί εἰσι· Χαριάδης δὲ τότε μὲν οὐδαμοῦ ἠμφισβήτησεν, ὕστερον δὲ οὐ μόνον αὐτὸς ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τῆς ἑταίρας παιδίον εἰσποιῶν ἦλθε. Τοῦτο δ' ἦν αὐτῷ ὡς ἢ τῶν χρημάτων κληρονομήσοντι ἢ τὸ παιδίον ἀστὸν ποιήσοντι. Αἰσθόμενος δὲ καὶ οὗτος ὅτι περὶ τοῦ γένους ἐλεγχθήσοιτο, τὴν μὲν τοῦ παιδίου ἀμφισβήτησιν παρέλυσεν, ἑαυτῷ δὲ κατὰ δόσιν παρακατέβαλεν.

11. Ἐχρῆν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅστις κατὰ δόσιν χρημάτων ἀμφισβητῶν ἡττηθείη, μὴ κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι, ἀλλ' ἐφ' ὅσα περ ληψόμενος ᾔει, τοσαῦτα τῇ πόλει ἀποτίνειν· οὕτω γὰρ ἂν οὔθ' οἱ νόμοι κατεφρονοῦντο οὔτε τὰ γένη ὑβρίζετο πρὸς τούτων, οὐδ' ἂν τῶν τεθνεώτων οὐδεὶς κατεψεύδετο. Ἐπειδὴ δὲ ἅπασι καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁπάντων, καθ' ὅ τι ἄν τις βούληται, ἀμφισβητεῖν ἔξεστιν, ὑμᾶς χρὴ περὶ αὐτῶν ὡς οἷόν τ' ἀκριβέστατα ἐξετάζειν καὶ μηδὲν εἰς ὅσον δύνασθε παραλείπειν. (12) Ἐν μόναις δὲ ταῖς τῶν κλήρων εἰσαγωγαῖς δοκεῖ μοι προσήκειν τεκμηρίοις μᾶλλον ἢ μάρτυσι πιστεύειν. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων συμβολαίων οὐ πάνυ χαλεπὸν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας ἐλέγχειν· ζῶντος γὰρ καὶ παρόντος τοῦ πράξαντος καταμαρτυροῦσι· περὶ δὲ τῶν διαθηκῶν πῶς ἄν τις γνοίη τοὺς μὴ τἀληθῆ λέγοντας, εἰ μὴ πάνυ μεγάλα τὰ διαφέροντα εἴη, αὐτοῦ μὲν καθ' οὗ μαρτυροῦσι τεθνεῶτος, τῶν δὲ συγγενῶν μηδὲν τῶν πεπραγμένων εἰδότων, τοῦ δὲ ἐλέγχου μηδαμῶς ἀκριβοῦς γινομένου; (13) Ἔτι δέ, ὦ ἄνδρες, καὶ τῶν διατιθεμένων οἱ πολλοὶ οὐδὲ λέγουσι τοῖς παραγινομένοις ὅ τι διατίθενται, ἀλλ' αὐτοῦ μόνου, τοῦ καταλιπεῖν διαθήκας, μάρτυρας παρίστανται, τοῦ δὲ συμβαίνοντός ἐστι καὶ γραμματεῖον ἀλλαγῆναι καὶ τἀναντία ταῖς τοῦ τεθνεῶτος διαθήκαις μεταγρα-

affingant commentitium, non solum de testamento, sed etiam de consanguinitate dicendi necessitatem imposuerunt.

7. Verum non ex his solummodo intelligatis subesse certos quosdam alios, qui istos adversarios in amicos meos instigarint, sed etiam ex illis quæ a principio statim evenerunt. Ecquis enim non super excessu Nicostrati comam tondebat, quum hereditas duum talentorum ex Ace venit? Ecquis non pullam induit, quasi per luctum hereditatem adepturus? Quot se mentiti sunt cognatos Nicostrati aut filios ab eo per testamentum adoptatos? (8) Demosthenes quidem se nepotem ejus ex fratre ferebat, ab his autem mendacii convictus desistebat : bona sua omnia Nicostratum sibi donasse prætendebat Telephus; sed hic quoque paulo post conticescebat : Aminiades puerum nondum triennem ad archontem afferebat, aiens eum Nicostrati esse, quum is totos undecim annos Athenis abfuisset : (9) Pyrrhus Lamptrensis Nicostratum aiebat bona sua (ex parte) Minervæ consecrasse, et (reliqua) sibi donasse : Ctesis Besæensis et Cranaus jactabant Nicostratum a se in jus vocatum talenti mulctæ condemnatum fuisse, quod quum demonstrare nequirent, comminiscebantur eum libertum suum fuisse; verum ne hoc quidem probare poterant. (10) Hi sunt qui ab initio hereditati Nicostrati inhiarunt : Chariades autem tum quidem eam non petebat, postmodum vero cœpit petere, neque solus ipse, sed etiam spurium suum e meretrice filium subjectum ivit Nicostrato, ut aut bona corriperet ipse aut saltim spurio suo jus civitatis acquireret. Sentiens autem suum de cognatione assertum mendacii convictum iri, petitionem pueri quidem rescidit, pro semetipso autem sacramentum deposuit, ut is cui per testamentum bona Nicostrati data fuissent.

11. Oportebat quidem, judices, quicumque bona ex titulo donationis testamentariæ petens causa cecidisset, eum non ad mulctam pro rata condemnari, sed ad tantundem reipublicæ fisco luendum, quanti sit summa bonorum ab eo petitorum : quod si fieret, leges non ita contemnerentur, neque cognationes ab istis lacesserentur, neque defunctorum nomine abuti auderent. Quoniam vero per leges omnibus licet hereditates quorumcunque quo quisque titulo velit petere, vestrûm est in hujusmodi causas quanta poteritis summa diligentia inquirere nihilque transmittere. (12) Et in hoc solo genere causarum, hereditario puta, videntur ad fidem faciendam validiora etiam esse indicia quam ipsi testes. Nam in cæteris quidem contractibus haud admodum difficile est falsa testatos coarguere, superstite adhuc et præsente eo quem testati sint hoc vel illud egisse : in causa vero hereditaria ecqui falsi testes noscitabuntur, nisi permagnum sit discrimen? illo ipso de cujus factis testimonium perhibetur vivis exempto, cognatisque ea quæ ab illo gesta sint prorsus ignorantibus, denique ubi scrutinium severo exerceri nequeat. (13) Adde, quod testamenta condentium plerique testibus ne dicunt quidem, quid in tabulis scriptum sit, sed ideo solummodo adstare jubent, quo testentur testamentum esse relictum; etiam hoc usu venire solet, ut tabulæ permutentur, et ut in subdititias ingerantur prorsus

φῆναι· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον οἱ μάρτυρες εἴσονται, εἰ ἐφ' αἷς ἐκλήθησαν διαθήκαις, αὗται ἀποφαίνονται. (14) Ὁπότε δὲ καὶ τοὺς ὁμολογουμένως παραγενομένους οἷόν τ' ἐστὶν ἐξαπατῆσαι, πῶς οὐκ ἂν ὑμᾶς γε τοὺς μηδὲν τοῦ πράγματος εἰδότας πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερόν τις παρακρούσασθαι ἐγχειρήσαι; Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ νόμος, ὦ ἄν-
48 δρες, οὐκ ἐάν τις διαθῆται μόνον, κυρίας εἶναι κελεύει τὰς διαθήκας, ἀλλὰ ἐὰν εὖ φρονῶν. Σκεπτέον δὴ ὑμῖν πρῶτον μὲν εἰ ἐποιήσατο τὰς διαθήκας, ἔπειτα εἰ μὴ παρανοῶν διέθετο. (15) Ἀντιλεγόντων δ' ἡμῶν μηδὲ τὸ παράπαν γενέσθαι τὰς διαθήκας, ἐκ τίνος ἂν τρόπου, εἴ τις παρανοῶν διέθετο, γνοίητε, πρὶν περὶ αὐτοῦ τοῦ διαθέσθαι πιστεῦσαι; Τοὺς μὲν οὖν κατὰ τὴν δόσιν ἀμφισβητοῦντας ὁρᾶτε ὅσον ἔργον ἐστὶν αἰσθέσθαι εἰ ἀληθῆ λέγουσι, τοὺς δὲ κατὰ τὸ γένος πρῶτον μὲν οὐδὲν δεῖ μάρτυρας παρασχέσθαι ὡς αὐτῶν ἐστιν ὁ κλῆρος (παρὰ πάντων γὰρ ὡμολόγηται τοῖς ἐγγυτάτω γένους τὰ τοῦ τελευτήσαντος γίνεσθαι), (16) ἔπειτα οἱ νόμοι οὐ μόνον οἱ περὶ τῶν γενῶν ἀλλὰ καὶ οἱ περὶ τῶν δόσεων τοῖς συγγενέσι βοηθοῦσι. Δοῦναι μὲν γὰρ ὁ νόμος οὐδενὶ ἐᾷ τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν ὑπὸ γήρως ἢ ὑπὸ νόσου ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἃ καὶ ὑμεῖς ἴστε παρανοήσῃ· κατὰ δὲ τὸ γένος καὶ τὰ τοῦ ὁπωσοῦν διακειμένου ὁ ἐγγύτατα γένους ἀναμφισβητήτως λαμβάνει. (17) Χωρὶς δὲ τούτων ταῖς μὲν διαθήκαις διὰ μαρτύρων ὑμᾶς δεῖ πιστεῦσαι, ὑφ' ὧν ἔνι καὶ ἐξαπατηθῆναι (οὐ γὰρ ἂν ἦσαν ψευδομαρτυριῶν ἐπισκήψεις), τῇ δ' ἀγχιστείᾳ δι' ὑμῶν αὐτῶν· κατὰ γὰρ τοὺς νόμους οἱ συγγενεῖς ἀμφισβητοῦσιν, οὓς ὑμεῖς ἔθεσθε. (18) Πρὸς δὲ τούτοις, ὦ ἄνδρες, εἰ μεν οἱ κατὰ τὰς διαθήκας ἀμφισβητοῦντες ὁμολογουμένως Νικοστράτῳ ἐπιτήδειοι ὄντες ἐτύγχανον, τὸ μὲν ἀκριβὲς οὐδ' ἂν οὕτως, ὅμως μέντοι μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀληθεῖς εἶναι δόξειν τὰς διαθήκας· ἤδη γάρ τινες οὐκ εὖ διακείμενοι τοῖς συγγενέσιν ὀθνείους φίλους τῶν πάνυ σφόδρα προσηκόντων περὶ πλείονος ἐποιήσαντο· νῦν δὲ οὔτε συσσίτους οὔτε φίλους οὔτ' ἐν τάξει τῇ αὐτῇ. Τούτων δ' ὑμῖν μάρτυρας ἁπάντων παρεσχήμεθα. (19) Ὃ δὲ μέγιστον, καὶ μάλιστα τῆς Χαριάδου ἀναιδείας καταμαρτυρεῖ, τοῦτο σκέψασθε. Ὅπου γὰρ τὸν αὑτὸν ποιησάμενον οὔτ' ἀποθανόντα ἀνείλετο οὔτ' ἔκαυσεν οὔτε ὠστολόγησεν, ἀλλὰ πάντα τοῖς μηδὲν προσήκουσι παρῆκε ποιῆσαι, πῶς οὐκ ἂν ἀνοσιώτατος εἴη, ὃς τῷ τεθνεῶτι μηδὲν τῶν νομιζομένων ποιήσας τῶν χρημάτων αὐτοῦ κληρονομεῖν ἀξιοῖ; (20) Ἀλλὰ νὴ Δία ἐπειδὴ τούτων οὐδὲν ἐποίησε, τὴν οὐσίαν τοῦ Νικοστράτου διεχείρισεν; ἀλλὰ καὶ ταῦτα μεμαρτύρηται ὑμῖν, καὶ τὰ πλεῖστα οὐδ' αὐτὸς ἀρνεῖται. Προφάσεις δὲ οἴομαι ἀναγκαίας ἐφ' ἑκάστας τῶν πράξεων εὑρῆσθαι· τί γὰρ ὑπολείπεται τῷ διαρρήδην ὁμολογοῦντι;

21. Σαφῶς μὲν οὖν ἴστε, ὦ ἄνδρες, ὅτι οὗτοι οὐ δικαίως τῶν Νικοστράτου ἐφίενται, ἀλλὰ βούλονται μὲν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, τουτουσὶ δὲ συγγενεῖς ὄντας ἐκείνου, ἃ οἱ νόμοι ἔδοσαν αὐτοῖς, ἀποστερῆσαι. Οὐ μόνον δὲ Χαριάδης τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολ-

contraria iis quæ defunctus constituisset; nam testes non ideo magis quod interfuere certo sciunt, veræne sint tabulæ quæ in judicio proferuntur an subditit iæ. (14) Quod si itaque illi ipsi adeo decipi possunt, quos quum testamenta scriberentur interfuisse in confesso est, quanto quis vos promptius circumvenire conetur qui rerum gestarum nihil teneatis? Porro, judices, non omnia omnino testamenta lex jubet esse rata, sed ea solummodo quæ scribens quisque suæ mentis esset compos. Ante omnia itaque dispiciendum vobis est, num Nicostratus testamentum scripserit, tum si scripserit, rectene sapiens scripserit an desipiens. (15) Nam negantibus nobis omnino scriptum esse testamentum, ecqui decernetis a delirante scriptum esse, priusquam certo constiterit de hoc quod testamentum scripserit? Videtis, quam difficile sit deprehendere, num vera dicant hi qui ex titulo donationis testamentariæ hereditates petunt: cognationis autem ex titulo petentes nil habent opus ut testes producant ad docendum de jure, quod iis est, hereditates petendi (constat enim inter omnes defuncti cujusque bona ad proximos in sanguine devenire); (16) deinde non illæ solum leges de jure cognatorum, sed hæ quoque quæ de donationibus præcipiunt, secundæ sunt cognatis, vetantes quenquam bona sua cuiquam dare, aut præ senio aut per valetudinem aliisque de causis, quas vos omnes tenetis, mentis non compotem; cognatione autem ut quisque proximus est, ita bona defuncti, quæcunque ejus conditio fuerit, absque ulla controversia suscipit. (17) Præterea testamentis non potestis fidere, nisi per interventum testium, a quibus facile factu est ut decipiamini (nam alias non essent actiones exceptoriæ de falsis dictis testimoniis), cognationi autem fidere vobis licet per vosmet ipsos; cognati enim ex illis legibus certant, quas ipsimet vos sanxistis. (18) Præterea, judices, si ex testamento hereditatem petentes constaret familiares Nicostrati fuisse, accuratius examinanti ne sic quidem, sed magis tamen probabile esset verum judicari testamentum; complures enim visi sunt, quod animo a cognatis essent alieniore, amicos iis prætulisse nulla secum necessitudine sanguinis conjunctos: jam vero constat hos adversarios nostros Nicostrato neque contubernales fuisse neque familiares neque in eodem ordine aciei stetisse. De quibus omnibus testes produximus. (19) Quod autem maximum est, et in primis impudentiæ Chariadis obloquitur, expendite. Nam a quo heredem se factum dicit, eum prœlio occisum neque sustulit neque rogo imposuit neque ossa ejus legit, sed ista omnia hominibus a Nicostrato alienis peragenda permisit: ecqui jam non sit ille facinorosissimus, qui, quum justorum nihil defuncto fecisset, postulet ut ad ejus hereditatem admittatur? (20) At enimvero, quanquam nihil horum fecit, facultates Nicostrati tamen administravit? Atqui vel in hæc testes dedimus, et horum pleraque ne ipse quidem infitiatur: causæ vero, opinor, quæ aliquo modo prætexi possint, in omnibus rebus inveniri solent. Quid itaque reliquum quod obloquatur, ei qui disertis verbis crimen fateatur?

21. Jam bene tenetis, judices, istos nullo jure Nicostrati bona appetere, sed hoc agere ut cum vos decipiant, tum hos qui Nicostrati cognati sunt, et quibus leges bona ejus contribuunt, illis evertant. Verum non Chariades solus id agit, sed alii quoque complures hereditates eorum qui

λοὶ ἤδη τῶν ἐν τῇ ὑπερορίᾳ ἀποθνησκόντων οὐδὲ γινώσκοντες ἐνίους τῆς οὐσίας ἠμφισβήτησαν· (22) ἐνθυμοῦνται γὰρ ὅτι κατορθώσασι μὲν τὰ ἀλλότρια ἔχειν, διαμαρτοῦσι δὲ μικρὸς ὁ κίνδυνος· μαρτυρεῖν δὲ καὶ τὰ ψευδῆ τινες ἐθέλουσιν, οἱ δ' ἔλεγχοι περὶ ἀφανῶν. Συνελόντι πολὺ τὸ διαφέρον κατὰ γένος ἢ κατὰ δόσιν ἀμφισβητεῖν. Ἀλλ' ὑμᾶς χρή, ὦ ἄνδρες, πρῶτον μὲν τὰς διαθήκας σκοπεῖν, εἰ δοκοῦσι γενέσθαι· τοῦτο γὰρ οἵ τε νόμοι ἡγοῦνται καὶ δικαιότατόν ἐστι. (23) Μὴ σαφῶς δὲ μήτ' αὐτοὺς τὴν ἀλήθειαν εἰδότας, μήτε τῶν μαρτύρων τοῦ τελευτήσαντος ἐπιτηδείων ὄντων, ἀλλὰ Χαριάδου τοῦ τἀλλότρια βουλομένου λαβεῖν, τί ἂν εἴη δικαιότερον ἢ τοῖς συγγενέσι τὰ τοῦ συγγενοῦς ψηφίζεσθαι; Καὶ γὰρ εἴ τι οἵδε ἔπαθον, οὐδενὶ ἂν ἄλλῳ ἢ Νικοστράτῳ τὰ τούτων ἐγένετο· κατὰ γὰρ τὸ αὐτὸ γένος ἂν ἠμφισβήτει, ἀνεψιὸς ὢν αὐτοῖς ἐκ πατραδέλφων. (24) Μὰ Δί' ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὁ Ἅγνων οὐδ' ὁ Ἁγνόθεος τοῦ Νικοστράτου συγγενεῖς, ὡς οἱ ἀντίδικοί φασιν, ἀλλ' ἕτεροι. Ἔπειτα τῷ μὲν κατὰ τὴν δόσιν τοῦ κλήρου λαχόντι μαρτυροῦσιν, αὐτοὶ δὲ κατὰ τὸ γένος οὐκ ἀμφισβητήσουσιν; Οὐ γὰρ εἰς τοῦτό γε ἀνοίας ἥκουσιν ὥστε πιστεύσαντες ταῖς διαθήκαις οὕτω ῥᾳδίως τοσούτων χρημάτων ἀφίστανται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ οὗτοι λέγουσι, τούσδε τοῖς συγγενέσιν αὐτοῖς ἐπιδικάσασθαι συμφέρει τῶν Νικοστράτου μᾶλλον ἢ Χαριάδην. (25) Εἰς γὰρ τὸν λοιπὸν χρόνον, εἰ μὲν οἵδε κατὰ τὸ γένος ἀμφισβητοῦντες λήψονται τὸν κλῆρον, ἐξέσται καὶ τούτοις, ὁπόταν βούλωνται, κατὰ τὸ γένος λαχοῦσιν ἐπιδεῖξαι ὑμῖν ὡς αὐτοὶ ἐγγυτέρω ἦσαν τοῦ Νικοστράτου, καὶ ὡς Σμίκρου ἦν καὶ οὐ Θρασυμάχου· ἐὰν δὲ Χαριάδης αὐτῶν κληρονομήσῃ, οὐκ ἔσται οὐδενὶ συγγενεῖ ἐπὶ τὰ Νικοστράτου ἐλθεῖν. Κατὰ δόσιν γὰρ ἔχοντος τοῦ ἐπιδεδικασμένου, τί φανοῦνται λέγοντες οἱ κατὰ τὸ γένος λαγχάνοντες;

26. Ὅπερ ἂν οὖν καὶ ὑμῶν ἕκαστος ἀξιώσειε, τοῦτο καὶ τουτοισὶ τοῖς νεανίσκοις βεβαιώσατε. Παρέσχοντο δ' ὑμῖν μάρτυρας πρῶτον μὲν ὡς ἀνεψιοί εἰσιν ἐκ πατραδέλφων Νικοστράτου, ἔπειτα δὲ ὡς οὐδεπώποτε ἐκείνῳ διάφοροι ἦσαν, ἔτι δὲ καὶ ὡς ἔθαψαν Νικόστρατον, πρὸς δὲ τούτοις ὡς Χαριάδης οὑτοσὶ οὐδαμῶς οὔτ' ἐνθάδε οὔτ' ἐπὶ στρατεύματι ἐχρῆτο Νικοστράτῳ, ἔτι δὲ καὶ τὴν κοινωνίαν, ᾗ μάλισθ' οὗτος ἰσχυρίζεται, ψευδῆ οὖσαν.

27. Καὶ ἄνευ τούτων, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ὑμῖν ἐξετάσαι ἑκατέρους αὐτῶν οἷοί εἰσι. Θράσιππος μὲν γὰρ ὁ Ἅγνωνος καὶ Ἁγνοθέου πατὴρ ἤδη τι καὶ ἐλειτούργησεν ὑμῖν καὶ εἰσήνεγκε, καὶ ἄλλως σπουδαῖος ἦν πολίτης· αὐτοὶ δὲ οὗτοι οὔτε ἀποδεδημήκασιν οὐδαμῇ πώποτε, ὅποι ἂν μὴ ὑμεῖς προστάξητε, οὔτ' ἐνθάδε μένοντες ἄχρηστοί εἰσι τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ στρατεύονται καὶ εἰσφέρουσι καὶ τἆλλα πάντα ποιοῦσι τὰ προσταττόμενα καὶ αὐτοὺς (ὡς πάντες ἴσασι) κοσμίους παρέχουσιν, (28) ὥστε πολὺ μᾶλλον τούτους προσήκει κατὰ δόσιν τῶν χρημάτων τῶν Νικοστράτου ἢ Χαριάδην ἀμφισ-

extra ditionem Atticam defuncti sunt, petiverunt, quamvis eos interdum ne nossent quidem. (22) Cogitant enim se, si bene res cesserit, bona aliena habituros esse, sin minus, haud magnum adire periculum: esse quoque qui linguam venalem ad falsa testimonia dicendum offerant; examina instituenda in rebus obscuris versari. Brevis ut sim, permultum interest, sive ex cognatione sive ex testamento hereditates petantur. Vos autem, judices, primum hoc oportet quærere, sitne probabile testamentum scriptum esse: id enim leges suadent, et est æquissimum. (23) In ejusmodi autem causa, cujus neque vos veritatem perspicue cernatis, neque testes sint defuncti familiares, sed Chariades, homo bonis alienis insidians, ecquid justius sit quam ut cognatis bona cognati adjudicentur? Nam et his si fatalis hora fuisset obeunda, bona eorum ad Nicostratum fuissent perventura: nam hic ex eodem cognationis titulo bona illorum petisset, quippe qui consobrinus illis esset; pater enim Nicostrati horum patri frater fuit. (24) Atqui, medius fidius, Hagnon atque Hagnotheus cognati Nicostrati non sunt, ut testes Chariadis aiunt, sed alii (ipsi). Cur ergo Chariadi quidem ex testamento hereditatem petenti operam præstant testimonio dicendo, ipsi vero ex consanguinitate pro se hereditatem eandem petere non audent? Non enim profecto eo stultitiæ processerunt ut testamento isti fidentes tam facile de tantis bonis decedant. Quid? quod ex ipsis iis quæ hi adversarii nostri dictitant elucescit, ipsis cognatis magis expedire ut Hagnon et Hagnotheus, quam ut Chariades hereditatem Nicostrati in jure petant. (25) Nam si Hagnoni et Hagnotheo hereditas ex titulo consanguinitatis nunc adjudicatur, licebit tamen etiam Chariadis advocatis imposterum, ubi volent, eandem ex eodem cognationis titulo petere, atque planum tum facere se Nicostrato propinquiores esse, et Nicostratum Smicri filium fuisse, non Thrasymachi: sin Chariades hereditatem Nicostrati adipiscatur, non licebit ulli ex consanguineis illam petere. Ubi enim hereditatem tenebit is, qui petitam ex titulo donationis abstulerit, ecquid afferent hi, si qui ex titulo cognationis petant?

26. Quod igitur unusquisque vestrûm ipsimet sibi æquum esse censuerit, idem his quoque adolescentibus ratum facite; qui testes exhibuerunt confirmantes, primum hoc, eos Nicostrati consobrinos patrueles esse, tum alterum istud, nullas unquam iis cum Nicostrato simultates intercessisse, tertium denique illud, sepultum ab iis esse Nicostratum, quartum tandem, Chariadem Nicostrato nusquam locorum neque hic in urbe neque in castris usum fuisse familiariter, quintum postremo, communionem qua Chariades hic maxime fidit ementitam esse.

27. Et præterea, judices, æquum est, vos mores utriusque partis inter se comparare. Thrasippus enim, pater Hagnonis et Hagnothei, et muniis pro vobis functus est sumptuosis et ærario contulit, et cætera quoque civis frugi fuit: ipsi autem ejus filii neque usquam locorum, quo non essent a vobis ire jussi, profecti sunt, neque in urbe commorantes inutiles reip. fuerunt, sed militia funguntur et de suo conferunt ad ærarium, et reliqua omnia imperata exsequuntur et pudentes probosque se (de quo inter vos omnes constat) præbent; (28) quocirca multo etiam digniores sint quam Chariades qui hereditatem Nicostrati ex titulo donationis

δητεῖν. Οὗτος γάρ, ὅτ' ἐπεδήμει ἐνθάδε, πρῶτον μὲν εἰς τὸ δεσμωτήριον ὡς κλέπτης ὢν ἐπ' αὐτοφώρῳ ἀπήχθη, τότε δὲ ἀφεθεὶς μεθ' ἑτέρων τινῶν ὑπὸ τῶν ἕνδεκα, οὓς δημοσίᾳ ἅπαντας ὑμεῖς ἀπεκτείνατε, πάλιν ἀπογραφεὶς εἰς τὴν βουλὴν κακουργῶν, ὑποχωρῶν ᾤχετο καὶ οὐχ ὑπήκουσεν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου ἑπτακαίδεκα ἐτῶν Ἀθήναζε οὐκ ἀφίκετο, πλὴν ἐπειδὴ Νικόστρατος ἀπέθανε. (29) Καὶ ὑπὲρ μὲν ὑμῶν οὔτε στρατείαν οὐδεμίαν ἐστράτευται οὔτε εἰσφορὰν οὐδεμίαν εἰσενήνοχε, πλὴν εἴ τι ἄρα ἐξ ὅτου τῶν Νικοστράτου ἠμφισβήτησεν, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ὑμῖν λελειτούργηκεν. Ἔπειτα τοιοῦτος ὢν οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ τῶν ἡμαρτημένων δίκην δώσει, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἀμφισβητεῖ. (30) Εἰ μὲν οὖν οἵδε φιλοπράγμονες ἢ ἄλλοις ὅμοιοι πολίταις ἦσαν, ἴσως ἂν οὐ περὶ τῶν Νικοστράτου χρημάτων ἠμφισβήτει, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ σώματος ἠγωνίζετο· νῦν δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῦτον μὲν ἄλλος, ἐάν τις βούληται, τιμωρήσεται, τουτοισὶ δ' ὑμεῖς βοηθήσατε, καὶ μὴ περὶ πλείονος ποιήσεσθε τοὺς ἀδίκως τἀλλότρια ἔχειν βουλομένους ἢ τοὺς γένει τῷ τεθνεῶτι προσήκοντας καὶ χωρὶς τούτων ἤδη τι ἐκεῖνον εὐεργετηκότας, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἀναμνησθέντες καὶ τῶν ὅρκων οὓς ὠμόσατε, πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν μαρτυριῶν ἃς ἡμεῖς παρεσχήμεθα, τὰ δίκαια ψηφίσασθε.

petant. Nam Chariades Athenis adhuc habitans pro fure ipso in facinore deprehenso in carcerem abductus est, et tunc una cum aliis quibusdam emissus ab iis undecimviris, quos publice condemnatos supplicio affecistis omnes; postea iterum ut malas artes exercens ad senatum delatus est; a quo citatus non comparuit, sed urbe excessit, ab eoque inde tempore totos septendecim annos Athenis abfuit, neque rediit prius quam post excessum Nicostrati. (29) Pro salute vestra quidem nullam unquam obiit militiam neque suo de penu vestro quicquam contulit, nisi forte ex eo inde tempore, ex quo super hereditate Nicostrati contendit, neque alia quapiam functione sumptuaria functus est. Et tamen, talis quum sit, non satis habet tot scelera impune patrasse, sed aliena quoque appetit. (30) Quod si Hagnon et Hagnotheus curiosi in rebus alienis rimandis in eoque similes multis aliis nostrorum civium essent, nescio an Chariadi nunc non hæc hereditaria, sed capitis causa agenda esset : verum hunc quidem alius aliquis ulciscetur, judices, vos autem his succurrite, neque majoris facite alienorum per nefas appetentes quam defuncti cognatos, eosdemque præterea bene de illo meritos; sed et legum memores jurisque jurandi a vobis dicti et testimoniorum denique quæ nos exhibuimus, sententiam ex æquo pronuntiate.

V.

50 ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΛΗΡΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Δικαιογένους τελευτήσαντος ἄπαιδος ἐπὶ τέσσαρσιν ἀδελφαῖς Πρόξενος ἧκε διαθήκην ἔχων, ἐν ᾗ Δικαιογένης ὁ τελευτήσας τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τοῦ Προξένου, Δικαιογένην υἱὸν θετὸν ἐποιήσατο ἐπὶ τῷ τρίτῳ μέρει τῆς οὐσίας. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον διανειμαμένων αὐτῶν τὴν ὅλην οὐσίαν, τελευταῖον ἦλθεν ὁ υἱὸς Προξένου Δικαιογένης φάσκων ἐπὶ ὅλῃ τῇ οὐσίᾳ γεγονέναι υἱός, καὶ νικήσας ἀνέλαβε καὶ τὰ δύο μέρη τῶν ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος. Ὕστερον πάλιν οἱ παῖδες τῶν ἀδελφῶν δικασάμενοι πρὸς Δικαιογένην ἐνίκησαν, καὶ συνέθετο Δικαιογένης ἀποδοῦναι πάλιν τὰ δύο μέρη αὐτοῖς καθαρὰ καὶ ἀνέπαφα, ἐγγυησαμένου ταῦτα Λεωχάρους. Νῦν δὲ ἀρνουμένων τὰ δόξαντα τῶν περὶ Δικαιογένην καὶ Λεωχάρην, ἐγκαλοῦσιν οἱ παῖδες τῶν ἀδελφῶν περὶ τῶν δύο μερῶν τῷ μὲν ὡς συνθεμένῳ, τῷ δὲ ὡς ἐγγυητῇ. Ἡ στάσις στοχασμός· ἀρνοῦνται γάρ.

Ὠιόμεθα μέν, ὦ ἄνδρες, περὶ ὧν διεφερόμεθα πρὸς Δικαιογένην, τὰ ὡμολογημένα ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου κύρια ἡμῖν ἔσεσθαι· ἀποστάντος γὰρ Δικαιογένους τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου, καὶ ἐγγυητὰς καταστήσαντος ἦ μὴν παραδώσειν ἡμῖν ταῦτα τὰ μέρη ἀναμφισβήτητα, ἀφήκαμεν ἀλλήλους τῶν ἐγκλημάτων· ἐπειδὴ δέ, ὦ ἄνδρες, οὐ ποιεῖ Δικαιογένης ἃ ὡμολόγησε, δικαζόμεθα Λεωχάρει ἐγγυητῇ γενομένῳ Δικαιογένους, ὥσπερ ἀντωμόσαμεν. (2) Καί μοι ἀνάγνωθι τὴν ἀντωμοσίαν.

V.

DE DICÆOGENIS HEREDITATE.

ARGUMENTUM.

Dicæogene sine liberis mortuo, superstitibus quatuor sororibus, Proxenus venit testamentum exhibens, quo Dicæogenes mortuus ipsius Proxeni filium Dicæogenem adoptaverat ex triente bonorum. Hoc pacto divisis inter eos bonis, postremo venit filius Proxeni Dicæogenes dicens se adoptatum esse ex asse, et vincens potitus est cæteris duabus partibus sororum defuncti. Postea rursum filii sororum litigantes cum Dicæogene vicerunt, et conventum est Dicæogenem reddere denuo illis duas partes integras et intactas, sponsore Leochare. Nunc vero infitiantibus Dicæogene et Leochare anteacta, filii sororum vocant in jus pro duabus partibus, hunc quidem ut eum cum quo pacti sint, illum vero ut sponsorem. Status conjecturalis est : infitiantur enim.

1. Opinabamur quidem, judices, quibus de rebus antehac litigabamur, de iis in judicio condicta rata nobis esse futura. Dicæogenes nempe quum se bessem hereditatis nobis concessurum dixisset, et sponsores dedisset illam bessem nobis a se traditum iri controversiæ haud obnoxiam : nos alteri alteris gravamina nostra remisimus : verum Dicæogene verbis fidem non faciente, Leocharetem pro illo sponsorem factum in jus vocamus, pro tenore jurisjurandi mutuo dicti. (2) Recita tu mihi hoc jusjurandum.

ΑΝΤΩΜΟΣΙΑ.

Ὡς τοίνυν ἀληθῆ ἀντωμόσαμεν, Κηφισόδοτος οὑτοσὶ οἶδε, καὶ μάρτυρας ὑμῖν παρεξόμεθα πρῶτον μὲν ὡς ἀπέστη Δικαιογένης ἡμῖν τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου, εἶτα ὡς ἐνεγυήσατο Λεωχάρης. Καί μοι ἀνάγνωθι τὴν μαρτυρίαν.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

3. Τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, καὶ ὡς οὐ τἀληθῆ μεμαρτυρήκασιν, οὐδ' ἂν αὐτὸν οἶμαι Λεωχάρην εἰπεῖν· ἴσως δὲ ἐπ' ἐκεῖνον τρέψεται τὸν λόγον, ὡς Δικαιογένης τε ἃ ἡμῖν ὡμολόγησεν ἅπαντα πεποίηκε, καὶ αὐτὸς τὴν ἐξεγγύην ὅτι ἀπέδωκεν. Εἰ οὖν ταῦτ' ἐρεῖ, ψεύσεται καὶ ῥᾳδίως ἐλεγχθήσεται. Ἀναγνώσεται γὰρ ὑμῖν ὅσα κατέλιπε Δικαιογένης ὁ Μενεξένου ἐν τῷ κλήρῳ καὶ τὰ χρήματα ἃ ἔλαβεν.

ΑΠΟΓΡΑΦΗ.

4. Ταῦτα εἰ μὲν μή φασι Δικαιογένην τὸν ἡμέτερον θεῖον ζῶντα κεκτῆσθαι καὶ ἀποθνήσκοντα ἡμῖν δοῦναι, ἀποδειξάτωσαν· εἰ δὲ καὶ ἐκεῖνον καταλιπεῖν καὶ ἡμᾶς κεκομίσθαι, μαρτυρησάτω τις αὐτοῖς. Ὅτι μὲν γὰρ Δικαιογένης ὡμολόγει παραδώσειν ἡμῖν ὧν κατέλιπεν ὁ Μενεξένου τὰ δύο μέρη, ἡμεῖς μάρτυρας παρεχόμεθα, καὶ ὅτι Λεωχάρης ἐνεγυήσατο αὐτὸν ταῦτα ποιήσειν· καὶ γὰρ δικαζόμεθα διὰ τοῦτο, καὶ ταῦτα ἀντωμόσαμεν. Καί μοι ἀνάγνωθι τὴν ἀντωμοσίαν.

ΑΝΤΩΜΟΣΙΑ.

5. Εἰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες, περὶ τούτων ἔμελλον ἀπολογήσασθαι μόνον Λεωχάρης ἢ Δικαιογένης, ἤρκει ἄν μοι τὰ εἰρημένα· ἐπειδὴ δὲ παρεσκευασμένοι εἰσὶν ἐξ ἀρχῆς περὶ τοῦ κλήρου λέγειν, βούλομαι ὑμᾶς καὶ παρ' ἐμοῦ τὰ πραχθέντα πυθέσθαι, ἵνα εἰδότες τἀληθῆ, ὅ τι ἂν δοκῇ ὑμῖν, ψηφίσησθε, ἀλλὰ μὴ ἐξηπατημένοι. Μενεξένῳ γὰρ τῷ ἡμετέρῳ πάππῳ ἐγένετο υἱὸς μὲν εἷς, Δικαιογένης, θυγατέρες δὲ τέτταρες, ὧν ἔλαβε μίαν μὲν Πολυάρατος ὁ πατὴρ ὁ ἐμός, ἄλλην δὲ Δημοκλῆς ὁ Φρεάρριος, τὴν δὲ Κηφισοφῶν ὁ Παιανιεύς· ἡ δὲ Θεοπόμπῳ ἐγήματο τῷ Κηφισοδότου πατρί. (6) Καὶ ὁ μὲν Δικαιογένης, τριήραρχος ἐκπλεύσας τῆς Παράλου, ἐτελεύτησε μαχόμενος ἐν Κνίδῳ· ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ ἄπαιδος διαθήκην ἀπέφηνε Πρόξενος ὁ Δικαιογένους πατήρ, ᾗ πιστεύσαντες οἱ ἡμέτεροι πατέρες ἐνείμαντο τὸν κλῆρον. Καὶ ἐπὶ μὲν τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ κλήρου Δικαιογένης ὅδε τῷ Μενεξένου Δικαιογένει, ἡμετέρῳ δὲ θείῳ, υἱὸς ἐγίνετο ποιητός· τῶν δὲ λοιπῶν ἑκάστη τὸ μέρος ἐπεδικάσατο τῶν Μενεξένου θυγατέρων· ὧν ἐγὼ τοὺς τότε παρόντας ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

7. Ἐπειδὴ δὲ ἐνείμαντο τὸν κλῆρον, ὀμόσαντες μὴ παραβήσεσθαι τὰ ὡμολογημένα, ἐκέκτητο ἕκαστος δώδεκα ἔτη ἃ ἔλαχε· καὶ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ οὐσῶν δικῶν

JUSJURANDUM MUTUUM.

Vera itaque esse ea quæ contrajuramento affirmavimus, Cephisodotus hic novit, testesque ad vos producemus primum de hoc, quod Dicæogenes besse hereditatis se abdicarit, tum de isto, quod Leochares hujus rei sponsorem se scribi passus fuerit. Recita testimonium.

TESTIMONIUM.

3. Audivistis, judices, e testibus, quos verum dixisse ne ipse quidem Leochares videtur infitiaturus esse: at fortasse ad hanc confugiet excusationem, ut aiat Dicæogenem omnibus nobiscum pactis satisfecisse, sponsionemque a se factam præstitam esse. Quæ quum aiet, mentietur facileque falsi convincetur. Recitabit enim scriba vobis quæcunque Dicæogenes (II) Menexeni filius reliquit, et quam supellectilem hic (Dicæogenes III) suscepit.

TABELLÆ.

4. Hæc si negabunt adversarii Dicæogenem avunculum nostrum dum adhuc superesset possedisse, nobisque vita decedentem legasse, planum id faciunto: sin autem et illum istæc possedisse et nos accepisse aient, testis hæc confirmato. Dicæogenes (III) enim quod receperit tradendam a se nobis bessem bonorum Dicæogenis, qui est Menexeni filius, et quod Leochares sponsorem se constitui passus sit de præstandis his promissis, id nos testibus confirmavimus. Nam de his ipsis in jure contendimus, et hæc jurejurando mutuo recepimus. Recita tu illud jusjurandum.

JURAMENTUM MUTUUM.

5. Quod si jam, judices, hæc Dicæogenes et Leochares in defensione sui sola essent tractaturi, dicta hactenus nobis sufficerent: quia vero parati sunt narrationem de hereditate a principio inde repetere, induxi ego quoque animum totam rem ut gesta est vos docere, quo certiores de veritate facti, non autem mendaciis circumventi ex animi vestri sententia decernatis. Menexeno avo nostro nati sunt, filius quidem unus Dicæogenes, filiæ autem quatuor, quarum unam duxit Polyartus pater meus, aliam Democles Phrearrhius, aliam Ctesiphon Pæaniensis, aliam denique Theopompus pater Cephisodoti. (6) Jam Dicæogenes quidem, quum trierarchus e portu solvisset in Paralo, pugnans apud Cnidum occubuit: defuncto hoc improle, pater Dicæogenis (III) Proxenus testamentum protulit, cui fidem habentes patres nostri hereditatem creverunt. Et sic factus est hic Dicæogenes illi Dicæogeni Menexeni filio, avunculo nostro, filius adoptivus ea lege ut sola triente contentus esset; reliquorum autem partem ratam sibi a judicibus adjudicari curabat unaquæque Menexeni filiarum. Horum ego testes exhibebo eos, qui tum rebus interfuere.

TESTES.

7. Jurejurando itaque quum cavissent ne pacta conventa violarentur, possedit unusquisque portionem hereditatis suam duodecim per annos; et quanquam nullum tum esset

οὐδεὶς αὐτῶν ἠξίωσε τὰ πεπραγμένα εἰπεῖν ἀδίκως πεπρᾶχθαι, πρὶν δυστυχησάσης τῆς πόλεως καὶ στάσεως γενομένης κἀγῶνος οὑτοσὶ πεισθεὶς ὑπὸ Μέλανος τοῦ Αἰγυπτίου, ᾧ περ καὶ τἆλλα ἐπείθετο, ἠμφισβήτει ἡμῖν ἅπαντος τοῦ κλήρου, φάσκων ἐφ' ὅλῃ ποιηθῆναι υἱὸς ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ ἡμετέρου. (8) Ἡμεῖς μὲν οὖν μαίνεσθαι αὐτὸν ἡγούμεθα τῇ λήξει, οὐκ ἄν ποτε οἰόμενοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα τοτὲ μὲν φάσκοντα ἐπὶ τῷ τρίτῳ μέρει ποιηθῆναι τοτὲ δ' ἐφ' ἅπαντι τῷ κλήρῳ δόξαι τἀληθὲς λέγειν ὑμῖν· εἰς δὲ τὸ δικαστήριον εἰσελθόντες καὶ πολλῷ πλείω καὶ δικαιότερα λέγοντες ἠδικήθημεν, οὐχ ὑπὸ τῶν δικαστῶν ἀλλ' ὑπὸ Μέλανος τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τῶν ἐκείνου φίλων, οἳ διὰ τὰς τῆς πόλεως συμφορὰς ἐξουσίαν σφίσιν αὐτοῖς ἡγοῦντο εἶναι κεκτῆσθαί τε τἀλλότρια καὶ τὰ ψευδῆ ἀλλήλοις μαρτυρεῖν· ὑπὸ δὲ τῶν τὰ τοιαῦτα ποιούντων ἐξηπατήθησαν οἱ δικασταί. (9) Καὶ ἡμεῖς μὲν καταψευδομαρτυρηθέντες ἀπωλέσαμεν τὰ ὄντα· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετὰ τὴν δίκην ἐτελεύτησε, πρὶν ἐπεξελθεῖν οἷς ἐπεσκήψατο τῶν μαρτύρων· Δικαιογένης δὲ πρὸς ἡμᾶς ὡς ἐβούλετο ἀγωνισάμενος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐξήλασε μὲν τὴν Κηφισοφῶντος τοῦ Παιανιέως θυγατέρα ἐκ τοῦ μέρους, ἀδελφιδῆν οὖσαν Δικαιογένους τοῦ καταλιπόντος τὰ χρήματα, ἀφείλετο δὲ τὴν Δημοκλέους γενομένην γυναῖκα, ἃ Δικαιογένης ἀδελφὸς ὢν ἔδωκεν, ἀφείλετο δὲ καὶ τὴν Κηφισοδότου μητέρα καὶ αὐτὸν τοῦτον ἅπαντα. (10) Καὶ γὰρ τούτων τε ἅμα καὶ ἐπίτροπος καὶ κύριος καὶ ἀντίδικος ἦν, καὶ οὐδὲ κατὰ τὸ ἐλάχιστον μέρος τῆς οἰκειότητος ἐλέου παρ' αὐτοῦ ἔτυχον, ἀλλ' ὀρφανοὶ καὶ ἔρημοι καὶ πένητες γενόμενοι πάντων καὶ τῶν καθ' ἡμέραν ἐπιτηδείων ἦσαν ἐνδεεῖς. Οὕτως αὐτοὺς Δικαιογένης οὑτοσὶ ἐγγυτάτω ὢν γένους ἐπετρόπευεν· ὅς γε, ἃ μὲν ὁ πατὴρ αὐτοῖς Θεόπομπος κατέλιπε, τοῖς τούτων ἐχθροῖς παρέδωκεν, ἃ δὲ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος καὶ ὁ πάππος αὐτοῖς ἔδωκεν, αὐτὸς ἀφείλετο πρὸ δίκης. (11) Καὶ ὃ πάντων δεινότατον, τὴν οἰκίαν αὐτῶν τὴν πατρῴαν, παίδων ὄντων τούτων, πριάμενος καὶ κατασκάψας τὸν κῆπον ἐποιήσατο πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ τῇ ἐν ἄστει. Καὶ λαμβάνων μίσθωσιν ὀγδοήκοντα μνᾶς ἐκ τῶν Δικαιογένους τοῦ ἡμετέρου θείου χρημάτων, τὸν ἐκείνου ἀδελφιδοῦν Κηφισόδοτον τῷ ἑαυτοῦ ἀδελφῷ Ἁρμοδίῳ συνέπεμψεν εἰς Κόρινθον ἀντ' ἀκολούθου· εἰς τοῦτο ὕβρεως καὶ μιαρίας ἀφίκετο. Καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ὀνειδίζει καὶ ἐγκαλεῖ αὐτῷ ὅτι ἐμβάδας καὶ τριβώνια φορεῖ, ὥσπερ ἀδικούμενός τι εἰ ἐμβάδας Κηφισόδοτος φορεῖ, ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν ὅτι ἀφελόμενος αὐτὸν τὰ ὄντα πένητα πεποίηκεν.

12. Ἀλλὰ μὴν περὶ τούτων τοσαῦτά μοι εἰρήσθω· πάλιν δ' ἐπάνειμι ὅθεν ἀπέλιπον. Μενέξενος γὰρ ὁ Κηφισοφῶντος υἱός, ἀνεψιὸς ὢν Κηφισοδότῳ τούτῳ καὶ ἐμοί, καὶ προσῆκον αὐτῷ τοῦ κλήρου μέρος ὅσον περ ἐμοί, ἐπεξῄει τοῖς καταμαρτυρήσασιν ἡμῶν καὶ ἐκείνου τὰ ψευδῆ, καὶ Λύκωνα, ὅνπερ εἰσήγαγε πρῶτον εἰς τὸ δικαστήριον, τοῦτον εἷλεν· ὃς ἐμαρτύρησε Δικαιογένη

justitium, nemo tamen tam longinquo tempore ausus est affirmare per nefas ista acta fuisse: tandem vero republica laborante obortaque seditione, concitatus Dicæogenes a Melane Ægyptio, cui aliis quoque in rebus obsecundavit, universam cœpit hereditatem petere, affirmans ab avunculo nostro se heredem ex asse scriptum esse. (8) Furere nos quidem illum autumabamus, ejusmodi causam in forum deferentem; verum, tametsi non speraveramus fore ut vera dicere vobis videretur is qui idem modo cum triente modo ex asse adoptatum se ferret, tamen ingressi forum, quum et multo plura quam illi argumenta proferremus et æquiora, tamen injuriam accepimus, non a judicibus, sed a Melane Ægyptio ejusque amicis, qui per turbida ista reipublicæ tempora sibi datam existimabant licentiam aliena diripiendi falsisque testimoniis mutuo sese sublevandi: ab his itaque talia committentibus judices decipiebantur. (9) Et nos quidem a falsis testibus victi nostra perdebamus; nam pater haud multo post litem vivis excessit, priusquam actionem in falsos testes capessere posset: Dicæogenes autem causa factus superior eadem protinus die Cephisophontis Pæaniensis filiam ex illa portione quam sortita fuerat expulit, tametsi Dicæogenis defuncti, a quo illa bona relicta fuerant, ex sorore neptis esset; Democlis item viduam iis spoliavit, quæ Dicæogenes ipsius frater ei dederat; Cephisodoti quoque matrem ipsumque hunc Cephisodotum bonis omnibus denudavit; (10) quippe qui horum idem tutor et curator atque adversarius esset. Verum ne minimo quidem sensu necessitudinis ad misericordiam his impertiendam flectebatur, sed quum orbi et deserti et pauperes essent, etiam in diem necessariis rebus carebant. Tam præclare Dicæogenes hic tutelam eorum gessit, qui arctissima consanguinitate junctus ipsis esset. Theopompus pater quæ his reliquerat, ea inimicis eorum prodidit, et quæ avunculus avusque maternus ipsis legaverant, ea ipse illis etiam nondum jure sibi addicta eripuit. (11) Et quod est indignissimum, pueri adhuc quum hi essent, domum eorum paternam emit, eaque diruta, ex area hortum illum fecit, quem domui suæ adjunctum in urbe habet; et quanquam e Dicæogenis bonis, avunculi nostri, locarium annuum octogenas minas redigat, tamen Cephisodotum Dicæogenis (11) e sorore nepotem Harmodio fratri suo Corinthum proficiscenti pro calone addidit: tam immanis istius contumelia fuit et flagitium. Et reliquis malis hunc veluti cumulum addit, quod ei per probrum objectet quod ocreas atque penulam gestet, quasi injuria aliqua affectus, si ocreas Cephisodotus gestat, sed nullam e contra ei injuriam faciens eo quod bonis omnibus eum privarit eoque ad mendicitatem redegerit.

12. Verum hæc hactenus: illuc redeo, unde excesseram. Menexenus itaque Cephisophontis filius, Cephisodoti hujus itemque meus consobrinus, cui portio hereditatis par meæ competit, actionem adversus eos instituit qui nobisque ipsique adversa et noxia testati fuerant, Lyconemque, quem primum in judicium induxerat, reum peregit; qui Lyco testatus fuerat ab avunculo nostro Dicæogenem hunc, qui

ποιηθῆναι τὸν νῦν ὄντα ὑπὸ τοῦ θείου τοῦ ἡμετέρου υἱὸν ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ. Μαρτυρήσας δὲ ταῦτα ἑάλω ψευδομαρτυριῶν. (13) Ἐπειδὴ δὲ Δικαιογένης, ὦ ἄνδρες, οὐκέτι ὑμᾶς δύναται ἐξαπατᾶν, πείθει Μενέξενον τὸν ὑπὲρ ἡμῶν τε καὶ ὑπὲρ αὑτοῦ πράττοντα, ἃ ἐγὼ αἰσχυνόμενος ἀναγκάζομαι διὰ τὴν ἐκείνου πονηρίαν λέγειν, — τί ποιῆσαι; κομισάμενον αὐτὸν μέρος ἐκ τοῦ κλήρου ὅ τι ἐγίγνετο, ἡμᾶς μὲν ὑπὲρ ὧν ἔπραττε προδοῦναι, τοὺς δὲ μήπω ἑαλωκότας τῶν μαρτύρων ἀφεῖναι.
52 Καὶ ἡμεῖς μὲν ταῦτα ὑπὸ τῶν φίλων καὶ τῶν ἐχθρῶν παθόντες εἴχομεν ἡσυχίαν. Τούτων δ' ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

14. Ὁ μὲν τοίνυν Μενέξενος παθὼν ἄξια τῶν ἑαυτοῦ τρόπων ἠπατήθη ὑπὸ τοῦ Δικαιογένους· ἀφεὶς γὰρ τοὺς μάρτυρας καὶ ἡμᾶς προδούς, ὧν ἕνεκα ταῦτ' ἔπραξεν οὐκ ἐκομίσατο. Ἀδικηθεὶς δὲ ὑπὸ Δικαιογένους μεθ' ἡμῶν πάλιν ἔπραττεν. Ἡμεῖς δὲ καθηγούμενοι οὐκέτι προσήκειν Δικαιογένει ἔχειν τῶν ἐκ τοῦ κλήρου μέρος οὐδέν, ἐπειδὴ οἱ μάρτυρες ἑάλωσαν, ἀμφισβητοῦμεν αὐτῷ ἅπαντος τοῦ οἴκου κατ' ἀγχιστείαν. Καὶ ὅτι ἡμεῖς τε ὀρθῶς ἐγνώκαμεν καὶ οὐδὲν ἔτι προσήκει Δικαιογένει τοῦ κλήρου, ῥᾳδίως διδάξω. (15) Δύο γὰρ διαθῆκαι ἐφάνησαν, ἡ μὲν πάλαι πολλῷ, ἡ δ' ὕστερον· καὶ κατὰ μὲν τὴν παλαιάν, ἣν ἀπέφηνε Πρόξενος ὁ Δικαιογένους τούτου πατήρ, ἐπὶ τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ κλήρου ἐγίγνετο τῷ θείῳ τῷ ἡμετέρῳ υἱὸς ποιητός, καθ' ἣν δ' αὐτὸς ἀπέφηνε Δικαιογένης, ἐπὶ παντὶ τῷ οἴκῳ. Ταύταιν δὲ ταῖν διαθήκαιν ἣν μὲν Πρόξενος ἀπέφηνε, Δικαιογένης ἔπεισε τοὺς δικαστὰς ὡς οὐκ ἀληθὴς εἴη· ἣν δὲ Δικαιογένης ἀπέφηνεν, οἱ μαρτυρήσαντες αὐτὴν τὸν θεῖον τὸν ἡμέτερον διαθέσθαι ἑάλωσαν ψευδομαρτυριῶν. (16) Ἀμφοῖν δὲ ταῖν διαθήκαιν ἀκύροιν γινομέναιν, καὶ ἑτέρας μηδεμιᾶς ὁμολογουμένης εἶναι, κατὰ δόσιν μὲν οὐδενὶ προσῆκε τοῦ κλήρου, κατ' ἀγχιστείαν δὲ ταῖς Δικαιογένους τοῦ ἀποθανόντος ἀδελφαῖς, ὧν εἰσιν αἱ ἡμέτεραι μητέρες. Διὰ δὲ ταῦτα ἔδοξέ τε ἡμῖν λαχεῖν τοῦ κλήρου κατ' ἀγχιστείαν, καὶ ἐλάχομεν τὸ μέρος ἕκαστος. Μελλόντων δ' ἡμῶν ἀντόμνυσθαι διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον ἡμῖν. (17) Ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσῄει. Ἐν δὲ τῷ δικαστηρίῳ πάντα μὲν ἡμῶν εἰπόντων ἅ περ νυνί, πολλὰ δὲ Λεωχάρους ἀνταπολογησαμένου, ἔγνωσαν τὰ ψευδῆ μαρτυρῆσαι Λεωχάρην οἱ δικασταί. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο φανερὸν ἐγένετο ἐξαιρεθεισῶν τῶν ψήφων, ἃ μὲν τῶν δικαστῶν καὶ ἡμῶν ἐδεήθη Λεωχάρης ἢ ὅσα ἡμῖν ἐξεγένετο διαπράξασθαι τότε, οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ λέγειν, ἃ δὲ ὡμολογήθη ἡμῖν, ταῦτα ἀκούσατε. (18) Συγχωρούντων γὰρ ἡμῶν τῷ ἄρχοντι μὴ συναριθμεῖν ἀλλὰ συγχέαι τὰς ψήφους, ἀφίστατο μὲν Δικαιογένης τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου ταῖς Δικαιογένους ἀδελφαῖς, καὶ ὡμολόγει ἀναμφισβή-

adhuc superest, ea lege fuisse adoptatum ut bonorum suorum ex asse heres esset. Haec ille Lyco testatus falsi dicti testimonii convictus est. (13) Dicæogenes itaque quum jam non amplius vos decipere posset, persuasit Menexeno nostramque suamque causam communem agenti (id quod, etsi pudet, propter illius improbitatem proloqui cogor), quidnam facere? ratam hereditatis portionem sibi contingentem a se auferre, gratiæque in mercedem nos quorum causam ageret sibi prodere, reliquosque falsos testes in forum nondum ab ipso pertractos missos facere. Haec nos ab amicis pariter inimicisque tolerantes tamen quievimus. Testes horum ad vos producam.

TESTES.

14. Verum Menexenus ab Dicæogene delusus fuit, id quod merito ei contigit: nam a testium persecutione quum destitisset atque nos prodidisset, fraudatus est iis quorum spe illectus illa commiserat. Injuriam hanc a Dicæogene passus rursus ad nostras partes rediit. Et nos arbitrati Dicæogeni jam nullam amplius hereditatis portionem competere, postquam testes falsi testimonii coarguti essent, cum eo de universa hereditate ex titulo propioris consanguinitatis contendimus. Qua in re nos rectum cepisse consilium, et jam nullam amplius hereditatis partem competere Dicæogeni facile demonstrabo. (15) Binæ enim tabulæ ejusdem testamenti prolatæ fuerant, alteræ quidem dudum ante, alteræ autem multo post: et vetustiores quidem, a Proxeno hujus Dicæogenis patre prolatæ, Dicæogenem hunc avunculi nostri filium adoptivum ea lege faciebant, ut is trientem solummodo hereditatis haberet; posteriores autem ab ipso Dicæogene prolatæ hunc ipsum heredem ex asse declarabant. Harum tabularum alteras quidem, illas a Proxeno proditas, Dicæogenes judicibus persuasit ut crederent commentitias esse; quod vero ad eas quas ipse Dicæogenes protulit, testes qui affirmaverant ab ipso avunculo nostro eas scriptas esse, falsi testimonii convicti sunt. (16) Ambobus itaque illis testamentis pariter debilitatis, aliud nullum exstare quum in confesso sit, liquet jam neminem esse cui hereditas ex titulo legationis competat, ex titulo consanguinitatis autem solis eam competere sororibus Dicæogenis defuncti, quarum e numero nostræ sunt matres. Quocirca visum nobis fuit in jure petere hereditatem ex titulo propinquitatis, et sic petivimus portionem unusquisque sibi ratam. Verum in eo jam quum essemus ut jurejurando mutuo adigeremur, intercessit Leochares hic, obnuntians hereditatem hanc controversiæ haud esse obnoxiam. (17) Quem testem quum rejiceremus, petitio quidem hereditatis antiquabatur, contra vero actio de falsitate dicti testamenti inducebatur. Ibi quum nos omnia dixissemus eadem atque nunc dicimus, itemque Leochares sui purgandi causa multa protulisset, pronunciarunt tandem judices Leocharetem falsa testatum esse. Quod quum palam esset factum ex depromtis suffragiis, quæ quidem Leochares judicesque ipsosque nosmet rogaverit et quæ nobis tum perficere contra eum licuerit, nescio an minus necesse sit enarrari: satis est ea vos audire, de quibus inter nos convenit. (18) Nobis enim concedentibus archonti ut suffragia non dinumerata confunderet, abdicabat ipse sese Dicæogenes de besse hereditatis eamque sororibus Dicæogenis defuncti permittebat, promittens sese portiones illas ut controversiæ non obnoxias nobis esse traditurum; eaque

τητα παραδώσειν ἡμῖν ταῦτα τὰ μέρη· καὶ ταῦτα ἐνεγυᾶτο αὐτὸν Λεωχάρης οὗτος καὶ ὡμολόγει ποιήσειν, οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ Μνησιπτόλεμος ὁ Πλωθειεύς. Καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

19. Ἡμεῖς τοίνυν ταῦτα παθόντες ὑπὸ Λεωχάρους, καὶ ἐγγενόμενον ἡμῖν αὐτὸν ἐπειδὴ εἵλομεν τῶν ψευδομαρτυριῶν ἀτιμῶσαι, οὐκ ἐβουλήθημεν, ἀλλ' ἐξήρκεσε τὰ ἡμέτερα ἡμῖν κομισαμένοις ἀπηλλάχθαι. Τοιοῦτοι δὲ γενόμενοι περὶ Λεωχάρην καὶ Δικαιογένην ἐξηπατήθημεν ὑπ' αὐτῶν, ὦ ἄνδρες· οὔτε γὰρ Δικαιογένης τὰ δύο μέρη ἡμῖν τοῦ κλήρου παρέδωκεν, ὁμολογήσας ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου, οὔτε Λεωχάρης ὁμολογεῖ ἐγγυήσασθαι αὐτὸν τότε. (20) Καίτοι εἰ μὴ ἐναντίον μὲν τῶν δικαστῶν, πεντακοσίων ὄντων, ἐναντίον δὲ τῶν περιεστηκότων ἐνεγυᾶτο, οὐκ οἶδ' ὅ τι ἂν ἐποίησεν. Ὡς μὲν τοίνυν περιφανῶς ψεύδονται, μάρτυρας ὑμῖν παρεχόμεθα τοὺς παρόντας, ὅτε Δικαιογένης μὲν ἀφίστατο τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου καὶ ὡμολόγει ἀναμφισβήτητα παραδώσειν ταῖς Δικαιογένους ἀδελφαῖς, Λεωχάρης δὲ ἐνεγυᾶτο αὐτὸν ἃ ὡμολόγησε καὶ ποιήσειν. Δεόμεθα δὲ καὶ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, εἴ τις ἐτύγχανε παρὼν τότε, ἀναμνησθῆναι εἰ λέγομεν ἀληθῆ καὶ βοηθῆσαι ἡμῖν· (21) ἐπεί, ὦ ἄνδρες, εἰ Δικαιογένης ἀληθῆ λέγει, τί ἡμεῖς ὠφελούμεθα νικήσαντες, ἢ τί οὗτος ἐζημιώθη ἡττηθείς; εἰ γὰρ ἀπέστη μόνον (ὥς φησι) τοῖν δυοῖν
53 μεροῖν τοῦ κλήρου, ἀναμφισβήτητα δὲ μὴ ὡμολόγει παραδώσειν, τί ἐζημιοῦτο ἀφιστάμενος ὧν τιμὴν εἶχεν; οὐδὲ γὰρ πρὶν ἡττηθῆναι τὴν δίκην εἶχεν ὧν ἡμεῖς δικαζόμεθα, ἀλλ' οἱ παρὰ τούτου πριάμενοι καὶ θέμενοι, οἷς ἔδει αὐτὸν ἀποδόντα τὴν τιμὴν ἡμῖν τὰ μέρη ἀποδοῦναι. (22) Διὰ ταῦτα γὰρ καὶ τοὺς ἐγγυητὰς παρ' αὐτοῦ ἐλάβομεν, οὐ πιστεύοντες αὐτῷ ἃ ὡμολόγησε ποιήσειν. Πλὴν γὰρ δυοῖν οἰκιδίοιν ἔξω τείχους καὶ ἐν Πεδίῳ ἑξήκοντα πλέθρων οὐδὲν κεκομίσμεθα, ἀλλ' οἱ παρὰ τούτου θέμενοι καὶ πριάμενοι. Ἡμεῖς δ' οὐκ ἐξάγομεν· δεδίαμεν γὰρ μὴ ὄφλωμεν δίκας. Καὶ γὰρ Μικίωνα, κελεύοντος Δικαιογένους καὶ φάσκοντος μὴ βεβαιώσειν, ἐξάγοντες ἐκ τοῦ βαλανείου ὤφλομεν τετταράκοντα μνᾶς διὰ Δικαιογένην, ὦ ἄνδρες. (23) Ἡγούμενοι γὰρ οὐκ ἂν αὐτὸν βεβαιώσειν οὐδὲν ὧν ἡμῖν ἀπέστη ἐν τῷ δικαστηρίῳ, διισχυριζόμεθα πρὸς Μικίωνα ἐναντίον τῶν δικαστῶν, ἐθέλοντες ὁτιοῦν πάσχειν, εἰ βεβαιώσειεν αὐτῷ Δικαιογένης τὸ βαλανεῖον, οὐκ ἄν ποτε οἰόμενοι αὐτὸν ἐναντία οἷς ὡμολόγησε πρᾶξαι, οὐ δι' ἄλλ' οὐδὲν ἢ διὰ τοὺς ἐγγυητάς, ὅτι καθειστήκεσαν ἡμῖν. (24) Ἀποστὰς δὲ Δικαιογένης ταῦτα τὰ μέρη, ὧν καὶ νῦν ὁμολογεῖ ἀφεστάναι ἡμῖν, ἐβεβαίωσε Μικίωνι τὸ βαλανεῖον. Καὶ ἐγὼ μὲν ὁ ἄθλιος οὐχ ὅπως τι ἐκ τοῦ κλήρου εἰληφώς, ἀλλὰ προσαπολωλεκὼς τετταράκοντα μνᾶς, ἀπῄειν ὑβρισμένος ὑπὸ τοῦ Δικαιογένους. Καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

de re Leochares ut sponsor fidem suam interponebat, aiens Dicæogenem hæc facturum esse; non solus ille, verum simul etiam Mnesiptolemus Plothiensis. Quarum rerum vobis hos edam testes.

TESTES.

19. Nobis itaque talia a Leochare passis, quum liceret eum infamia notare ut falsi dicti testimonii convictum, noluimus tamen, sed satis habuimus, ubi nostra nobis debita abstulissemus, quiescere. Verum enimvero, quanquam tales nos erga Leocharem atque Dicæogenem gesseramus, tamen ab ipsis lusi fuimus, o judices: nam neque Dicæogenes, quam hereditatis bessem nobis a se tradendam coram judicibus recepisset, eam nobis tradidit, et Leochares se negat tum temporis pro Dicæogene sponsorem esse factum. (20) Atqui nisi coram judicibus, quingentis numero, et coram circumstantium corona sponsionem suscepisset, nescio quid eo factum fuisset. Manifesto itaque illos mentiri constat vobis e testibus qui coram aderant, quo tempore Dicæogenes quidem besse hereditatis se abdicabat eamque sororibus Dicæogenis defuncti sine ulla controversia a se tradendam recipiebat, Leochares autem sponsor fiebat, quæ Dicæogenes verbis recepisset, ea reapse esse præstiturum. Sed et vos, o viri, rogamus, quotquot rei tum gestæ interfuistis, ut num vera dicamus a memoria vestra requirere nobisque succurrere velitis; (21) nam si vera dicit Dicæogenes, quid nobis prodest causa vicisse? aut quid ille minus habet postquam causa cecidit? Nam si verbotenus tantum, id quod ait, besse destitit, neutiquam autem promisit eam traditurum nulli controversiæ obnoxiam, ecquod tandem detrimentum accepit ab cessione bonorum, quorum tenet valorem. Ipsa enim bona se habuit quidem antequam causa caderet, sed habent illa hi, qui ab illo quum emissent aut pignoris loco accepissent, pecunia parata compensarunt; quam pecuniam debebat Dicæogenes ipsis reluere, et sic nostrûm cuique ratam suam portionem restituere. (22) Ideo enim sponsores ab eo sumpsimus, non fidentes illum ultro promissa exsecuturum. Nam præter duas domunculas extra mœnia et sexaginta jugera in Pedio nil retulimus, sed illi reliqua habent, qui aut emerunt ab eo aut oppignerata sibi habent: quos inde non deducimus, ne in judicio condemnati mulctas debeamus. Nam Micionem quoque quod balneo deduxissemus, id quod jussu Dicæogenis feceramus, negantis se emptionis vindicias præstiturum, quadraginta minis condemnati sumus, fraude Dicæogenis decepti. (23) Existimantes enim Dicæogenem quæ nobis in judicio concessisset, eorum emptionem non ut legitime factam præstiturum esse, adversus Micionem coram judicibus affirmabamus, paratos nos esse nihil non pati, si Dicæogenes ipsi balnei emptionem uti validam præstaret; opinabamur enim illum pacta nunquam factis esse refutaturum, idque nullam aliam ob causam quam ob sponsores, qui fidem suam hac de re interposuerant. (24) Verum enimvero, quamvis Dicæogenes illis portionibus decessisset, quibus se etiam nunc fatetur nostri causa decessisse, Micioni tamen balneum confirmavit. Sic ego miser non modo nullum hujus hereditatis fructum percepi, sed præterea etiam quadraginta minis mulctatus fui, et discessi contumelia a Dicæogene affectus. Etiam hujus rei testes vobis præstabo.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

25. Ταῦτα μὲν πεπόνθαμεν ὑπὸ Δικαιογένους, ὦ ἄνδρες· ὁ δ' ἐγγυησάμενος αὐτὸν Λεωχάρης καὶ τῶν πάντων ἡμῖν κακῶν αἴτιος οὔ φησιν ἐγγυήσασθαι ἃ καταμαρτυρεῖται αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῷ γραμματείῳ τῷ ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου γραφέντι οὐκ ἔνεστι ταῦτα. Ἡμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες, τότ' ἐπὶ τοῦ βήματος σπεύδοντες τὰ μὲν ἐγράψαμεν, τῶν δὲ μάρτυρας ἐποιησάμεθα· οὗτοι δέ, ἃ μὲν αὐτοῖς συμφέρει τῶν ὁμολογηθέντων τότε, κύριά φασιν εἶναι, εἰ καὶ μὴ γέγραπται, ἃ δ' οὐ συμφέρει, οὐ κύρια, εἰ μὴ γέγραπται. (26) Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, οὐ θαυμάζω ὅτι ἔξαρνοί εἰσι τὰ ὡμολογημένα· οὐδὲ γὰρ τὰ γραφέντα ἐθέλουσι ποιεῖν. Ἡμεῖς δ' ὡς ἐλέγομεν ἀληθῆ, καὶ ἄλλο τι τεκμήριον παρεξόμεθα. Πρωταρχίδῃ γὰρ τῷ Ποταμίῳ ἔδωκε Δικαιογένης τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐπὶ τετταράκοντα μναῖς, ἀντὶ δὲ τῆς προικὸς τὴν οἰκίαν αὐτῷ τὴν ἐν Κεραμεικῷ παρέδωκε. Ταύτῃ δὲ τῇ γυναικί, ἣν ὁ Πρωταρχίδης ἔχει, προσήκει τοῦ κλήρου μέρος ὅσον περ τῇ μητρὶ τῇ ἐμῇ. (27) Ἐπεὶ δ' οὖν ἀπέστη Δικαιογένης ταῖς γυναιξὶ τοῖν δυοῖν μεροῖν τοῦ κλήρου, ἠξίου ὁ Λεωχάρης τὸν Πρωταρχίδην παραδιδόναι αὐτῷ τὴν συνοικίαν ἣν εἶχεν ἀντὶ τῆς προικός, ὡς ὄντι ἐγγυητῇ αὐτῷ, τὸ δὲ μέρος ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τοῦ κλήρου παρ' αὐτοῦ κομίζεσθαι. Παραλαβὼν δὲ τὴν συνοικίαν τὸ μέρος οὐ παρέδωκε. Καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρα τὸν Πρωταρχίδην παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΣ.

28. Περὶ δὲ ἐπισκευῆς τοῦ βαλανείου καὶ οἰκοδομίας καὶ πρότερον εἴρηκε Δικαιογένης καὶ νῦν ἴσως ἐρεῖ, ὡς ὁμολογήσαντες αὐτῷ ἀποδώσειν τὰ ἀναλωμένα οὐκ ἀπεδώκαμεν, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο οὐ δύναται ἀπαλλάσσειν τοὺς χρήστας, οὐδὲ ἡμῖν παραδοῦναι ἃ δεῖ αὐτόν. (29) Ἡμεῖς δέ, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου, ὅτε ἠναγκάζομεν αὐτὸν ἀφίστασθαι τούτων, ἀντὶ τῶν λειτουργιῶν καὶ τῶν εἰς τὰ οἰκοδομήματα ἀναλωμένων ἀφεῖμεν αὐτῷ τοὺς καρπούς, οὕτω τῶν δικαστῶν γιγνωσκόντων· ὕστερον δ' οὐκ ἀναγκαζόμενοι ἀλλ' ἑκόντες ἔδομεν αὐτῷ τὴν ἐν ἄστει οἰκίαν ἐξαιρεθέντες πρὸς τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ κλήρου ἔχειν ἀντὶ τῶν ἐπεσκευασμένων, ἣν οὗτος ἀντὶ πεντακισχιλίων δραχμῶν παρέδωκε Φιλονείκῳ. (30) Ἔδομεν δὲ οὐ διὰ τὴν τοῦ Δικαιογένους χρηστότητα, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἐπιδεικνύμενοι ὅτι οὐ περὶ πλείονος χρήματα ποιούμεθα τῶν οἰκείων, οὐδ' ἂν πάνυ πονηροὶ ὦσι. Καὶ γὰρ πρότερον ὅτ' ἐφ' ἡμῖν ἐγένετο Δικαιογένην τιμωρήσασθαι καὶ ἀφελέσθαι ἃ εἶχεν, οὐκ ἐβουλήθημεν τῶν τούτου κτήσασθαι οὐδέν, ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα μόνον κομίσασθαι ἐξήρκει ἡμῖν. Οὗτος δ' ὅτ' ἐκράτησεν ἡμῶν, ἀπεσύλησεν ἃ ἐδύνατο, καὶ ὡς ἐχθροὺς ἀλλ' οὐ προσήκοντας ἀπόλλυσι. (31) Τεκμήριον δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων τρόπων καὶ τῆς τούτου ἀδικίας μέγα παρεξόμεθα. Μελλούσης γὰρ τῆς πρὸς Λεωχάρην δίκης εἰσιέναι, ὦ ἄνδρες, ἐν τῷ Μαιμακτηριῶνι μηνί,

TESTES.

25. Hæc nos, o judices, a Dicæogene passi sumus : Leochares autem, a quo hæc omnia nobis conflata sunt, quum pro illo spopondisset, negat se ea spopondisse quæ testes edicunt; nullam enim mentionem ejus rei fieri in tabulis coram judicio conditis. Nos autem, o judices, tunc temporis in tribunali festinantes, alia in tabulas referri, aliorum testes solummodo nobis esse curavimus : hi autem ea modo quæ e re ipsorum sunt, rata aiunt esse, etiamsi in tabulis scripta non sint; quæ autem ipsis non conducunt, ea, scripta si minus fuerint, rata esse negant. (26) Ego vero, judices, nil miror eos pacta infitiari verbis solummodo inita : nam ne scripta quidem servare volunt. Vera autem nos dicere, aliud adhuc argumentum proferam. Protarchidi Potamio Dicæogenes dedit sororem suam cum dote quadraginta minarum, et loco dotis domum ei tradidit in Ceramico sitam. Huic mulieri, quam Protarchides habet, æqualis portio hereditatis competebat atque matri meæ. (27) Quum igitur Dicæogenes mulieribus de besse hereditatis concessisset, rogabat Leochares Protarchidem ut sibi traderet insulam quam pro dote Protarchides habebat; a se enim [Leochare] ut sponsore ipsum [Protarchidem] partem hereditatis uxori ejus debitam ablaturum esse. Nactus vero Leochares insulam hereditatis portionem non tradidit, eaque de re testem Protarchidem vobis exhibebo.

TESTIS.

28. De reparatione balnei antem et ædificationibus si nunc quoque proferet eadem quæ jamdudum prætendit, nos nimirum, quos ei sumptus factos refundendos recepissemus, eos non refudisse, et propterea se non potuisse creditoribus satisfacere, ideoque nobis quoque ea non potuisse tradere quæ deberet : occurram ei sic. (29) Quo tempore, judices, coram judicio eum cogebamus his de bonis decedere, in compensationem sumptuum ab ipso tam in munera publica horum bonorum nomine quam in ædificationes factorum permisimus illi horum bonorum usum fructum, judicibus ita fieri debere censentibus : tempore autem post dedimus ei non coacti, sed sponte nostra, veluti præcipuum aliquod a reliqua massa separatum, domum in urbe, quam haberet adhuc præter trientem hereditatis in compensationem reparaturarum, quamque Dicæogenes Philonico quinquaginta minis vendidit. (30) Dedimus autem nos illam domum Dicæogeni, judices, non ob illius probitatem, sed quo testatum faceremus divitias a nobis pluris non fieri quam necessarios, sint licet quam nequissimi. Nam antea quoque, quum penes nos esset Dicæogenem ulcisci et fortunis denudare omnibus, tamen noluimus bonorum ejus ullam in partem invadere, sed satis habuimus nos nostra recuperare. Ille contra superior factus quæcumque potuit nobis eripuit, et pessumdare nos laborat non ut cognatos, sed ut inimicos homines. (31) Proferemus evidens documentum et morum nostrorum et hujus viri nequitiæ. In eo quum esset actio adversus Leocharem ut in tribunal inferretur, mense Mæma-

ἠξίου Λεωχάρης καὶ Δικαιογένης δίαιταν ἡμᾶς ἐπιτροπεύειν, τὴν δίκην ἀναβαλλομένους. Καὶ ἡμεῖς ὥσπερ μικρὰ ἀδικούμενοι συνεχωρήσαμεν, καὶ ἐπετρέψαμεν διαιτηταῖς τέτταρσιν, ὧν τοὺς μὲν δύο ἡμεῖς ἠγάγομεν, τοὺς δὲ δύο ἐκεῖνοι. Καὶ ἐναντίον τούτων ὡμολογήσαμεν ἐμμενεῖν οἷς ἂν οὗτοι γνοῖεν, καὶ ὠμόσαμεν. (32) Καὶ οἱ διαιτηταὶ ἔφασαν, εἰ μὲν ἀνώμοτοι δύναιντ' ἂν ἡμᾶς διαλλάξαι, οὕτω ποιήσειν, εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὶ ὀμόσαντες ἀποφανεῖσθαι ἃ δίκαια ἡγοῦνται εἶναι. Ἀνακρίναντες δὲ ἡμᾶς πολλάκις καὶ πυθόμενοι τὰ πραχθέντα οἱ διαιτηταί, οἱ μὲν δύο οὓς ἐγὼ προὐβαλόμην, Διότιμος καὶ Μελάνωπος, ἤθελον καὶ ἀνώμοτοι καὶ ὀμόσαντες ἀποφήνασθαι ἃ ἐγίνωσκον ἀληθέστατα ἐκ τῶν λεγομένων, οὓς δὲ Λεωχάρης προὐβάλετο, οὐκ ἔφασαν ἀποφανεῖσθαι. (33) Καίτοι Διοπείθης ὁ ἕτερος τῶν διαιτητῶν Λεωχάρει μὲν ἦν τούτῳ κηδεστής, ἐμὸς δ' ἐχθρὸς καὶ ἀντίδικος ἐξ ἑτέρων συμβολαίων· Δημάρατος δὲ ὁ μετ' αὐτοῦ Μνησιπτολέμῳ τῷ ἐγγυησαμένῳ Δικαιογένη μετὰ Λεωχάρους ἦν ἀδελφός. Οὗτοι μέντοι οὐκ ἠθέλησαν ἀποφήνασθαι, ὁρκώσαντες ἡμᾶς ἦ μὴν ἐμμενεῖν οἷς ἂν αὐτοὶ γνοῖεν. Καὶ τούτων ὑμῖν μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

34. Οὐκ οὖν δεινὸν εἰ δεήσεται ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, Λεωχάρης ἀποψηφίσασθαι ἃ Διοπείθης κηδεστὴς ὢν αὐτοῦ κατεψηφίσατο; ἢ ὑμῖν πῶς καλὸν ἀπογνῶναι Λεωχάρους ἅ γε οὐδ' οἱ προσήκοντες αὐτοῦ ἀπέγνωσαν; Δέομαι οὖν ὑμῶν καταψηφίσασθαι Λεωχάρους, ἵν' ἃ ἡμῖν οἱ πρόγονοι κατέλιπον κομισώμεθα, καὶ μὴ μόνον τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἔχωμεν, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήματα· τῶν δὲ Λεωχάρους ἰδίων οὐκ ἐπιθυμοῦμεν. (35) Δικαιογένην γάρ, ὦ ἄνδρες, οὔτ' ἐλεεῖν ἐστε δίκαιοι κακῶς πράττοντα καὶ πενόμενον, οὔτ' εὖ ποιεῖν ὡς ἀγαθόν τι εἰργασμένον τὴν πόλιν· οὐδέτερα γὰρ αὐτῷ τούτων ὑπάρχει, ὡς ἐγὼ ἀποφανῶ, ὦ ἄνδρες. Ἅμα δὲ καὶ πλούσιον καὶ πονηρότατον αὐτὸν ὄντα ἀνθρώπων ἀποδείξω καὶ εἰς τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς προσήκοντας καὶ εἰς τοὺς φίλους. Οὗτος γὰρ παραλαβὼν τὸν κλῆρον παρ' ἡμῶν φέροντα μίσθωσιν τοῦ ἐνιαυτοῦ ὀγδοήκοντα μνᾶς, καρπωσάμενος αὐτὸν δέκα ἔτη οὔτε ἀργύριον ὡμολόγει κεκτῆσθαι οὔτε ὅποι ἀνήλωσεν ἔχοι ἂν ἐπιδεῖξαι, ὦ ἄνδρες. (36) Ἄξιον δὲ καὶ ὑμῖν λογίσασθαι. Οὗτος γὰρ τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυρριχισταῖς ὕστατος· ταύτας δὲ μόνας ἀναγκασθεὶς λειτουργίας λειτουργῆσαι ἀπὸ τοσαύτης προσόδου οὕτω καλῶς ἐχορήγησεν. Ἀλλὰ μὴν τριηράρχων τοσούτων κατασταθέντων οὔτ' αὐτὸς ἐτριηράρχησεν οὔθ' ἑτέρῳ συμβέβληκεν ἐν τοιούτοις καιροῖς, ἀλλ' ἕτεροι μὲν οὐσίαν κεκτημένοι ἐλάττω ἢ οὗτος μίσθωσιν λαμβάνει τριηραρχοῦσι. (37) Καίτοι, ὦ ἄνδρες, οὐχ ὁ πατὴρ αὐτῷ τὴν πολλὴν οὐσίαν κατέλιπεν, ἀλλ' ὑμεῖς ἔδοτε τῇ ψήφῳ· ὥστε εἰ καὶ μὴ πολίτης ἦν, διά γε τοῦτο δίκαιος ἦν τὴν πόλιν εὖ ποιεῖν. Εἰσφορῶν τοίνυν το-

cterione, judices, conveniebant nos Leochares atque Dicæogenes, rogantes ut, prosecutione litis aliud in tempus rejecta, viam compositionis per arbitros prius experiremur. Quibus nos, quasi minuta in re læsi, assensi quattuor arbitris litem permisimus disceptandam, quorum binos alteros nos adducebamus, alteros illi. Coram his promisimus, nos ab eorum arbitratu non discessuros, idque jurejurando sanximus. (32) Et arbitri dicebant si injurati conciliare nos possent, ita se facturos; sin minus, ipsos quoque juratos ea quæ justa ipsis esse viderentur, declaraturos. Jam quum iterum iterumque nos interrogassent et quæ res esset intellexissent, illi duo quos ego mihi delegeram, Diotimus et Melanopus, parati erant pronuntiare, sive jurati sive non jurati, quæ e dictis colligere potuissent verissima esse; quos autem Leochares arbitros tulerat, hi nolebant pronuntiare. (33) Tametsi alter eorum Diopithes Leocharis affinis erat, mihi vero inimicus ex negotiis quibusdam forensibus; alter autem Demaratus frater illius erat Mnesiptolemi, qui una cum Leochare pro Dicæogene spopondit. Hi ergo duo pronuntiare recusabant, tametsi nos jurejurando adegissent, nos a sententia ab ipsis pronuntianda haud esse discessuros. Testes hujus rei vobis exhibebo.

TESTES.

34. Nonne igitur res gravis foret, si Leochares vos rogaret, judices, ut se absolveretis eadem in causa, in qua Diopithes affinis ejus qui esset ipsum condemnavit? et qui deceret vos Leocharem ab illa culpa liberare, a qua ne necessarii quidem liberarunt? Quare vos rogo Leocharem condemnetis, ut quæ nobis majores reliquerunt recipiamus, et non solum nomina illorum sed etiam possessiones habeamus; ex privato vero Leocharis nihil conferri cupimus. (35) Indignus enim est Dicæogenes vestra commiseratione atque contentione bene de eo merendi; neque enim pauper et in re curta est, neque de rep. præclare meritus : quod utrumque docebo, judices, planum facturus eundem et locupletissimum et nequissimum hominem esse, pessimeque de rep., de necessariis, de amicis denique meritum. Hic enim quum a nobis accepisset hanc hereditatem, octogenas minas annuorum vectigalium ferentem, ejusque fructus toto decennio percepisset, tum negat sibi pecuniam esse, tum tamen non habet docere quo eam insumpserit. (36) Vos ipsi, fas enim est, existimate. In Dionysiis choregatu tribûs suæ fungens quartus fuit, tragœdiæque atque pyrrhichiæ palmas retulit postremas : hæc sola sunt munera quæ edidit coactus, et tam præclare, e reditu tam amplo. Et trierarchi tot quum constituti sint, Dicæogenes neque ipse trierarchatum gessit neque alteri cuipiam gerenti de penu suo ad sumptus contulit, præsertim ejusmodi in reip. temporibus : sed alii, quibus tenuior res familiaris est, quam huic sunt reditus annui, tamen trierarchatus gerunt. (37) Quamquam splendidas illas facultates non pater ei reliquit, sed vos suffragio vestro donastis; quapropter, etiamsi civis non esset, tamen eum deceret liberalitate in remp. voluntatem vestram demereri. Porro

σούτων γεγενημένων πᾶσι τοῖς πολίταις εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως Δικαιογένης οὐκ ἔστιν ἥντινα εἰσενήνοχε· πλὴν ὅτε Λέχαιον ἑάλω, κληθεὶς ὑπὸ ἑτέρου ἐπέδωκεν ἐν τῷ δήμῳ τριακοσίας δραχμάς, ἔλαττον ἢ Κλεώνυμος ὁ Κρής· (38) καὶ τοῦτο ἐπέδωκεν, οὐκ εἰσήνεγκεν, ἀλλ' ἐπ' αἰσχίστῳ ἐπιγράμματι ἐξετέθη αὐτοῦ τοὔνομα ἔμπροσθεν τῶν ἐπωνύμων, ὅτι οἵδε εἰς σωτηρίαν τῆς πόλεως ὑποσχόμενοι τῷ δήμῳ εἰσοίσειν χρήματα ἐθελονταὶ οὐκ εἰσήνεγκαν. Καίτοι πῶς ἄξιον θαυμάζειν, ὦ ἄνδρες, εἰ ἐμὲ ἐξηπάτησεν ἕνα ὄντα, ὃς ὑμᾶς ἅπαντας ἅμα συνειλεγμένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοιαῦτα ἐποίησε; Καὶ τούτων ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

39. Εἰς μὲν τὴν πόλιν οὕτω καὶ τοσαῦτα λελειτούργηκε Δικαιογένης ἀπὸ τοσούτων χρημάτων· περὶ δὲ τοὺς προσήκοντας τοιοῦτός ἐστιν οἷον ὁρᾶτε, ὥστε τοὺς μὲν ἡμῶν ἀφείλετο τὴν οὐσίαν, ὅτι μεῖζον ἐδυνήθη, τοὺς δὲ περιεώρα εἰς τοὺς μισθωτοὺς ἰόντας δι' ἔνδειαν τῶν ἐπιτηδείων. Τὴν δὲ μητέρα τὴν αὐτοῦ καθημένην ἐν τῷ τῆς Εἰληθυίας ἱερῷ πάντες ἑώρων, καὶ τούτῳ ἐγκαλοῦσαν ἃ ἐγὼ αἰσχύνομαι λέγειν, οὗτος δὲ ποιῶν οὐκ ᾐσχύνετο. (40) Τῶν δ' ἐπιτηδείων Μέλανα μὲν τὸν Αἰγύπτιον, ᾧ ἐκ μειρακίου φίλος ἦν, ὅπερ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ ἀργύριον ἀποστερήσας, ἔχθιστός ἐστι· τῶν δὲ ἄλλων αὐτοῦ φίλων οἱ μὲν οὐκ ἀπέλαβον ἃ ἐδάνεισαν, οἱ δ' ἐξηπατήθησαν, καὶ οὐκ ἔλαβον ἃ ὑπέσχετο αὐτοῖς, εἰ ἐπιδικάσαιτο τοῦ κλήρου, δώσειν. (41) Καίτοι, ὦ ἄνδρες, οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι οἱ ταῦτα κτησάμενοι καὶ καταλιπόντες πάσας μὲν χορηγίας ἐχορήγησαν, εἰσήνεγκαν δὲ εἰς τὸν πόλεμον χρήματα πολλὰ ὑμῖν, καὶ τριηραρχοῦντες οὐδένα χρόνον διέλιπον. Καὶ τούτων μαρτύρια ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναθήματα ἐκεῖνοι ἐκ τῶν περιόντων, μνημεῖα τῆς αὐτῶν ἀρετῆς, ἀνέθεσαν, τοῦτο μὲν ἐν Διονύσου τρίποδας, οὓς χορηγοῦντες καὶ νικῶντες ἔλαβον, τοῦτο δ' ἐν Πυθίου· (42) ἔτι δ' ἐν ἀκροπόλει ἀπαρχὰς τῶν ὄντων ἀναθέντες πολλοῖς, ὡς ἀπὸ ἰδίας κτήσεως, ἀγάλμασι χαλκοῖς καὶ λιθίνοις κεκοσμήκασι τὸ ἱερόν. Αὐτοὶ δ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος πολεμοῦντες ἀπέθανον, Δικαιογένης μὲν ὁ Μενεξένου τοῦ ἐμοῦ πάππου πατὴρ στρατηγῶν ὅτε ἡ ἐν Ἐλευσῖνι μάχη ἐγένετο, Μενέξενος δ' ὁ ἐκείνου υἱὸς φυλαρχῶν τῆς Ὀλυσίας ἐν Σπαρτώλῳ, Δικαιογένης δὲ ὁ Μενεξένου τριηραρχῶν τῆς Παράλου ἐν Κνίδῳ. (43) Τὸν μὲν τούτου οἶκον σύ, ὦ Δικαιόγενες, παραλαβὼν κακῶς καὶ αἰσχρῶς διολώλεκας, καὶ ἐξαργυρισάμενος πενίαν ὀδύρῃ, ποῖ ἀναλώσας; οὔτε γὰρ εἰς τὴν πόλιν οὔτε εἰς τοὺς φίλους φανερὸς εἶ δαπανηθεὶς οὐδέν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ καθιπποτρόφηκας· οὐ γὰρ πώποτε ἐκτήσω ἵππον πλείονος ἄξιον ἢ τριῶν μνῶν· οὔτε κατεζευγοτρόφηκας, ἐπεὶ οὐδὲ ζεῦγος ἐκτήσω ὀρικὸν οὐδεπώποτε ἐπὶ τοσούτοις ἀγροῖς καὶ κτήμασιν. (44) Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τῶν πολεμίων ἐλύσω οὐδένα. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἀναθήματα, ἃ

tot contributiones quum factæ sint a civibus ad bellum sustinendum patriæque salutem tuendam, Dicæogenes ne semel quidem quicquam contulit; nisi quod, quum Lechæum caperetur, provocatus ab alio pollicitus est in concione se trecentas drachmas, minus adeo quam Cleonymus Cretensis dedit, esse daturum : (38) at quod pollicitus est non præstitit, sed turpissima de causa nomen ejus apud Eponymos in tabula publica proscriptum, ut unus eorum qui, quam largitionem ad salutem patriæ tuendam sponte sua polliciti fuissent, non præstitissent. Qui jam mirandum sit, me qui unus sim ab eo deceptum esse, qui vos cunctos in concionem congressos deceperit? Etiam hujus rei testes præstabo.

TESTES.

39. In remp. ergo Dicæogenes hoc pacto et tam magnifice e re tam lauta erogavit : erga necessarios autem eum se gerit quem videtis; nam alios nostrûm fortunis exuebat præpollens, alios æquo animo ferebat ob penuriam victus quotidiani peregre proficisci mercenarios. Viderunt omnes matrem ejus in fano Ilithyiæ sedentem, filioque scelus exprobrantem, quod proferre verecundor, quanquam illum committere scelus nil puduit. (40) Melane Ægyptio quum esset a puero familiariter usus, habet nunc eundem sibi inimicissimum, quod pecuniam ab illo mutuo sumptam non reddit : reliquorum qui amici ejus fuerunt, alii non recuperarunt nummos ipsi mutuo datos, alii decepti sunt ab eo non præstante ea quæ se daturum promisisset, si hereditatem in judicio adipisceretur. (41) Nostri autem majores, o judices, qui bona istæc reliquerunt sudore suo parta, nullis non choregatibus defuncti sunt, pecuniasque quamplurimas ad onera belli perferenda contulerunt, neque tempus ullum vacavit ipsorum trierarchatibus. Quorum documenta sunt donaria ab illis in fanis deorum, ex eo quod ipsis de necessariis impensis redundaret dedicata, quo monumenta suæ virtutis essent; tripodes, alii in templo Bacchi consecrati, quos choregi quum essent, præmia victoriæ abstulerant, alii in templo Pythii Apollinis consecrati : (42) præterea quoque in arce primitias fortunarum consecrantes fanum quod ibi est Minervæ simulacris æneisque saxeisque numero multis, ut e re familiari privata, exornarunt. Ipsi autem pro patria dimicantes occubuerunt, Dicæogenes quidem Menexeni, avi mei pater, strategi cum dignitate apud Eleusinem, Menexenus autem filius ejus, equitum magister, apud Spartolum in Olysiorum (*Olynthiorum*) ditione, Dicæogenes autem hujus Menexeni filius occubuit in pugna apud Cnidum, trierarchatu fungens navis Parali. (43) Hanc tu domum, Dicæogene, quum suscepisses, pessime summo cum dedecore pessumdedisti; ac fundos quum nummis commutaveris, nihilominus paupertatem quereris! qui? quo impendisti pecuniam? In remp. quidem constat nihil te impendisse neque in amicos. Neque equis alendis prodegisti rem, qui nunquam habueris equum plus tribus minis veneuntem; neque etiam in bigas mulares profudisti, quas nunquam possedisti, tam amplos fundos et tam instructos habens. (44) Neque ex hostibus captivum ullum redemisti. Ne ipsa quidem illa donaria in urbem intulisti

Μενέξενος τριῶν ταλάντων ποιησάμενος ἀπέθανε πρὶν ἀναθεῖναι, εἰς τὴν πόλιν κεκόμικας, ἀλλ' ἐν τοῖς λιθουργείοις ἔτι κυλινδεῖται, καὶ αὐτὸς μὲν ἠξίους κεκτῆσθαι ἅ σοι οὐδὲν προσῆκε χρήματα, τοῖς δὲ θεοῖς οὐκ ἀπέδωκας ἃ ἐκείνων ἐγίγνετο ἀγάλματα. (45) Διὰ τί οὖν ἀξιώσεις σου τοὺς δικαστὰς ἀποψηφίσασθαι, ὦ Δικαιόγενες; πότερον ὅτι πολλὰς λειτουργίας λελειτούργηκας τῇ πόλει, καὶ πολλὰ χρήματα δαπανήσας σεμνοτέραν τὴν πόλιν τούτοις ἐποίησας; ἢ ὡς τριηραρχῶν πολλὰ κακὰ τοὺς πολεμίους εἰργάσω, καὶ εἰσφορὰς δεομένῃ τῇ πατρίδι εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκὼν μεγάλα ὠφέληκας; ἀλλ' οὐδέν σοι τούτων πέπρακται. (46) Ἀλλ' ὡς στρατιώτης ἀγαθός; ἀλλ' οὐκ ἐστράτευσαι τοσούτου καὶ τοιούτου γενομένου πολέμου, εἰς ὃν Ὀλύνθιοι μὲν καὶ νησιῶται ὑπὲρ τῆσδε τῆς γῆς ἀποθνήσκουσι μαχόμενοι τοῖς πολεμίοις, σὺ δέ, ὦ Δικαιόγενες, πολίτης ὢν οὐδ' ἐστράτευσαι. Ἀλλ' ἴσως διὰ τοὺς προγόνους ἀξιώσεις μου πλέον ἔχειν, ὅτι τὸν τύραννον ἀπέκτειναν. Ἐγὼ δ' ἐκείνους μὲν ἐπαινῶ, σοὶ δὲ οὐδὲν ἡγοῦμαι τῆς ἐκείνων ἀρετῆς μετεῖναι. (47) Πρῶτον μὲν γὰρ εἵλου ἀντὶ τῆς ἐκείνων δόξης τὴν ἡμετέραν οὐσίαν κτήσασθαι, καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους καλεῖσθαι υἱὸς ἢ Ἁρμοδίου, ὑπεριδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ προεδριῶν καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόσι δέδοται. Ἔτι δὲ ὁ Ἀριστογείτων ἐκεῖνος καὶ Ἁρμόδιος οὐ διὰ τὸ γένος ἐτιμήθησαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν, ἧς σοι οὐδὲν μέτεστιν, ὦ Δικαιόγενες.

VI.

56 ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΦΙΛΟΚΤΗΜΟΝΟΣ ΚΛΗΡΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Εὐκτήμονος υἱὸς Φιλοκτήμων τὸν τῆς ἑτέρας τῶν ἀδελφῶν καὶ Φανοστράτου υἱὸν Χαιρέστρατον ποιησάμενος κατὰ διαθήκας τὰς τεθείσας παρὰ Χαιρέᾳ τῷ τῆς ἑτέρας ἀδελφῆς ἀνδρί, ἐτελεύτησε ζῶντος ἔτι τοῦ πατρός· ὕστερον δὲ κἀκείνου ἀποθανόντος ἔλαχεν ὁ Χαιρέστρατος τοῦ κλήρου κατὰ τὸν νόμον. Διαμαρτυρήσαντος δὲ Ἀνδροκλέους μὴ εἶναι ἐπίδικον, ὄντος Ἀντιδώρου γνησίου παιδὸς Εὐκτήμονι, οἱ περὶ Χαιρέστρατον ἐπεσκήψαντο τῇ διαμαρτυρίᾳ, καὶ τοῦτον καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ νόθους γεγονέναι φάσκοντες, τὸν δὲ νόμον διαγορεύειν νόθῳ καὶ νόθῃ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν. Ἡ στάσις στοχασμός· ἄδηλον γὰρ εἰ ἐποίησε Φιλοκτήμων Χαιρέστρατον υἱὸν ἑαυτῷ, καὶ πάλιν ἄδηλον εἰ γνήσιοί εἰσιν οἱ περὶ Ἀντίδωρον.

Ὅτι μέν, ὦ ἄνδρες, πάντων οἰκειότατα χρῶμαι Φανοστράτῳ τε καὶ Χαιρεστράτῳ τούτῳ, τοὺς πολλοὺς οἶμαι ὑμῶν εἰδέναι, τοῖς δὲ μὴ εἰδόσιν ἱκανὸν ἐρῶ τεκμήριον· ὅτε γὰρ εἰς Σικελίαν ἐξέπλει τριηραρχῶν Χαιρέστρατος, διὰ τὸ πρότερον αὐτὸς ἐκπεπλευκέναι προήδειν πάντας τοὺς ἐσομένους κινδύνους, ὅμως δὲ δεομένων τούτων καὶ συνεξέπλευσα καὶ συνεδυστύχησα καὶ ἑάλωμεν εἰς τοὺς πολεμίους. (2) Ἄτοπον δὴ εἰ ἐκεῖνα μὲν προδήλων ὄντων τῶν κινδύνων ὅμως διὰ τὸ χρῆσθαι τούτοις καὶ φίλους νομίζειν ὑπέμενον, νῦν δὲ οὐ πειρῴμην συνειπεῖν ἐξ ὧν ὑμεῖς τά τε εὔορκα ψηφιεῖ-

dedicanda, quæ Menexenus quum tribus talentis facienda locasset, vita excessit priusquam dedicaret, sed volutantur adhuc in officina lapicidæ; et tu quidem dignum te censuisti possidere te bona ad te nullo jure pertinentia, diis autem oblivisceris donaria reddere iis destinata. (45) Ecquid igitur est id ob quod tu, Dicæogene, postules, judices te absolvere? num quod multa munera civitati edideris, magnoque æris impendio magis eam spectabilem reddideris? an quod trierarchus clades hostibus acerbas intuleris? an quod egenti patriæ largitiones conferendo ampla pepereris emolumenta? Atqui horum omnium fecisti nihil. (46) Verumtamen miles bonus et fortis es? Atqui nunquam in castra isti, toto hoc tenente bello tam atroce; quod ipsi Olynthii et insularum incolæ nobiscum participare non recusarunt, sed pro nobis dimicantes mortem oppetunt, tu vero, Dicæogene, quum civis esses, arma pro patria gerere ausus non es. At fortasse ob majores postulabis mihi præhaberi, quod illi tyrannos sustulerint? Ego vero, quum illos laudo, tum te nego in communionem laudis illis debitæ venire : (47) qui primum quidem, omissa gloriæ illorum æmulatione, latro factus sis bonorum nostrorum, maluerisque Dicæogenis filius appellari quam Harmodii, et jus epulandi in Prytaneo spreveris, et reliqua quoque jura posterorum Harmodii, ut præsidatus et immunitates, contempseris. Denique non ob genus suum honoribus affecti sunt Harmodius atque Aristogiton, sed ob virtutem suam et fortitudinem, quibus decoribus tu cares, Dicæogene.

VI.

DE PHILOCTEMONIS HEREDITATE.

ARGUMENTUM.

Euctemonis filius Philoctemon filium alterius sororis et Phanostrati Chærestratum adoptans testamento deposito apud Chæream alterius sororis virum, vivo adhuc patre mortuus est : postea vero et illo mortuo Chærestratus lege hereditatem consecutus est. Androcle vero testante non ad illum jure hereditatem spectare, quum Euctemoni superstes esset filius legitimus Antidorus, contra Chærestratus accusavit testem falsi, et dixit et hunc et fratrem ejus esse nothos, legeque sancitum esse utriusque sexus nothis consanguinitatem non esse. Causæ status est conjecturalis : incertum enim an Philoctemon Chærestratum adoptaverit, et rursum incertum an Antidorus legitimus sit.

Familiaritatem mihi summam cum Phanostrato atque Chærestrato hocce esse, judices, plerosque vestrûm nosse autumo. Ignorantibus autem sufficiens dicam documentum : Chrærestrato enim in Siciliam proficiscente cum classe in qua trierarchum agebat, ego prævidens pericula ibi imminentia, quippe qui jam antea eadem expeditione defunctus essem, tamen rogantibus his navigationis comes calamitatumque consors fui, una cum illis captus ab hostibus. (2) Quocirca futurum sit inconsentaneum me, qui horum in gratiam illa discrimina obissem tam perspicua, quod iis familiariter uterer amicosque ducerem esse, nunc recusare pro iis causam dicere eaque proferre, ex quibus

σθε καὶ τούτοις τὰ δίκαια γενήσεται. Δέομαι οὖν ὑμῶν συγγνώμην τε ἔχειν καὶ μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι· ὁ γὰρ ἀγὼν οὐ μικρὸς αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ τῶν μεγίστων.

3. Φιλοκτήμων γὰρ ὁ Κηφισιεὺς φίλος ἦν Χαιρεστράτῳ τούτῳ· δοὺς δὲ τὰ ἑαυτοῦ καὶ υἱὸν αὐτὸν ποιησάμενος ἐτελεύτησε. Λαχόντος δὲ τοῦ Χαιρεστράτου κατὰ τὸν νόμον τοῦ κλήρου, ἐξὸν ἀμφισβητῆσαι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ καὶ εὐθυδικίᾳ εἰσελθόντι εἰς ὑμᾶς, εἰ φαίνοιτο δικαιότερα λέγων, ἔχειν τὸν κλῆρον, (4) διεμαρτύρησεν Ἀνδροκλῆς οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ἀποστερῶν τοῦτον τῆς ἀμφισβητήσεως καὶ ὑμᾶς τοῦ κυρίους γενέσθαι ὅντινα δεῖ κληρονόμον καταστήσασθαι τῶν Φιλοκτήμονος· καὶ ἐν μιᾷ ψήφῳ καὶ ἑνὶ ἀγῶνι οἴεται ἀδελφοὺς καταστήσειν ἐκείνῳ τοὺς οὐδὲν προσήκοντας, καὶ τὸν κλῆρον ἀνεπίδικον ἕξειν αὐτός, καὶ τῆς ἀδελφῆς τῆς ἐκείνου κύριος γενήσεσθαι, καὶ τὴν διαθήκην ἄκυρον ποιήσειν. (5) Πολλῶν δὲ καὶ δεινῶν ὄντων ἃ διαμεμαρτύρηκεν Ἀνδροκλῆς, τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐπιδείξω ὑμῖν, ὡς διέθετο καὶ ἐποιήσατο υἱὸν τουτονὶ Χαιρέστρατον. Ἐπειδὴ γὰρ τῷ Φιλοκτήμονι ἐκ μὲν τῆς γυναικὸς ᾗ συνῴκει οὐκ ἦν παιδίον οὐδέν, πολέμου δ' ὄντος ἐκινδύνευε καὶ ἱππεὺς στρατευόμενος καὶ τριήραρχος πολλάκις ἐκπλέων, ἔδοξεν αὐτῷ διαθέσθαι τὰ αὑτοῦ, μὴ ἔρημον καταλίπῃ τὸν οἶκον, εἴ τι πάθοι. (6) Τὼ μὲν οὖν ἀδελφὼ αὐτῷ, ὥπερ ἐγενέσθην, ἄμφω ἄπαιδε ἐτελευτησάτην· ταῖν δὲ ἀδελφαῖν τῇ μὲν ἑτέρᾳ, ᾗ ὁ Χαιρέας συνῴκει, οὐκ ἦν ἄρρεν παιδίον οὐδὲ ἐγένετο πολλὰ ἔτη συνοικούσῃ, ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας, ᾗ συνῴκει Φανόστρατος οὑτοσί, ἤστην υἱὼ δύο. Τούτων τὸν πρεσβύτερον τουτονὶ Χαιρέστρατον ἐποιήσατο υἱόν· (7) καὶ ἔγραψεν οὕτως ἐν διαθήκῃ, εἰ μὴ γένοιτο αὐτῷ παιδίον ἐκ τῆς γυναικός, τοῦτον κληρονομεῖν τῶν ἑαυτοῦ. Καὶ τὴν διαθήκην κατέθετο παρὰ τῷ κηδεστῇ Χαιρέᾳ, τῷ τὴν ἑτέραν αὐτοῦ ἀδελφὴν ἔχοντι. Καὶ ὑμῖν ἥ τε διαθήκη αὕτη ἀναγνωσθήσεται καὶ οἱ παραγενόμενοι μαρτυρήσουσι. Καί μοι ἀνάγνωθι.

ΔΙΑΘΗΚΗ. ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

8. Ὡς μὲν διέθετο καὶ ἐφ' οἷς ἐποιήσατο υἱὸν τοῦτον, ἀκηκόατε· ὡς δ' ἐξὸν αὐτῷ ταῦτ' ἔπραξεν, ὅθεν δικαιότατα ἡγοῦμαι τὰ τοιαῦτ' εἶναι μανθάνειν, τοῦτον
57 ὑμῖν αὐτὸν παρέξομαι τὸν νόμον. Καί μοι ἀνάγνωθι.

ΝΟΜΟΣ.

9. Οὑτοσὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, κοινὸς ἅπασι κεῖται, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄρρενες, ἐὰν μὴ ἄρα μανεὶς ἢ ὑπὸ γήρως ἢ δι' ἄλλο τι τῶν ἐν τῷ νόμῳ παρανοῶν διαθῆται. Ὅτι δ' οὐδενὶ τούτων ἔνοχος ἦν Φιλοκτήμων, βραχέα εἰπὼν δηλώσω ὑμῖν. Ὅστις γὰρ καὶ ἕως ἔζη τοιοῦτον πολίτην ἑαυτὸν παρεῖχεν, ὥστε διὰ τὸ ὑφ' ὑμῶν τιμᾶσθαι ἄρχειν ἀξιοῦσθαι, καὶ ἐτελεύτησε μαχόμενος τοῖς πολε-

vos sententiam feratis cum jurejurando vestro consentientem et hi jure suo potiantur. Quapropter vos rogo, ut veniam mihi dicturo detis atque secundis auribus me audiatis: certamen enim illis hoc est haud leve, sed summa eorum res agitur.

3. Philoctemon enim Cephisiensis, hoc Chærestrato familiariter utens, bona ei sua legabat eundemque pro filio adoptabat, eoque facto diem supremum obibat. Chærestrato itaque hereditatem ex formula juris petente (quoniam Atheniensium cuique licet de vacuefacta quacunque hereditate certare, et recto judicio utenti, si potiora protulisse visus sit, hereditatem sibi auferre), (4) Androcles hic testimonium interposuit quo hereditatem hanc controversiæ obnoxiam esse negabat; quo effecit ut et hic Chærestratus petitione hereditatis excluderetur et vobis eriperetur jus heredem Philoctemonis ex sententia vestra constituendi; sperat nempe se effecturum unius judicii suffragiis ut Philoctemoni fratres obtrudantur homines ab eo alienissimi, et ut ipse hereditatem sine controversia habeat, item ut Philoctemonis sorore potiatur, et Philoctemonis testamentum irritum reddat. (5) Multa vero quum sint et nefanda omnia quæ Androcles pro testimonio confirmavit, primum hoc demonstrabo, Philoctemonem utique testamentum scripsisse in eoque Chærestratum hunc pro filio adoptasse. Philoctemoni nempe neque uxor pariebat, et bellum tum sæviens perpetua pericula objiciebat alias equestri alias navali militia fungenti; trierarchatum enim sæpenumero gessit: quibus de causis visum ei fuit de bonis suis per testamentum præcipere, ne humani quid passus, desertam domum relinqueret. (6) Fuerat ei quidem par fratrum: verum ambo sine prole decesserant; sororum autem altera Chæreæ nupta prole mascula carebat, tametsi diu penes Chæream fuisset, altera Phanostrato duo mares peperit. Horum natu majorem Chærestratum hunc Philoctemon sibi filium adoptavit; (7) et in testamento hanc scripsit clausulam, nisi uxor sua sibi filium adhuc pareret, velle se ut hic Chærestratus sibi heres esset. Testamentum hoc penes Chæream, alterius sororis maritum, deposuit. Quod testamentum vobis jam recitabitur, atque testes qui scribendo interfuere testabuntur. Recita.

TESTAMENTUM. TESTES.

8. Audistis ergo, judices, Philoctemonem testamentum scripsisse, et quibus conditionibus hunc sibi filium adoptarit: Philoctemoni autem sic agere licuisse uti constet, legem affero, ex qua hæc justissime disci posse arbitror. Tu recita.

LEX.

9. Hæc lex communis omnibus fixa est, judices, præcipiens, nemini non licere de bonis suis constituere, prole mascula carenti, nisi si forte furiosus sit aut præ senio aut per aliam quampiam causam hac in lege indicatam mentis parum sit compos. Quorum omnium vitiorum nulli Philoctemonem fuisse obnoxium, id vero paucis verbis demonstrabo. Civem enim qui se et quoad vixit gesserit eum, ut penes vos in honore esset, dignusque haberetur cui mu-

μίοις, πῶς ἄν τις τοῦτον τολμήσειεν εἰπεῖν ὡς οὐκ εὖ ἐφρόνει;

10 Ὅτι μὲν οὖν διέθετο καὶ ἐποιήσατο εὖ φρονῶν, ἐξὸν αὐτῷ, ἀποδέδεικται ὑμῖν, ὥστε κατὰ μὲν τοῦτο ψευδῆ μεμαρτυρηκὼς Ἀνδροκλῆς ἀποδέδεικται· ἐπειδὴ δὲ προσδιαμεμαρτύρηκεν ὡς υἱὸν εἶναι γνήσιον Εὐκτήμονος τοῦτον, καὶ ταῦτ' ἀποδείξω ψευδῆ ὄντα. Εὐκτήμονι γάρ, ὦ ἄνδρες, τῷ Φιλοκτήμονος πατρί, τοὺς μὲν ὄντως γενομένους παῖδας, Φιλοκτήμονα καὶ Ἐργαμένην καὶ Ἡγήμονα καὶ δύο θυγατέρας, καὶ τὴν μητέρα αὐτῶν, ἣν ἔγημεν ὁ Εὐκτήμων, Μιξιάδου Κηφισιέως θυγατέρα, πάντες οἱ προσήκοντες ἴσασι καὶ οἱ φράτορες καὶ τῶν δημοτῶν οἱ πολλοί, καὶ μαρτυρήσουσιν ὑμῖν· (11) ὅτι δ' ἄλλην τινὰ ἔγημε γυναῖκα, ἐξ ἧστινος οἵδε αὐτῷ ἐγένοντο, οὐδεὶς τὸ παράπαν οἶδεν οὐδ' ἤκουσε πώποτε ζῶντος Εὐκτήμονος. Καίτοι τούτους εἰκὸς πιστοτάτους εἶναι νομίζειν μάρτυρας· τοὺς γὰρ οἰκείους εἰδέναι προσήκει τὰ τοιαῦτα. Καί μοι τούτους κάλει πρῶτον, καὶ τὰς μαρτυρίας ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

12. Ἔτι τοίνυν καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐπιδείξω ἔργῳ ὑμῖν ταῦτα μεμαρτυρηκότας. Ὅτε γὰρ αἱ ἀνακρίσεις ἦσαν πρὸς τῷ ἄρχοντι καὶ οὗτοι παρακατέβαλον ὡς ὑπὲρ γνησίων τῶνδ' Εὐκτήμονος ὄντων, ἐρωτώμενοι ὑφ' ἡμῶν τίς εἴη αὐτῶν μήτηρ καὶ ὅτου θυγάτηρ οὐκ εἶχον ἀποδεῖξαι, διαμαρτυρομένων ἡμῶν καὶ τοῦ ἄρχοντος κελεύοντος ἀποκρίνασθαι κατὰ τὸν νόμον . . . . . ὦ ἄνδρες, ἀμφισβητεῖν μὲν ὡς ὑπὲρ γνησίων καὶ διαμαρτυρεῖν, μητέρα δὲ ἥτις ἦν μὴ ἔχειν ἀποδεῖξαι, μηδὲ προσήκοντα αὐτοῖς μηδένα. (13) Ἀλλὰ τότε μὲν Λημνίαν σκηψάμενοι ταύτην ἀναβολὴν ἐποιήσαντο· τὸ δ' ὕστερον ἥκοντες εἰς τὴν ἀνάκρισιν, πρὶν καί τινα ἐρέσθαι, εὐθὺς ἔλεγον ὅτι Καλλίππη μήτηρ, αὕτη δ' εἴη Πιστοξένου θυγάτηρ, ὡς ἐξαρκέσον εἰ ὄνομα μόνον πορίσαιντο τὸν Πιστόξενον. Ἐρομένων δ' ἡμῶν ὅστις εἴη καὶ εἰ ζῇ ἢ μή, ἐν Σικελίᾳ ἔφασαν ἀποθανεῖν στρατευόμενον, καταλιπόντα ταύτην θυγατέρα παρὰ τῷ Εὐκτήμονι, ἐξ ἐπιτροπευομένης δὲ τούτῳ γενέσθαι, πρᾶγμα πλάττοντες ἀναιδείᾳ ὑπερβάλλον καὶ οὐδ' ἐγγενόμενον, ὡς ἐγὼ ὑμῖν ἀποφανῶ ἐκ τούτων πρῶτον ὧν αὐτοὶ ἀπεκρίναντο. (14) Τῇ μὲν γὰρ στρατιᾷ, ἀφ' οὗ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν, ἤδη ἐστὶ δύο καὶ πεντήκοντα ἔτη, ἀπὸ Ἀριμνήστου ἄρχοντος, τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ τούτων, ὧν φασιν ἐκ τῆς Καλλίππης καὶ τοῦ Εὐκτήμονος εἶναι, οὔπω ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη. Ἀφελόντι οὖν ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ ὑπολείπεται πλείω ἢ τριάκοντα ἔτη· ὥστ' οὔτ' ἐπιτροπεύεσθαι προσῆκε τὴν Καλλίππην ἔτι, τριακοντοῦτίν γε οὖσαν, οὔτε ἀνέκδοτον καὶ ἄπαιδα εἶναι, ἀλλὰ πάνυ πάλαι συνοικεῖν, ἢ ἐγγυηθεῖσαν κατὰ νόμον ἢ ἐπιδικασθεῖσαν. (15) Ἔτι δὲ καὶ γινώσκεσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων ἀναγκαῖον ἦν καὶ ὑπὸ τῶν οἰκετῶν, εἴ πέρ γε συνῴκησεν ἐκείνῳ ἢ διῃτήθη τοσοῦτον χρόνον ἐν τῇ οἰκίᾳ.

nera publica mandaretis, et qui pugnans pro patria occubuerit, ecquis ei negabit mentem constitisse?

10. Mentis ergo qui compos esset, ei licuisse testamentum scribere filiumque adoptare, planum vobis factum est; unde constat, hactenus certe Androclem falsa testatum esse : verum hoc quoque falsi arguam, quod idem addit hunc Euctemonis genuinum esse filium. Euctemoni enim, patri Philoctemonis, præter Philoctemonem et Ergamenem et Hegemonem duasque filias, legitima ex uxore susceptos, filia Mixiadis Cephisiensis, alios nullos fuisse liberos, norunt cognati omnes atque phratores et demotarum plerique, iidemque vobis id testimoniis suis confirmabunt : (11) aliam autem illi fuisse uxorem, unde hosce [quos Androcles subjectum it] susceperit, nemo est qui aut norit aut fando unquam inaudierit Euctemone adhuc superstite. Atqui testes hi sunt, quos consentaneum sit omnium esse fidissimos : cognatos enim hujusmodi res scire par est. Hos tu mihi primo loco cita, et horum testimonia recita.

TESTIMONIA.

12. Verum ipsos quoque vobis præstabo adversarios hæc eadem reapse comprobantes. Nam in examine coram archonte habito, quum hi sacramentum deposuissent super his tanquam genuinis Euctemonis filiis et nos interrogassemus eos quænam esset horum mater et cujus filia, docere non poterant, tametsi et contestatione nostra urgerentur, et archon ipsis injungeret ad interrogata ut responderent prout lex fieri juberet. *At quomodo*, judices, pro aliis veluti pro liberis genuinis aliquis in jure contendat, et obnuntiationem interponat, si idem tamen neque quæ his insititiis mater fuerit docere habeat, neque ullum cum ea cognatum edere? (13) Sed tum quidem prætexendo mulierem esse Lemniam moram aliquam injiciebant : postmodum autem ad examen quum convenissent, vel prius etiam quam interrogarentur, statim aiebant, Callippen eorum matrem esse, Pistoxeni filiam, id solum existimantes sufficere, nomen unum aliquod edi nescio cujus Pistoxeni. Qui cujas fuisset quærentibus nobis et num in vivis adhuc superesset, in Sicilia eum aiebant occubuisse in castris, relicta hac filia apud Euctemonem ejus tutorem, et ex ea illi hosce duos pueros natos fuisse, facinus fingentes impudentissimum et vel a specie veri abhorrens, uti planum faciemus primum ex ipsis horum responsionibus in scrutinio editis. (14) Nam ex illa Sicula expeditione sive ab Arimnesto archonte duo et quinquaginta anni effluxere; natu vero maximus horum, quos ab Euctemone ex illa Callippe procreatos perhibent, ætatis annum vigesimum nondum excessit. Detractis igitur his viginti annis ab illius Siculæ expeditionis tempestate, remanent plus quam triginta anni : atqui Callippen, ætatis annum trigesimum jam egressam, adhuc in Euctemonis tutela fuisse, nondum elocatam nondumque matrem factam, credibile non est, sed potius eam in manu mariti jam dudum ante fuisse, sive ex lege a necessariis vel tutore elocatam, sive a judicibus alicui adjudicatam. (15) Præterea Callippen hanc necesse est ut Euctemonis necessarii famulique norint, si quidem uxor ei fuerit, aut certe tam

Τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐκ εἰς τὴν ἀνάκρισιν μόνον δεῖ πορίζεσθαι ὀνόματα, ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ γεγονότα φαίνεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν προσηκόντων καταμαρτυρεῖσθαι. (16) Ἀποδεῖξαι τοίνυν ἡμῶν κελευόντων ὅστις οἶδε τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων ἢ συνοικήσασαν ἐκείνῳ τινὰ ἢ τὴν Καλλίππην ἐπιτροπευομένην, καὶ παρὰ τῶν ὄντων θεραπόντων τὸν ἔλεγχον ποιεῖσθαι, ἢ εἴ τις τῶν παρ' αὐτοῖς οἰκετῶν φάσκει ταῦτα εἰδέναι, ἡμῖν παραδοῦ-
58 ναι, οὔτε λαβεῖν ἠθέλησαν οὔθ' ἡμῖν παραδοῦναι. Καί μοι λαβὲ τήν τ' ἀπόκρισιν αὐτῶν καὶ τὰς ἡμετέρας μαρτυρίας καὶ προκλήσεις.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ. ΠΡΟΚΛΗΣΕΙΣ.

17. Οὗτοι μὲν τοίνυν τοιοῦτο πρᾶγμα ἔφυγον· ἐγὼ δ' ὑμῖν ἐπιδείξω καὶ ὅθεν εἰσὶ καὶ οἵτινες αὐτοὺς γνησίους διεμαρτύρησαν εἶναι καὶ κληρονόμους ζητοῦσι καταστῆσαι τῶν Εὐκτήμονος. Ἴσως μέν ἐστιν ἀηδὲς Φανοστράτῳ, ὦ ἄνδρες, τὰς Εὐκτήμονος συμφορὰς φανερὰς καθεστάναι· ὀλίγα δ' ἀναγκαῖον ῥηθῆναι, ἵν' ὑμεῖς τὴν ἀλήθειαν εἰδότες ῥᾷον τὰ δίκαια ψηφίσησθε. (18) Εὐκτήμων μὲν γὰρ ἐβίω ἔτη ἓξ καὶ ἐνενήκοντα, τούτου δὲ τοῦ χρόνου τὸν μὲν πλεῖστον ἐδόκει εὐδαίμων εἶναι (καὶ γὰρ οὐσία ἦν οὐκ ὀλίγη αὐτῷ καὶ παῖδες καὶ γυνή, καὶ τἆλλ' ἐπιεικῶς εὐτύχει), ἐπὶ γήρως δὲ αὐτῷ συμφορὰ ἐγένετο οὐ μικρά, ἣ ἐκείνου πᾶσαν τὴν οἰκίαν ἐλυμήνατο καὶ χρήματα πολλὰ διώλεσε καὶ αὐτὸν τοῖς οἰκειοτάτοις εἰς διαφορὰν κατέστησεν. (19) Ὅθεν δὲ καὶ ὅπως ταῦτ' ἐγένετο, ὡς ἂν δύνωμαι διὰ βραχυτάτων δηλώσω. Ἀπελευθέρα ἦν αὐτοῦ, ὦ ἄνδρες, ἣ ἐναυκλήρει συνοικίαν ἐν Πειραιεῖ αὐτοῦ καὶ παιδίσκας ἔτρεφε. Τούτων μίαν ἐκτήσατο ᾗ ὄνομα ἦν Ἀλκή, ἣν καὶ ὑμῶν οἶμαι πολλοὺς εἰδέναι. Αὕτη δὲ ἡ Ἀλκὴ ὠνηθεῖσα πολλὰ μὲν ἔτη καθῆστο ἐν οἰκήματι, ἤδη δὲ πρεσβυτέρα οὖσα ἀπὸ μὲν τοῦ οἰκήματος ἀνίσταται, (20) διαιτωμένη δὲ αὐτῇ ἐν τῇ συνοικίᾳ συνῆν ἄνθρωπος ἀπελεύθερος, Δίων ὄνομα αὐτῷ, ἐξ οὗ ἔφη ἐκείνη τούτους γεγονέναι· καὶ ἔθρεψεν αὐτοὺς ὁ Δίων ὡς ὄντας ἑαυτοῦ. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ὁ μὲν Δίων ζημίαν εἰργασμένος καὶ δείσας ὑπὲρ αὑτοῦ ὑπεχώρησεν εἰς Σικυῶνα· τὴν δ' ἄνθρωπον ταύτην, τὴν Ἀλκήν, καθίστησιν Εὐκτήμων ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐν Κεραμεικῷ συνοικίας, τῆς παρὰ τὴν πυλίδα, οὗ ὁ οἶνος ὤνιος. (21) Κατοικισθεῖσα δ' ἐνταυθοῖ πολλῶν καὶ κακῶν ἦρξεν, ὦ ἄνδρες. Φοιτῶν γὰρ ὁ Εὐκτήμων ἐπὶ τὸ ἐνοίκιον ἑκάστοτε τὰ πολλὰ διέτριβεν ἐν τῇ συνοικίᾳ, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐσιτεῖτο μετὰ τῆς ἀνθρώπου, καταλιπὼν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὴν οἰκίαν ἣν ᾤκει. Χαλεπῶς δὲ φερούσης τῆς γυναικὸς καὶ τῶν υἱέων οὐχ ὅπως ἐπαύσατο, ἀλλὰ τελευτῶν παντελῶς διητᾶτο ἐκεῖ, καὶ οὕτω διετέθη εἴθ' ὑπὸ φαρμάκων εἴθ' ὑπὸ νόσου εἴθ' ὑπ' ἄλλου τινός, ὥστε ἐπείσθη ὑπ' αὐτῆς τὸν πρεσβύτερον τοῖν παίδοιν εἰσαγαγεῖν εἰς τοὺς φράτορας ἐπὶ τῷ αὑτοῦ ὀνόματι. (22) Ἐπειδὴ δὲ οὔθ' ὁ υἱὸς αὐτῷ Φιλοκτήμων συνεχώ-

diu in domo ejus versata sit. Non enim sufficit nomina solummodo in confrontationibus temere jactari, sed etiam rebus ipsis eorum veritas patefacienda est, hoc est, testimoniis necessariorum. (16) Jam vero nobis demonstrari jubentibus aliquem ex Euctemonis necessariis, qui Callippen quandam sive pro uxore sive pro pupilla in domo Euctemonis versatam nosset; atque de omnibus nostris servis ab adversariis quæstionem haberi, vel si quis adversariorum famulus ista se nosse aiat, eum nobis tradi: illi neque accipere a nobis servos neque nobis tradere voluerunt. Cape tu istorum responsiones et testimonia de provocationibus nostris.

RESPONSIO. TESTIMONIUM. PROVOCATIO.

17. Rem ergo tam gravem hi quidem defugerunt; ego verò demonstrabo vobis, et unde hi sint pueri et quinam isti qui interponenda obnuntiatione testati sunt eos genuinos Euctemonis liberos esse, quo student eos in Euctemonis hereditatem immittere. Phanostrato quidem nescio an insuave sit Euctemonis ulcera denudari: necesse vero est pauca quædam aperiri, quo vos rei gestæ certiores facti hoc facilius justa decernatis. (18) Vixit annos nonaginta sex; temporis hujus per partem potissimam visus fuit beatus esse (nam et fortunæ erant haud contemnendæ et uxor et liberi et res reliquæ pariter sic satis secundæ), verum seni jam infortunium haud mediocre obtigit, quod universam illius domum corrupit opumque magnam vim pessumdedit ipsumque in apertum cum necessariis dissidium conjecit. (19) Quæ unde nata et qui sint, paucissimis declarabo. Erat Euctemoni, judices, liberta, quæ insulæ Euctemonis in Piræeo erat præposita, et puellas alebat meretrices, inter easque unam Alcen dictam, quam vestrûm quoque complures, ni fallor, norunt. Hæc Alce in foro empta multos per annos in cella prostitit, tandem vero marcescentibus annis e lupanari excessit: (20) mulieri igitur isti in insula hac versanti consuescebat Dio quidam, homo libertus, e quo ista Alce se aiebat hosce liberos peperisse; et Dio quoque pro suis eos alebat. Tempore autem post idem Dio, quum noxiam commeruisset, sibi metuens Athenis Sicyonem secessit: quo facto Euctemon Alcen illam gubernatricem constituit insulæ in Ceramico prope portulam sitæ ubi vinum venumdatur. (21) Illam igitur in domum immissa, judices, multorum sane malorum principium dedit. Euctemon enim sæpius illuc itans sub prætextu locarii tollendi, plurimum temporis in illa insula versabatur; sæpe quoque illa cum muliere cibum capiebat, relictis uxore liberisque domoque in qua ipse habitabat. Quod ægre ferentibus uxore liberisque, tantum abest ut Euctemon a muliere hac se abstineret, ut ad extremum domicilium prorsus ad eam transferret et sive philtro sive furore sive alio casu dementabatur ita, ut rogatu mulieris alterum liberorum ejus in phratoras suos induceret, addens ei suum nomen. (22) Quoniam autem neque filius ejus Philoctemon ei concedebat neque phratores admittebant, sed sacri-

ρει οὐθ' οἱ φράτορες εἰσεδέξαντο, ἀλλ' ἀπηνέχθη τὸ κούρειον, ὀργιζόμενος ὁ Εὐκτήμων τῷ υἱεῖ καὶ ἐπηρεάζειν βουλόμενος ἐγγυᾶται γυναῖκα Δημοκράτους τοῦ Ἀφιδναίου ἀδελφήν, ὡς ἐκ ταύτης παῖδας ἀποφανῶν καὶ εἰσποιήσων εἰς τὸν οἶκον, εἰ μὴ συγχωροίη τοῦτον εἰσαχθῆναι. (23) Εἰδότες δ' οἱ ἀναγκαῖοι ὅτι ἐξ ἐκείνου μὲν οὐκ ἂν ἔτι γένοιντο παῖδες ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχοντος, φανήσοιντο δ' ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ, καὶ ἐκ τούτων ἔσοιντο ἔτι μείζους διαφοραί, ἔπειθον, ὦ ἄνδρες, τὸν Φιλοκτήμονα ἐᾶσαι εἰσαγαγεῖν τοῦτον τὸν παῖδα ἐφ' οἷς ἐζήτει ὁ Εὐκτήμων, χωρίον ἓν δόντα. (24) Καὶ ὁ Φιλοκτήμων αἰσχυνόμενος μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς ἀνοίᾳ, ἀπορῶν δ' ὅ τι χρήσαιτο τῷ παρόντι κακῷ, οὐκ ἀντέλεγεν οὐδέν. Ὁμολογηθέντων δὲ τούτων, καὶ εἰσαχθέντος τοῦ παιδὸς ἐπὶ τούτοις, ἀπηλλάγη τῆς γυναικὸς ὁ Εὐκτήμων, καὶ ἐπεδείξατο ὅτι οὐ παίδων ἕνεκα ἐγάμει, ἀλλ' ἵνα τοῦτον εἰσαγάγοι. (25) Τί γὰρ ἔδει αὐτὸν γαμεῖν, ὦ Ἀνδρόκλεις, εἴπερ οἵδε ἦσαν ἐξ αὐτοῦ καὶ γυναικὸς ἀστῆς, ὡς σὺ μεμαρτύρηκας; Τίς γὰρ ἂν γνησίους ὄντας οἷός τε ἦν κωλῦσαι εἰσαγαγεῖν; ἢ διὰ τί ἐπὶ ῥητοῖς αὐτὸν εἰσήγαγε, τοῦ νόμου κελεύοντος ἅπαντας τοὺς γνησίους ἰσομοίρους εἶναι τῶν πατρῴων; (26) ἢ διὰ τί τὸν μὲν πρεσβύτερον τοῖν παίδοιν ἐπὶ ῥητοῖς εἰσήγαγε, τοῦ δὲ νεωτέρου ἤδη
59 γεγονότος οὐδὲ λόγον ἐποιεῖτο ζῶντος Φιλοκτήμονος οὔτε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον οὔτε πρὸς τοὺς οἰκείους; οὓς σὺ νῦν διαρρήδην μεμαρτύρηκας γνησίους εἶναι καὶ κληρονόμους τῶν Εὐκτήμονος. Ταῦτα τοίνυν ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀναγίνωσκε τὰς μαρτυρίας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

27. Μετὰ ταῦτα τοίνυν ὁ Φιλοκτήμων τριηραρχῶν περὶ Χίον ἀποθνήσκει ὑπὸ τῶν πολεμίων· ὁ δ' Εὐκτήμων ὕστερον χρόνῳ πρὸς τοὺς κηδεστὰς εἶπεν ὅτι βούλοιτο τὰ πρὸς τὸν υἱόν οἱ πεπραγμένα γράψας καταθέσθαι. Καὶ ὁ μὲν Φανόστρατος ἐκπλεῖν ἔμελλε τριηραρχῶν μετὰ Τιμοθέου, καὶ ἡ ναῦς αὐτῷ ἐξώρμει Μουνυχίασι, καὶ ὁ κηδεστὴς Χαιρέας παρὼν συναπέστελλεν αὐτόν· ὁ δ' Εὐκτήμων παραλαβών τινας ἧκεν οὗ ἐξώρμει ἡ ναῦς, καὶ γράψας διαθήκην, ἐφ' οἷς εἰσήγαγε τὸν παῖδα, κατατίθεται μετὰ τούτων παρὰ Πυθοδώρῳ Κηφισιεῖ, προσήκοντι αὐτῷ. (28) Καὶ ὅτι μέν, ὦ ἄνδρες, οὐχ ὡς περὶ γνησίων ἔπραττεν Εὐκτήμων, ὁ Ἀνδροκλῆς μεμαρτύρηκε, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἱκανὸν τεκμήριον· τοῖς γὰρ φύσει υἱέσιν αὐτοῦ οὐδεὶς οὐδενὶ ἐν διαθήκῃ γράφει δόσιν οὐδεμίαν, διότι ὁ νόμος αὐτὸς ἀποδίδωσι τῷ υἱεῖ τὰ τοῦ πατρὸς καὶ οὐδὲ διαθέσθαι ἐᾷ ὅτῳ ἂν ὦσι παῖδες γνήσιοι. (29) Κειμένου δὲ τοῦ γραμματείου σχεδὸν δύ' ἔτη καὶ τοῦ Χαιρέου τετελευτηκότος, ὑποπεπτωκότες οἵδε τῇ ἀνθρώπῳ, καὶ ὁρῶντες ἀπολλύμενον τὸν οἶκον καὶ τὸ γῆρας καὶ τὴν ἄνοιαν τοῦ Εὐκτήμονος, ὅτι εἴη αὐτοῖς ἱκανὴ ἀφορμή, συνεπιτίθενται. (30) Καὶ πρῶτον μὲν πείθουσι τὸν Εὐκτήμονα τὴν μὲν διαθήκην ἀνελεῖν ὡς οὐ χρη-

ficium pro pueri receptione oblatum repudiabant, ira adversus filium Philoctemonem incensus eique ægre facere ardens desponderi sibi volebat Democratis Aphidnæi sororem, hoc agitans ut liberos ab illa muliere procreatos perhiberet et in bona sua immitteret, si Philoctemon concedere nollet ut hunc in phratoras induceret. (23) Necessarii itaque bene gnari, ab ipso quidem illuc ætatis provecto prolem non esse exspectandam, sed verendum esse ne alio quopiam modo liberi prodirent, ex eaque re multo majus exstiturum esse dissidium, persuadebant, o judices, Philoctemoni, ut sineret a patre puerum hunc in phratoras induci conditionibus iis quæ Euctemoni placerent, hoc est, cum uno addito agello. (24) Philoctemon itaque, tametsi eum patris stultitiæ puderet, nullam tamen cernens rationem ex hac difficultate sese expediendi, cedens nil repugnavit. Pactis igitur conventis, pueroque in phratoras inducto, ab uxoris ducendæ consilio jam destitit Euctemon; quo facto planum faciebat, de uxore ducenda non eo se cogitare cœpisse quo liberos ex ea quæreret, sed quo hunc puerum in phratoras induceret. (25) Ecquid enim oportebat eum uxorem ducere, Androcle, si hi pueri, uti tu testatus es, ex ipso et e muliere quæ civis Attica esset, nati erant? Ecquis enim impedire potuisset quominus eos, si vere ingenui fuissent, in phratoras induceret? aut cur sub certis conditionibus hunc in phratoras induxisset, lege edicente ut liberi omnes rite nati æquali jure in herciscundo patrimonio gaudeant? (26) aut cur seniorem quidem horum duûm puerorum sub conditionibus induxisset, minoris autem nullam prorsus mentionem fecisset, donec Philoctemon superfuit, neque ad ipsum Philoctemonem neque ad reliquos necessarios? quum tu tamen diserto testimonio affirmasti hos ambos genuinos Euctemonis liberos atque heredes esse. Vera hæc a me dici quo constet, recita tu hæc testimonia.

TESTIMONIA.

27. Secundum hæc gesta Philoctemon trierarchatu fungens in pugna navali apud Chium cecidit ab hostibus interemptus. Aliquanto post Euctemon ad generos professus est, se velle pacta in quæ sibi cum filio convenisset tabularum monumentis consignata deponere. Et Phanostratus quidem trierarchi munere tum fungens in procinctu stabat cum Timotheo e portu solvendi, et jam navis in ancoris ei stabat ad Munychiam; alter autem gener Chæreas Phanostratum ad portum deduxerat. Illuc ergo ubi navis stabat Euctemon veniebat, secum habens amicos quosdam ascitos; et quum testamenti tabulis consignasset, quibus conditionibus puerum in phratoras induxisset, una cum his deponit tabulas apud Pythodorum Cephisiensem agnatum suum. (28) Hæc, quæ egit Euctemon, eum non egisse tanquam pro filiis genuinis, et Androcles testatus est, judices, et hoc ipsum satis est testimonium: nemo enim liberis genuinis quicquam per testamentum legat, quia jus civile filio patris bona delegat, patremque cui liberi genuini sint non sinit per testamentum constituere. (29) Tabulæ illæ quum per biennium fere jacuissent et interim Chæreas vita excessisset, Androcles ejusque consortes quum apud Alcen blandiendo se insinuassent, cernerentque substantiam Euctemonis jam pessum euntem et in senio atque vecordia delirantis egregiam sibi datam opportunitatem furandi, una cum femina parant insidias. (30) Et primum quidem eum impellunt ut testamentum tolleret,

σίμην οὖσαν τοῖς παισί· τῆς γὰρ φανερᾶς οὐσίας οὐδένα κύριον ἔσεσθαι τελευτήσαντος Εὐκτήμονος ἄλλον ἢ τὰς θυγατέρας καὶ τοὺς ἐκ τούτων γεγονότας· εἰ δὲ ἀποδόμενός τι τῶν ὄντων ἀργύριον καταλίποι, τοῦτο βεβαίως ἕξειν αὐτούς. (31) Ἀκούσας δ' ὁ Εὐκτήμων, εὐθὺς ἀπῄτει τὸν Πυθόδωρον τὸ γραμματεῖον, καὶ προσεκαλέσατο εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν. Καταστάντος δὲ ἐκείνου πρὸς τὸν ἄρχοντα, ἔλεγεν ὅτι βούλοιτ' ἀνελέσθαι τὴν διαθήκην. (32) Ἐπειδὴ δ' ὁ Πυθόδωρος ἐκείνῳ μὲν καὶ τῷ Φανοστράτῳ παρόντι ὡμολόγει ἀναιρεῖν, τοῦ δὲ Χαιρέου τοῦ συγκαταθεμένου θυγάτηρ ἦν μία, ἧς ἐπειδὴ κύριος κατασταίη, τότε ἠξίου ἀνελεῖν, καὶ ὁ ἄρχων οὕτως ἐγίνωσκε, διομολογησάμενος ὁ Εὐκτήμων ἐναντίον τοῦ ἄρχοντος καὶ τῶν παρέδρων καὶ ποιησάμενος πολλοὺς μάρτυρας ὡς οὐκέτ' αὐτῷ κέοιτο ἡ διαθήκη, ᾤχετο ἀπιών. (33) Καὶ ἐν πάνυ ὀλίγῳ χρόνῳ, οὗπερ ἕνεκα οὗτοι λῦσαι αὐτὸν ἔπεισαν, ἀποδίδοται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονοῖ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν Ἀντιφάνει, τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον τρισχιλίων Ἀριστολόχῳ· οἰκίαν δὲ ἐν ἄστει τεττάρων καὶ τεσσαράκοντα μνῶν ὑποκειμένην ἀπέλυσε τῷ ἱεροφάντῃ. Ἔτι δὲ αἶγας ἀπέδοτο σὺν τῷ αἰπόλῳ τριῶν καὶ δέκα μνῶν, καὶ ζεύγη δύο ὀρικά, τὸ μὲν ὀκτὼ μνῶν, τὸ δὲ πεντήκοντα καὶ πενταχοσίων δραχμῶν, καὶ δημιουργοὺς ὅσοι ἦσαν αὐτῷ. (34) Σύμπαντα δὲ πλείονος ἢ τριῶν ταλάντων, ἃ ἐπράθη διὰ ταχέων πάνυ τελευτήσαντος Φιλοκτήμονος. Καὶ ταῦθ' ὅτι ἀληθῆ λέγω, καθ' ἕκαστον ὑμῖν τῶν εἰρημένων πρῶτον καλῶ τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

35 Ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε· περὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων εὐθὺς ἐπεβούλευον, καὶ πάντων δεινότατον πρᾶγμα κατεσκεύασαν, ᾧ ἄξιόν ἐστι προσέχειν τὸν νοῦν. Ὁρῶντες γὰρ τὸν Εὐκτήμονα κομιδῇ ἀπειρηκότα ὑπὸ γήρως καὶ οὐδ' ἐκ τῆς κλίνης ἀνίστασθαι δυνάμενον, ἐσκόπουν ὅπως καὶ τελευτήσαντος ἐκείνου δι' αὐτῶν ἔσοιτο ἡ οὐσία. (36) Καὶ τί ποιοῦσιν; ἀπογράφουσι τὼ παῖδε τούτω πρὸς τὸν ἄρχοντα ὡς εἰσποιήτω τοῖς τοῦ Εὐκτήμονος υἱέσι τοῖς τετελευτηκόσιν, ἐπιγράψαντες σφᾶς αὐτοὺς ἐπιτρόπους, καὶ μισθοῦν ἐκέλευον τὸν ἄρχοντα τοὺς οἴκους ὡς ὀρφανῶν ὄντων, ὅπως ἐπὶ τοῖς τούτων ὀνόμασι τὰ μὲν μισθωθείη τῆς οὐσίας, τὰ δὲ ἀποτιμήματα κατασταθείη καὶ ὅροι τεθεῖεν ζῶντος ἔτι τοῦ Εὐκτήμονος, μισθωταὶ δὲ αὐτοὶ γενόμενοι τὰς προσόδους λαμβάνοιεν. (37) Καὶ ἐπειδὴ πρῶτον τὰ δικαστήρια ἐπληρώθη, ὁ μὲν ἄρχων προεκήρυττεν, οἱ δ' ἐμισθοῦντο. Παραγενόμενοι δέ τινες ἐξαγγέλλουσι τοῖς οἰκείοις τὴν ἐπιβουλήν, καὶ ἐλθόντες ἐδήλωσαν τὸ πρᾶγμα τοῖς δικασταῖς, καὶ οὕτως ἀπεχειροτόνησαν οἱ δικασταὶ μὴ μισθοῦν τοὺς οἴκους· εἰ δ' ἔλαθεν, ἀπωλώλει ἂν ἅπασα ἡ οὐσία. Καί μοι κάλει τοὺς παραγενομένους μάρτυρας.

quippe quod e re puerorum haud esset; quoniam ipso, Euctemone, defuncto bonorum immobilium nemo alius sit potiturus quam filiæ ipsius earumque liberi : fundorum autem si quid venderet, redactam inde pecuniam sine controversia certam pueris esse mansuram. (31) Euctemon hac oratione motus, statim tabulas testamenti a Pythodoro repoposcit, provocans ut tabulas ejus in medium proferret. Stante itaque Pythodoro coram archonte, aiebat Euctemon velle testamentum a se scriptum tollere. (32) Quoniam vero Pythodorus dicebat quantum quidem ad Euctemonem et Phanostratum in judicio præsentem attineret, se non intercedere quominus pacta tollerentur, quantum vero ad Chæreæ, qui una cum Euctemone pactionem deposuisset, filiam attineret, tum demum quum tutor ejus constitutus esset, pacta tolli posse, atque eadem archontis sententia erat: Euctemon coram archonte ejusque assessoribus multisque testibus professionem sibi dari curavit, quod ipse pactione haud amplius teneretur, eoque facto abiit. (33) Nec multo post fecit id cujus causa isti eum ad abrogationem illam impulerant. Vendidit nempe fundum Athmonensem Antiphani, quinque et septuaginta minis, balneum vero in Serangio triginta minis Antilocho, domum vero in urbe pro quattuor et quadraginta minis sibi obligatam a debitore hierophanta, accepta pecunia liberavit. Prætereaque gregem caprarum ipso cum caprario tredecim minis vendidit, et duas bigas mulares, alteras octo, alteras quinque minis et semisse, opifices item quotquot illi erant omnes. (34) Unde summam æris redigebat plus quam tria talenta. Vendita ista sunt perquam cito post obitum Philoctemonis. Quo autem vobis constet, judices, horum quæ dixi singula quæque vere a me dicta esse, primum cito testes.

TESTES.

35. Sic ista quidem ita habebant : ut autem reliquis potirentur statim incipiebant machinari, et rem inter se comparabant omnium fœdissimam, cui vos par est animum attendere. Cernentes enim Euctemonem præ senio ita prorsus enervatum ut ne lecto quidem resurgere posset, meditabantur quomodo etiam post obitum ejus facultates in potestate sua futuræ essent. (36) Quid ergo instituunt? Deferunt horum duûm puerorum nomina ad archontem velut adoptatorum a duobus Euctemonis filiis jam defunctis; et, quia semet ipsi tutores puerorum ferebant, archonti mandabant ut substantiam puerorum velut orborum proscriberet elocabilem, quo sub puerorum nomine bonorum alia mercedem meritura elocarentur, alia tanquam hypothecæ constituerentur, palique figerentur, quibus designantur bona in hypothecam data, Euctemone adhuc superstite, ipsi vero conductores per eum facti, vectigalia bonorum perciperent. (37) Et quum primum tribunalia complebantur, archon bona ut elocabilia promulgabat, hi vero conductores se profitebantur. Verum eveniebat fortuito ut aliqui, qui licitationi huic interessent, ad necessarios Euctemonis hac de fraude ipsis parata renuntiarent; hi ergo accurrentes indicabant judicibus totum negotium : quo facto judices elocationem bonorum reprehendebant; quod si occultum mansisset, tota illis substantia funditus periisset. Cita testes, qui rei gestæ de qua modo exposui interfuerunt.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

38. Πρὶν μὲν τοίνυν τούτους γνωρίσαι τὴν ἄνθρωπον καὶ μετ' ἐκείνης ἐπιβουλεῦσαι Εὐκτήμονι, οὕτω πολλὴν οὐσίαν ἐκέκτητο Εὐκτήμων μετὰ τοῦ υἱέος Φιλοκτήμονος, ὥστε ἅμα τε τὰ μέγιστα ὑμῖν λειτουργεῖν ἀμφοτέρους τῶν τε ἀρχαίων μηδὲν πραθῆναι τῶν τε προσόδων περιποιεῖν, ὥστε ἀεί τι προσκτᾶσθαι· ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε Φιλοκτήμων, οὕτω διετέθη ἡ οὐσία, ὥστε τῶν ἀρχαίων μηδὲ τὰ ἡμίσεα εἶναι λοιπὰ καὶ τὰς προσόδους ἁπάσας ἠφανίσθαι. (39) Καὶ οὐδὲ ταῦτα ἐξήρκεσεν αὐτοῖς διαφορῆσαι, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἐτελεύτησεν ὁ Εὐκτήμων, εἰς τοῦτο ἦλθον τόλμης ὥστ' ἐκείνου κειμένου ἔνδον τοὺς μὲν οἰκέτας ἐφύλαττον, ὅπως μηδεὶς ἐξαγγείλειε μήτε ταῖν θυγατέροιν μήτε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ μήτε τῶν οἰκείων μηδενί, τὰ δὲ χρήματα ἔνδοθεν ἐξεφορήσαντο μετὰ τῆς ἀνθρώπου εἰς τὴν ὁμότοιχον οἰκίαν, ἣν ᾤκει μεμισθωμένος εἷς τούτων, Ἀντίδωρος ἐκεῖνος. (40) Καὶ οὐδ' ἐπειδὴ ἑτέρων πυθόμεναι ἦλθον αἱ θυγατέρες αὐτοῦ καὶ ἡ γυνή, οὐδὲ τότε ἠφίουν εἰσιέναι, ἀλλ' ἀπέκλεισαν τὴν θύραν, φάσκοντες οὐ προσήκειν αὐταῖς θάπτειν Εὐκτήμονα· καὶ οὐδ' εἰσελθεῖν ἐδύναντο, εἰ μὴ μόλις καὶ περὶ ἡλίου δυσμάς. (41) Εἰσελθοῦσαι δὲ κατέλαβον ἐκεῖνον μὲν ἔνδον κείμενον δευτεραῖον, ὡς ἔφασαν οἱ οἰκέται, τὰ δ' ἐκ τῆς οἰκίας ἅπαντα ἐκπεφορημένα ὑπὸ τούτων. Αἱ μὲν οὖν γυναῖκες, οἷον εἰκός, περὶ τὸν τετελευτηκότα ἦσαν· οὗτοι δὲ τοῖς ἀκολουθήσασι παραχρῆμα ἐπεδείκνυσαν τὰ ἔνδον ὡς εἶχε, καὶ τοὺς οἰκέτας πρῶτον ἠρώτων ἐναντίον τούτων ὅποι τετραμμένα εἴη τὰ χρήματα. (42) Λεγόντων δὲ ἐκείνων ὅτι οὗτοι ἐξενηνοχότες εἶεν εἰς τὴν πλησίον οἰκίαν, καὶ ἀξιούντων παραχρῆμα τῶνδε φωρᾶν κατὰ τὸν νόμον καὶ τοὺς οἰκέτας ἐξαιτούντων τοὺς ἐκφορήσαντας, οὐκ ἠθέλησαν τῶν δικαίων οὐδὲν ποιῆσαι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, λαβὲ ταυτὶ καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

43. Τοσαῦτα μὲν τοίνυν χρήματα ἐκ τῆς οἰκίας ἐκφορήσαντες, τοσαύτης δ' οὐσίας πεπραμένης τὴν τιμὴν ἔχοντες, ἔτι δὲ τὰς προσόδους τὰς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενομένας διαφορήσαντες, οἴονται καὶ τῶν λοιπῶν κύριοι γενήσεσθαι· καὶ εἰς τοῦτο ἀναιδείας ἥκουσιν, ὥστ' εὐθυδικίᾳ μὲν οὐκ ἐτόλμησαν εἰσελθεῖν, ἀλλὰ διεμαρτύρουν ὡς ὑπὲρ γνησίων ἅμα μὲν τὰ ψευδῆ ἅμα δὲ τἀναντία οἷς αὐτοὶ ἔπραξαν· (44) οἵτινες πρὸς μὲν τὸν ἄρχοντα ἀπέγραψαν αὐτοὺς ὡς ὄντας τὸν μὲν Φιλοκτήμονος τὸν δ' Ἐργαμένους, νῦν δὲ διαμεμαρτυρήκασιν Εὐκτήμονος εἶναι. Καίτοι οὐδ' εἰ γνήσιοι ἦσαν, εἰσποίητοι δέ, ὡς οὗτοι ἔφασαν, οὐδ' οὕτω προσῆκεν αὐτοὺς Εὐκτήμονος εἶναι· ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἐᾷ ἐπανιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸν καταλίπῃ γνήσιον. Ὥστε καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ ἔπραξαν ἀνάγκη τὴν μαρτυρίαν ψευδῆ εἶναι. (45) Καὶ εἰ μὲν τότε διεπράξαντο μισθωθῆναι τοὺς οἴκους, οὐκ ἂν

TESTES.

38. Priusquam porro hi nossent hanc mulierem cum eaque bonis Euctemonis insidiarentur, tam locuples erat Euctemon una cum Philoctemone, ut, quamvis ambo muniis fungerentur sumptuosissimis pro rep., tamen neque de sorte quicquam alienarent, et de vectigalibus semper superesset, unde empti novi fundi ad veteres accederent : ex quo autem Philoctemon excessit, ita misere dilaniata est illa substantia, ut sortis antiquæ ne dimidia quidem pars supersit, vectigalia autem omnia intercepta sint. (39) Et ne hæc quidem satis habuere diripere, sed etiam ipso Euctemone tandem vita defuncto, audaciæ processerunt eo ut illo intus in ædibus adhuc jacente servos custodirent, quo ne quis eorum quicquam sive duabus ejus filiabus sive uxori nuntiaret sive necessariorum cuiquam; res Euctemonis adjuvante muliere in domum proximam, cui cum domo Euctemonis paries idem communis est, exportabant, quam domum incolebat quidam horum mercede conductam, Antidorus ille. (40) Et ne quum filiæ quidem venirent uxorque, ab aliis de excessu Euctemonis certiores factæ, sinebant eas intrare, sed claudebant fores, prætexentes curam funeris illis haud convenire : vix tandem aperiebant et mulieres illas admittebant circa solis occasum demum. (41) Ibi ingressæ deprehendebant Euctemonem quidem intus jacentem jam in alterum diem, id quod famuli affirmabant, domum autem rebus prorsus omnibus vacuefactam horum opera. Jam mulieres quidem in componendo cadavere, ut par erat, versabantur; hi autem comitantibus demonstrabant, quam esset domus expilata, servosque coram his interrogabant, quonam opes aversæ essent. (42) Iisque respondentibus illos eas in proximam domum exportasse, hi quidem auctores fiebant ut furtum protinus quæreretur, prout jus civile potestatem ejus rei facit, poscebantque servos sibi dedi eos qui exportassent; isti vero recusabant æquorum quicquam facere. Quæ ut constet vera a me dici, cape tu, scriba, istoc et recita.

TESTIMONIA.

43. Tantam itaque supellectilem quum domo exportassent, et pecunias tenerent e venditione fundorum redactas, vectigaliaque intervertissent quæ per illud tempus depensa sunt, sperant se reliquis quoque potituros; eoque procedunt impudentiæ, ut recta quidem haud auderent in forum ingredi, at obliqua tamen via per obtestationem quasi liberi genuini adessent, qua in re testati sunt tum per se falsa, tum illis ipsis quæ egerunt ipsi adversantia : (44) nam quum antea inscribi horum puerorum nomina apud archontem curassent, alterius ceu filii Philoctemonis, alterius ceu filii Ergamenis, nunc in obtestatione sua affirmant hos eosdem filios Euctemonis esse. Quanquam etiamsi legitimi essent Euctemoniis filii, tamen, quum per adoptionem, ut hi aiunt, in Philoctemonis et Ergamenis domos transiissent, non possent nunc Euctemonis esse, propter legem, quæ adoptivos filios in paternam domum reverti vetat, nisi si filium legitimum in adoptiva relinquant. Ex quo consequitur, per ea ipsa quæ egerunt falsitatis coargui obtestationem ab illis interpositam. (45) Quodsi tunc perfecissent ut substantia [Euctemonis et Philoctemonis] elo·

ἔτι ἦν τοῖσδε ἀμφισβητῆσαι· νῦν δὲ ἀποχειροτονησάντων τῶν δικαστῶν ὡς οὐδὲν αὐτοῖς προσῆκεν, οὐδὲ ἀμφισβητῆσαι τετολμήκασιν, ἀλλὰ πρὸς ὑπερβολὴν ἀναισχυντίας προσμεμαρτυρήκασι τούτους εἶναι κληρονόμους, οὓς ὑμεῖς ἀπεχειροτονήσατε.

46. Ἔτι δὲ καὶ τοῦ μάρτυρος αὐτοῦ σκέψασθε τὴν τόλμαν καὶ ἀναίδειαν, ὅστις εἴληχε μὲν αὐτῷ τῆς θυγατρὸς τῆς Εὐκτήμονος ὡς οὔσης ἐπικλήρου, καὶ αὐτοῦ τοῦ κλήρου τοῦ Εὐκτήμονος πέμπτου μέρους ὡς ἐπιδίκου ὄντος, μεμαρτύρηκε δ' Εὐκτήμονος υἱὸν εἶναι γνήσιον. Καίτοι πῶς οὗτος οὐ σαφῶς ἐξελέγχει αὐτὸς αὑτὸν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότα; οὐ γὰρ δήπου γνησίου ὄντος υἱέος Εὐκτήμονι ἐπίκληρος ἂν ἦν ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ, οὐδὲ ὁ κλῆρος ἐπίδικος. Ὡς τοίνυν ἔλαχε ταύτας τὰς λήξεις, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς μαρτυρίας.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

47. Τοὐναντίον τοίνυν συμβέβηκεν ἢ ὡς ὁ νόμος γέγραπται· ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι νόθῳ μηδὲ νόθῃ εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν μήθ' ὁσίων ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, Ἀνδροκλῆς δὲ καὶ Ἀντίδωρος οἴονται δεῖν, ἀφελόμενοι τὰς Εὐκτήμονος θυγατέρας τὰς γνησίας καὶ τοὺς ἐκ τούτων γεγονότας, τόν τε Εὐκτήμονος οἶκον καὶ τὸν Φιλοκτήμονος ἔχειν. (48) Καὶ ἡ διαφθείρασα τὴν Εὐκτήμονος γνώμην καὶ πολλῶν ἐγκρατὴς γενομένη οὕτως ὑβρίζει σφόδρα πιστεύουσα τούτοις, ὥστε οὐ μόνον τῶν Εὐκτήμονος οἰκείων καταφρονεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης. Ἀκούσαντες δὲ ἓν μόνον σημεῖον ῥᾳδίως γνώσεσθε τὴν ἐκείνης παρανομίαν. Καί μοι λαβὲ τοῦτον τὸν νόμον.

ΝΟΜΟΣ.

49. Ταυτὶ τὰ γράμματα, ὦ ἄνδρες, ὑμεῖς οὕτω σεμνὰ καὶ εὐσεβῆ ἐνομοθετήσατε, περὶ πολλοῦ ποιούμενοι καὶ πρὸς ταύτας καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους θεοὺς εὐσεβεῖν· ἡ δὲ τούτων μήτηρ, οὕτως ὁμολογουμένη οὖσα δούλη καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα, (50) ἣν οὔτε παρελθεῖν εἴσω τοῦ ἱεροῦ ἔδει οὔτ' ἰδεῖν τῶν ἔνδον οὐδέν, οὔσης τῆς θυσίας ταύταις ταῖς θεαῖς ἐτόλμησε συμπέμψαι τὴν πομπὴν καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ἰδεῖν ἃ οὐκ ἐξὸν αὐτῇ. Ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, ἐκ τῶν ψηφισμάτων γνώσεσθε ἃ ἐψηφίσατο ἡ βουλὴ περὶ αὐτῆς. Λαβὲ τὸ ψήφισμα.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

51. Ἐνθυμεῖσθαι τοίνυν χρή, ὦ ἄνδρες, πότερον δεῖ τὸν ἐκ ταύτης τῶν Φιλοκτήμονος εἶναι κληρονόμον καὶ ἐπὶ τὰ μνήματα ἰέναι χεόμενον καὶ ἐναγιοῦντα, ἢ τὸν ἐκ τῆς ἀδελφῆς τοῦτον, ὃν υἱὸν αὐτὸς ἐποιήσατο· καὶ πότερον δεῖ τὴν ἀδελφὴν Φιλοκτήμονος, ἣ Χαιρέᾳ συνῴκησε, νῦν δὲ χηρεύει, ἐπὶ τούτοις γενέσθαι ἢ ἐκδοῦναι ὅτῳ βούλονται ἢ ἐᾶν καταγηράσκειν, ἢ γνησίαν οὖσαν ὑφ' ὑμῶν ἐπιδικασθεῖσαν συνοικεῖν ὅτῳ ἂν ὑμῖν δοκῇ. (52) Ἡ γὰρ ψῆφός ἐστι περὶ τούτων νυνί. Τουτὶ

caretur, præclusa jam esset hisce (Phanostrato et Chærestrato) hereditatem petendi via: nunc autem, quanquam judices declararunt non debere eos substantiam illam elocare, non petitionem petitioni opponentes de hereditate contendere ausi sunt, sed pro incredibili sua impudentia testati sunt, hos pueros Euctemonis heredes esse, quos judices reprobassent.

46. Sed et adhuc testis ipsius [Androclis] spectate audaciam atque impudentiam, qui pro se quidem in jure petiit filiam Euctemonis, ut a judicibus sibi adjudicandam quippe bonorum patris heredem, cum eaque quintam bonorum partem petiit ut controversiæ patentem, et hic tamen idem testatus est Euctemoni genuinos superesse filios. Atqui quomodo negetur hunc dictum ab ipso testimonium ipsum evidenter mendacii coarguere? nam si filius Euctemoni genuinus fuit, hereditas non ad filiam pertinuit, nec controversiæ fuit obnoxia. Androclem autem ex titulis illis hereditatem petiisse ut vobis constet, scriba vobis hæc recitabit testimonia.

TESTIMONIA.

47. Evenit itaque contra atque in lege scriptum est, sic edicente, neque spurio neque spuriæ consanguinitatem esse neque sacris in rebus neque in civilibus inde ab Euclide archonte: Androcles autem atque Antidorus æquum existimant quas in confesso est genuinas Euctemonis filias esse, eas earumque sobolem a se bonis Euctemonis atque Philoctemonis spoliari; (48) et quæ mulier injecto Euctemonis menti furore consecuta hoc est, ut magna parte facultatum ejus potiretur, ea se tam gerit insolenter, his nempe [Androcle atque Antidoro] fidens, ut non Euctemonis modo necessarios, sed universam adeo civitatem vilipendat. Cujus rei vel unum solum testimonium ubi audieritis, facili negotio mulieris illius audaciam leges aspernantem et violantem cognoscetis. Cape tu mihi hanc legem.

LEX.

49. Literas hasce voluistis vos, judices, tam esse venerabiles pieque observandas, summi quippe facientes ut erga reliquos deos, ita erga has quoque deas (Cererem et Proserpinam) reverentiam exerceri: (50) mater autem horum puerorum, quum sit omnium hominum confessione serva vitæque genus per omnem ætatem secuta tam infame, ut ei haud liceat intra templum [Eleusinium] intrare neque eorum quæ in eo geruntur quicquam videre, quum hisce deabus sacrum fit, ausa tamen est in processione una incedere et in templum ingredi et ea spectare quæ ab ea spectari nefas est. Quæ a me vera dici, cognoscetis e decretis a senatu super hac muliere latis. Cape tu decretum hoc.

DECRETUM.

51. Existimare jam nunc vos decet, judices, utrum Philoctemonis bonorum heredem oporteat esse Alces filium et hunc ad sepulcra accedere inferias offerentem, an Chærestratum Philoctemonis sorore natum, quem ipse Philoctemon adoptavit; porro utrum deceat magis sororem Philoctemonis, olim Chæreæ uxorem, nunc autem viduam, in horum potestate esse, ut penes eos sit sive cuicunque velint eam elocare sive pati eam in viduitate senescere, an eandem Euctemonis genuinam filiam illi viro nubere qui eam vi vestræ sententiæ adjudicatam impetrarit. (52) His enim de rebus

γὰρ αὐτοῖς ἡ διαμαρτυρία δύναται, ἵν' ὁ κίνδυνος τοῖσδε μὲν ᾖ περὶ τούτων, οὗτοι δὲ κἂν νῦν διαμάρτωσι τοῦ ἀγῶνος, δόξῃ δὲ ὁ κλῆρος ἐπίδικος εἶναι, ἀντιγραψάμενοι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἀγωνίζωνται. Καίτοι εἰ μὲν διέθετο Φιλοκτήμων μὴ ἐξὸν αὐτῷ, τοῦτ' αὐτὸ ἐχρῆν διαμαρτυρεῖν, ὡς οὐ κύριος ἦν υἱὸν τόνδε ποιήσασθαι· εἰ δ' ἔξεστι μὲν διαθέσθαι, ἀμφισβητεῖ δὲ ὡς οὐ δόντος οὐδὲ διαθεμένου, μὴ διαμαρτυρίᾳ κωλύειν, ἀλλ' εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι. (53) Νῦν δὲ πῶς ἄν τις περιφανέστερον ἐξελεγχθείη τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκὼς ἢ εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο « Ἀνδρόκλεις, πῶς οἶσθα Φιλοκτήμων ὅτι οὔτε διέθετο οὔτε υἱὸν Χαιρέστρατον ἐποιήσατο; » Οἷς μὲν γάρ τις παρεγένετο, δίκαιον, ὦ ἄνδρες, μαρτυρεῖν, οἷς δὲ μὴ παρεγένετο, ἀλλ' ἤκουσέ τινος, ἀκοὴν μαρτυρεῖν· (54) σὺ δ' οὐ παραγενόμενος διαρρήδην μεμαρτύρηκας ὡς οὐ διέθετο Φιλοκτήμων, ἀλλ' ἄπαις ἐτελεύτησε. Καίτοι πῶς οἷόντε εἰδέναι, ὦ ἄνδρες; ὅμοιον γὰρ ὥσπερ ἂν εἰ φαίη εἰδέναι, καὶ μὴ παραγενόμενος, ὅσα ὑμεῖς πάντες πράττετε. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε ἐρεῖ, καίπερ ἀναίσχυντος ὤν, ὡς ἅπασι παρεγένετο καὶ πάντ' οἶδεν ὅσα Φιλοκτήμων ἐν τῷ βίῳ διεπράξατο. (55) Πάντων γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνος ἔχθιστον ἐνόμιζε διά τε τὴν ἄλλην πονηρίαν, καὶ διότι τῶν συγγενῶν μόνος μετὰ τῆς Ἀλκῆς ἐκείνης τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις συνεπιβουλεύσας τοῖς τοῦ Εὐκτήμονος χρήμασι τοιαῦτα διεπράξατο, οἷάπερ ὑμῖν ἀπέδειξα.

56. Πάντων δὲ μάλιστα ἀγανακτῆσαί ἐστιν ἄξιον, ὅταν οὗτοι καταχρῶνται τῷ Εὐκτήμονος ὀνόματι, τῷ τουδὶ πάππῳ. Εἰ γάρ, ὡς οὗτοι λέγουσι, τῷ μὲν Φιλοκτήμονι μὴ ἐξῆν διαθέσθαι, τοῦ δ' Εὐκτήμονός ἐστιν ὁ κλῆρος, πότερον δικαιότερον τῶν Εὐκτήμονος κληρονομεῖν τὰς ἐκείνου θυγατέρας, ὁμολογουμένως
62 οὔσας γνησίας, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐκ τούτων γεγονότας, ἢ τοὺς οὐδὲν προσήκοντας; (57) οἳ οὐ μόνον ἐξ ἡμῶν ἐλέγχονται, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ οἱ ἐπίτροποι διαπεπραγμένοι εἰσί. Τοῦτο γὰρ ὑμῶν δέομαι καὶ ἱκετεύω σφόδρα μεμνῆσθαι, ὦ ἄνδρες, ὅπερ ὀλίγῳ πρότερον ἀπέδειξα ὑμῖν, ὅτι Ἀνδροκλῆς οὑτοσὶ φησὶ μὲν εἶναι ἐπίτροπος αὐτῶν ὡς ὄντων γνησίων Εὐκτήμονος, εἴληχε δ' αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ Εὐκτήμονος κλήρου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ὡς οὔσης ἐπικλήρου· καὶ ταῦτα μεμαρτύρηται ὑμῖν. (58) Καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὦ ἄνδρες, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, εἰ μὲν οἱ παῖδές εἰσι γνήσιοι, τὸν ἐπίτροπον ἑαυτῷ λαγχάνειν τοῦ Εὐκτήμονος κλήρου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ὡς οὔσης ἐπιδίκου, εἰ δὲ μή εἰσι γνήσιοι, νῦν διαμεμαρτυρηκέναι ὡς εἰσὶ γνήσιοι; Ταῦτα γὰρ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐναντία ἐστίν. Ὥστ' οὐ μόνον ὑφ' ἡμῶν ἐλέγχεται τὰ ψευδῆ διαμεμαρτυρηκώς, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς πράττει. (59) Καὶ τούτῳ μὲν οὐδεὶς διαμαρτυρεῖ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον, ἀλλ' εὐθυδικίᾳ εἰσιέναι· οὗτος δ' ἅπαντας ἀποστερεῖ τῆς ἀμφισβητήσεως. Καὶ διαρρήδην μαρτυρήσας γνησίους τοὺς παῖδας εἶναι, οἴεται ἐξαρκέσειν ὑμῖν παρεκβάσεις, ἐὰν δὲ τοῦτο μὲν μηδ' ἐπιχειρήσῃ ἐπιδεικνύναι ἢ

hodie vobis ferenda est sententia. Hoc enim illis sua vult obtestatio, ut hi quidem [Philoctemonis necessarii] hereditate excidendi discrimina adeant, isti autem, etiamsi nunc causa ceciderint, tamen si a vobis declarata fuerit hereditas controversiæ obnoxia, petenti eam petitionem opponere, et sic eadem de causa bis contendere possint. Atqui, si Philoctemon de bonis suis constituisset, quum non licuisset ei : de hoc ipso interponenda erat obtestatio, penes Philoctemonem haud fuisse ut Chærestratum in testamento pro filio adoptaret : sin licuit testamentum scribere, et hoc tantum Androcles infitiatur, scriptum id esse in eoque Chærestratum adoptatum, debebat nos non ab aditu ad hereditatem excludere interponenda obtestatione, sed directa litis denuntiatione nobiscum contendere. (53) Jam vero qui quæso luculentius arguatur falsum dixisse testimonium, quam si quis eum sic interroget, « Tu vero, Androcle, ecqui nosti Philoctemonem neque testamentum scripsisse neque hunc Chærestratum sibi pro filio adoptasse? » Quibus enim aliquis interfuerit, de iis fas est eum testimonium dicere; quibus autem ipse non interfuerit, de iis testantem eum fas est, non oculos suos, sed aures famamque testari : (54) tu vero, Androcle, quum non affuisses, disertis tamen verbis negasti scriptum a Philoctemone testamentum esse, contra vero affirmasti eum improlem decessisse. Atqui, o viri, qui poterat Androcles hoc nosse? Perinde enim est, ac si scire se diceret, etiamsi non interfuisset, ea quæ vos omnes agitis. Quanquam enim impudentia ei summa est, non audebit tamen affirmare, se Philoctemonis actibus omnibus testem interfuisse. (55) Omnium enim hunc Philoctemon habuit inimicissimum tum propter reliquam improbitatem, tum quod solus ex universis Philoctemonis necessariis cum Alce et ipsi [Philoctemoni] et Euctemonis facultatibus insidians ea perpetravit quæ modo vobis demonstravi.

56. Quod autem vel maxime indignationem cieat, hoc est, quod Euctemonis, qui Chærestrati avus est, nomine abutantur. Fac enim verum id esse quod hi aiunt, Philoctemoni haud licuisse per testamentum constituere de bonis, quæ universa fuerint Euctemonis, utrum æquius est hereditatem patris adipisci filias, quas ei genuinas esse extra controversiam est, et nos ex illis natos, an hos quibus cum Euctemone necessitudinis prorsus nihil intercedit? (57) Id quod non nos solummodo liquidis approbavimus argumentis, sed ipsi quoque horum tutores suis factis. Hoc enim vos, o judices, rogo atque obtestor ut inprimis meminisse velitis, quod jam paulo ante vobis demonstravi; Androcles enim hic, qui se horum puerorum tutorem fert quasi Euctemonis genuinorum, idem tamen pro semet ipso Euctemonis hereditatem petiit ejusque filiam a judicibus sibi adjudicandam quippe bonorum patris heredem id quod testes vobis confirmarunt. (58) Atqui, per deos superos, qui quæso fiat ut non atrox sit, genuini quidem si sint liberi, tum tutorem eorum hereditatem ipsimet sibi petere unaque filiam Euctemonis, super qua in jure contendere liceat; sin autem pro spuriis habeantur, interposita obtestatione contendere adesse liberos genuinos? Adversa fronte istæc inter se pugnant. Perspicuum ergo est non a nobis solummodo falsitatem obtestationis, sed etiam factis ipsius Androclis coargui. (59) Et hunc quidem [Chærestratum] nemo interponenda obtestatione de hereditate non vacuefacta adjuvat, sed ipse [Chærestratus] directa petitione causam hanc capessit : hic autem [Androcles] omnes petitione hereditatis excludit eo quod disertis verbis affirmat hos genuinos Euctemonis liberos esse; quo facto sufficere putat, si verba faciat de rebus a causa alienis, si de quibus doceri vos oportebat, ea ne attingat quidem aut

καὶ κατὰ μικρόν τι ἐπιμνησθῇ, ἡμῖν δὲ λοιδορήσηται μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ λέγῃ ὡς εἰσὶν οἵδε μὲν πλούσιοι, αὐτὸς δὲ πένης, διὰ δὲ ταῦτα δόξειν τοὺς παῖδας εἶναι γνησίους. (60) Τῆς δὲ τούτων οὐσίας, ὦ ἄνδρες, εἰς τὴν πόλιν πλείω ἀναλίσκεται ἢ εἰς αὐτοὺς τούτους. Καὶ Φανόστρατος μὲν τετριηράρχηκεν ἑπτάκις ἤδη, τὰς δὲ λειτουργίας ἁπάσας λελειτούργηκε καὶ τὰς πλείστας νίκας νενίκηκεν· οὑτοσὶ δὲ Χαιρέστρατος τηλικοῦτος ὢν τετριηράρχηκε, κεχορήγηκε δὲ τραγῳδοῖς, γεγυμνασιάρχηκε δὲ λαμπάδι· καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσενηνόχασιν ἀμφότεροι πάσας ἐν τοῖς τριακοσίοις. Καὶ τέως μὲν δύ' ὄντες, νῦν δὲ καὶ ὁ νεώτερος οὑτοσὶ χορηγεῖ μὲν τραγῳδοῖς, εἰς δὲ τοὺς τριακοσίους ἐγγέγραπται καὶ εἰσφέρει τὰς εἰσφοράς. (61) Ὥστ' οὐ φθονεῖσθαί εἰσιν ἄξιοι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω οὗτοι, εἰ λήψονται ἃ μὴ προσήκει αὐτοῖς. Τοῦ γὰρ Φιλοκτήμονος κλήρου ἂν μὲν ἐπιδικάσηται ὅδε, ὑμῖν αὐτὸν ταμιεύσει, τὰ προστειττόμενα λειτουργῶν ὥσπερ καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον· ἐὰν δ' οὗτοι λάβωσι, διαφορήσαντες ἑτέροις ἐπιβουλεύσουσι.

62. Δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, ἵνα μὴ ἐξαπατηθῆτε, τῇ διαμαρτυρίᾳ τὸν νοῦν προσέχειν περὶ ἧς τὴν ψῆφον οἴσετε· καὶ πρὸς ταύτην αὐτὸν κελεύετε τὴν ἀπολογίαν ποιεῖσθαι, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς κατηγορήσαμεν· γέγραπται ὡς οὐκ ἔδωκεν οὐδὲ διέθετο Φιλοκτήμων· τοῦτο ἐπιδέδεικται ψεῦδος ὄν· καὶ γὰρ δοὺς καὶ διαθέμενος, καὶ μαρτυροῦσιν οἱ παραγενόμενοι. (63) Τί ἔτι; τελευτῆσαι ἄπαιδα Φιλοκτήμονα. Πῶς οὖν ἄπαις ἦν ὅστις τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφιδοῦν υἱὸν ποιησάμενος κατέλιπεν, ᾧ ὁμοίως ὁ νόμος τὴν κληρονομίαν ἀποδίδωσι καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γενομένοις; καὶ διαρρήδην ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, ἐὰν ποιησαμένῳ παῖδες ἐπιγένωνται, τὸ μέρος ἑκάτερον ἔχειν τῆς οὐσίας καὶ κληρονομεῖν ὁμοίως ἀμφοτέρους. (64) Ὡς οὖν εἰσὶ γνήσιοι οἱ παῖδες οἵδε, τοῦτ' αὐτὸ ἐπιδεικνύτω, ὥσπερ ἂν ὑμῶν ἕκαστος. Οὐ γὰρ ἂν εἴπῃ μητρὸς ὄνομα, γνήσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐὰν ἐπιδεικνύῃ ὡς ἀληθῆ λέγει, τοὺς συγγενεῖς παρεχόμενος, τοὺς εἰδότας συνοικοῦσαν τῷ Εὐκτήμονι, τοὺς δημότας καὶ τοὺς φράτορας, εἴ τι ἀκηκόασι πώποτε ἢ ἴσασιν ὑπὲρ αὐτῆς Εὐκτήμονα λειτουργήσαντα, ἔτι δὲ ποῦ τέθαπται, ἐν ποίοις μνήμασι· (65) τίς εἶδε τὰ νομιζόμενα ποιοῦντα Εὐκτήμονα· ποῖ δ' ἔτ' ἰόντες οἱ παῖδες ἐναγίζουσι καὶ χέονται, καὶ τίς εἶδε ταῦτα τῶν πολιτῶν ἢ τῶν οἰκετῶν Εὐκτήμονος. Ταῦτα γάρ ἐστιν ἔλεγχος ἅπαντα, καὶ οὐ λοιδορία. Καὶ ἐὰν περὶ αὐτοῦ τούτου κελεύητε ἐπιδεικνύναι ὥσπερ καὶ διεμαρτύρησεν, ὑμεῖς τε τὴν ψῆφον ὁσίαν καὶ κατὰ τοὺς νόμους θήσεσθε, τοῖσδέ τε τὰ δίκαια γενήσεται.

leviter modo perstringat, contra vero in nos sonora voce convicia intorqueat, et hos quidem opulentos, se autem pauperem esse objectet. Unde se sperat consecuturum ut hi pueri vobis genuini esse videantur. (60) Ceterum hi plus de copiis suis in rempublicam vestram, quam in semet, impendunt. Phanostratus quidem jam septies trierarchatu functus est, et munia quæcunque pro republica obeunda sunt sumptuosa ea omnia obiit, et in plerisque victorias adeptus est; hic autem Chærestratus, quamvis adhuc puerulus, tamen jam trierarchatus muniis satisfecit, item choregum egit tragœdis, nec non gymnasiarchum in lampadophoriis : nullas non contributiones pecuniarias hi ambo inter tercentumviros contulerunt. Et hactenus quidem hi duo; nunc autem natu minor quoque choregum agit tragœdis, et inscriptus est albo tercentumvirorum, et confert statas contributiones. (61) Quapropter non hi digni sunt quibus invideatis, sed isti, ita me Juppiter atque Apollo ament, sint magis, si bona adipiscantur quorum ipsis jus nullum est. Philoctemonis quidem hereditatem si Chærestrato adjudicabitis, ille vobis ejus erit promus condus, eo quod, ut adhuc fecit, ita porro quoque ex illa sumptus faciet in munera edenda, et multo etiam magis : sin autem hi eam adipiscantur, dilapidabunt, et deinde aliorum bonis insidiabuntur.

62. Quare vos, ne decipiamini, judices, rogo ut ad obtestationem animum advertatis de qua pronuntiandum vobis est; eique intentum jubete illum causam pro se dicere, quemadmodum nos quoque in nostra actione fecimus. Illa enim in obtestatione dictum est Philoctemonem testamentum nullum reliquisse, ideoque hereditatem Chærestrato non legasse; demonstravimus id esse mendacium; scripsit enim et legavit; idque testantur qui scribendo interfuere. (63) Quid adhuc? Philoctemonem aiunt sine prole decessisse. Atqui quomodo sine prole decessit, qui sororis filium pro suo adoptatum reliquerit, cui lex perinde adjudicet hereditatem atque si Philoctemon liberos ex se natos reliquisset? Nam in lege planis verbis sic scriptum est, si cui, qui adoptasset aliquem, postmodum liberi nascantur, fas esse ut adoptatus cum genuinis liberis parem ratam portionem hereditatis sortiatur. (64) Igitur hos genuinos esse, id demonstret, sicuti vestrûm unusquisque demonstraturus foret. Non enim genuinus fit, si quis matris nomen edat, sed si rem confirmet testes producendo cognatos, qui matrem ipsius norint cum Euctemone legitime cohabitantem, et demotas et phratoras, quos necesse est audiisse vel scire, num Euctemon pro illa publicum quendam sumptum fecerit : praeterea, ubinam sepulta sit, quorumnam in tumulis : (65) num quis conspexerit Euctemonem ei justa facientem : ubinam liberi superstites inferias inferant; et quinam civium aut famulorum Euctemonis ista viderit. Hæc enim omnia argumenta rem conficientia, non vero convicia sunt. His ipsis de rebus si postulabitis, judices, ab eo doceri, quemadmodum eas in obtestatione asseveravit, et vos sententiam feretis sanctam et secundum leges, et hi jure suo potientur.

VII.

63 ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΚΛΗΡΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Εὔπολις καὶ Θράσυλλος καὶ Μνήσων ἀδελφοὶ γεγόνασι. Τούτων ὁ μὲν Μνήσων ἄπαις ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ Θράσυλλος παῖδα καταλιπὼν Ἀπολλόδωρον· μόνος δ' Εὔπολις καταλειφθεὶς πολλὰ τὸν Ἀπολλόδωρον ἠδίκησεν. Ὅθεν Ἀρχέδαμος, πάππος τοῦ λέγοντος τὸν λόγον, τῇ τοῦ Ἀπολλοδώρου μητρὶ συνοικῶν μετὰ τὸν Θρασύλλου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς θάνατον, καὶ τὸν Ἀπολλόδωρον ὡς ὀρφανὸν ἐλεῶν, πολλὰ τὸν Εὔπολιν ἀπήτησε χρήματα ὑπὲρ ὧν Ἀπολλόδωρον ἠδίκησε. Τούτων μεμνημένος Ἀπολλόδωρος εἰσήγαγεν εἰς τοὺς φράτορας θετὸν υἱὸν ἑαυτῷ Θράσυλλον τοῦτον, υἱὸν ὄντα τῆς τε ὁμομητρίας αὐτοῦ ἀδελφῆς καὶ Ἀρχεδάμου. Τοῦ δὲ Θρασύλλου ἤδη μὲν εἰς τοὺς γεννήτας καὶ φράτορας ἐγγεγραμμένου, οὔπω δ' εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, ἐτελεύτησεν Ἀπολλόδωρος. Καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν ἐγγέγραπται μὲν ὁ Θράσυλλος εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, οὐδὲν δ' ἧττον Εὐπόλιδος θυγάτηρ, τοῦ θείου Ἀπολλοδώρου, ἀμφισβητεῖ πρὸς Θράσυλλον, λέγουσα μηδ' ὅλως ἐγγεγράφθαι τὸν Θράσυλλον εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννήτας κατὰ γνώμην τοῦ Ἀπολλοδώρου, ἀλλὰ πεπλασμένην εἶναι τὴν ποίησιν. Καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, ἡ δὲ στάσις στοχασμός· διὸ καλῶς πάνυ καὶ τεχνικῶς τὸν λόγον οἰκονομῶν τὴν ἔχθραν διεξέρχεται τὴν Ἀπολλοδώρου πρὸς Εὔπολιν, ὅπερ μέγα σημεῖον γίγνεται τοῦ μὴ θέλειν αὐτὸν ὑπὸ τῆς Εὐπόλιδος θυγατρὸς κληρονομηθῆναι.

Ὤμην μέν, ὦ ἄνδρες, προσήκειν οὐ τὰς τοιαύτας ἀμφισβητεῖσθαι ποιήσεις, εἴ τις αὐτὸς ζῶν καὶ εὖ φρονῶν ἐποιήσατο καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἀγαγὼν εἰς τοὺς συγγενεῖς ἀπέδειξε καὶ εἰς τὰ κοινὰ γραμματεῖα ἐνέγραψεν, ἅπανθ' ὅσα προσῆκεν αὐτὸς ποιήσας, ἀλλ' εἴ τις τελευτήσειν μέλλων διέθετο, εἴ τι πάθοι, τὴν οὐσίαν ἑτέρῳ, καὶ ταῦτ' ἐν γράμμασι κατέθετο παρά τισι σημηνάμενος. (2) Ἐκεῖνον μὲν γὰρ τὸν τρόπον ποιησάμενος φανερὰς κατέστησε τὰς αὐτοῦ βουλήσεις, ὅλον τὸ πρᾶγμα ἐπικυρώσας, δόντων αὐτῷ τῶν νόμων· ὁ δ' ἐν διαθήκαις σημηνάμενος ἀδήλους ἐποίησε, διὸ πολλοὶ πεπλάσθαι φάσκοντες αὐτὰς ἀμφισβητεῖν ἀξιοῦσι πρὸς τοὺς ποιηθέντας. Ἔοικε δ' οὐδὲν προὔργου τοῦτο εἶναι· καὶ γὰρ οὕτως αὐτῶν φανερῶς πεπραγμένων ὅμως ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς τῆς Εὐπόλιδος ἥκουσι περὶ τῶν Ἀπολλοδώρου χρημάτων πρὸς ἐμὲ ἀμφισβητήσοντες. (3) Ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἑώρων ὑμᾶς μᾶλλον ἀποδεχομένους τὰς διαμαρτυρίας ἢ τὰς εὐθυδικίας, κἂν μάρτυρας προὐβαλόμην μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον ὡς ποιησαμένου με υἱὸν Ἀπολλοδώρου κατὰ τοὺς νόμους· ἐπειδὴ δ' οὐ διαφεύγει τὰ δίκαια μὴ οὐ καὶ τοῦτον γιγνώσκεσθαι τὸν τρόπον, καὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῖς ἥκω διαλεξόμενος περὶ τῶν πεπραγμένων, ἵνα μηδεμίαν ἡμῖν αἰτίαν περὶ τοῦ μὴ βούλεσθαι δοῦναι δίκην τοιαύτην ἐπιφέρωσιν. (4) Ἀποδείξω δὲ ὡς οὐ μόνον ἐπὶ τοῖς ἐγγυτάτω γένους τὸν κλῆρον Ἀπολλόδωρος οὐ καταλέλοιπε, πολλὰ καὶ δεινὰ ὑπὸ τούτων ἀδικηθείς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐμὲ ἐποιήσατο δικαίως, ὄντα ἀδελφιδοῦν καὶ μέγα εὐεργετημένος ὑφ'

VII.

DE APOLLODORI HEREDITATE.

ARGUMENTUM.

Eupolis et Thrasyllus et Mneso fratres fuere. Horum Mneso sine liberis moritur, Thrasyllus filium relinquens Apollodorum e vita excessit, Eupolis solus superstes valde in Apollodorum injurius fuit. Unde Archedamus, hanc orationem recitantis avus, matri Apollodori connubio junctus post mortem mariti ejus Thrasylli, Apollodori utpote orphani misertus, sæpe ab Eupolide bona petiit quorum retentione Apollodorum damno afficiebat. Horum benefactorum Apollodorus memor sistit ante tribules Thrasyllum hunc filium ejus adoptivum, ejusdem quoque matris sororis filium et Archedami. Descripto autem inter gentiles et tribules Thrasyllo, sed nondum in codicillis in quibus illi qui extra tutelam sunt scribuntur, mortuus est Apollodorus. Et post ejus mortem in codicillis quidem scriptus est Thrasyllus, nihilominus tamen filia Eupolidis, Apollodori patrui, cum Thrasyllo contendit, dicens Thrasyllum Apollodori voluntate omnino inter tribules et gentiles non esse scriptum, sed ficte factum esse. Argumentum quidem hoc est, causæ vero status conjecturalis. Quapropter perite omnino et artificiose orationem distribuens, inimicitias Apollodorum inter et Eupolidem pertractat : quod indicium maximum est illum nolle filiam Eupolidis heredem suam esse.

1. Existimabam equidem, viri, non oportere in controversiam vocari adoptiones ita factas ut adoptans ipse superstes adhuc et recte mente sibi constans eas peregerit, ut adoptandum ad sacra adducens cognatis coram pro suo declararit, et in tabularium phratorum atque demotarum inscribendum curarit, ut omnia denique, quæ oportet, ipse peregerit; sed eas tantum quas fecerint illi, qui in articulo mortis constituti per testamentum edixerint ad quem post fata pervenire bona sua velint, literisque consignatum ejusmodi testamentum obsignatumque apud alios quosdam deposuerint. (2) Priore enim modo qui adoptat, is planum ad omnes facit sua de voluntate, totum negotium actibus confirmans, quorum copiam jus civile ei faciebat : in testamento autem obsignato qui voluntatis suæ significationem deposuit, is eam obscuram fecit; quo fit ut multi id suppositum esse aientes, adoptatis controversiam moverint. At videtur omnis cavendi diligentia inutilis esse : quamvis enim omnes adoptionis meæ actus ita essent in propatulo acti, nihilominus tamen sunt qui super Apollodori hereditate mecum litigare pro Eupolidis filia contendant. (3) Ego vero si quidem vos viderem obtestationes, haud licere hac de causa agi, directæ viæ præferre, qua quis sine ambagibus jus sibi debitum postulet; producerem ego quoque testes confirmaturos hereditatem hanc controversiæ haud expositam esse, quod ego filius sim Apollodori ab eo secundum leges adoptatus : verum quia fieri nequit ut hanc viam sectando quam nunc ingredior jus æquum in occulto maneat, progressus sum etiam ad vos ita verba facturus ut totam rem gestam vos doceam, quo adversarii ne causentur noluisse nos sibi hoc actionis genere satisfacere. (4) Docebo autem non hoc solummodo, Apollodorum hereditatem cognatis proximis non reliquisse, quippe a quibus multis infandis modis læsus fuisset, sed istud quoque docebo, ab Apollodoro me esse filium adoptatum jure merito, quippe qui nepos ipsius e sorore essem, et quod familia mea Apollodorum multis beneficiis sibi obstrinxisset. Quare

ἡμῶν. Δέομαι δὲ ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, πάντων ὁμοίως εὔνοιάν τέ μοι παρασχεῖν, κἂν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἀναιδῶς αὐτοὺς ἰόντας ἐξελέγχω, βοηθεῖν μοι τὰ δίκαια. Ποιήσομαι δ' ὡς ἂν κἀγὼ δύνωμαι διὰ βραχυτάτων τοὺς λόγους, ἐξ ἀρχῆς ὡς ἔχει τὰ γενόμενα διδάσκων ὑμᾶς.

5. Εὔπολις γάρ, ὦ ἄνδρες, καὶ Θράσυλλος καὶ Μνήσων ἀδελφοὶ ἦσαν ὁμομήτριοι καὶ ὁμοπάτριοι. Τούτοις οὐσίαν ὁ πατὴρ κατέλιπε πολλήν, ὥστε καὶ λειτουργεῖν ἕκαστον ἀξιοῦσθαι παρ' ὑμῖν. Ταύτην ἐκεῖνοι τρεῖς ὄντες ἐνείμαντο πρὸς ἀλλήλους. Τούτων τῶν δύο τελευτησάντων περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ὁ μὲν Μνήσων ἐνθάδε ἄγαμος καὶ ἄπαις, ὁ δὲ Θράσυλλος τῶν ἐν Σικελίᾳ καταλεγεὶς τριηράρχων, καταλιπὼν υἱὸν Ἀπολλόδωρον τὸν ἐμὲ νῦν ποιησάμενον. (6) Εὔπολις οὖν μόνος αὐτῶν λειφθεὶς οὐ μικρὰ ἀπολαῦσαι τῶν χρημάτων
64 ἠξίωσεν, ἀλλὰ τὸν μὲν Μνήσονος κλῆρον, οὗ καὶ Ἀπολλοδώρῳ προσῆκε τὸ ἡμικλήριον, πάντα εἰς αὐτὸν περιεποίησε, φάσκων αὐτῷ δοῦναι τὸν ἀδελφόν, αὐτὸν δ' ἐκεῖνον οὕτω διῴκησεν ἐπιτροπεύων ὥστε τριῶν αὐτῷ ταλάντων δίκην ὀφλεῖν. (7) Ἀρχέδαμος γὰρ ὁ πάππος οὑμός, ἐξ οὗ τὴν μητέρα ἔχων τὴν Ἀπολλοδώρου, τήθην δὲ ἐμὴν ὁρῶν αὐτὸν πάντων ἀποστερούμενον τῶν χρημάτων, ἔτρεφέ τε αὐτὸν παῖδα ὄνθ' ὡς ἑαυτοῦ, καὶ τὴν μητέρα κομισάμενος, ἀνδρί τε γενομένῳ συνηγωνίσατο καὶ εἰσέπραξε τὸ ἡμικλήριον ὧν Μνήσων κατέλιπεν ὅσα τε ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς ἀπεστέρησε, δίκας δύο ἑλών, καὶ τὴν οὐσίαν ἐποίησε κομίσασθαι τὴν αὑτοῦ πᾶσαν. (8) Καὶ διὰ ταῦτα Εὔπολις μὲν καὶ Ἀπολλόδωρος ἐχθρῶς ἔχοντες τὸν πάντα χρόνον διετέλεσαν πρὸς ἀλλήλους, ὁ δὲ πάππος οὑμὸς καὶ Ἀπολλόδωρος φιλικῶς, ὥσπερ προσῆκε. Τοῖς δ' ἔργοις ἄν τις τεκμήραιτο μάλιστα ὅτι Ἀπολλόδωρος πέπονθεν ὃ ἀντευποιεῖν ἠξίου τοὺς ἑαυτὸν εὐεργετήσαντας. Συμφορᾷ γὰρ τοῦ πάππου χρησαμένου καὶ ληφθέντος εἰς τοὺς πολεμίους καὶ χρήματα εἰσενεγκεῖν εἰς λύτρα καὶ ὁμηρεῦσαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἠθέλησεν, ἕως οὗ εὐπορήσειεν ἐκεῖνος τἀργύριον. (9) Ἐξ εὐπόρου τε ἀπορωτέρῳ γεγενημένῳ συνδιῴκει τὰ ἐκείνου, μεταδιδοὺς ὧν εἶχεν. Εἰς Κόρινθόν τε στρατεύεσθαι μέλλων, εἴ τι πάθοι, διέθετο τὴν οὐσίαν καὶ ἔδωκε τῇ ἐκείνου μὲν θυγατρί, ἐμῇ δὲ μητρί, αὑτοῦ δὲ ἀδελφῇ, διδοὺς αὐτὴν Λακρατίδῃ τῷ νῦν ἱεροφάντῃ γεγενημένῳ. Τοιοῦτος ἦν ἐκεῖνος περὶ ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν σώσαντας. (10) Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, καὶ δίκας εἷλεν Εὔπολιν δύο, τὴν μὲν ἐπιτροπῆς, τὴν δὲ ἡμικληρίου, τοῦ πάππου συνηγωνισμένου καὶ λέγοντος, τά τε χρήματα ἐκομίσατο δι' ἡμᾶς. καὶ ταύτας τὰς χάριτας ἡμῖν ἀνταπέδωκε, τούτων πρῶτον βούλομαι παρασχέσθαι τοὺς μάρτυρας. Καί μοι κάλει δεῦρο αὐτούς.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

11. Αἱ μὲν οὖν παρ' ἡμῶν εὐεργεσίαι τοιαῦται καὶ τηλικαῦται τὸ μέγεθός εἰσιν· αἱ δὲ πρὸς ἐκεῖνον ἔχθραι περὶ τοσούτων χρημάτων ἦσαν, ἃς οὐχ οἷόν τ' εἰπεῖν

vos, judices, rogo universos, ut aures mihi præbeatis benevolas, et ubi illos coarguero in hereditatem impudenter involantes, tum mihi qua par est succurratis. Disseram autem quam potero brevissimis, rem a principio inde repetens, quæ sic habet.

5. Fratres erant hi tres germani, judices, Eupolis et Thrasyllus atque Mneson ab iisdem sati parentibus; qui substantiam ingentem a patre relictam quum inter se sortiti essent (tanta autem erat illa, ut vos eos dignos censeretis, qui munera publica sumptuosa ederent), duo eorum sub idem tempus vita excedebant; Mneson quidem in urbe cælebs et imprōlis, Thrasyllus autem in Sicilia, unus e trierarchis in expeditionem illam delectis, relicto filio Apollodoro, qui me nuper adoptavit. (6) Eupolis itaque solus relictus haud indignum se duxit, ut bonorum partem haud exiguam interverteret : Mnesonis enim hereditatem, cujus semissis Apollodoro competebat, sibi totam arrogavit, prætextu usus eam sibi a fratre legatam fuisse, ipsiusque Apollodori tutelam ita gessit, ut causa caderet tribus talentis æstimata, quæ illius tutelæ nomine ab eo petebantur. (7) Archedamus enim avus meus, qui Apollodori matrem in matrimonio habuit, meam aviam, cernens Apollodorum a tutore bonis omnibus privari, una cum ejus matre eum domi suæ recepit atque sub oculis suis educavit, puberique facto præsto fuit actiones in Eupolin exsequenti, eoque Eupolidi extorsit tum semissem hereditatis a Mnesone relictæ, tum ea quibus tutor pupillum defraudarat, adeoque duabus actionibus victor effecit, ut Apollodorus totum patrimonium recuperaret. (8) Quapropter Eupolis atque Apollodorus per totam vitam simultates inter se agitaverunt; avus autem meus atque Apollodorus, prout par erat, semper fuere conjunctissimi. Verum ipsis e rebus gestis maxime intelligatur, quam sedulo studuerit Apollodorus acceptam gratiam demereri. Avus enim ea quum esset ictus calamitate ut ab hostibus caperetur, ad redimendi ejus pretium de suo conferre non dubitavit Apollodorus obsidemque agere, donec ille totam summam æris coegisset. (9) Avoque e pristinis copiis ad incitas redacto, in re ejus gerenda operam navavit, sui patrimonii copiam ei faciens : et ad expeditionem Corinthiacam proficiscens, constituebat de substantia sua, eamque, si quid sibi secius contingeret, sorori suæ, quæ eadem avi mei filia, et mihi mater est, legabat, eamque Leocratidæ, qui nunc hierophanta est, nuptum elocabat. Hoc ille animo erga nos fuit, qui eum a principio servassemus. (10) Quo vobis autem constet, judices, hæc a me vera dici, et bis ab Apollodoro victum in foro fuisse Eupolin, semel titulo male gestæ tutelæ, tum rursus interversæ semissis bonorum a Mnesone relictorum, avo meo causam Apollodori oratione adjuvante, eoque pacto Apollodorum bona sua recuperasse, pro iisque beneficiis eo quo dixi modo gratias retulisse, horum omnium ego testes producam. Cita tu mihi hos.

TESTES.

11. Hæc tanta erant beneficia a nobis in Apollodorum collata : simultatis vero, quæ ipsi cum Eupolide intercessit, in causa fuit fraus qua hic illum re tam lauta fraudatum

ὡς διελύσαντο καὶ φίλοι ἐγένοντο. Μεγάλα γὰρ τεκμήρια αὐτῶν ἐστιν· Εὔπολις γὰρ αὐτῷ δυοῖν θυγατέρων οὐσῶν καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονὼς καὶ χρήμαθ' ὁρῶν κεκτημένον, οὐδετέραν αὐτῷ τούτων ἔδωκε. (12) Καίτοι δοκοῦσιν ἐπιγαμίαι καὶ μὴ συγγενεῖς ἄνδρας ἀλλὰ καὶ τοὺς τυχόντας ἀπαλλάττειν μεγάλης διαφορᾶς, ὅταν ἃ περὶ πλείστου ποιοῦνται, ταῦτ' ἀλλήλοις ἐγχειρίζωσιν. Εἴτ' οὖν Εὔπολις γεγένηται αἴτιος μὴ βουληθείς, εἴτ' Ἀπολλόδωρος λαβεῖν μὴ ἐθελήσας, τὰς ἔχθρας, ὅτι διέμειναν, τὸ ἔργον δεδήλωκε.

13. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐκείνων διαφορᾶς ἱκανοὺς εἶναι νομίζω καὶ τοὺς εἰρημένους λόγους. Οἶδα γὰρ ὅτι καὶ ὑμῶν ὅσοι πρεσβύτεροι μνημονεύουσιν ὅτι ἐγένοντο ἀντίδικοι· τό τε γὰρ μέγεθος τῶν δικῶν, καὶ διότι πολὺ αὐτὸν Ἀρχέδαμος εἷλεν, ἐπιφάνειάν τινα ἐποίησεν. Ὡς δὲ ἐμὲ ἐποιήσατο υἱὸν ζῶν αὐτὸς καὶ κύριον τῶν αὐτοῦ κατέστησε καὶ εἰς τοὺς γεννήτας καὶ εἰς τοὺς φράτορας ἐνέγραψε, τούτοις ἤδη μοι τὸν νοῦν προσέχετε, ὦ ἄνδρες. (14) Ἀπολλοδώρῳ γὰρ ἦν υἱός, ὃν ἐκεῖνος καὶ ἤσκει καὶ δι' ἐπιμελείας εἶχεν, ὥσπερ καὶ προσῆκον ἦν. Ἕως μὲν οὖν ἐκεῖνος ἔζη, διάδοχον τῆς οὐσίας ἤλπιζεν αὐτὸν καταστήσειν τῆς ἑαυτοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἐτελεύτησε νοσήσας τοῦ ἐξελθόντος ἐνιαυτοῦ μηνὸς Μαιμακτηριῶνος, ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀθυμήσας καὶ τὴν ἡλικίαν τὴν ἑαυτοῦ καταμεμψάμενος οὐκ ἐπελάθετο ὑφ' ὧν καὶ ἐξ ἀρχῆς εὖ πεπονθὼς ἦν, ἀλλ' ἐλθὼν ὡς τὴν ἐμὴν μητέρα ἑαυτοῦ δὲ ἀδελφήν, ἣν περὶ πλείστου πάντων ἐποιεῖτο, λαβεῖν ἠξίωσέ με υἱὸν καὶ ᾔτησε καὶ ἔτυχεν. (15) Οὕτω δ' ἐπείσθη ταῦτα ποιῆσαι διὰ ταχέων, ὥστ' εὐθέως με λαβὼν ᾤχετ' ἔχων πρὸς αὐτὸν καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ διοικεῖν παρέδωκεν, ὡς αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἂν ἔτι πρᾶξαι τούτων δυνηθείς, ἐμοῦ δὲ ταῦτα πάντα οἷουτε ἐσομένου ποιεῖν. Καὶ ἐπειδὴ Θαργήλια ἦν, ἤγαγέ με ἐπὶ τοὺς βωμοὺς εἰς τοὺς γεννήτας τε καὶ φράτορας. (16) Ἔστι δ' αὐτοῖς νόμος ὁ αὐτός, ἐάν τέ τινα φύσει γεγονότα εἰσάγῃ τις ἐάν τε ποιητόν, ἐπιτιθέναι πίστιν κατὰ τῶν ἱερῶν ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς εἰσάγειν καὶ γεγονότα ὀρθῶς καὶ τὸν ὑπάρχοντα φύσει καὶ τὸν ποιητόν· ποιήσαντος δὲ τοῦ εἰσάγοντος ταῦτα μηδὲν ἧττον διαψηφίζεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους, κἂν δόξῃ, τότ' εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν, πρότερον δὲ μή· τοιαύτας ἀκριβείας ἔχει τὰ δίκαια τὰ παρ' αὐτοῖς. (17) Τοῦ νόμου δὴ οὕτως ἔχοντος, καὶ τῶν φρατόρων τε καὶ γεννητῶν ἐκείνῳ οὐκ ἀπιστούντων ἐμέ τε οὐκ ἀγνοούντων, ὅτι ἦν ἐξ ἀδελφῆς αὐτῷ γεγονώς, ἐγγράφουσί με εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ψηφισάμενοι πάντες, ἐπιθέντος ἐκείνου τὴν πίστιν καθ' ἱερῶν. Καὶ οὕτω μὲν ὑπὸ ζῶντος ἐποιήθην, καὶ εἰς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐνεγράφην Θράσυλλος Ἀπολλοδώρου, ποιησαμένου με ἐκείνου τοῦτον τὸν τρόπον, τῶν νόμων αὐτῷ δεδωκότων. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι τὰς μαρτυρίας.

ierat; quam simultatem haud licet dicere ab illis sublatam atque cum amicitia commutatam esse. Cujus rei magna edam istæc documenta : Eupolidi enim tametsi duæ essent filiæ, neutram tamen earum Apollodoro collocavit, quem non sui fratris solummodo filium nosset, sed etiam bene locupletem esse. (12) Quamquam affinitates per connubia contractæ non inter consanguineos modo, sed vel inter obvios quosque magnas simultates exstinguere solent, quando quæ maximi faciunt, ea invicem sibi tradunt. Quicquid ejus est, sive culpa penes Eupolin, sive penes Apollodorum fuit, sive ille filiam dare noluit, sive hic oblatam recusavit, mansit utique inter eos simultas, ut res ipsa docuit.

13. Verum de illorum quidem simultate satis mihi videor disseruisse. Certus enim sum, vestrûm quoque quotquot ætate sunt provectiores meminisse adhuc actionum forensium quibus illi sese mutuo exagitarunt : nam et magnitudo postulationum, et victoriæ fama qua Archedamus Eupolin perculit, hominum oculos convertit. Adoptatum autem me pro filio esse ab Apollodoro adhuc salvo et valente scriptumque bonorum ejus heredem, codicibusque et gennetarum et phratorum inscriptum, jam probaturo mihi, judices, mentem præbeatis attentam. (14) Apollodoro filius erat, quem pater, ut par erat, et erudiebat et fovebat, sperans fore aliquando ut ipse vita excedens eum heredem bonorum relinqueret: verum ille filius anni superioris mense Mæmacterione morbo decessit. Ibi pater præsentis infortunii ægritudine depressus et de affecta ætate sua desperans, non oblitus a quibus esset a principio beneficiis ornatus, ad matrem meam, sororem suam, quam plurimi faciebat, adiit ab eaque petiit ut me sibi filium daret; (15) et rogatis potitus ita festinavit negotium hoc peragere, ut statim me secum in domum suam deduceret totamque suam rem familiarem mihi administrandam traderet, quasi ipse hujusmodi curis impar, ego vero idoneus essem. Veniente tum Thargeliorum die festo adducebat me ad gennetas et phratoras, et coram ara constituebat. (16) Est autem illis in more positum, ut quicunque filium inducat sive ex ipso natum sive adoptatum, is per sacra juret illum a se filium, sive is naturalis sit sive adoptatus, induci natum e cive Attica et legitimo modo : quæ tametsi pater inducens egerit, illi nihilominus tamen omnes et singuli in suffragia eunt, et ubi, qui inductus est, omnibus visus fuerit admittendus esse, tum demum, neque citius, in communem codicem inscribitur. Tam diligenter et tam severe illi jura sua tuentur. (17) Phratores igitur atque gennetæ, haud immemores hujus legis, et Apollodoro haud diffidentes ipsumque me haud ignotum sibi habentes, sed certi ex Apollodori sorore me natum, decernunt omnes nomen meum in communi codice scribendum, quum ille solito more per sacra dejerasset. Hoc ego pacto ab Apollodoro adhuc superstite fui filius adoptatus, et in codice phratorum communi scriptus hoc titulo : *Thrasyllus Apollodori*, ipso coram adoptatore, legibus id fieri sinentibus. Quæ ut constet a me vera dici, cape tu hæc testimonia.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

18. Οἶμαι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, μᾶλλον ἂν ὑμᾶς τοῖς μεμαρτυρηκόσι πιστεύειν, καὶ οἵτινες τῶν ὁμοίως προσηκόντων ἔργοις φανερῶς μεμαρτυρήκασιν ὡς ἐκεῖνος ταῦτα ὀρθῶς καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔπραξε. Κατέλιπε γὰρ Εὔπολις θυγατέρας δύο, ταύτην τε ἣ νῦν ἀμφισβητεῖ καὶ Προνάπει συνοικεῖ, καὶ ἄλλην ἣν ἔσχεν Αἰσχίνης ὁ Λουσιεύς, ἣ τετελεύτηκεν υἱὸν ἄνδρα ἤδη καταλιποῦσα, Θρασύβουλον. (19) Ἔστι δὲ νόμος ὅς, ἐὰν ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ ἄπαις τελευτήσῃ καὶ μὴ διαθέμενος, τήν τε ἀδελφὴν ὁμοίως, κἂν ἐξ ἑτέρας ἀδελφιδοῦς ᾖ γεγονώς, ἰσομοίρους τῶν χρημάτων καθίστησι. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀγνοούμενόν ἐστιν οὐδὲ παρ' αὐτοῖς τούτοις. Ἔργῳ γὰρ οὗτοι φανερὸν τοῦτο πεποιήκασι. Τοῦ γὰρ Εὐπόλιδος υἱέος ἄπαιδος Ἀπολλοδώρου τελευτήσαντος τὰ ἡμίσεα Θρασύβουλος εἴληφεν, οὐσίας καὶ πεντεταλάντου καταλειφθείσης ῥᾳδίως. (20) Πατρῴων μὲν οὖν καὶ ἀδελφοῦ χρημάτων τὸ ἴσον αὐτοῖς ὁ νόμος μετασχεῖν δίδωσιν· ἀνεψιοῦ δέ, καὶ εἴ τις ἔξω ταύτης τῆς συγγενείας ἐστίν, οὐκ ἴσον, ἀλλὰ προτέροις τοῖς ἄρρεσι τῶν θηλειῶν τὴν ἀγχιστείαν πεποίηκε. Λέγει γάρ « κρατεῖν δὲ τοὺς ἄρρενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀρρένων, οἳ ἂν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, κἂν γένει ἀπωτέρω τυγχάνωσιν ὄντες. » Ταύτῃ μὲν οὖν οὐδὲ μέρους λαχεῖν προσῆκε, Θρασυβούλῳ δὲ ἁπάντων, εἰ μὴ κυρίαν ἡγεῖτο εἶναι τὴν ἐμὴν εἰσποίησιν. (21) Ἐκεῖνος τοίνυν οὔτε ἐξ ἀρχῆς ἠμφισβήτηκε πρὸς ἐμὲ οὐδὲν οὔτε νῦν δίκην εἴληχε περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ ταῦτα πάντα καλῶς ἔχειν ὡμολόγηκεν· οἱ δ' ὑπὲρ ταύτης πάντων ἀμφισβητεῖν τετολμήκασιν· εἰς τοῦτο ἀναιδείας ἐληλύθασι. Λαβὲ δή αὐτοῖς τοὺς νόμους, παρ' οὓς ταῦτα πεποιήκασι, καὶ ἀνάγνωθι.

ΝΟΜΟΣ.

22. Ἐνταῦθα μὲν ὁμοίως καὶ ἀδελφὴν καὶ ἀδελφιδοῦς ἰσόμοιροι κατὰ τὸν νόμον εἰσί. Λαβὲ δὴ καὶ τοῦτον, καὶ ἀναγίνωσκε αὐτοῖς.

ΝΟΜΟΣ.

Ἐὰν μὴ ὦσιν ἀνεψιοὶ μηδὲ ἀνεψιῶν παῖδες, μηδὲ τοῦ πρὸς πατρὸς γένους ᾖ προσήκων μηδείς, τότε ἀπέδωκε τοῖς πρὸς μητρός, διορίσας οὓς δεῖ κρατεῖν. Λαβὲ δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦτον τὸν νόμον καὶ ἀνάγνωθι.

ΝΟΜΟΣ.

23. Ταῦτα τῶν νόμων κελευόντων ὁ μὲν ἀνὴρ ὢν οὐδὲ τοῦ μέρους εἴληχεν, οἱ δ' ὑπὲρ ταύτης τῆς γυναικὸς ἁπάντων· οὕτω τὴν ἀναίδειαν οὐδεμίαν ζημίαν εἶναι νομίζουσι. Καὶ ὑπὲρ τούτων τολμήσουσι, καὶ τοῖς λόγοις χρῶνται τοιούτοις, ὡς αὐτοῖς ὅλου τοῦ κλήρου ληκτέον, ὅτι Θρασύβουλος ἐκποίητος εἰς τὸν οἶκον τὸν Ἱππολοχίδου γέγονε, λέγοντες τοῦτο μὲν ἀληθές, ἐκεῖνο δ' οὐ προσῆκον. (24) Τί γὰρ ἧττον

TESTIMONIA.

18. Quibusnam autem aliis vos convenit fidem magis habere quam testibus, et iis qui quum haud minus quam adversarii mei ex necessariis Apollodori sint, factis perspicuis testentur, Apollodorum ista recte legibusque convenienter egisse? Reliquit nempe Eupolis duas filias, et hanc, quæ Pronapis uxor nunc mecum contendit, et aliam, quæ olim uxor fuit Æschinis Lusiensis, nunc vero defuncta filium reliquit jam adultum nomine Thrasybulum. (19) Jam lex est hujus formulæ : si qui frater duarum sororum ex iisdem parentibus natus sine prole decesserit nulloque scripto testamento, tum æquis partibus hereditatem ejus cernere sororemque alteram adhuc superstitem alteriusque vita defunctæ filium. Hoc legis edictum illos [Eupolidis necessarios] haud fugit. Rebus enim gestis id testatum fecerunt : Eupolidis enim filius, Apollodorus item dictus, quum sine prole decessisset, semissem substantiæ ad quinque talenta valentis tulit Thrasybulus. (20) Unde patet filiabus et sororibus a jure civili partes æquales bonorum a patribus relictorum attribui; consobrinorum autem de bonis, et quicunque alii extra cognationis gradum modo dictum sunt, non æquales attribui partes hereditatum feminis, sed in hujusmodi causis conditionem marium a lege præhaberi conditioni feminarum. Verba legis enim hæc sunt : « potiores oportere mares esse e maribusque natos, dummodo hi mares ex iisdem prognati sint, etiamsi mares illi gradu consanguinitatis longius distent quam feminæ. » Igitur mulieri huic ne ullam quidem partem petendi jus erat, Thrasybulus autem totam petere poterat, nisi adoptionem meam ratam habuisset. (21) Nam neque ullam mihi unquam de Apollodori hereditate movit controversiam neque nunc eam in jure petit, sed omnia ab Apollodoro constituta bene se habere confessus est : hi autem pro filia Eupolidis, qua sunt impudentia, totam petere ausi sunt. Cape tu has leges, quas hi migrarunt, easque recita judicibus.

LEX.

22. Hac quidem e lege partes hereditatis æquales ferunt defuncti soror superstes et filius ab altera sorore defuncta relictus. Cape hanc quoque legem, et recita illis.

LEX.

Consobrini si nulli sunt neque consobrinorum liberi neque consanguineorum quisquam a parte patris, tum tradidit legislator hereditatem consanguineis a parte matris, definiens quosnam oporteat potiores esse. Cape tu hanc quoque legem, et ipsis recita.

LEX.

23. Legibus hæc edicentibus, Thrasybulus hic, tametsi vir esset, tamen ne partem quidem ejus petiit, hic autem [Pronapes] nomine hujus mulieris totam petiit : adeo nil autumant impudentiam obesse. Et pro bonis illis nihil non audebunt, eaque utuntur excusatione, Thrasybulum in domum Hippolochidæ emancipatum esse, ideoque sibi competere jus universam Apollodori hereditatem petendi. Quorum illud quidem verum est, hoc autem ad rem nil facit. (24) Ecquid enim eo minuitur Thrasybulo

αὐτῷ τῆς συγγενείας ταύτης προσῆκεν; οὐ γὰρ κατὰ τὸν πατέρα, ἀλλὰ κατὰ τὴν μητέρα καὶ τῶν Ἀπολλοδώρου τοῦ Εὐπόλιδος υἱέος τὸ μέρος εἴληφε· καὶ τῶνδε 66 ἐξῆν αὐτῷ κατὰ ταύτην τὴν συγγένειαν λαγχάνειν, ὄντι προτέρῳ ταύτης, εἴπερ τὰ πεπραγμένα μὴ κυρίως ἔχειν ἐνόμιζεν. (25) Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀναίσχυντος. Μητρὸς δ' οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ κἂν ἐκποιηθῇ. Διὸ τῶν Ἀπολλοδώρου χρημάτων οὐκ ἀπεστερήθη τοῦ μέρους, ἀλλὰ μετειλήφει τὸ ἡμικλήριον, πρὸς ταύτην νειμάμενος. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

26. Οὕτω μὲν οὐχ οἱ γεννῆται μόνον καὶ φράτορες γεγόνασι μάρτυρες τῆς ἐμῆς ποιήσεως, ἀλλὰ καὶ Θρασύβουλος οὐκ ἀμφισβητῶν ἔργῳ δεδήλωκεν ὅτι τὰ πεπραγμένα Ἀπολλοδώρῳ κυρίως ἔχειν νομίζει καὶ κατὰ τοὺς νόμους· οὐ γὰρ ἄν ποτε τοσούτων χρημάτων οὐκ ἐλάγχανε. Γεγόνασι δὲ ὅμως καὶ ἄλλοι μάρτυρες αὐτῷ. (27) Πρὶν γὰρ ἐμὲ ἥκειν ἐκ τῆς Πυθιάδος, ἔλεγε πρὸς τοὺς δημότας Ἀπολλόδωρος ὅτι πεποιημένος εἴη με υἱὸν καὶ ἐγγεγραφὼς εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ φράτορας, καὶ παραδεδώκει τὴν οὐσίαν, καὶ διεκελεύεθ' ὅπως ἄν, εἴ τι πάθοι πρότερον, ἐγγράφωσί με εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον Θράσυλλον Ἀπολλοδώρου καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιήσωσι. (28) Κἀκεῖνοι ταῦτα ἀκούσαντες, τούτων ἐν ἀρχαιρεσίαις κατηγορούντων καὶ λεγόντων ὡς οὐκ ἐποιήσατό με υἱόν, καὶ ἐξ ὧν ἤκουσαν καὶ ἐξ ὧν ᾔδεσαν, ὀμόσαντες καθ' ἱερῶν ἐνέγραψάν με, καθάπερ ἐκεῖνος ἐκέλευε· τοσαύτη περιφάνεια τῆς ἐμῆς ποιήσεως ἐγένετο παρ' αὐτοῖς. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

29. Ἐπὶ μὲν τοσούτων μαρτύρων, ὦ ἄνδρες, γέγονεν ἡ ποίησις, ἔχθρας μὲν παλαιᾶς αὐτῷ πρὸς τούτους οὔσης, φιλίας δὲ πρὸς ἡμᾶς καὶ συγγενείας οὐ μικρᾶς ὑπαρχούσης. Ὡς δ' οὐδ' εἰ μηδέτερον τούτων ὑπῆρχε, μήτε ἔχθρα πρὸς τούτους μήτε φιλία πρὸς ἡμᾶς, οὐκ ἄν ποτε Ἀπολλόδωρος ἐπὶ τούτοις τὸν κλῆρον τοῦτον κατέλιπεν, οἶμαι καὶ ταῦθ' ὑμῖν ῥᾳδίως ἐπιδείξειν. (30) Πάντες γὰρ οἱ τελευτήσειν μέλλοντες πρόνοιαν ποιοῦνται σφῶν αὐτῶν, ὅπως μὴ ἐξερημώσουσι τοὺς σφετέρους αὐτῶν οἴκους, ἀλλ' ἔσται τις καὶ ὁ ἐναγιῶν καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα αὐτοῖς ποιήσων· διὸ κἂν ἄπαιδες τελευτήσωσιν, ἀλλ' οὖν ποιησάμενοι καταλείπουσι. Καὶ οὐ μόνον ἰδίᾳ ταῦτα γινώσκουσιν, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως οὕτω ταῦτ' ἔγνωκε· νόμῳ γὰρ τῷ ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται, προστάττει τὴν ἐπιμέλειαν. (31) Ἐκείνῳ δὲ πρόδηλον ἦν ὅτι εἰ καταλείψει τὸν κλῆρον ἐπὶ τούτοις, ἔρημον ποιήσει

jus hanc hereditatem petendi? num, quod emancipatus est, ideo minus est Apollodori cognatus? Etiam alterius Apollodori, qui filius Eupolidis fuit, semissem hereditatis, non e paterno, sed materno jure accepit : licebat ergo ei cognationis quidem ex titulo bona hæc petere, quippe qui feminam hanc in jure petendi antecederet, et petisset, nisi existimasset recte habere ab Apollodoro constituta. (25) Verum Thrasybulus non est impudens. Nam matris quidem nemo est emancipatus, sed perinde servat quisque matrem suam, sive in domo paterna manet, sive in alienam emancipatur. Quapropter etiam Thrasybulus parte bonorum Apollodori rata fraudatus non fuit, sed hereditatis illius semissem alteram abstulit ipse, alteram hæc mulier. Quæ ut constet a me vera dici, testes harum rerum tu mihi cita.

TESTES.

26. Ad hunc modum non gennetæ solummodo neque phratores de mea adoptione testati sunt, sed etiam Thrasybulus eo, quod mecum non contendit, ipso facto declaravit se existimare ab Apollodoro constituta rata esse jurique consentanea : alias enim tam amplam hereditatem in jure petere non omisisset. Verum sunt Apollodoro alii quoque testes. (27) Nam priusquam ego e ludis Pythicis redirem, ita cum demotis egit Apollodorus : se fecisse ut ego ipsi filius adoptarer atque ut nomen meum in codicem cognatorum atque phratorum, ceu filii sui, inferretur, facultatesque mihi tradidisse; quocirca hortari se demotas ut, si ab hora fatali opprimeretur, priusquam redissem, in codicem suum lexiarchicum nomen meum inscribant hoc titulo : *Thrasyllus Apollodori*, neve contra faxint. (28) Et illi quidem istis auditis, tametsi hi [Pronapis ejusque consortes] in conventu demotarum quererentur negantes me adoptatum esse, tamen et memores eorum quæ ipsi ante tum audiverant tum norant, jurejurando per sacra dicto, in lexiarchicum intulerunt meum nomen, sicuti Apollodorus præceperat : tam certum penes eos liquidumque meæ adoptionis erat negotium. Vera hæc me dicere testabuntur hi testes, quos tu mihi cita.

TESTES.

29. Coram tot testibus, judices, gestum fuit hoc adoptionis negotium ab Apollodoro, cui cum his [Eupolidis domesticis] vetusta simultas intercedebat, nobiscum autem præter necessitudinem summa quoque caritas. Verum enimvero etiamsi neutrum horum fuisset, neque simultas cum his neque familiaritas nobiscum, nunquam tamen Apollodorus bona sua in horum potestate reliquisset : id quod facile vobis probaverim. (30) Omnes animam agitantes sedulo cavent hoc, ut domus suæ desolatæ ne fiant, sed ut sit qui mânibus suis inferias inferat et reliqua justa faciat : quapropter, si qui improles ipsi sint, tamen filios sibi per adoptionem arrogatos heredes relinquunt. Neque privatim modo ita decernunt, sed ipsa quoque resp. idem ratum sanctumque voluit esse : lege enim mandavit resp. archonti, ut provideat ne quæ domus desolatæ fiant. (31) Jam planum Apollodoro erat, si facultates suas horum hominum potestati permitteret, fore ut sua domus desolaretur, quippe

τὸν οἶκον, προορῶντι ταύτας τὰς ἀδελφὰς τὸν μὲν Ἀπολλοδώρου τοῦ ἀδελφοῦ κλῆρον ἐχούσας, ἐκείνῳ δ' οὐκ εἰσποιούσας ὄντων αὐταῖς παίδων, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας αὐτῶν τὴν γῆν, ἣν ἐκεῖνος κατέλιπε, καὶ τὰ κτήματα πέντε ταλάντων πεπρακότας καὶ τὸ ἀργύριον διανειμαμένους, τὸν δὲ οἶκον αἰσχρῶς οὕτω καὶ δεινῶς ἐξηρημωμένον. (32) Ὃς δὴ ταῦτ' ᾔδει τὸν τούτων ἀδελφὸν πεπονθότα, πῶς ἂν προσεδόκησεν αὐτός, εἰ καὶ φίλος ἦν, τυχεῖν τῶν νομιζομένων ὑπ' αὐτῶν, ἀνεψιὸς ὢν ἀλλ' οὐκ ἀδελφὸς αὐταῖς; Οὐκ ἐνῆν ἐλπίσαι δήπουθεν. Ἀλλὰ μὴν ὅτι ἄπαιδα ἐκεῖνον περιεωράκασι καὶ τὰ χρήματα ἔχουσι καὶ οἶκον ἐκ τοῦ φανεροῦ τριηραρχοῦντα ἀνῃρήκασι, κάλει μοι καὶ τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

33. Εἰ τοίνυν καὶ τοιοῦτοι τὰς φύσεις περὶ ἀλλήλους εἰσὶ καὶ ἔχθραι πρὸς Ἀπολλόδωρον τὸν ἐμὲ ποιησάμενον ὑπῆρχον αὐτοῖς τηλικαῦται τὸ μέγεθος, τί βέλτιον ἂν ἔπραξεν ἢ ταῦτα βουλευσάμενος ἅπερ ἐποίησεν; Ἢ νὴ Δία παιδίον ἐποιήσατο λαβὼν παρά του τῶν φίλων ὄντων, καὶ τούτῳ τὴν οὐσίαν ἔδωκεν; Ἀλλὰ καὶ τοῦτ' ἦν ἄδηλον καὶ τοῖς γεννήσασιν, εἴτε σπουδαῖον εἴτε μηδενὸς ἄξιον ἔμελλεν ἔσεσθαι, διὰ τὴν ἡλικίαν. (34) Ἐμοῦ δὲ πεῖραν εἰλήφει, δοκιμασίαν ἱκανὴν λαβών. Εἴς τε γὰρ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα οἷος ἦν ἀκριβῶς ᾔδει, τῶν τ' οἰκείων ἐπιμελῆ καὶ τἀμαυτοῦ πράττειν ἐπιστάμενον· ἐν ἀρχῇ τε, θεσμοθετήσας, ὡς ἐγενόμην οὐκ ἄδικος οὐδὲ πλεονέκτης, ἠπίστατο σαφῶς. (35) Ὥστ' οὐκ ἀγνοῶν ἀλλὰ σαφῶς εἰδὼς ἐποίει με τῶν αὑτοῦ κύριον. Καὶ μὴν οὐδὲ ἀλλότριον ἀλλ' ὄντα ἀδελφιδοῦν, οὐδ' αὖ μικρὰ πεπονθὼς ἀλλὰ μεγάλα ἀγαθὰ ὑφ' ἡμῶν, οὐδ' αὖ ἀφιλότιμον, ὃς τὰ ὄντα ἀφιέναι ἔμελλον ὥσπερ οὗτοι τὰ τοῦ κλήρου πεποιήκασιν, ἀλλὰ βουλησόμενον καὶ τριηραρχεῖν καὶ πολεμεῖν καὶ χορηγεῖν καὶ πάνθ' ὑμῖν τὰ προσταττόμενα ποιεῖν, ὥσπερ κἀκεῖνος. (36) Καίτοι εἰ καὶ συγγενὴς καὶ φίλος καὶ εὐεργέτης καὶ φιλότιμος καὶ δεδοκιμασμένος ὑπῆρχον τοιοῦτος εἶναι, τίς ἂν ἀμφισβητήσειε μὴ οὐκ ἀνδρὸς εὖ φρονοῦντος εἶναι ταύτην τὴν ποίησιν; Ἐγὼ τοίνυν ἕν γε τῶν ὑπ' ἐκείνου δοκιμασθέντων ἤδη πεποίηκα· γεγυμνασιάρχηκα γὰρ εἰς Προμήθεια τοῦδε τοῦ ἐνιαυτοῦ φιλοτίμως, ὡς οἱ φυλέται πάντες ἴσασιν. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ

37. Τὰ μὲν ἡμέτερα δίκαια, καθ' ἃ προσηκόντως ἔχειν φαμὲν τὸν κλῆρον, ταῦτ' ἐστίν, ὦ ἄνδρες· δεόμεθα δ' ὑμῶν βοηθεῖν ἡμῖν καὶ ἕνεκα Ἀπολλοδώρου καὶ ἕνεκα τοῦ ἐκείνου πατρός· οὐ γὰρ ἀχρήστους αὐτοὺς εὑρήσετε πολίτας, ἀλλ' ὡς οἷόν τ' εἰς τὰ ὑμέτερα προθυμοτάτους. (38) Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε, καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν, οὐκ ἐκ συμμορίας

qui vidisset has sorores [Eupolidis filias] fratris quidem sui Apollodori habere bona, filium autem ei nullum sufficere quamvis liberos haberent, et maritos earum fundum ab Apollodoro relictum una cum instrumento rustico ad quinque talentorum valorem vendidisse pecuniamque inter se divisisse, domumque Apollodori hoc pacto jacere turpiter desolatam. (32) Fratrem itaque qui nosset istæc a sororibus passum, qui poterat is sperare futurum ut ipse, etiamsi amicus illis fuisset, ab his honores supremos et justa adipisceretur, quorum non frater, sed solummodo consobrinus esset? Profecto negata illi erat hæc spes. Illos autem fratri suo filium nullum defuncto suffecisse, et bona ejus possidere, domumque, quæ quondam trierarchatus onera sustentavit, uti nemo nescit, de medio sustulisse, testabuntur testes hi quos ab te mihi citari volo.

TESTES.

33. Hoc igitur hi quum essent animo erga semet ipsos, et tanta quum esset iisdem cum Apollodoro simultas, quid aliud poterat Apollodoro melius in mentem venire quam ut hoc, quod executus est, consilium capesseret? Atqui debuerat, ais, medius fidius, sumptum ab amicorum aliquo puerum adoptare, heredemque bonorum suorum facere? Atqui ipsis adeo parentibus pueri propter ætatem incertum fuisset, qualis ille aliquando futurus esset. (34) Mei autem documentum ceperat Apollodorus, quod satis esset ad judicandum quæ de me speranda haberet. Norat enim quo animo erga patrem matremque essem, norat me necessariorum studiosum, rerum me mearum norat satagentem, norat qualem in magistratu me gessissem; thesmothetæ enim honore functus ita sum, ut neque jus æquum pervertere neque largitionibus corrumperer. (35) Hæc Apollodorus non ignorans, sed probe tenens, bonorum suorum me faciebat arbitrum, non alienum hominem sed sororis suæ filium, neque parvis nostris sed maximis obstrictus beneficiis, neque me animi ita degeneris ut passurus essem bona ejus pessum ire, quemadmodum hi passi sunt sui fratris bona pessum ire, sed prompte functurum muniis et trierarchatus et militiæ in terra continente et choregatus, denique quæcunque vos sitis imperaturi esse executurum, quemadmodum ipse quoque fuit. (36) Atqui si et cognatus Apollodoro eram et amicus et bene de eo meritus et fidem ei feceram ut certus esset me talem esse, ecquis jam dubitet adoptandi mei consilium ab homine sanæ mentis profectum esse? Ego certe unum aliquod eorum, quæ mihi ab eo injuncta fuerunt, jam peregi: gymnasiarchatu enim functus fui in Prometheis hoc ipso anno liberaliter, id quod omnes norunt tribules. Vera hæc a me dici confirmabunt hi testes, quos mihi abs te citari volo.

TESTES.

37. Hæc capita sunt, judices, illa juris, quorum freti auctoritate contendimus æquum esse nos hereditate Apollodori potiri. Jam vos, judices, obtestor ut nobis faveatis tum Apollodori gratia tum patris ejus, quos reperietis homines non inutiles fuisse, sed vestri quammaxime studiosos. (38) Nam pater Apollodori ut alia omnia obiit munia sumptuosa, ita trierarchatus per totam pæne vitam gessit, non sic ut nunc faciunt, societate cum aliis multis inita,

τὴν ναῦν ποιησάμενος ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὑτοῦ δαπανῶν, οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὢν ἀλλὰ κατὰ μόνας, οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπὼν ἀλλὰ συνεχῶς, οὐδ' ἀφοσιούμενος ἀλλ' ὡς οἷόντ' ἄριστα παρασκευαζόμενος. Ἀνθ' ὧν ὑμεῖς κἀκεῖνον ἐτιμᾶτε, μεμνημένοι τούτων τῶν ἔργων, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῶν χρημάτων ἀποστερούμενον ἐσώσατε, τοὺς ἔχοντας ἀποδοῦναι τὰ ὄντ' αὐτῷ καταναγκάσαντες. (39) Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀπολλόδωρος οὐχ ὥσπερ Προνάπης ἀπεγράψατο μὲν τίμημα μικρόν, ὡς ἱππάδα δὲ τελῶν ἄρχειν ἠξίου τὰς ἀρχάς, οὐδὲ βίᾳ μὲν ἐζήτει τὰ ἀλλότρι' ἔχειν, ὑμᾶς δ' ᾤετο δεῖν μηδὲν ὠφελεῖν, ἀλλὰ φανερὰ τὰ ὄντα καταστήσας ὑμῖν, ὅσα προστάττοιτε, πάνθ' ὑπηρέτει φιλοτίμως, οὐδέν τ' ἀδικῶν ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φιλοτίμως ἐπειρᾶτο ζῆν, ἐς αὑτὸν μὲν τὰ μέτρια ἀναλίσκειν οἰόμενος δεῖν, τὰ δ' ἄλλα τῇ πόλει περιποιεῖν, ἵνα ἐξαρκοίη πρὸς τὰς δαπάνας. (40) Κἀκ τούτων τίνα λειτουργίαν οὐκ ἐξελειτούργησεν; ἢ τίνα εἰσφορὰν οὐκ ἐν πρώτοις εἰσήνεγκεν; ἢ τί παραλέλοιπεν ὧν προσῆκεν; ὅς γε καὶ παιδικῷ χορῷ χορηγῶν ἐνίκησεν, ὧν μνημεῖα τῆς ἐκείνου φιλοτιμίας ὁ τρίπους ἐκεῖνος ἕστηκε. Καίτοι τί χρὴ τὸν μέτριον πολίτην; οὐχ οὗ μὲν ἕτεροι τὰ μὴ προσήκοντ' ἐβιάζοντο λαμβάνειν, τούτων μηδὲν ποιεῖν, τὰ δ' ἑαυτοῦ πειρᾶσθαι σώζειν; οὗ δ' ἡ πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; (41) Ἐκεῖνος τοίνυν τοιοῦτος ἦν· ἀνθ' ὧν δικαίως ἂν αὐτῷ ταύτην τὴν χάριν ἀποδοίητε, τὴν ἐκείνου γνώμην περὶ τῶν αὑτοῦ κυρίαν εἶναι ποιήσαντες. Καὶ μὴν καὶ ἐμέ γε, ὅσα κατὰ τὴν ἐμὴν ἡλικίαν, εὑρήσετε οὐ κακὸν οὐδὲ ἄχρηστον. Ἐστράτευμαι τὰς στρατείας τῇ πόλει, τὰ προσταττόμενα ποιῶ· τοῦτο γὰρ τῶν τηλικούτων ἔργον ἐστί. (42) Καὶ ἐκείνων οὖν ἕνεκα καὶ ἡμῶν εἰκότως ἂν ποιήσαισθε πρόνοιαν, ἄλλως τε καὶ τούτων τριηραρχοῦντα οἶκον πεντετάλαντον ἀνηρηκότων καὶ πεπρακότων καὶ ἔρημον πεποιηκότων, ἡμῶν δὲ καὶ λελειτουργηκότων ἤδη καὶ λειτουργησόντων, ἂν ὑμεῖς ἐπικυρώσητε τὴν Ἀπολλοδώρου γνώμην · ἀποδόντες ἡμῖν τοῦτον τὸν κλῆρον.

43. Ἵνα δὲ μὴ δοκῶ διατρίβειν περὶ ταῦτα ποιούμενος τοὺς λόγους, βούλομαι διὰ βραχέων ὑμᾶς ὑπομνήσας οὕτω καταβαίνειν, τί ἑκάτερος ἡμῶν ἀξιοῖ, δηλώσας.
68 Ἐγὼ μὲν ἀδελφῆς οὔσης τῆς ἐμῆς μητρὸς Ἀπολλοδώρῳ, φιλίας αὐτοῖς πολλῆς ὑπαρχούσης, ἔχθρας δ' οὐδεμιᾶς πώποτε γενομένης, ἀδελφιδοῦς ὢν καὶ ποιηθεὶς υἱὸς ὑπ' ἐκείνου ζῶντος καὶ εὖ φρονοῦντος, καὶ εἰς τοὺς γεννήτας καὶ φράτορας ἐγγραφείς, ἔχειν τὰ δοθέντα, καὶ μὴ ἐπὶ τούτοις εἶναι ἐξερημῶσαι τὸν οἶκον τὸν ἐκείνου· Προνάπης δὲ τί ὑπὲρ τῆς ἀμφισβητούσης; (44) ἔχειν μὲν τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ τιμὴν τοῦ ἡμικληρίου πένθ' ἡμιτάλαντα, λαβεῖν δὲ καὶ τόνδε τὸν κλῆρον ἑτέρων ταῖς ἀγχιστείαις προτέρων αὐτοῦ τῆς γυναικὸς ὄντων, οὔτ' ἐκείνῳ παῖδα εἰσπεποιηκὼς ἀλλὰ τὸν οἶκον ἐξηρημωκώς, οὐδὲ τούτῳ ἂν εἰσποιήσας

sed solus per se, neque intercalandis otii biennis sed continenter, neque perfunctorie sed apparatu quam lautissimo. Quamobrem vos et ipsum honoravistis, et memores rerum ab eo gestarum, filio reddidistis fortunas quibus spoliatus fuerat, eo quod earum prædones cogeretis legitimo domino eas restituere. (39) Ad ipsum veniamus Apollodorum. Non is, ut hic Pronapes, professus quidem est censum exiguum, honores autem gerere petiit quasi equestris census tributa penderet, sed ordini equitum ascriptus honores gessit illi ordini competentes, neque vi studuit aliena bona sibi arrogare, in vestra autem commoda erogare quidquam noluit : sed facultates palam ad vos professus quæcunque vos exigeretis, ea cum gloriæ studio præstitit : neminis cum injuria studebat de suis vectigalibus personam in vita civili splendidam agere, existimans se decere, in semetipsum quidem sumptus facere modicos, quæ autem superessent, ea necessitatibus reip. reservare, ut muniis omnibus satisfaceret. (40) Ecquam enim liturgiam non ad finem perduxit? aut quam contributionem non inter primos contulit? aut quibus partibus suis defuit? non aliquando choregum agens choro puerili vicit, cujus liberalitatis monumentum tripus ille prostat? Atqui quæ sunt boni civis partes? nonne bona ad se nil pertinentia eripere contendentibus ita adversari, ut bona tua salva conservari studeas? nonne, quum resp. æris eget, inter primos censeri conferentes nullamque bonorum partem clam habere? (41) Talis vero fuit Apollodorus : quapropter ei vos hanc merito retuleritis gratiam, ut ab eo factam de bonis suis constitutionem vestra approbatione confirmetis. Quid? quod me ipsum quoque pro ætate mea civem reperietis non malum, neque contemnendum. Expeditionibus, quotquot suscipiendæ evenerunt, interfui; imperata exsequor; id quod est officium civium id ætatis quod ego nunc ago agentium. (42) Illis itaque pariter atque nobis merito prospicietis, præsertim quum hi domum quinque talenta valentem, quæ trierarchatus olim ferre soleret impendia, ad nihilum redegerint, fundis divenditis desolaverint et sustulerint, nos autem et gesserimus jam munia sumptuosa et in posterum quoque gesturi simus, si vos Apollodori voluntatem ratam jubeatis esse, hereditatem hanc nobis addicentes.

43. Ne justo diutius immorari his dicendo videar, paucis ubi comprehendero, quid uterque nostrûm velit, de suggesto descendam. Nostra mater, o judices, Apollodori soror fuit; nulla eos unquam intercessit simultas, sed caritate fuerunt conjunctissimi; ego Apollodori sum e sorore nepos et filius, ab eo adoptatus adhuc superstite et mentis adhuc compote, et ab eodem in gennetas et phratoras inscriptus : quibus de causis hereditatem Apollodori postulo, ab ipso mihi donatam, his autem ut copiam negetis domus desolandæ. Pronapes contra ecquid affert pro [uxore sua] eandem hereditatem petente? (44) Datum sibi censens ut habeat pecuniam quam e vendita semisse redegit illius hereditatis quam frater uxoris suæ reliquit, quinque semitalenta, contendit nunc hanc quoque rapere hereditatem, cujus adeundæ præstant aliis jure potiore quam est ejus uxori, quamvis, ut in locum prioris Apollodori nullum suffecit filium eoque domum illius passus fuit desolari, ita huic quoque Apollodoro nullum sit

ἀλλ' ὁμοίως ἂν καὶ τοῦτον ἐξερημώσας, καὶ ἔχθρας μὲν τηλικαύτης ὑπαρχούσης αὐτοῖς, διαλλαγῆς δὲ οὐδεμιᾶς πώποθ' ὕστερον γενομένης. (45) Ταῦτα χρὴ σκοπεῖν, ὦ ἄνδρες, κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἐγὼ μὲν ἀδελφιδοῦς αὐτῷ, ἡ δὲ ἀνεψιὰ τοῦ τελευτήσαντος, καὶ ὅτι ἡ μὲν δύ' ἔχειν ἀξιοῖ κλήρους, ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον εἰς ὅνπερ εἰσεποιήθην, καὶ ὅτι αὕτη μὲν οὐχ εὔνους τῷ καταλιπόντι τὸν κλῆρον, ἐγὼ δὲ καὶ ὁ ἐμὸς πάππος εὐεργέται γεγόναμεν αὐτοῦ. Ταῦτα πάντα σκεψάμενοι καὶ διαλογιζόμενοι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τίθεσθε τὴν ψῆφον ἣ δίκαιόν ἐστιν.

Οὐκ οἶδ' ὅ τι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων.

VIII.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΙΡΩΝΟΣ ΚΛΗΡΟΥ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Κίρωνος ἄπαιδος γνησίων τελευτήσαντος παίδων, ἀδελφιδοῦς τις αὐτοῦ κατὰ πατέρα ἀντιποιηθεὶς τοῦ κλήρου παρέλαβε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ παρὰ τῆς γυναικός· καὶ μετὰ ταῦτα ὁ λέγων τὸν λόγον γράφεται τὸν ἀδελφιδοῦν, φάσκων θυγατριδοῦς εἶναι Κίρωνος, καὶ ὅτι ἡ γυνὴ τοῦ τετελευτηκότος ἑκοῦσα προέδωκε τὸν κλῆρον τῷ ἀδελφιδῷ, ἵνα μέρος δοῦσα αὐτῷ τὰ λοιπὰ κερδάνῃ. Καὶ ἡ μὲν ὑπόθεσις αὕτη, ἡ στάσις δὲ στοχασμός· ζητεῖται γὰρ εἴτε θυγατριδοῦς ἐστιν οὗτος τοῦ Κίρωνος γνήσιος εἴτε οὔ. Ἐπιπλέκεται δ' αὐτῷ καὶ ἡ κατὰ ποιότητα ζήτησις· ὁ γὰρ ἀδελφιδοῦς ἠγωνίζετο, λέγων ὅτι εἰ καὶ δῶμεν ἐκείνην γνησίαν εἶναι θυγατέρα Κίρωνος, ἐπειδὴ ἐτελεύτησεν ἐκείνη, ὁ δ' υἱὸς αὐτῆς ἀμφισβητεῖ νῦν, προτιμητέος ἐστὶν ὁ κατὰ πατέρα ἀδελφιδοῦς τοῦ ἀπὸ θυγατρὸς ἐκγόνου, κατὰ τὸν νόμον ἐκεῖνον, τὸν κελεύοντα προτιμᾶσθαι τοὺς ἀπὸ τῶν ἀρρένων τῶν ἀπὸ τῶν θηλειῶν. Οὗτος γὰρ τεχνικώτατα πάνυ σιωπήσας τοῦτον τὸν νόμον, ἐκ τῆς τῶν τεκόντων διαφορᾶς ἀγωνίζεται, δεικνὺς ὅτι ὅσον θυγάτηρ ἀδελφοῦ οἰκειοτέρα τοῖς τελευτῶσι, τοσοῦτον ἔκγονος ἀδελφιδοῦ διαφέρει. Ἔρρωται οὖν ἐνταῦθα τῷ δικαίῳ καὶ ἀσθενεῖ τῷ νομίμῳ· τὴν δὲ ἐργασίαν τῶν κεφαλαίων κατὰ τὴν οἰκείαν πάλιν ἐργάζεται δύναμιν.

Ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ὦ ἄνδρες, ἀνάγκη ἐστὶ χαλεπῶς φέρειν, ὅταν τινὲς μὴ μόνον τῶν ἀλλοτρίων ἀμφισβητεῖν τολμῶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τῶν νόμων δίκαια τοῖς σφετέροις αὐτῶν λόγοις ἀφανίζειν ἐλπίζωσιν· ὅπερ καὶ νῦν οὗτοι ποιεῖν ἐγχειροῦσι. Τοῦ γὰρ ἡμετέρου πάππου Κίρωνος οὐκ ἄπαιδος τελευτήσαντος, ἀλλ' ἡμᾶς ἐκ θυγατρὸς αὐτοῦ γνησίας παῖδας αὐτῷ καταλελοιπότος, οὗτοί τε τοῦ κλήρου λαγχάνουσιν ὡς ἐγγυτάτω γένους ὄντες, ἡμᾶς τε ὑβρίζουσιν ὡς οὐκ ἐξ ἐκείνου θυγατρὸς ὄντας, οὐδὲ γενομένης αὐτῷ πώποτε τὸ παράπαν. (2) Αἴτιον δὲ τοῦ ταῦτα ποιεῖν αὐτούς ἐστιν ἡ τούτων πλεονεξία, τό τε πλῆθος τῶν χρημάτων ὧν Κίρων μὲν καταλέλοιπεν, οὗτοι δ' ἔχουσι βιασάμενοι καὶ κρατοῦσι· καὶ τολμῶσιν ἅμα μὲν λέγειν ὡς οὐδὲν καταλέλοιπεν ἐκεῖνος, ἅμα δὲ ποιεῖσθαι τοῦ κλή-

filium suffecturus, sed hujus quoque domum pari modo passurus desolari; quamvis denique cum Apollodoro simultas iis fuerit acerrima nullaque compositione placata. (45) Hæc spectare vos decet, judices, et præterea hoc quoque meminisse, me Apollodori e sorore nepotem, illam autem defuncti consobrinam esse; item hoc, illam mulierem geminam adipisci hereditatem cupere, me vero unam hanc solummodo, in quam adoptione immissus sum; illam haud benevolo fuisse animo erga eum a quo istæc hereditas relicta fuit, me autem avumque meum multa et magna in eum beneficia contulisse. Hæc omnia quum sedulo vobiscum eritis meditati, judices, ponite calculum æquo juri consentaneum.

Quæ plura dicam haud habeo, nullus dubitans, a me dictorum nihil vobis obscurum aut dubium esse.

VIII.

DE CIRONIS HEREDITATE.

ARGUMENTUM.

Cirone sine propriis liberis mortuo, fratris sui filius quidam ex patre vindicata sibi hereditate ab uxore illius bona accepit. postea hanc orationem recitans defert fratris filium, dicens illum Cironis nepotem ex filia esse, et uxorem mortui haud invitam nepoti hereditatem prodidisse, ut illi aliqua parte concessa reliquum sibi lucraretur. Et hoc quidem argumentum est, status vero conjecturalis : quæritur enim an hic ex filia Cironis legitimus nepos sit, an non. Attexitur autem conjecturali quæstioni etiam investigatio circa qualitatem legalem : filius namque fratris negat, dicens : etiamsi concedamus illam Cironis filiam legitimam esse, quando illa mortua est, nunc vero ejus filius litem intendit, anteponendus est filius fratris ex patre nepoti ex filia, secundum legem illam quæ præferri jubet marium posteros feminarum posteris. Hic enim artificiose omnino hanc legem silentio suppressit, certat vero de parentum differentia, et ostendit quantum filia fratre consanguinitate propinquior sit mortuis, tantum nepotem fratris filio potiorem esse. Corroboratur itaque hic justo et legitimo infirmatur : negotium vero rerum præcipuarum arte agitur accommodata.

Necesse tum est, judices, indignari, quum sunt homines, qui non solum de alienis bonis contendere audeant, sed etiam jura a legibus constituta suis conclusiunculis eludere contendant : id quod hi quoque nunc perficere laborant. Avus enim noster Ciron quum non improlis decessisset, sed nos e filia natos sibi suffecisset pro liberis genuinis, hi nihilominus tamen hereditatem petunt, prætendentes ei se in sanguine proximos esse, nos vero contumelia afficientes e filia Cironis natos negent; nullam enim Cironi filiam fuisse. (2) Quam ad impudentiam eos impellit et ipsorum aviditas, et facultatum magnitudo a Cirone relictarum, quas per vim habentes illi tenentesque dictitare tamen nulli dubitant a Cirone nihil esse relictum : quod aientes, nihilominus tamen hereditatem ab eo relictam

ρου τὴν ἀμφισβήτησιν. (3) Τὴν μὲν οὖν κρίσιν οὐ δεῖ μοι νομίζειν εἶναι ταύτην πρὸς τὸν εἰληχότα τοῦ κλήρου τὴν δίκην, ἀλλὰ πρὸς Διοκλέα τὸν Φλυέα, τὸν
69 Ὀρέστην ἐπικαλούμενον· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τοῦτον παρασκευάσας πράγμαθ' ἡμῖν παρέχειν, ἀποστερῶν τὰ χρήματα ἃ Κίρων ὁ πάππος ἀποθνήσκων κατέλιπεν, ἡμῖν δὲ τούτους τοὺς κινδύνους ἐπάγων, ἵνα μηδὲν ἀποδιδῷ τούτων, ἐὰν ὑμεῖς ἐξαπατηθῆτε πεισθέντες ὑπὸ τῶν τούτου λόγων. (4) Δεῖ δὴ τούτων τοιαῦτα μηχανωμένων πάνθ' ὑμᾶς τὰ πεπραγμένα μαθεῖν, ἵνα μηδὲν ἀγνοήσαντες τῶν γεγενημένων, ἀλλὰ σαφῶς εἰδότες περὶ αὐτῶν, οὕτως ἐνέγκητε τὴν ψῆφον. Εἴ τινι οὖν καὶ ἄλλῃ πώποτε δίκῃ προσέσχετε ἀκριβῶς τὸν νοῦν, δέομαι ὑμῶν καὶ ταύτῃ προσέχειν ὁμοίως, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιόν ἐστι. Πολλῶν δὲ δικῶν ἐν τῇ πόλει γενομένων, οὐδένες ἀναιδέστερον τούτων οὐδὲ καταφανέστερον ἀντιποιησάμενοι φανήσονται τῶν ἀλλοτρίων. (5) Ἔστι μὲν οὖν χαλεπόν, ὦ ἄνδρες, πρὸς παρασκευὰς λόγων καὶ μάρτυρας οὐ τἀληθῆ μαρτυροῦντας εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι περὶ τηλικούτων, παντάπασιν ἀπείρως ἔχοντα δικαστηρίων· οὐ μὴν ἀλλὰ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω καὶ παρ' ὑμῶν τεύξεσθαι τῶν δικαίων καὶ μέχρι γε τοῦ τὰ δίκαια εἰπεῖν καὶ αὐτὸς ἀρκούντως ἐρεῖν, ἂν μή τι συμβῇ τοιοῦτον ὃ νῦν ὑπ' ἐμοῦ τυγχάνει προσδοκώμενον. Δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες, μετ' εὐνοίας τέ μου ἀκοῦσαι, κἂν ἠδικῆσθαι δοκῶ, βοηθῆσαί μοι τὰ δίκαια.

6. Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς ἦν ἡ μήτηρ ἡ 'μὴ Κίρωνος θυγάτηρ γνησία, ἐπιδείξω τοῦτο ὑμῖν, τὰ μὲν πάλαι γεγενημένα λόγων ἀκοῇ καὶ μαρτύρων, τὰ δ' ὥστε καὶ μνημονεύεσθαι, τοῖς εἰδόσι χρώμενος μάρτυσιν, ἔτι δὲ τεκμηρίοις ἃ κρείττω τῶν μαρτυριῶν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ταῦτα φανερὰ καταστήσω, τόθ' ὡς καὶ κληρονομεῖν μᾶλλον ἡμῖν ἢ τοῦτον προσήκει τῶν Κίρωνος χρημάτων. Ὅθεν οὖν ἤρξαντο περὶ αὐτῶν, ἐντεῦθεν ὑμᾶς κἀγὼ πειράσομαι διδάσκειν.

7. Ὁ γὰρ πάππος ὁ ἐμός, ὦ ἄνδρες, Κίρων ἔγημε τὴν ἐμὴν τήθην οὖσαν ἀνεψιάν, ἐξ ἀδελφῆς τῆς αὑτοῦ μητρὸς αὐτὴν γεγενημένην. Ἐκείνη μὲν οὖν συνοικήσασα οὐ πολὺν χρόνον, τεκοῦσα αὐτῷ τὴν ἐμὴν μητέρα, μετὰ ἐνιαυτοὺς τριάκοντα τὸν βίον ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ πάππος μιᾶς μόνης οὔσης αὐτῷ θυγατρὸς λαμβάνει πάλιν τὴν Διοκλέους ἀδελφήν, ἐξ ἧς αὐτῷ ἐγιγνέσθην υἱεῖς δύο. Καὶ ἐκείνην τε ἔτρεφε παρὰ τῇ γυναικὶ καὶ μετὰ τῶν ἐξ ἐκείνης παίδων, (8) ἐκείνων τε ἔτι ζώντων, ἐπεὶ συνοικεῖν εἶχεν ἡλικίαν, ἐκδίδωσιν αὐτὴν Ναυσιμένει Χολαργεῖ, σὺν ἱματίοις καὶ χρυσίοις πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς ἐπιδούς. Κἀκεῖνος μὲν τρισὶν ἢ τέτταρσιν ἔτεσι μετὰ ταῦτα κάμνων ἀποθνήσκει, πρὶν αὐτῷ γενέσθαι παῖδας ἐκ τῆς ἡμετέρας μητρός· ὁ δὲ πάππος κομισάμενος αὐτήν, καὶ τὴν προῖκα οὐκ ἀπολαβὼν ὅσην ἔδωκε διὰ τὴν Ναυσιμένους ἀπορίαν τῶν πραγμάτων, πάλιν ἐκδίδωσι τῷ ἐμῷ πατρὶ καὶ χιλίας δραχμὰς προῖκ' ἐπιδίδωσι. (9) Ταυτὶ δὴ πάντα πρὸς

in jure petunt. (3) Verumtamen existimandum est causam hanc mihi esse non tam cum eo qui nomen suum huic hereditatis petitioni accommodavit, quam potius cum Diocle Phlyense, vulgo Oreste cognominato : hic enim hunc [puerum Cironis ex fratre aut sorore nepotem] subornavit ut has turbas nobis daret; quo Diocles hoc agit, ut bonis nos fraudet iis quæ Ciron avus moriens nobis reliquit, et hæc in discrimina nos conjiciat, neque eorum quicquam reddat, si possit orationis suæ præstigiis hoc consequi ut vos decipiamini. (4) Fraudes itaque tam turpes his machinantibus, totam vos rem doceri convenit, quo vos, nullam partem rei gestæ ignorantes, sed cunctam probe tenentes, sic demum de ea pronuntietis. Quodsi ergo alii cuipiam causæ unquam animum adjecistis, etiam huic, quæso, attendite, qua par etiam est. Causæ quanquam hac in urbe multæ agitantur, nulli tamen unquam fuerunt his impudentiores, neque evidentius aliena sibi bona vindicare studuerunt. (5) Arduum quidem est, judices, hominem usus forensis prorsus imperitum adversus apparatum causationum et adversus testes falsa confirmare paratos in certamen descendere : verumtamen multa pascor spe fore ut æquum jus a vobis obtineam, atque sic saltim tolerabiliter dicam ut æqua et vera dixisse videar, nisi tale quid interveniat quod ne nunc eveniat metuo. Quapropter vos rogo, judices, ut hanc orationem meam benevolis auribus accipere, atque, si læsus fuisse vobis visus fuero, mihi jus meum vindicare velitis.

6. Primum itaque docebo hoc, matrem meam Cironis esse legitimam filiam, partim famam rerum nostra memoria antiquiorum allegando sermonibus hominum atque testium affirmationibus traditam; partim testes producendo rerum earum, quæ adhuc teneri memoria queant, gnaros, et qui iis dum gererentur interfuere; præterea quoque colligendo ex indiciis quorum fides ipsa testium fide est potior : quæ omnia ubi plana dedero, tum accedam ad docendum hereditatem Cironis mihi magis quam huic competere. Unde igitur illi disputationem hac de causa ipsi exorsi sunt, illinc ego quoque principium faciam vos si potero docendi.

7. Avus nempe meus, o judices, Ciron aviam in matrimonium duxit, consobrinam suam, e sorore matris filiam, quæ non multo post, quum matrem meam illi peperisset, anno ætatis trigesimo [*post triennium in conjugio exactum?*] vivis excessit : avus itaque, cui præter unicam illam filiam alii nulli liberi essent, deinde duxit Dioclis hujus sororem, unde duo mares ipsi nati sunt. Sub hujus oculis avus filiam suam educavit una cum maribus ex secunda uxore natis : (8) et ad nubiles annos provectam, superstitibus adhuc ejus fratribus, elocavit Nausimeni Cholargensi cum dote viginti quinque minarum, partim in numerata pecunia partim in veste muliebri et mundo aureo pecunia æstimato. Triennio aut quadriennio post moritur Nausimenes e morbo, nullam prolem ex matre nostra relinquens : avus filiam quum in suam domum retulisset, neque dotem recuperasset ob afflictam Nausimenis rem familiarem, rursus elocat meo patri cum dote mille drachmarum. (9) Hæc itaque omnia si quis istorum causationibus

τὰς αἰτίας, ἃς νῦν οὗτοι λέγουσι, πῶς ἄν τις δείξειε γεγενημένα φανερῶς; Ἐγὼ ζητῶν ἐξεῦρον. Ἀνάγκη τὴν ἐμὴν μητέρα, εἴτε θυγάτηρ ἦν Κίρωνος εἴτε μή, καὶ εἰ παρ' ἐκείνῳ διητᾶτο ἢ οὔ, καὶ γάμους εἰ διττοὺς ὑπὲρ ταύτης εἱστίασεν ἢ μή, καὶ προῖκα ἥντινα ἑκάτερος ἐπ' αὐτῇ τῶν γημάντων ἔλαβε, πάντα ταῦτα εἰδέναι τοὺς οἰκέτας καὶ τὰς θεραπαίνας ἃς ἐκεῖνος ἐκέκτητο. (10) Βουλόμενος οὖν πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι μάρτυσιν ἔλεγχον ἐκ βασάνων ποιήσασθαι περὶ αὐτῶν, ἵνα μᾶλλον αὐτοῖς πιστεύητε μὴ μέλλουσι δώσειν ἔλεγχον ἀλλ' ἤδη δεδωκόσι περὶ ὧν μαρτυροῦσι, τούτους ἠξίουν ἐκδοῦναι τὰς θεραπαίνας καὶ τοὺς οἰκέτας περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα τυγχάνουσι συνειδότες. (11) Οὗτος δ' ὁ νῦν ὑμᾶς ἀξιώσων τοῖς αὑτοῦ μάρτυσι πιστεύειν ἔφυγε τὴν βάσανον. Καίτοι εἰ φανήσεται ταῦτα ποιῆσαι μὴ 'θελήσας, τί ὑπολείπεται τοῖς ἐκείνου μάρτυσιν ἢ δοκεῖν νυνὶ τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν, τούτου τηλικοῦτον ἔλεγχον πεφευγότος; ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδέν. Ἀλλὰ μὴν ὡς ἀληθῆ λέγω, λαβέ μοι πρῶτον ταύτην τὴν μαρτυρίαν καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑ.

12. Ὑμεῖς μὲν τοίνυν καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ βάσανον ἀκριβέστατον ἔλεγχον νομίζετε· καὶ ὁπόταν δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι παραγένωνται καὶ δέῃ εὑρεθῆναί τι τῶν ζητουμένων, οὐ χρῆσθε ταῖς τῶν ἐλευθέρων μαρτυρίαις, ἀλλὰ τοὺς δούλους βασανίζοντες, οὕτω ζητεῖτε εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων. Εἰκότως, ὦ ἄνδρες· σύνιστε γὰρ ὅτι τῶν μὲν μαρτυρησάντων ἤδη τινὲς ἔδοξαν οὐ τἀληθῆ μαρτυρῆσαι, τῶν δὲ βασανισθέντων οὐδένες πώποτε ἐξηλέγχθησαν ὡς οὐκ ἀληθῆ ἐκ τῶν βασάνων εἰπόντες. (13) Οὗτος δ' ὁ πάντων ἀναισχυντότατος ἀνθρώπων λόγοις πεπλασμένοις καὶ μάρτυσιν οὐ τἀληθῆ μαρτυροῦσιν ἀξιώσει πιστεύειν ὑμᾶς, φεύγων οὕτως ἀκριβεῖς ἐλέγχους; ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, ἀλλὰ πρότερον ὑπὲρ τῶν μαρτυρηθήσεσθαι μελλόντων ἀξιώσαντες εἰς βασάνους ἐλθεῖν, τούτου δὲ φεύγοντος, οὕτως οἰησόμεθα δεῖν ὑμᾶς τοῖς ἡμετέροις μάρτυσι πιστεύειν. Λαβὲ οὖν αὐτοῖς ταυτασὶ τὰς μαρτυρίας καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

14. Τίνας εἰκὸς εἰδέναι τὰ παλαιά; δῆλον ὅτι τοὺς χρωμένους τῷ πάππῳ. Μεμαρτυρήκασι τοίνυν ἀκοὴν οὗτοι. Τίνας εἰδέναι τὰ περὶ τὴν ἔκδοσιν τῆς μητρὸς ἀνάγκη; τοὺς ἐγγυησαμένους καὶ τοὺς ἐκείνοις παρόντας ὅτε ἐνεγυῶντο. Μεμαρτυρήκασι τοίνυν οἵ τε Ναυσιμένους προσήκοντες καὶ οἱ τοῦ ἐμοῦ πατρός. Τίνες δὲ οἱ τρεφομένην ἔνδον καὶ θυγατέρα οὖσαν εἰδότες γνησίαν Κίρωνος; οἱ νῦν ἀμφισβητοῦντες ἔργῳ φανερῶς μαρτυροῦσιν ὅτι ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ, φεύγοντες τὴν βάσανον. Ὥστε οὐ δήπου τοῖς ἡμετέροις ἂν ἀπιστήσαιτε εἰκότως, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τοῖς τούτων μάρτυσιν.

15. Ἡμεῖς τοίνυν καὶ ἄλλα τεκμήρια πρὸς τούτοις

opponat, quo pacto perspicue doceat vere facta esse? eo nempe quo ego verum indagans inveni. Fueritne mater mea Cironis filia necne, et num in domo ejus versata fuerit necne, et num Ciron ejus causa geminas nuptias epulis concelebrarit an minus, et quamnam dotem unusquisque tulerit illorum duûm quibus mea mater nupsit, hæc omnia nota fuisse necesse est servis et ancillabus quæ Cironi fuerunt. (10) Volens igitur ego, præter eos qui mihi præsto sunt testes, ex illorum confessionibus per tormenta expressis hæc explorata dare, quo magis testibus fidem haberetis si testimonii sui veritatem non posthac demum probare parati essent, sed jam nunc probassent: postulavi ab his [Diocle et consortibus] ut servos ancillasque ad quæsitionem traderent his de rebus et si quæ aliæ cognitæ ipsis essent. (11) Verum Diocles, qui mox postulabit a vobis ut testibus suis fidem habeatis, explorationem hanc defugit. Atqui si convincetur oblatam a me conditionem ab eo repudiatam fuisse, quid testibus iis, quibus ille utetur, manebit reliquum præter hoc unum, ut falsa testari videantur, quandoquidem Diocles tam certo argumento uti noluerit? Nihil profecto, mea quidem sententia. Quo autem constet vera me dicere, cape tu primum hoc testimonium et recita.

TESTIMONIUM.

12. Vos itaque quidem, judices, et publice et privatim quæsitionem certissimam habetis fidei approbationem; et in causa ubi cum ingenuis servi quoque interveniant, si quid quæratur quod erui e re sit, testimoniis ingenuorum nil utimini, sed per servorum tormenta conamini rerum certitudinem expiscari. Et merito quidem, o judices; nam bene nostis testium haud paucos testimonia dixisse visos fuisse ementita, servorum autem tormentis subjectorum nullus unquam fuit qui convictus esset falsa sub tormentis edidisse. (13) Hic vero omnium hominum impudentissimus postulat ut commentitiis suis prætensionibus testibusque ad falsa confirmandum redemptis fidem habeatis, quum fidei documentum tam certum defugerit? Nos vero ita non agimus, sed prius ad servorum per tormenta quæsitionem procedi postulamus; quod quum hic defugiat, licebit nobis credere vos fidem testibus nostris habituros esse. Cape tu hæc testimonia et recita.

TESTIMONIA.

14. Quosnam consentaneum est vetusta nosse? scilicet eos qui avo familiariter usi sunt. Jam hi quæ ex eo audiisse se meminerunt, pro testimonio affirmarunt. Quosnam porro necesse est de meæ matris elocatione nosse? nimirum eos quibus illa desponsa fuit, nec non eos qui sponsalibus interfuerunt. Jam testati sunt Nausimenis necessarii hac de re una cum patris mei necessariis. Quinam tandem norunt matrem meam Cironis esse genuinam filiam in domoque ejus educatam? Hi ipsi qui hæc in controversiam vocant, eo quod mancipia tradere recusarunt, palam testantur vera esse quæ aio. Quapropter vos utique, judices, non nostris testibus, sed horum, diffidetis.

15. Verum præter hæc argumenta sunt nobis adhuc alia

ἔχομεν εἰπεῖν, ἵνα γνῶσθε ὅτι ἐκ θυγατρὸς ἡμεῖς Κίρωνός ἐσμεν. Οἷα γὰρ εἰκὸς παίδων υἱέων ἐξ ἑαυτοῦ θυγατρός, οὐδεπώποτε θυσίαν ἄνευ ἡμῶν οὐδεμίαν ἐποίησεν, ἀλλ' εἴ τε μικρὰ εἴ τε μεγάλα θύοι, πανταχοῦ παρῆμεν ἡμεῖς καὶ συνεθύομεν. (16) Καὶ οὐ μόνον εἰς τὰ τοιαῦτα παρεκαλούμεθα, ἀλλὰ καὶ εἰς Διονύσια εἰς ἀγρὸν ἦγεν ἀεὶ ἡμᾶς, καὶ μετ' ἐκείνου τε ἐθεωροῦμεν καθήμενοι παρ' αὐτόν, καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας· τῷ Διί τε θύων τῷ Κτησίῳ, περὶ ἣν μάλιστ' ἐκεῖνος θυσίαν ἐσπούδαζε καὶ οὔτε δούλους προσῆγεν οὔτε ἐλευθέρους ὀθνείους, ἀλλ' αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πάντ' ἐποίει, ταύτης ἡμεῖς ἐκοινωνοῦμεν καὶ τὰ ἱερὰ συνεχειρουργοῦμεν καὶ συνετίθεμεν καὶ τἆλλα συνεποιοῦμεν, καὶ ηὔχετο ἡμῖν ὑγίειαν διδόναι καὶ κτῆσιν ἀγαθήν, ὥσπερ εἰκὸς ὄντα πάππον. (17) Καίτοι εἰ μὴ θυγατριδοῦς ἡμᾶς ἐνόμιζεν εἶναι καὶ μόνους ἐκγόνους ἑώρα λοιποὺς καταλελειμμένους αὐτῷ, οὐκ ἄν ποτε ἐποίει τούτων οὐδέν, ἀλλὰ τόνδ' ἂν αὐτῷ παρίστατο, ὃς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ νῦν εἶναι φησί. Καὶ ταῦθ' ὅτι ἀληθῆ πάντ' ἐστίν, ἀκριβέστατα μὲν οἱ τοῦ πάππου θεράποντες ἴσασιν, οὓς αὐτὸς παραδοῦναι εἰς βάσανον οὐκ ἠθέλησεν, ἴσασι δὲ περιφανέστατα καὶ τῶν ἐκείνῳ χρωμένων τινές, οὓς παρέξομαι μάρτυρας. Καί μοι λαβὲ τὰς μαρτυρίας καὶ ἀνάγνωθι.

ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.

18. Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων δῆλόν ἐστι μόνον ὅτι ἦν ἡμῶν ἡ μήτηρ θυγάτηρ γνησία Κίρωνος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔπραξε καὶ ἐξ ὧν αἱ γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν περὶ αὐτῆς ἐγίνωσκον. Ὅτε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλάμβανε, γάμους εἱστίασε καὶ ἐκάλεσε τρεῖς αὑτοῦ φίλους μετὰ τῶν αὑτοῦ προσηκόντων, τοῖς τε φράτορσι γαμηλίαν εἰσήνεγκε κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους. (19) Αἵ τε γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν μετὰ ταῦτα προύκριναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικὸς τοῦ Πιτθέως ἄρχειν εἰς τὰ Θεσμοφόρια καὶ ποιεῖν τὰ νομιζόμενα μετ' ἐκείνης. Ὅ τε πατὴρ ἡμῶν, ἐπειδὴ ἐγενόμεθα, εἰς τοὺς φράτορας ἡμᾶς εἰσήγαγεν, ὀμόσας κατὰ τοὺς νόμους τοὺς κειμένους ἦ μὴν ἐξ ἀστῆς καὶ ἐγγυητῆς γυναικὸς
71 εἰσάγειν· τῶν δὲ φρατόρων οὐδεὶς ἀντεῖπεν οὐδ' ἠμφισβήτησε μὴ οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' εἶναι, πολλῶν ὄντων καὶ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα σκοπουμένων. (20) Καίτοι μὴ οἴεσθ' ἄν, εἰ τοιαύτη τις ἦν ἡ μήτηρ ἡμῶν οἵαν οὗτοί φασι, μήτ' ἂν τὸν πατέρα ἡμῶν γάμους ἑστιᾶν καὶ γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν, ἀλλὰ ἀποκρύψασθαι ταῦτα πάντα, μήτε τὰς τῶν ἄλλων δημοτῶν γυναῖκας αἱρεῖσθαι ἂν αὐτὴν συνιεροποιεῖν τῇ Διοκλέους γυναικὶ καὶ κυρίαν ποιεῖν ἱερῶν, ἀλλ' ἑτέρᾳ ἄν τινι περὶ τούτων ἐπιτρέπειν, μήτε τοὺς φράτορας εἰσδέχεσθαι ἡμᾶς, ἀλλὰ κατηγορεῖν καὶ ἐξελέγχειν, εἰ μὴ πάντοθεν ἦν ὁμολογούμενον τὴν μητέρα ἡμῶν εἶναι θυγατέρα γνησίαν Κίρωνος. Νῦν δὲ τῇ περιφανείᾳ τοῦ πράγματος καὶ τῷ συνειδέναι ταῦτα πολλοὺς οὐδαμόθεν ἠμφισβητήθη

in promptu, unde cognoscatis nos Cironis filiæ esse liberos. Ciro nempe nos iis modis habuit, quibus ab avo materno nepotes haberi par est : sacrificium sine nobis nullum unquam fecit, sed sive minus sive majus offerret sacrum, ubique nos intereramus et una peragebamus. (16) Neque ad talia solummodo arcessebamur, sed etiam per Liberalia nos secum rus ducebat semper, in spectaculis assidebamus ipsi, diesque festos apud eum agebamus omnes. Nulli numini addictior erat quam Jovi Ctesio; cui sacra faciens neque servum neque ingenuos alienos admittebat, sed ipse omnibus defungebatur; nos tamen horum sacrorum faciebat participes, manuum operam illi accommodabamus, cum eo prosicias aræ imponebamus, aliaque ministeria præstabamus, et ille vota faciens a deo precabatur ut prosperam valetudinem et rem florentem nobis largiretur; uti ab avo fieri par erat. (17) Atqui, nisi nos filiæ suæ liberos duxisset soloseque sibi reliquos factos nepotes, nunquam horum quicquam fecisset, sed hunc sibi adjunxisset, qui Cironis e sorore nepotem se fert. Vera hæc a me dicta esse omnia norunt quidem omnium certissime avi famuli, quos hic [Diocles] nobis ad quæsitionem deposcentibus denegavit; verum etiam eorum aliqui norunt liquidissime, quibus avus familiariter usus fuit, quos ego vobis testes edam. Cape tu mihi hæc testimonia, atque recita.

TESTIMONIA.

18. Verum non ex his solis liquet matrem nostram Cironis esse genuinam filiam, sed ex actis quoque nostri patris, item e decretis quæ uxores demotarum patris super ea sciverunt. Pater enim, nuptias cum matre celebrans, tres quosdam e numero familiarium suorum ad epulas nuptiales invitavit præter necessarios, et victimam nuptiarum in phratriam intulit prout mos est. (19) Demotarum quoque uxores eam postmodum una cum uxore Dioclis Pitthensis delegerunt, quo hæ duæ mulieres principes essent in pompa muliebri Thesmophoriorum et ut sacra vetusto ritu facerent. Pater quoque noster, ut nati fuimus, in phratoras nos induxit, apud eosque sancito legibus jurejurando affirmavit nos sibi e cive Attica legitime sibi desponsa natos esse : phratorum ibi nullus oblocutus est neque veritatem rei in dubium adduxit, tametsi phratorum magnus esset numerus iique hæc talia severe scrutari soleant. (20) Atqui existimare vos oportet, ea si fuisset mater nostra quam hi prædicant, patrem nostrum neque nuptias ejus nomine fuisse celebraturum neque nuptiale sacrum in phratriam illaturum, sed potius conjugium cum illa initum occultum fuisse habiturum : reliquorum quoque demotarum uxores eam nunquam delegissent ad sacra una cum Dioclis uxore facienda neque hoc illius fidei commisissent, sed alii cuicunque matronæ permisissent : phratores item nos non recepissent, sed accusassent potius atque vitium natalium in apertum protulissent, nisi matrem nostram genuinam Cironis esse filiam apud omnes in confesso fuisset. Jam vero nihil horum in controversiam venit, ut in

τοιοῦτον οὐδέν. Καὶ ταῦθ' ὡς ἀληθῆ λέγω, κάλει τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

21. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Διοκλῆς ἔπραξεν ὅτε ἡμῶν ὁ πάππος ἐτελεύτησε, γνῶναι ῥᾴδιον ὅτι ὡμολογούμεθα εἶναι θυγατριδοῖ Κίρωνος. Ἧκον γὰρ ἐγὼ κομιούμενος αὐτὸν ὡς θάψων ἐκ τῆς οἰκίας τῆς ἐμαυτοῦ, τῶν ἐμαυτοῦ οἰκείων τινὰ ἔχων, ἀνεψιὸν τοῦ πατρός· καὶ Διοκλέα μὲν οὐ κατέλαβον ἔνδον, εἰσελθὼν δὲ εἴσω κομίζειν οἷος ἦν, ἔχων τοὺς οἴσοντας. (22) Δεομένης δὲ τῆς τοῦ πάππου γυναικὸς ἐκ τῆς οἰκίας αὐτὸν ἐκείνης θάπτειν, καὶ λεγούσης ὅτι βούλοιτ' ἂν αὐτὴ τὸ σῶμα τὸ ἐκείνου συμμεταχειρίζεσθαι μεθ' ἡμῶν καὶ κοσμῆσαι, καὶ ταῦτα ἱκετευούσης καὶ κλαιούσης, ἐπείσθην, ὦ ἄνδρες, καὶ τούτῳ προσελθὼν μαρτύρων ἐναντίον εἶπον ὅτι ἐντεῦθεν ποιήσομαι τὴν ταφήν· δεδεημένη γὰρ εἴη ταῦτα ποιεῖν ἡ τούτου ἀδελφή. (23) Καὶ ταῦτα Διοκλῆς ἀκούσας οὐδὲν ἀντεῖπεν, ἀλλὰ καὶ ἐωνῆσθαί τι τῶν εἰς τὴν ταφήν, τῶν δὲ ἀρραβῶνα δεδωκέναι οὗτος φάσκων ταῦτα ἠξίου παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, καὶ διωμολογήσατο τῶν μὲν ἠγορασμένων τιμὴν ἀπολαβεῖν, ὧν δὲ ἀρραβῶνα ἔφασκε δεδωκέναι, συστῆσαι τοὺς λαβόντας. Εὐθὺς οὖν τοῦτο παρεφθέγγετο, ὡς οὐδ' ὁτιοῦν εἴη Κίρων καταλελοιπώς, οὐδένα λόγον ἐμοῦ πω ποιουμένου περὶ τῶν ἐκείνου χρημάτων. (24) Καίτοι εἰ μὴ ἦν θυγατριδοῦς Κίρωνος, οὐχ ἂν ταῦτα διωμολογεῖτο, ἀλλ' ἐκείνους ἂν τοὺς λόγους ἔλεγε « σὺ δὲ τίς εἶ; σοὶ δὲ τί προσήκει θάπτειν; οὐ γινώσκω σε· οὐ μὴ εἴσει εἰς τὴν οἰκίαν. » Ταῦτ' εἰπεῖν προσῆκεν, ἅπερ νῦν ἑτέρους πέπεικε λέγειν· νῦν δὲ τοιοῦτον μὲν οὐδὲν εἶπεν, εἰς ἕω δὲ τἀργύριον ἐκέλευεν εἰσενεγκεῖν. Καὶ ταῦτα ὡς ἀληθῆ λέγω, κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας.

ΜΑΡΤΥΡΕΣ.

25. Οὐ τοίνυν ἐκεῖνος μόνος, ἀλλ' οὐδὲ ὁ νῦν ἀμφισβητῶν τοῦ κλήρου τοιοῦτον εἶπεν οὐδέν, ἀλλ' ὑπὸ τούτου παρασκευασθεὶς ἀμφισβητεῖ. Κἀκείνου τὸ μὲν παρ' ἐμοῦ κομισθὲν ἀργύριον οὐκ ἐθελήσαντος ἀπολαβεῖν, παρὰ τούτου δ' ἀπειληφέναι τῇ ὑστεραίᾳ φάσκοντος, οὐκ ἐκωλυόμην συνθάπτειν, ἀλλὰ πάντα συνεποίουν· οὐχ ὅπως τοῦδε ἀναλίσκοντος οὐδὲ Διοκλέους, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐκεῖνος κατέλιπε γινομένων τῶν εἰς αὐτὸν ἀναλωμάτων. (26) Καίτοι καὶ τούτῳ προσῆκεν, εἰ μὴ πάππος ἦν μοι Κίρων, ὠθεῖν, ἐκβάλλειν καὶ κωλύειν συνθάπτειν. Οὐδὲν γὰρ ὅμοιον ἦν μοι πρὸς τοῦτον· ἐγὼ μὲν γὰρ εἴων αὐτὸν ἀδελφιδοῦν ὄντα τοῦ πάππου ταῦτα πάντα συμποιεῖν, τούτῳ δ' ἔμ' οὐ προσῆκεν ἐᾶν, εἴπερ ἀληθῆ ταῦτα ἦν ἅπερ νῦν λέγειν τολμῶσιν. (27) Ἀλλ' οὕτω τῇ τοῦ πράγματος ἀληθείᾳ καταπέπληκτο, ὥστ' οὐδ' ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐμοῦ ποιουμένου λόγους, καὶ κατηγοροῦντος Διοκλέους ὅτι τὰ χρήματα ἀποστερῶν τοῦτόν μοι πέπεικεν ἀμφισβητεῖν, οὐκ ἐτόλμησε

re evidentissima. Vera hæc a me dici quo constet, cita tu mihi hosce testes.

TESTES.

